UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Francisci De Fargna Civitatis Plebis Patrii Philosophiæ, Sacræ Theologiæ, ac J. U. Doctoris ... Commentaria In singulos Canones De Jurepatronatus

Qui sparsim tam intrà, quàm extra corpus Juris Canonici vagantur ...

Fargna, Francesco de

Romæ, MDCCXVIII

urn:nbn:de:hbz:466:1-72203

Visual Library

Fl. 396 a.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

M
V
23

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

FRANCISCI

DE FARGNA

CIVITATIS PLEBIS PATRITII

Philosophiæ, Sacræ Theologiæ, ac J.U. Doctoris, & in Romana Curia in Beneficialibus, sivè in Jure Canonico Advocati

COMMENTARIA

In singulos Canones

DE JUREPATRONATUS,

Qui sparsim tam intrà, quàm extra corpus Juris Canonici vagantur.

In quibus plures deciduntur Casus ad materiam Juris-Patronatus concernentes.

Et quibus accedunt quamplures Decisiones Sacræ Rotæ Romanæ nullibi adhuc impressæ, & recentissima Decreta Sacræ Congregationis Concilii, unà cum Votis Auctoris in Causis in eadem Sacra Congregatione ventilatis, & ad materiam Jurispatronatus spectantibus.

Collegij S.J. Paderbornæ
1747.

TOMUS II.



ROMÆ MDCCXVIII.
Ex Typographia Jo. Mariæ Salvioni in Archigymnasio Sapientiæ.

SUPERIORUM FACULTATE.

INDEX ARGUMENTORUM

Quæ in Secunda Parte Operis continentur

In Canones de Jurepatronatus desumptos
ex Decretalibus Gregorii IX.
Lib. 3. tit. 38.

COMMENTARIA

Pars Secunda

CANON I., & II.

Canones isti disponùt Jus patronatus esse individuum & transire ad Hæredes.

CASUS I.

ARGUMENTUM.

1 Juspatronatus est individuum tam secundùm sui naturam, quàm secundùm Juris dispositionem. pag.2.

CASUS II.

ARGUMENTUM.

2 An, & quando Judex Laicus dividendo hæreditatem inter hæredes adjudicare possit uni ex illis Juspatronatus? Et an Testator possit hoc facere? pag.3.

CASUS III.

ARGUMENTUM.

3 Juspatronatus hæreditarium transit ad quoscumque hæredes etiam extraneos universaliter institutos. pag.4.

CASUS IV.

ARGUMENTUM.

4 Juspatronatus non transit ad hæredem institutum in re certa. Quòd tamen limitatur in aliquibus casibus. pag.5.

CASUS V.

ARGUMENTUM.

5 Juspatronatus ab initio hæreditarium, an fieri possit per successorem Fundatoris gentilitium. pag.6.

CASUS VI.

ARGUMENTUM.

6 Juspatronatus relictum à Fundatore pro *Filiis*, & ejus *Descendentibus*, & *Successoribus* est gentilitium, & in eo succedunt filii una cum Patre. pag.24.

CASUS VII.

ARGUMENTUM.

7 Mandante Testatore in testamento erigi Beneficium, & reservari Juspatronatus pro ejus *hæredibus*, & *Propinquioribus*, si Episcopus in erectione Beneficii reservet Juspatronatus pro *Filiis*, & *descendentibus Testatoris*, an hujusmodi Juspatronatus sit Gentilitium, vel potiùs mixtum? pag.39.

CASUS VIII.

ARGUMENTUM.

8 Fundator Beneficii si mandet in Te-

ſtamento reſervari an Juſpatronatus pro *ejus hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque*, & deinde in alio teſtamento mandet reſervari Juſpatronatus pro *ejus conſanguineis*, *aut conſanguineis conſanguineorum*, & Epiſcopus in erectione reſervet Juſpatronatus ad formam primi teſtamenti, & non ad formam ſecundi; An hujuſmodi Juſpatronatus ſit hæreditarium, aut potiùs mixtum, vel gentilitium. pag.46.

CASUS IX.

ARGUMENTUM.

9 Reſervato Jurepatronatus activo, vel paſſivo à Fundatore pro ejus *Deſcendentibus* qui prætendit ad ſe ſpectare Juſpatronatus tamquam deſcendens, quomodo, & ex quibus probare teneatur hujuſmodi deſcendentiam? pag.49.

CASUS X.

ARGUMENTUM.

10 Filius naturalis, aut adoptivus an ſuccedere poſſit in Jurepatronatus Gentilitio, & quando conſtare dicatur de filiatione naturali? p.61.

CASUS XI.

ARGUMENTUM.

11 Vocata à Fundatore familia ſua ad Juſpatronatus activum, aut paſſivum, an nomine *Familiæ ſuæ* veniat ſolùm familia effectiva diſponentis, vel potiùs etiam alii de familia contentiva. pag.68.

CASUS XII.

ARGUMENTUM.

12 Reſervato Jurepatronatus à Fundatore favore *Primogeniti* de ejus familia, quis in eo ſuccedere debeat Primogenitus Juris, vel potiùs Primogenitus facti? Et ſi unico partu naſcantur duo gemelli de dicta familia, quis eorum dicendus ſit Primogenitus ad effectum ſuccedendi in Jurepatronatus Primogeniali. pag.73.

CASUS XIII.

ARGUMENTUM.

13 Reſervato Jurepatronatus favore Primogeniti de familia, an, & quando in eo ſuccedere poſſit fœmina? pag.86.

CASUS XIV.

ARGUMENTUM.

14 Reſervato Jurepatronatus activo, vel paſſivo à Fundatore pro ejus *Nepotibus*, an illud cenſeatur reſervatum tantùm pro Nepotibus ex fratre, vel pro Nepotibus tam ex fratre, quam ex ſorore? p.90.

CASUS XV.

ARGUMENTUM.

15 Subſtituta à Fundatore in Jurepatronatus Eccleſia Cathedrali in defectum eorum de familia, iſtis deficientibus, Juſpatronatus, ad quem ſpectare dicatur ad Epiſcopum, vel potiùs ad Capitulum? Et ſi ſpectaret ad Epiſcopum, an eo defuncto, ſeu Sede Vacante Juſpatronatus tranſiret in Capitulum. p.95.

CASUS XVI.

ARGUMENTUM.

16 Juſpatronatus Gentilitium in ultimo de familia ſit hæreditarium, & an fiat hæreditarium, quando deficientibus ejus de familia, à Teſtatore fuiſſet facta ſubſtitutio favore cauſæ Piæ. pag.98.

CASUS XVII.

ARGUMENTUM.

17 Juſpatronatus gentilitium lineale in ultimo de linea non ſit hæreditarium, obſtante contraria lege fundationis; Et an Beneficiatus, qui ſimul ſit Patronus liberè reſignando Beneficium, poſſit ad illud præſentare? pag.99.

CASUS XVIII.

ARGUMENTUM.

18 Juſpatronatus reſervatum à Fundatore pro hæredibus ac ſucceſſori-

foribus alicujus ex affectione, & obligatione erga familiam, aut Domum illius est mixtum, concurrentibus præsertim præsentationibus factis uti *hæredes de familia*, & in Jurepatronatus mixto qualitas hæreditaria non requiritur actu, sed sufficit in potentia. pag.101.

CANON III.

Canon iste disponit Præsentatum à majori Parte Patronorum esse præferendum præsentato à minori Parte, & quod Juspatronatus competat Patrono ex gratia, & tolerantia Ecclesiæ.

CASUS I.

ARGUMENTUM.

19 JUspatronatus an competat Patrono ex gratia, & tolerantia Ecclesiæ quoad omnes suos effectus? pag.112.

CASUS II.

ARGUMENTUM.

20 Ad effectum Prælationis præsentati à majori parte Patronorum, an major pars desumatur respectu singularum partium, aut respectu omnium pag.113.

CASUS III.

ARGUMENTUM.

21 Competente Jurepatronatus pluribus personis, si major pars præsentet scienter absolutè non idoneum, aut indignum; Minor autem pars præsentet Idoneum, & deinde eadem major pars variando præsentet alium Idoneum, an iste secundus præsentatus à majori parte sit instituendus, excluso præsentato à minori parte. pag.114.

CASUS IV.

ARGUMENTUM.

22 Competente Jurepatronatus quinquaginta Civibus, Loci A. uti universis, præsentatus à triginta, quorum aliqui præsentarunt eum per Procuratorem sinèdebitis requisitis, alii per Epistolam, & alii, qui propriè non erant cives, sed Territoriales Loci A., & unus ex eis erat excommunicatus, an dicatur præsentatus à majori parte Patronorum respectivè ad alium præsentatum à viginti Civibus. pag.119.

CASUS V.

ARGUMENTUM.

23 Competente Jurepatronatus Parocho, & Parochianis, præsentatus à Parocho, & à nonnullis Parochianis, an dicatur præsentatus à majori parte Patronorum? pag.127.

CASUS VI.

ARGUMENTUM.

24 Gratia dispensationis obtenta à præsentato inhabili à majori parte Patronorum absque expressione compræsentati à minori parte habilis, an sit subreptitia. pag.132.

CANON IV. V. VI. VII., & VIII.

Canones isti disponũt quòd Patronus non possit propria auctoritate instituere Clericum in Ecclesia Patronali.

CASUS I.

ARGUMENTUM.

25 PAtronus Laicus, an ex præscriptione possit habere jus instituendi, & conferendi Beneficium Patronale? pag.137.

CASUS II.

ARGUMENTUM.

26 Si Papa mandet Patrono, quod provideat Ecclesiæ, an iste possit eam validè conferre? pag.141.

CASUS III.

ARGUMENTUM.

27 Cappellania Laicalis potest conferri à Patrono, sive Clerico, sive Laico, secus si deinde fiat erectio formalis illius auctoritate Ordinarii, quia tunc mutat statum, & naturam. pag.143.

CA-

CASUS IV.

ARGUMENTUM.

28 Patronus si fiat Episcopus illius Diœcesis, ubi existit Beneficium Patronale, an possit illud conferre; & quid si ipse sit translatus ad aliam Diœcesim? pag.146.

CASUS V.

ARGUMENTUM.

29 Clericus qui recepit, & retinuit Beneficium à Patrono, an teneatur restituere fructus ejusdem Beneficii? pag.148.

CASUS VI.

ARGUMENTUM.

30 Qui recepit, aut retinuit Ecclesiam, vel Beneficium Patronale à Patrono Laico, vel Clerico, an sit ipso jure excommunicatus, vel potiùs excommunicandus. Et an possit ad illud præsentari. pag.149.

CANON IX. X XI.

Canones isti concedunt Patrono Laico jus variandi, & Episcopo gratificationem inter plures præsentatos.

CASUS I.

ARGUMENTUM.

31 PAtronus Laicus quando, & quomodo possit variare correctivè ne, & privativè, aut potius accumulativè? pag.155.

CASUS II.

ARGUMENTUM.

32 An Patronus Laicus possit semel tantum, aut pluries variare. Et si præsentatio facta à Patrono Ecclesiastico sit nulla, an possit idem Patronus alium præsentare, & an in Jurepatronatus mixto competat Patrono Ecclesiastico jus variandi? pag.157.

CASUS III.

ARGUMENTUM.

33 Patronus Laicus an possit variare, novum præsentatum accumulando lite pendente inter præsentatos, quorum nullus cessit liti, aut decessit. pag.161.

CASUS IV.

ARGUMENTUM.

34 Patronus Laicus facta promissione, aut facto mandato procuræ præsentandi aliquem cum juramento non variandi, nec privativè, nec accumulativè; Si deinde variet alteram Personam accumulativè præsentando, an hujusmodi præsentatio accumulativa sustineatur, & an sit locus absolutioni à juramento ad effectum agendi prò rescissione dictæ promissionis, aut mandati procuræ? pag.164.

CASUS V.

ARGUMENTUM.

35 Episcopus instituens secundum præsentatum à Patrono, rejiciendo primum, an sit puniendus. p.169.

CASUS VI.

ARGUMENTUM.

36 Præsentatus antiquior in ordine presbyterali, aut major natu, aut ornatior moribus cæteris paribus est præferendus, & gratificandus. pag.170.

CASUS VII.

ARGUMENTUM.

37 Originarius, seu Patrimonialis quoad assecutionem Beneficii in concursu extranei dignoris an, & quando sit præferendus, & gratificandus ab Ordinario? pag.175.

CASUS VIII.

ARGUMENTUM.

38 Consanguineus Fundatoris, aut Patroni in paritate vocum an, & quando sit gratificandus, & prœferendus alteri compræsentato? pag.180.

CASUS IX.

ARGUMENTUM.

39 Præsentatus habens pinguiorem vocem

vocem cæteris paribus de jure est gratificandus, & præferendus in paritate vocum. pag.186.

CASUS X.

ARGUMENTUM.

40 Quando Maritus, & uxor fundarunt Cappellaniam merè Laicalem, & suos vocarunt Consanguineos, an gratificandi, & præferendi sint, qui sunt ex linea Mariti, vel potius qui sunt ex linea uxoris, & quid si ille, qui est de linea Mariti sit Laicus, ille verò, qui est de linea uxoris, sit Clericus. pag.187.

CASUS XI.

ARGUMENTUM.

41 Gratificatio, aut derogatio pro medietate an habeat locum in Jurepatronatus spectante ad universitatem? pag.193.

CASUS XII.

ARGUMENTUM.

42 Ex duobus inhabilibus ad obtinendam Cappellaniam Sacerdotalem ex defectu ætatis, & æquè supplicantibus in Dataria pro dispensatione, quorum unus sit remotior, & alius propinquior ætati requisitæ, Papa quem gratificare debeat, seu cui concedere debeat dispensationem. pag.208.

CANON XII., & XIII.

Canones isti disponùt quod Juspatronatus per se ipsum emi, vel vendi non possit absque labe simoniæ sub pœna privationis illius.

CASUS I.

ARGUMENTUM.

43 SUbstituta à Fundatore in Jurepatronatus gentilitio causa Pia, si ultimus de familia ejus vita duran, te donet alicui Juspatronatus, & fiat concordia inter Donatarium, & Causam Piam substitutam, per quam cedatur ab hac eidem Donatario, ejusque descendentibus ad tertiam generationem Juspatronatus, & econtra relaxetur à Donatario favore Causæ Piæ certa summa pecuniarum, an hujusmodi concordia sit approbanda, vel potius improbanda tamquam Simoniaca. pag.210.

CASUS II.

ARGUMENTUM.

44 Simonia, an committatur, si quis nominetur ad Canonicatum erigendum cum pacto, ut futurus Canonicus teneatur reficere expensas, quæ erogantur in lite agitata pro dicti Canonicatus erectione? pag.213.

CASUS III.

ARGUMENTUM.

45 Simoniam committit, qui convenit cum Patrono, se aucturum dotem Beneficii, dummodo ad illud præsentetur, secus autem si solùm supplicet pro præsentatione sui ipsius. pag.214.

CASUS IV.

ARGUMENTUM.

46 Præsentatio facta à Patrono cum pacto, ut Beneficiatus de fructibus Beneficii ei solvat certam pensionem, an sit Simoniaca? p.216.

CASUS V.

ARGUMENTUM.

47 An jus nominandi ad Beneficium Ecclesiasticum donari possit sponso in Capitulis Matrimonialibus absque labe Simoniæ. pag.218.

CASUS VI.

ARGUMENTUM.

48 Præsentatus ad Beneficium, si tempore præsentationis dederit Patrono certa munera, & accusetur de Simonia, an dictum Beneficium obtinere possit, & in eo institui in concursu alterius præsentati, qui de Simonia non sit accusatus. pag.219.

CA-

INDEX

CASUS VII.

ARGUMENTUM.

49 Jus nominandi ad Cappellanias merè Laicales an vendi, & emi possit absque Simonia. pag.222.

CASUS VIII.

ARGUMENTUM.

50 Emens universitatem bonorum principaliter, ut emat Juspatronatus ei annexum, an incurrat in pœnas simoniacis inflictas,& quæ sint hujusmodi pœnæ. pag.224.

CASUS IX.

ARGUMENTUM.

51 Patronus potest præsentare Filium ad Ecclesiam Vacantem. pag.227.

CANON XIV. XV.

Canones isti disponunt Juspatronatus transire cum universitate bonorum, & quãdo ad Exéptos transfertur, non minui Jus Episcopale in Ecclesia Patronali.

CASUS I.

ARGUMENTUM.

52 JUspatronatus an transeat in conductorem ex contractu locationis inito super universitate, cui illud sit annexum. pag.228.

CASUS II.

ARGUMENTUM.

53 Juspatronatus titulo venditionis universitatis, cui sit annexum, an transeat in Emptorem, & ex quibus probetur annexio Jurispatronatus? pag.229.

CASUS III.

ARGUMENTUM.

54 Juspatronatus cum universitate bonorum renunciata à Religioso occasione ingressus in Religionem transit ad renunciatarium, & ad alios in renunciatione contemplatos. His autem defunctis, an cesset effectus renunciationis, adeò, ut Juspatronatus redeat ad renunciantem, seu ad Monasterium ex Persona Religiosi renunciantis? pag.235.

CASUS IV.

ARGUMENTUM.

55 An Juspatronatus transeat in creditorem cum re pignorata? p.239.

CASUS V.

ARGUMENTUM.

56 An Juspatronatus transeat cum universitate sequestrata ad sequestrem. pag.240.

CASUS VI.

ARGUMENTUM.

57 Juspatronatus an transeat ad Maritum titulo dotis? pag.241.

CASUS VII.

ARGUMENTUM.

An in confiscatione universitatis bonorum Patroni delinquentis facta à Judice Laico, comprehendatur etiam Juspatronatus? pag.244.

CASUS VIII.

ARGUMENTUM.

58 Translato Jurepatronatus Ecclesiæ Parochialis una cum universitate bonorum empta à Regularibus ad eorum Monasterium, visitatio ejusdem Ecclesiæ, ad quem spectet, ad Abbatem, vel potius ad Episcopum; & an Episcopus possit visitare Hospitale annexum eidem Ecclesiæ? pag.246.

CASUS IX.

ARGUMENTUM.

69 Translato Jurepatronatus Ecclesiæ Parochialis unà cum universitate bonorum ad Monasterium Episcopus an possit exigere, ut sibi erigatur ibi Baldacchinum, occasione visitationis ejusdem Ecclesiæ? pag.254.

CASUS X.

ARGUMENTUM.

60 Episcopo habenti ex Privilegio usum Crucis, an liceat occasione Jubilei, aut expositionis Venerabilis ingre

ingredi Ecclesiam Patronalem translatam una cum Universitate bonorum ad Monasterium cum Cruce erecta ? pag.255.

CASUS XI.

ARGUMENTUM.

61 Episcopus, an possit exigere Cathedraticum, subsidium charitativum, portionem Canonicam, & occasione visitationis procurationem ab Ecclesia Patronali, translato hujus Jurepatronatus cum universitate bonorum ad Exemptos ? pag.258.

CASUS XII.

ARGUMENTUM.

62 Translata Ecclesia Patronali cum universitate bonorum ad Monasterium, deputatio Collectorum, & Perquisitorum eleemosynarum in dicta Ecclesia, nec non earum administratio an spectet ad Episcopum, vel potiùs ad Abbatem, & an Episcopus, seu ejus Vicarius Generalis possit exigere redditionem rationis bonorum ejusdem Ecclesiæ, ac onerum Missarum ad dictam Ecclesiam spectantium, revidendo ibi libros administrationis privativè ad Abbatem. pag.262.

CASUS XIII.

ARGUMENTUM.

63 Parocho in associatione cadaverum, an liceat ingredi Ecclesiam Patronalem existentem intrà ejus limites translatam cum universitate bonorum ad Exemptos, cùm stola, & Cruce elevata, ibique dare ultimum vale, & exequias peragere, & exigere quartam funeralem pro cadaveribus ibi tumulandis ? pag.266.

CANON XVI. XVII., XVIII. XIX. XX.

Canones isti disponùt, quòd non possit Patronus Laicus concedere Ecclesiam non vacantem Loco Religioso, & quòd possit donari Juspatronatus Loco Religioso sinè consensu Episcopi.

CASUS I.

ARGUMENTUM.

64 COncessa Ecclesia, aut Beneficio Patronali à Patrono loco Religioso de consensu Episcopi, per hanc concessionem, quid censeatur dicto loco concessum ? Subministratio hostiarum, & vini pro sacrificio Missæ an spectet ad Patronum, cui ex Privilegio competunt decimæ, & primitiæ Ecclesiæ Patronalis concessæ loco Religioso, vel potiùs ad hujus Superiorem ? pag.286.

CASUS II.

ARGUMENTUM.

65 Juspatronatus Gentilitium, an donari possit per eos de familia, & an reservato Jurepatronatus favore familiæ, hoc competat tam Nobilibus, quam Ignobilibus ejusdem familiæ. pag.293.

CASUS III.

ARGUMENTUM.

66 Donato donatione inter vivos Jurepatronatus ab ultimo de familia Fundatoris, si iste vergat ad inopiam, an Ecclesia teneatur ei præstare alimenta ; Et si tam donans, quam Donatarius sit pauper, quis eorum sit præferendus ? pag.296.

CASUS III.

ARGUMENTUM.

67 Ad validitatem donationis Juris patronatus favore Laici requiritur consensus Episcopi, & non sufficit consensus Vicarii Capitularis, Sede Vacante, aut Vicarii Generalis, absque speciali mandato, secus in donatione Juris patronatus facta Compatrono, aut Ecclesiæ. Et an hujusmodi consensus Ordinarii intervenire possit ex post facto, & retrotrahi ad diem donationis ? pag.300.

CASUS V.

ARGUMENTUM.

68 Donatio Juris patronatus facta à Sene an, & quando sustineatur, & an in donatione Juris patronatus re-

quirantur solemnitates statutariæ ? pag.305.

CASUS VI.

ARGUMENTUM.

69 Donatio vniversitatis bonorum, cui sit annexum Juspatronatus facta à Minore, an sustineatur ? pag.309.

CASUS VII.

ARGUMENTUM.

70 Donatio Jurispatronatus facta à Novitio Patrono tempore suæ probationis, an, & quando sustineatur ? pag.316.

CASUS VIII.

ARGUMENTUM.

71 Donatio secunda Jurispatronatus, an sustineatur, quando conditio, sub qua fuit concepta prima donatio non fuit impleta per primum Donatarium intrà terminum statutum ? pag.320.

CASUS IX.

ARGUMENTUM.

72 Donatio Jurispatronatus, an resolvatur per supervenientiam filiorum Patroni donantis ? pag.323.

CASUS X.

ARGUMENTUM.

73 Patronus donato Jure præsentandi dumtaxat, an censeatur illud donasse cumulativè, vel privativè, & an donatio Juris præsentandi ab eo facta prò una vice tantùm ad Beneficium vacaturum sustineatur ? pag.325.

CASUS XI.

ARGUMENTUM.

74 Donatarius Jurispatronatus, an possit præsentare Donatorem ? p.327.

Canon iste disponit quòd Patronus nō possit mutare, seu amovere Rectorem istitutum in Ecclesia.

CANON XXI.

CASUS I.

ARGUMENTUM.

75 AN Patronus possit mutare, & amovere Cappellanum à Cappellania ad nutum amovibili ? pag.332.

CASUS II.

ARGUMENTUM.

76 Tutor Rupilli Patroni, an possit amovere Cappellanum ad nutum amovibilem. pag.338.

CASUS III.

ARGUMENTUM.

77 An liceat Patrono ad libitum, & ad nutum amovere Rectorem seu Curatum Ecclesiæ Parochialis ? pag.341.

CASUS IV.

ARGUMENTUM.

78 Vicarii deputandi in Ecclesiis Parochialibus pleno Jure unitis Monasterio Regularium, an sint deputandi per Abbatem perpetui, seu potius temporanei, & an deputari possint in Vicarios etiam Regulares, & an unus Vicarius inservire possit pluribus Parochiis pleno Jure unitis Monasterio ? pag.342.

CASUS V.

ARGUMENTUM.

79 Apposita in limine fundationis Beneficii à Fundatore conditione, quòd præsentatus ad illud non possit obtinere aliud Beneficium Ecclesiasticum, ansi hoc obtineat, possit Episcopus illum privare, & amovere à Beneficio ad instantiam Patroni, adeout iste possit alium præsentare ? pag.356.

CASUS VI.

ARGUMENTUM.

80 Beneficiatus si onera, ad quæ tenetur adimplere omiserit, an Episcopus possit illum à Beneficio removere, & Patronus alium præsentare ? pag.361.

CA-

ARGUMENTORUM.

CASUS VII.

ARGUMENTUM.

81 Beneficiatus incedens publicè, & palàm absque habitu, & tonsura, an privari, & removeri possit per Episcopum à Beneficio Patronali, & hoc impetrari in Dataria Apostolica. pag.362.

CASUS VIII.

ARGUMENTUM.

82 Præsentatus, seu nominatus ad Cappellaniam Laicalem, sive Legatum Pium debitum Clericis, si contrahat Matrimonium, an removeri possit per Patronum à dicta Cappellania, seu legato Pio? p.365.

CASUS IX.

ARGUMENTUM.

83 An ex causa delictorum carnis possit amoveri Parochus, aut cogi ad permutandam Ecclesiam Parochialem de Jurepatronatus cum aliqua Cappellania? pag.367.

CASUS X.

ARGUMENTUM.

84 Patronus an possit removere Confessarium abipso nominatum, & ab Episcopo deputatum in Ecclesia Patronali ad nutum, & absque causa? pag.368.

CANON XXII. XXIII XXIV.

Canones isti disponùt, quòd vacante Ecclesia, si controversia de Jurepatronatus inter Patronos non fuerit intrà terminum Juris definita, possit Episcopus liberè ordinare Ecclesiam de Persona idonea

CASUS I.

ARGUMENTUM.

85 PAtroni litigantes super pertinentia Jurispatronatus, si recurrant ad Judicem Laicum, in quam pœnam incidant? pag.373.

CASUS II.

ARGUMENTUM.

86 Mota lite à Patrono contra Regulares super pertinentia Jurispatronatus Cappellæ existentis in eorum Ecclesia, an illorum Conservator cognoscere possit hujusmodi causam, sivè potius cognitio spectet ad ordinarium? pag.377.

CASUS III.

ARGUMENTUM.

87 Tempus à Jure præfinitum, quando currat, & quando non currat lite pendente super Jurepatronatus, & ejus possessione? pag.382.

CASUS IV.

ARGUMENTUM.

88 Lite pendente super proprietate Jurispatronatus, an Judex possit dare institutionem Præsentato per Patronum putativum existentem in possessione præsentandi? p.389.

CASUS V.

ARGUMENTUM.

89 Derogatio Jurispatronatus Laicalis in totum attenta lite, an, & quando habeat locum? pag.410.

CANON XXV.

Canon iste disponit quòd præsentatio fieri debeat Ecclesia vacante.

CASUS I.

ARGUMENTUM.

90 QUibus, & quod modis vacet Beneficium de Jurepatronatus. pag.417.

CASUS II.

ARGUMENTUM.

91 Per adeptionem Episcopatus, an vacet Commenda, & an Summus Pontifex cum promoto ad Episcopatum dispensare possit, ut Beneficia Patronalia, retineat in præjudicium Patroni? pag.418.

INDEX

CASUS III.

ARGUMENTUM.

92 Præsentatio ad Beneficium vacaturum an, & quando sustineatur? pag.428.

CASUS IV.

ARGUMENTUM.

93 Fructus Ecclesiæ Patronalis vacantis exacti, & non consumpti, vel inexacti, & pendentes ante obitum Rectoris Regularis, vel decurrentes à die obitus, vacationis usque ad novam collationem ejusdem Ecclesiæ ad quem spectent? pag.431.

CASUS V.

ARGUMENTUM.

94 An in Beneficiis, seu Canonicatibus vacantibus de Jurepatronatus habeat locum optio? pag.438.

CANON XXVI.

Canon iste disponit, quòd existens in possessione præsentandi possit præsentare.

CASUS I.

ARGUMENTUM.

95 AD acquirendam quasi possessionem quid requiratur? quomodo hujusmodi possessio probetur, & quibus modis amittatur. pag. 443.

CASUS II.

ARGUMENTUM.

96 Possessio præsentandi antecessoris, an transmitti possit in hæredes, & successores, & an ab istis validè allegari, etiamsi actualiter non præsentaverint? pag.458.

CASUS III.

ARGUMENTUM.

97 Existens in possessione præsentandi ad unum Beneficium, dicitur etiam esse in possessione quoad aliud Beneficium ejusdem fundationis? pag. 474.

CANON XXVII.

Canon iste disponit quòd fundator non possit exigere ab Ecclesia Patronali, nisi id, quod fuerit ei reservatum in limine fundationis, & quòd in eodem limine possit apponere conditiones, quas vult de consensu ordinarii.

CASUS I.

ARGUMENTUM.

98 SUper Beneficiis Patronalibus ad hoc, ut reservari possit pensio, an requiratur consensus Patroni; aut illius, favore cujus reservatum fuit Juspatronatus passivum, & an possessio exigendi Pensionem contra Antecessorem suffragari possit Pensionario pro manutentione, etiam contrà Successorem? pag. 479.

CASUS II.

ARGUMENTUM.

99 Pensio reservata superBeneficio patronali, an extinguatur ipso Jure per assumptionem militiæ Pontificiæ? pag. 482.

CASUS III.

ARGUMENTUM.

100 An, & quæ conditiones apponi à Fundatore in limine fundationis Beneficii, & approbari possint ab Episcopo? pag. 499.

CASUS IV.

ARGUMENTUM.

101 An Patronus in actu nominationis possit imponere Cappellano nova onera, & conditiones? pag.508.

CASUS V.

ARGUMENTUM.

102 Legato Dotium jam instituto, an Episcopus possit adjicere conditionem, quod Personæ nominandæ frequentaverint Doctrinam Christianam, & an possit prohibere! habentibus Jus nominandi, ne nominent Personas sibi dependentes, & familiares? pag. 510.

CASUS VI.

ARGUMENTUM.

103 Pactum appositum in limine Fundatio-

dationis, quod Cappellania remaneat semper vacans, usque quò habilis ex Descendentibus adveniret ad illam obtinendam, & in tali casu interìm bona assignata in Dotem eidem Cappellaniæ possiderentur à Patrono approbatum ab Ordinario cum clausula -- *Quæ tamen à dispositione SS. Canonum discreparent, approbare non intendit* -- non sustinetur? pag.512.

CASUS VII.

ARGUMENTUM.

104 Apposita lege in fundatione Archipresbyteratus in Ecclesia Cathedrali erecti, ut Archipresbyter teneatur exercere curam Animarum, an ipse Archipresbyter vigore hujus legis teneatur, etiam ad explicationem verbi Dei in diebus Dominicis? pag.513.

CASUS VIII.

ARGUMENTUM.

105 Quando in dispositione Testatoris fit mentio de pluribus oneribus Missarum. An omnia bona ibi relicta habeant annexa dicta onera? pag.514.

CASUS IX.

ARGUMENTUM.

106 Erecto Beneficio in Ecclesia Cathedrali, & apposito onere Beneficiato celebrandi Missas, & Divina Officia, ac inserviendi, & residendi in Ecclesia, an Beneficium sit residentiale? pag.515.

CASUS X.

ARGUMENTUM.

107 An Beneficium, cujus oneribus satisfieri non potest per alium, nisi in casu infirmitatis, & quod conferri potest Clerico, sit residentiale? pag.518.

CASUS XI.

ARGUMENTUM.

108 Apposito pacto in limine fundationis Canonicatus, quod Canonicus teneatur residere, & interesse Divinis Officijs si non resideat, an, & quando amittat distributiones? pag:520.

CASUS XII.

ARGUMENTUM.

109 Appositò à Fundatore Collegiatæ de Jurepatronatus onere Missæ Conventualis, an, & quando Canonici teneantur ad illius applicationem pro Anima ejusdem Fundatoris? pag.532.

CASUS XIII.

ARGUMENTUM.

110 Impositò à Fundatore in limine fundationis onere Cappellano, quod celebret quotidiè, an teneatur, etiam quotidiè applicare Missam pro ejus Anima? pag.540.

CASUS XIV.

ARGUMENTUM.

111 Cappellania ex lege fundationis, an, & quandò dicatur Sacerdotalis, & an Cappellano laboranti morbo Paralytico, possit concedi facultas celebrandi Missam, ad quam teneatur, cum assistentia Sacerdotis? pag.543.

CASUS XV.

ARGUMENTUM.

112 Requisita à Fundatore in limine fundationis Canonicatus qualitate actualis Sacerdotii respectu exterorum in actu præsentationis; An dicta qualitas censeatur, etiam volita respectu Consanguineorum, vel potiùs sufficiat, quod isti ad effectum obtinendi Canonicatum promoveri possit infra annum, quando nullus eorum est actu Sacerdos, & an cum Consanguineis sit quoad hoc dispensandum? pag.552.

CASUS XVI.

ARGUMENTUM.

113 Mandante Fundatore, quod ad Canonicatum erectum in Ecclesia Collegiata, aut Cathedrali præsentandus sit aliquis in Sacris constitu-

stitutus, sivè Presbyter, qui debeat celebrare, aut celebrari facere Missas, an hujusmodi Canonicatus sit Sacerdotalis; Et quid si qualitas Sacerdotalis fuisset Canonicatui adjecta post ejus erectionem? pag.554.

CASUS XVII.

ARGUMENTUM.

114 Ex eo, quod Fundator exegerit in Persona præsentanda qualitates de Jure communi requisitas, exemplificando unam ex his qualitatibus, an, & quando inferatur voluisse constituere Juspatronatus passivum favore habentis dictam qualitatem exemplificatam? pag. 556.

CASUS XVIII.

ARGUMENTUM.

115 Exigente Fundatore in præsentando ad Beneficium gradus magisterii in S. Theologia, aut Doctoratus in Decretis, aut Licentiaturæ in approbata Universitate, an possit præsentari ad Beneficium ille, qui habet solùm gradum Baccalaureatus, aut gradum magisterii obtentum à Collegio Doctorum? pag.562.

CASUS XIX.

ARGUMENTUM.

116 Sacerdos gravatus oneribus Missarum non potest recipere nova onera, nisi utrisque intrà modicum tempus possit satisfacere? pag. 564.

CASUS XX.

ARGUMENTUM.

117 Impositio onere Missarum à Fundatore in limine fundationis Cappellaniæ, & diminutis Redditibus pro earum celebratione assignatis, an, & quando earumdem reductio concedenda sit? pag. 564.

CASUS XXI.

ARGUMENTUM.

118 Quando onus est injunctum Legatario *taxativè* ad fructus rei legatæ, diminutis fructibus conceditur reductio oneris? pag.566.

CASUS XXII.

ARGUMENTUM.

119 An, & quando obligatio Antecessorum non liget Successores ad effectum eis denegandi reductionem Missarum? pag.567.

CASUS XXIII.

ARGUMENTUM.

120 Reductio Missarum facta ab Episcopo in limine fundationis Cappellaniæ sustinetur, & hæredes facta donatione in quantitate expressa per Testatorem ad nihil ampliùs tenentur, si ea tractu temporis minuatur quoad fructus? pag. 568.

CASUS XXIV.

ARGUMENTUM.

121 An, & quando Beneficiatus teneatur ad omnia onera Beneficij non obstante ultimo statu in contrarium? pag.569.

CASUS XXV.

ARGUMENTUM.

122 An reductio onerum à Fundatore facta ab eo, qui excessit limites Commissionis reductionis sustineatur? pag. 570.

CASUS XXVI.

ARGUMENTUM.

123 An sit locus reductioni Missarum à Fundatore in limine fundationis Cappellano impositarum, quando injunctum fuit hæredi onus subrogandi alium fundum tutum, & sufficientem pro illarum celebratione? pag.571.

CASUS XXVII.

ARGUMENTUM.

124 A quibus debeatur supplementum annui redditus pro Sacris Suppellectilibus, cæterorumque Utensilium consumptione in celebrandis Missis à Testatore in limine fundationis Cappellaniæ volitis? pag. 572.

CA-

ARGUMENTORUM.

CASUS XXVIII.

ARGUMENTUM.

125 An possit imponi Census super Bonis à Fundatore pro Cappellaniis ad effectum dicta Bona restaurandi, suspensa interim Cappellaniarum erectione, donèc ex Pensionibus restauratorum Bonorum Census extinguatur? pag.574.

CANON XXVIII.

Canon iste disponit Juspatronatus acquiri ex fundatione, constructione, & dotatione Ecclesiæ, & ad hoc vt acquiratur ex aliqua ex dictis causis requiri consensum Episcopi.

CASVS I.

ARGUMENTUM.

126 ACcedente Episcopo ad Ecclesiam Cathedralem, aùt Collegiatam de Jurepatronatus Laicali, an liceat Patrono, eum associare ad sinistram, & uni ex Canonicis ad dexteram tàm in ingressu, quàm in egressu ab Ecclesia; seù potiùs talis incessus, tàm ad sinistram, quàm ad dexteram spectet privativè ad solos Canonicos? pag.576.

CASUS II.

ARGUMENTUM.

127 Consensus Episcopi requisitus ad effectum acquirendi Juspatronatus Beneficii, quandò intervenire debeat, ex quibus tacitè inducatur, & an Episcopus compelli possit ad consentiendum, & an præstari valeat per inferiorem? pag.579.

CASUS III.

ARGUMENTUM.

128 Consensus Episcopi, an requiratur in fundatione, constructione, aùt dotatione Cappellaniarum merè Laicalium, necnon Hospitalis, aùt Collegii ad effectum acquirendi in eis Juspatronatus, seù Jus præsentandi? pag.580.

CASUS IV.

ARGUMENTUM.

129 Consensus Ordinarii requisitus in erectione Beneficii in Ecclesia Titulari cum reservatione Jurispatronatus, an sit præstandus per Cardinalem Titularem, vel potiùs per Cardinalem Vicarium Urbis? pag.582.

CASUS V.

ARGUMENTUM.

130 Ad effectum acquirendi Juspatronatus in limine fundationis, constructionis, aùt dotationis Ecclesiæ, sivè Beneficii; an requiratur expressa ejusdem Jurispatronatus reservatio? pag.590.

CASUS VI.

ARGUMENTUM.

131 Ædificato, ac dotato Monasterio Monialium propriis Bonis, & expensis communitatis pro Puellis Nobilibus Civitatis, an Moniales possint recusare admittere in Educandas Puellas Nobiles ejusdem Civitatis, & his præferre Puellas Nobiles Exteras? pag.592.

CANON XXIX.

Canon iste disponit, quod Patronus non possit se ipsum præsentare ad Beneficium, seù Ecclesiam vacantem.

CASUS I.

ARGUMENTUM.

132 PAtronus, an possit nominare se ipsum ad Cappellaniam merè Laicalem? pag. 599.

CASUS II.

ARGUMENTUM.

133 An Patronus possit præsentare se ipsum ad Beneficium Ecclesiasticum per viam precum? pag. 600.

CA-

INDEX

CANON XXX.

CASUS Unicus.

ARGUMENTUM.

Canon iſte diſponit, quòd Legatus à Latere poſſit ſibi reſervare, & liberè conferre Beneficia de Jurepatronatus Eccleſiaſtico invito, & irrequiſito Patrono non verò Beneficia de Jurepatronatus laicali.

134 LEgatus à Latere, quæ Beneficia Juriſpatronatus poſſit, & quæ non poſſit ſibi reſervare, & liberè conferre? pag. 602.

CANON XXXI.

CASUS I.

ARGUMENTUM.

Canon iſte diſponit, quòd Rector Eccleſiæ Parochialis poſſit eligere pro ſervitio ſuæ Eccleſiæ Clericos ordinandos, etiam invito Patrono.

135 ELectio Sacriſtæ, Clerici inſervientis Miſſis, ac deputatio Cappellani in Coadjutorem in Eccleſia Parochiali Patronali, caſu, quo Parochus nequeat per ſe ipſum adimplere onera Parochiæ, ad quem ſpectet; Et an Patronus condemnari poſſit ad aſſignandam eidem Coadjutori Congruam? pag. 604.

CASUS II.

ARGUMENTUM.

136 Canonico ſeni, aut infirmo Poſſidenti Canonicatum de Jurepatronatus, an dari poſſit Coadjutor cum futura ſucceſſione abſque conſenſu Patroni? pag. 608.



IN CANONES DE JURE-PATRONATUS

Desumptos ex Decretalibus Gregorii IX. lib. 3. tit. 38.

COMMENTARIA.

PARS SECUNDA.

CANON I.

Ex Concilio Mediolanen.

PErlatum ad nos est, quòd inter hæredes, Ecclesiæ in rebus propriis constitutæ dividantur, ut unius Altaris quatuor partes fiant,& singulæ partes singulos habeant Presbyteros, &c. Unde nobis visum est,quòd hujuscemodi Ecclesiæ inter hæredes dividi non debeant;& si in contentionem venerint, & simultates inter eos surrexerint, per quas Sacerdos suo ibi officio canonicè fungi non possit, præcipiatur ab Episcopo Civitatis, ut nullo modo ibi Missarum solemnia celebrentur, donec ad concordiam redeant, & Ecclesia Sacerdotem canonicè habeat, qui liberè suum ministerium valeat exercere.

CANON II.

Ex Concilio Triburien.

QUæcumque, &c. si contingat pro Ecclesia dissidere Patronos, ut eam nolint sub uno Presbytero procurari,Episcopus (si aliter non poterit ipsi consulere) tollat indè reliquias, atque ejusdem Ecclesiæ claudat ostia, ut sacrum Mysterium, nullus in ea celebret, antequam unum eligant Presbyterum, qui sacrosancta sit idoneus procurare.

COMMENTARIUM.

EX his duobus Canonibus sequentes deduco conclusiones.
Prima: JUSPATRONATUS EST INDIVIDUUM.
Secunda: EST TRANSITORIUM AD HÆREDES.
Tertia: SI PROPTER HÆREDUM DISCORDIAM PRESBYTER NON PRÆSENTETUR, CESSATUR A MISSÆ SACRIFICIO, DONEC UNUS PARI VOTO, ET CONSILIO PRÆSENTETUR.

Quas conclusiones probant etiam *Text. in cap. Considerandum, & cap. Si plures* 16. *quæst.* 7. (quos in PRIMA PARTE exponere omisi, eo, quia in eis continetur quicquid à præsentibus Canonibus statuitur) *Innoc. Abb. Joann. de Anania, Berous, Butr. Fagnan. Gonzal. & alii hìc, Ancharan. in Clement. Plures de Jurepat. n.* 7. *Rot. decis.* 73. *n.* 2. *coram Pæn. & decis.* 364. *n.* 3. *coram Seraphin.*

1 Ratio autem quare à Jure Canonico etiam hæredibus Fundatorum Ecclesiarum concedatur Juspatronatus est, quia hæredes repræsentant Personam Authoris; Unde justum, & congruum est, ut eadem Jura honorifica, onerosa, & utilia, quæ competunt Fundatoribus Ecclesiarum, competant etiam eorum hæredibus, ut sic magis alliciantur Christifideles ad fundandas, construendas, & dotandas Ecclesias. *Lambertin. de Jurepatr. lib.* 1. *par.* 2. *quæst.* 2. *art.* 1. *n.* 28. Et quia rerum com-
2 munio plerumque discordias parit, juxta *Text. in L. Cum Pater* 77. §. *Dulcissimis, ff. de Legat.* 2. *L. In re communi* 26. *de servit. urban.* Ideo Textus in casu discordiæ hæredum Fundatoris in præsentando Rectorem tradidit hìc remedium reducendi illas ad concordiam, concedendo scilicet Episcopo facultatem interdicendi Ecclesiam, claudendo ostia, & auferendi reliquias, donec ad concordiam redeant.

Quoad Tertiam Conclusionem dicam infra in PARTE IV. Quoad verò Primam & Secundam examinantur sequentes Casus.

ARGUMENTUM.

Juspatronatus est individuum tam secundùm sui naturam, quàm secundùm Juris dispositionem.

SUMMARIUM.

1 *Juspatronatus est individuum secundùm sui naturam.*
2 *Juspatronatus est jus incorporale.*
3 *Honor processionis pro parte præstari non potest ab Ecclesia Patrono, sed ei præstari debet totus, & adæquatus honor.*
4 *Patronus tenetur sufficienter, & non pro parte defendere Ecclesiam.*
5 *Effectus jurispatronatus sunt in se individui; secundùm verò usum, modum, exercitium, & commoditatem sunt dividui.*

CASUS I.

QUæritur hìc: An juspatronatus sit individuum tam secundùm sui naturam, quàm secundùm juris dispositionem?

1 Respondeo juspatronatus esse individuum secundùm sui naturam, itaut quoad proprietatem deferatur apud omnes Patronos insolidum. *Garz. de Benef. par.* 5. *cap.* 1. *n.* 240. *Card. de Luc. de jurepatron. disc.* 61. *n.* 6. *Rota in Lauden. Canonicatus coram Emerix jun. decis.* 1361. *n.* 4. *confirmata sub die* 3. *Martii* 1697. §. *individuitas cor. Eminentiss. Domino Cardinali Tremoille.* Quia omne jus incorporale, & intellectuale est individuum secundùm sui naturam, ut *in L.* 1. §. *Quædam, ff. de rer. div.*
2 Cùm autem juspatronatus sit jus intellectuale, & incorporale, quia tangi, & videri non potest, sequitur, quòd secundùm

sui

sui naturam sit individuum. Et ita tenent hic *Abbas Berous n.62. Lotter.de re benefic. lib.2. quæst.3. n.32. Lambertin. de jurepat. lib.1. par. 1. quæst. 3. art. 8. n. 2. Rocc. de Curt. eodem tract. in verb. Jus q. 6. n. 10. Barbat. in cap. Quanto, de Judiciis, idem Lambertin. lib.1. par.2. quæst.2. art.36.*

Ad cognoscendum verò an juspatronatus sit individuum etiam quoad juris dispositionem, attenduntur effectus in jurepatronatus contenti, an sint dividui, vel individui, qui si sint individui, juspatronatus erit etiam individuum secundùm juris dispositionem: Effectus jurispatronatus sunt Honor processionis, Utilitas alimentorum, Onus defensionis, & Jus præsentandi juxta Canones supra relatos; in *Prima Parte*.

3 Honor processionis est effectus in se individuus, quia pro parte præstari non potest ab Ecclesia Patrono, sed debet præstari ab ea totus, & adæquatus honor conveniens Patrono, aliàs Ecclesia afficeretur nota ingratitudinis, sicuti esset ingratus ille filius, qui non præstaret totum honorem convenientem Patri.

Utilitas alimentorum est effectus in se etiam individuus; quia Ecclesia deductis necessariis, sufficienter alimentare tenetur Patronum egenum, & non pro parte.

Onus etiam defensionis est quid in se
4 individuum, quia Patronus tenetur sufficienter, & non pro parte defendere Ecclesiam; *argum. text. in L.4.§.fin. ff. de verb. oblig. L. Loci corpus, §.Si fundus in fin. ff. Si servi vend.*

Jus denique præsentandi est individuum, quia est jus; adeôque quid incorporale, & intellectuale, quod est indivisibile juxta prædicta. Unde cùm isti effe-
5 ctus jurispatronatus sint in se individui, sequitur, quod juspatronatus etiam secundùm juris dispositionem sit individuum, ut est Textus hic, & optimè *Berous ibi n.68. & seqq.*

Sed licèt isti effectus juris præsentandi sint in se individui, tamen secundùm usum, modum, exercitium, & commoditatem sunt dividui; quia plus honoris debetur ab Ecclesia Patrono Regi, quàm Patrono simplici; & in pluribus succurrendum est Patrono egeno nobili, quàm ignobili, ita *Lotter.de re benefic. lib.2. q.4. n.3. & quæst.5. n. 39. Lambertin. ubi supra Pars II. n. 9. Rot. in Alexanen. beneficii 11. Aprilis 1712.§.final.coram R.P.D. Aldrovando*, & notavi superius in *Prima Parte Can. I. & II. & Can. III.* Et quia inter Patronos conveniri potest, ut unus præsentet pro una vice, & alius pro alia, & quòd unus præsentet in una Ecclesia, & alius in alia. *Berous hic n. 74. §.non obstat. Gonzal. in d. cap. Quæcumq; n.9. & seqq. Rot.in Lauden. Canonicatus 3.Martii 1697.§.Individuitas coram Eminentiss.de la Tremoille.* Et dicam infra in *Parte IV.*

ARGUMENTUM.

An, & quando Judex Laicus dividendo hæreditatem inter hæredes, adjudicare possit uni ex illis Juspatronatus? Et an Testator possit hoc facere?

SUMMARIUM.

1 *Judex laicus dividendo hæreditatem inter hæredes, non potest inter ipsos dividere juspatronatus.*

2 *Judex laicus, quando in hæreditate sunt plura jurapatronatus, potest in divisione hæreditatis uni hæredi adjudicare unum, alteri aliud juspatronatus.*

3 *Judex laicus potest accessoriè adjudicare uni ex hæredibus juspatronatus.*

4 *Patronus dividendo hæreditatem inter suos hæredes, potest uni ex illis assignare juspatronatus, exclusis aliis.*

CASUS II.

QUidam Judex laicus dividendo hæreditatem inter hæredes, adjudicavit uni ex illis juspatronatus? Quæritur, an hoc fieri possit per Judicem laicum.

1 Respondeo distinguendo plures casus. Primo: Quando Judex laicus dividit hæreditatem inter hæredes, non potest inter ipsos dividere juspatronatus; tum quia est Judex incompetens, ut est *Text. in cap. Quanto de Judic. ibiq. Barbat.* tum quia juspatronatus est indivisibile, ut hic est Textus; tum denique quia vel dividit hæreditatem inæqualiter, vel æqualiter si inæqualiter, non potest adjudicare juspatronatus uni ex illis habenti minorem partem in recompensationem temporalitatis, quia aliàs committeretur simonia, *cap. De jure, de jurepat. Ripa respons.2.tit.de jurepat. n.1.* Si verò æqualiter, nec potest

uni ex illis adjudicare juspatronatus, tum quia est Judex laicus; tum quia non est ratio, quare potius uni, quàm alteri adjudicari debeat, tum quia cùm dispositio legis sit, quòd juspatronatus transeat insolidum apud omnes hæredes, hujusmodi dispositio tolli non potest per dispositionem humanam, *cap. Quærimoniam de jurepatronatu.*

2 Secundò. Si in hæreditate sunt plura jurapatronatus, potest Judex laicus in divisione hæreditatis uni hæredi adjudicare unum, alteri aliud juspatronatus, de consensu autem hæredum, qui cum hoc inter ipsos facere possunt, juxta *Lambertin. de jurepat. lib. 1. par. 2. quæst. 2. art. 36. n. 13.* Factum Judicis censeretur factum eorundem hæredum, *L. Si ob causam, Cod. de evictionem.*

3 Tertiò. Judex Laicus potest accessoriè adjudicare uni ex hæredibus juspatronatus, scilicet adjudicando uni ex hæredibus Castrum, aut Villam, cui esset annexum juspatronatus, nihil tamen dicendo, aut disponendo de ipso jurepatronatus, ita *Berous hìc n. 38. & seqq. Lambertin. ubi sup. art. 37. Barbat. in cap. Quantò de judic. Anan. in cap. Quærimoniam de jurepat.* sicuti ipse-
4 met Patronus dividendo hæreditatem inter suos hæredes, potest uni ex illis assignare juspatronatus, itaut aliis non competat. Ita *Berous hìc n. 41.*

ARGUMENTUM.

Juspatronatus hæreditarium transit ad quoscunque hæredes, etiam extraneos, universaliter institutos.

SUMMARIUM.

1 *Juspatronatus transit ad quoscunque hæredes, etiam extraneos, universaliter institutos, non ut hæredes, sed quia hæredes, & n. 3. 6. limita ut n. 7. & 8.*

2 *Nomine hæredum veniunt quicunque hæredes tam sanguinis, quàm extranei.*

4 *In habentibus symbolum facilior est transitus.*

5 *Pro assequutione jurispatronatus merè hæreditarii unicè spectatur qualitas hæreditaria.*

CASUS III.

PAtronus instituit hæredem universalem Cajum ejus amicum: quæritur an unà cum hæreditate transiverit etiam ad Cajum juspatronatus?

1 Respondeo affirmativè; quoniam juspatronatus transit ad quoscunque hæredes, etiam extraneos: etenim Canones supradicti loquuntur de hæredibus sim-
2 pliciter, & indistinctè; sed nomine hæredum, veniunt quicunque hæredes, tam sanguinis quàm extranei, tam ex testamento quàm ab intestato, ut in *L. Hæredi appell. ff. de verb. sign.* Igitur juspatronatus transit ad quoscunque hæredes etiam extraneos, *Vivian. de jurepat. L. 4. p. 1. cap. 2. n. 1. Capon. discep. 66. n. 4. Gratian. disc. 645. n. 10. Rota decis. 409. n. 1. par. 18. & coram Emerix jun. decis. 234. n. 1. Molin. de primogen. l. 1. C. 24. n. 3.* & in *Mediolanen. Archipresbyteratus 27. Januar. 1710. §. Quæ veritas coram R. P. D. Falconerio.*

3 Quod mirificè comprobatur paritate, nam juspatronatus transit ad extraneos cum universitate rerum, & corporum titulo particulari donationis, & venditionis, ut ex *Text. in cap. ex literis, & cap. Cùm sæculum de jurepat.* de quibus infra *Can. XIV. & XV.* Ergo à fortiori transibit ad hæredes extraneos succedentes in universum jus Testatoris titulo universali successio-
4 nis. Ratio est; quia in habentibus symbolum facilior est transitus, *L. In rem, §. Item quæcumque, ff. de rei vindic.* Major similitudo est inter Testatorem, & ejus hæredem universalem, cùm iste Personam defuncti repræsentet, & una eademque Persona cum defuncto censeatur, ut in *auth. de jur. juran. à mor. præst.* quam inter donatorem, & donatarium, aut inter venditorem, & emptorem. Ergo si cum universitate rerum, & corporum titulo particulari donationis, aut venditionis transit ad extraneos, à fortiori cum universitate rerum, & jurium transibit ad hæredes universales titulo universali successionis: aliàs, si juspatronatus non transiret, nisi ad eos de sanguine, non daretur transitus illius titulo particulari donationis, aut venditionis contra *dictos Text. cap. Ex literis, & cap. Cùm sæculum.*

5 Ad assequendum autem hujusmodi juspatronatus merè hæreditarium non requiritur, nec sufficit habere qualitatem descendentiæ, sed unicè spectatur qualitas hæreditaria, & qui illam habet juspatronatus obtinere debet, *Lotter. de re benef. lib. 2.*

lib.2. q.11. n. 28. Rot. in Pennen. Beneficii ſuper Pertinentia 17. Martii 1710. §. Hoc inquam, coram R. P. D. Lancetta.

Nec etiam ad aſſequendum exercitium jurispatronatus, ſeu ut quis validè præſentare poſſit in patronatu hæreditario, non requiritur, quòd actu poſſideat hæreditatem dum patronus poteſt validè præſentare, etiam antequam ſit immiſſus in poſſeſſionem hæreditatis, ea ratione, quia in juribus incorporalibus pro eorum exercitio ſufficit habere jus citra facti poſſeſſionem: ut expreſsè teſtatur *Lotter. de re benef. lib.3. q.19. n.30.*

6 Sed juspatronatus tranſit ad hæredes univerſales etiam extraneos, non ut *hæredes*, quia non tranſit ad illos pro hæreditariis portionibus, ut hìc eſt Textus, ſed *quia hæredes*, ſcilicet tranſit ad omnes inſolidum. Et ita tenent *Innoc. Anania, Berous, Butrius, & alii* hìc *Calderin. de jurepatron.conſ.2. Lambertin. eodem tit. lib.1. par.2. quæſt.2. princip. Fagnan. Gonzal. hìc Ancharan. conſ. 81. Barbat. in cap. Quanto de judic. ſub n.12. §. Sed Bald. Gabriel. conſ.196. n.1. Anania in cap.Cùm ſæculum de jurepat. n.5.*

7 Quæ tamen concluſio limitatur in caſu, quo Teſtator expreſsè excluſerit à jurepatronatus hæredes extraneos, ut poteſt illos excludere juxta *Decium ſuper Decretal. in cap. Edoceri, & in cap. Significatum de Præben. Lambert. ubi ſupra art.2. Berous hìc n.34.*

8 Aut in caſu, quo Teſtatori competeret juspatronatus non ex fundatione, nec dotatione, nec conſtructione, ſed ex mero Privilegio Perſonali; quo caſu juspatronatus extingueretur cum Perſona Teſtatoris, & non tranſiret ad hæredes extraneos, *Ciarlin.controv.159. n.13.& ſeq. D. meus Advoc. Pitonius diſcept. eccleſ. 33. p.1. rec.*

ARGUMENTUM.

Juspatronatus non tranſit ad hæredem inſtitutum in re certa. Quod tamen limitatur in aliquibus caſibus.

SUMMARIUM.

1 *Juspatronatus non tranſit ad hæredem particularem inſtitutum in re certa, nec ad merum executorem,* & n.2. *ſed limita,* ut n.3. & 4.

2 *Inſtitutus in re certa non eſt propriè hæres.*

5 *Teſtator non poteſt ſpecialiter legare juspatronatus uni Perſonæ, abſque conſenſu Epiſcopi, poteſt tamen illud legare compatrono, aut Eccleſiæ abſque hujuſmodi conſenſu,* ut n.6. & 7.

CASUS IV.

QUidam Patronus habens duos filios; Unum ex eis inſtituit hæredem in re certa, nimirum in certa quota bonorum; alio univerſaliter inſtituto hærede; quæritur an juspatronatus tranſeat ad filium in re certa inſtitutum?

1 Reſpondeo negativè, quia juspatronatus tranſit cum univerſitate rerum, & bonorum, non autem cum rebus particularibus, juxta *Text. in cap. Ex literis, & in cap. Cùm Jaculum de jurepat.* de quibus infra *Can.XIV. & XV.* Ergo non tranſit ad hæredem particularem inſtitutum in re

2 certa. Item inſtitutus in re certa non eſt propriè hæres, ſed legatarius, vel potiùs tertia ſpecies participans de hærede, & legatario, *L. Quoties, ff. de hæred. inſtit.* ac proinde in materia jurispatronatus non comprehenditur ſub ſimplici nomine hæredis, quia in exorbitanti, & materia ſtricta ſub ſimplicibus non comprehenditur caſus mixtus, *L. 2. in princ. ubi Bart. & Alex. ff. de verbor. oblig.* ſed materia juris-patronatus eſt materia exorbitans: igitur ubi dicitur, juspatronatus tranſire ad hæredem, nomine hæredis non venit inſtitutus in re certa; & hanc concluſionem communiter tenent ferè omnes Doctores, *Abb. Berous n. 22. & ſeqq. hic Lambertin. de jurepat. lib.1. p.2. quæſt. 2. art.16. n.6. Lotter. de re benefic. lib. 2. quæſt. 11. n.28. Rota deciſ. 24. n.2. poſt Vivian. de jurepat. & deciſ.70.n.16.par.12.& deciſ.413.n.11. & deciſ.560.n.2.par.18. & deciſ.223.n.1. par.19. recen. Garz. de benef.par.5. cap.9. n.17.* Ex quo ſequitur, quod ſi juspatronatus non tranſit ad hæredem inſtitutum in re certa, multò minus tranſibit ad merum Executorem teſtamentarium patroni; qui nullatenus eſt hæres, ut firmavit *Rot.in Barchinonen.beneficii 14.Maji 1685. §.Cæterum in fine, coram R.P.D.Florez.*

3 Limitatur tamen hæc concluſio in caſu, quo non eſſet inſtitutus hæres univerſalis; vel eſſet inſtitutus hæres univerſalis, ſed non potuerit ſic inſtitui; vel eſſet in-

institutus, sed non acceptaverit, nec adierit hæreditatem; in quibus casibus juspatronatus transit ad hæredem institutum in re certa, quia per jus accrescendi universa hæreditas consolidatur in ipso; & ad repudiantem hæreditatem universalem juspatronatus non transit, *Anan. cons.86. Calderin. cons.2. Abbas hìc.*

4 Limitatur etiam in casu, quo hæres esset institutus in re certa, quæ esset aliqua universitas, puta Villa, Castrum, cui esset annexum juspatronatus; vel in casu, quo Testator specialiter legasset de consensu Ordinarii juspatronatus instituto in re certa; in quibus casibus juspatronatus transit ad hæredem institutum in re certa, ut bene advertunt hìc *Boreus n.30.& seqq. Lambertin. ubi supra, & art.17.* secus autem si Testator legasset hujusmodi juspatronatus eidem instituto in re certa absque consensu Ordinarii; tunc enim non transiret ad illum juspatronatus, dum Te-

5 stator non potest specialiter legare juspatronatus uni personæ, absque consensu Episcopi, *Lambertin. de jurepat. lib.1. p.2. quæst.1. art.9. n.1. Rocc. de Curt. eodem tract. in verb. is, vel ipse, à quo n.38. Abbas in cap. Cùm sæculum hoc tit. n.6. ibique Anania n.4. Butr. in cap. Cùm sæculum n.2. Berousin. cap. illud de jurepat. n.12.* nisi illa

6 persona sit compatrona, *Rot. coram Achill. decis.10. de jurepat. Vivian. de jurepat. lib.4. cap.1. n.31. & cap.4. n.6. & coram Verall. decis.284. p.1. & decis.131. p.2. & coram Coccin. decis.464. n.8. & coram Dunoz. jun. decis.79. n.5. & decis. 96. n.9.* Aut nisi sit

7 aliquis locus Religiosus, vel Ecclesia, *Butr. in cap. Cùm sæculum de jurepatr. n.2. Boreus in cap. Illud de jurepat. n.13.*

ARGUMENTUM.

Juspatronatus ab initio hæreditarium, an fieri possit per successorem fundatoris gentilitium.

SUMMARIUM.

1. *Fundator potest mutare qualitatem jurispatronatus, ut de hæreditario efficiatur gentilitium.*
2. *Patroni hæredes Fundatoris, an possint mutare qualitatem jurispatronatus, ut de hæreditario efficiatur gentilitium?* & n.3.
4. *Patronus potest mutare juspatronatus, ut de laicali efficiatur Ecclesiasticum, & de non Sacerdotali efficiatur Sacerdotale.*
5. *Patronus potest successoribus præjudicare, & juspatronatus hæreditarium supprimere, & ei renunciare.*
6. *Conditio, quòd juspatronatus sit Gentilitium, est favorabilis Ecclesiæ.*
7. *Conditiones novæ, quando sunt præjudiciales Ecclesiæ patronatæ non possunt apponi post fundationem, nec à Fundatore, nec ab ejus successoribus, secus si sunt utiles, & non præjudiciales eidem Ecclesiæ.*
8. *Juspatronatus hæreditarium fieri potest gentilitium per observantiam subsecutam.*
9. *In jurepatronatus gentilitio succeditur in capita, & non in stirpes.*
10. *Juspatronatus transit ad hæredem universalem, non verò ad hæredem institutum in re certa.*
11. *Juspatronatus in dubio censetur hæreditarium.*
12. *Patronus potest mutare juspatronatus hæreditarium in gentilitium,* & n.14.
13. *Juspatronatus esse gentilitium arguitur ex præsentatione etiam ineffectuata.*
15. *Præsentatio facta cum expressione, quod juspatronatus sit de domo, aut familia de talibus, an probet illud esse familiare,* & n.31.
16. *Literæ Apostolicæ pro præsentato, in quibus enunciatur juspatronatus esse laicorum de domo, aut familia de talibus probant juspatronatus esse gentilitium;* & n.17. *amplia ut* n.18.
19. *Præsentatio expleta in capita, & non in stirpes, probat qualitatem gentilitiam,* & n.20.
21. *Reservato jurepatronatus pro omnibus de familia in genere, præsentatio explenda est per modum Collegiativum, & major pars prævalere debet minori.*
22. *Juspatronatus gentilitium defertur ad solos masculos agnatos, ad fœminas verò nonnisi per posterius,* ut n.23.
24. *Ex præsentatione incerta, & erroneè admissa, non acquiritur quasi possessio præsentandi, nec dicta præsentatio est attendibilis.*
25. *Præsentatus à majore parte patronorum est præferendus.*
26. *Gratiæ derogatoriæ pro medietate resolvuntur in simplicem gratificationem.*

27 *Mu-*

27 *Mutatio jurispatronatus hæreditarii in gentilitium non præſumitur, & onus illam probandi incumbit aſſerenti.*

28 *Præſentatio facta a patrono cum expreſſione*, uti filius, & hæres, *demonſtrat juspatronatus eſſe mixtum, & non omnino gentilitium.*

29 *Reſervato jurepatronatus ſibi, & hæredibus ſuis in perpetuum, an cenſeatur reſervatum, tam pro deſcendentibus, quàm pro extraneis*, & n.30.

32 *Enunciativæ editæ præter neceſſitatem, & importantiam actus non attenduntur.*

33 *Præſentationes magis conſonæ fundationi, & juris præſumptioni conformes præferendæ ſunt aliis præſentationibus.*

34 *Res judicata non comprehendit, quod non apparet effectivè declaratum, ſeu definitum.*

35 *Voluntas elicitur etiam ex actu nullo.*

36 *In jurepatronatus gentilitio an, & quando omnes de familia, & etiam pater cum filio admittantur ad præſentandum.*

CASUS V.

POſſidet Nobilis Familia A, titulo hæreditario juspatronatus ad diverſa Beneficia, & Cappellanias, præſertim ad Cappellaniam SS. Samalidis, Nicodemi, & Abibonis. De anno 1596. illi de familia, ad formam *Clement. plures de jurepat.* diviſerunt dictum juspatronatus per turnum, & alternativam; in qua diviſione de communi conſenſu ſtatuerunt præfatum juspatronatus, extantibus deſcendentibus maſculis de familia A, ad eos ſpectare, excluſis fœminis, ut ex Inſtrumento tranſactionis ibi: *Item volſero, convennero, e dichiararono, che ſtante li deſcendenti maſchi legitimi, e naturali della Famiglia A, le femine non poſſino, nè debbano ſuccedere nel padronato di detti Benefizii Eccleſiaſtici ſpettanti à detta famiglia, mà vogliono, che ſiano in tutto, e per tutto eſcluſe, nè ragione alcuna abbino, ò poſſino avere in detti loro padronati.*

Poſtremò tota familia A, conſolidata fuit in Julio, qui cùm ab hac vita migraſſet, reliquit quatuor filios maſculos, nempe Joannem Franciſcum Primogenitum, quem hæredem univerſalem inſtituit Gherardum, Flaminium, & Federicum nunc defunctum, quibus titulo inſtitutionis reliquit ſolam legitimam.

Vacante nunc per obitum ultimi Rectoris præfata Cappellania SS. Samalidis, Nicodemi, & Abibonis, Joannes Franciſcus præſentavit ad illum Titium; alii duo fratres verò nempe Gherardus, & Flaminius præſentarunt Sempronium. Quo poſito ad effectum agnoſcendi, quis ex dictis Præſentatis ſit inſtituendus, & obtinere debeat Cappellaniam, propoſita mihi fuerunt ſequentia dubia.

Primò: An juspatronatus ab initio hæreditarium vigore dictæ tranſactionis initæ anno 1596. ſit gentilitium, & quatenus negativè.

Secundò: Ad quem ex dictis Fratribus de Familia A, & pro qua portione ſpectet?

1 Et videtur, quoad primum negativè reſpondendum; licèt enim fundator poſt perfectam fundationem Beneficii valeat ita mutare qualitatem jurispatronatus, ut de hæreditario efficiatur gentilitium, & quandocumque poſſit per eum imponi qualitas gentilitia juripatronatus hæreditario, accedente conſenſu Ordinarii, *Rota deciſ. 675. n.2. in fine par.* 1. tamen ſucceſſores ipſius Fundatoris in jurepatronatus, ſeu patroni non poſſunt mutare qualitatem jurispatronatus, ut de hæreditario efficiatur gentilitium, ut expreſsè tuetur, *Lotter. de re benefic. lib. 2. q.47. n.64. & 65.* aſſerens hoc eſſe de mente *Felini in cap. Cùm acceſſiſſent ſub n.19. verſic. ſecundus caſus de conſtit. & Rotæ deciſ.346. n.6. coram Merlin.*

2 Ea ratione, quia hæres, & ſucceſſor non poteſt immutare ſtatum præſcriptum à Fundatore in jurepatronatus, nec etiam de conſenſu Ordinarii, abſque beneplacito Apoſtolico alterare voluntatem Fundatoris in forma ſpecifica ſervandam, adeôque illi de familia A, non poterant juspatronatus, quod erat ab initio hæreditarium, vigore tranſactionis initæ anno 1596. reddere gentilitium, *Ferrett. conſ.134. per tot. Bald. in L. Si teſtam. n.1. & ſeqq. C. de teſtam. Lotter. de re benefic. lib.2. quæſt.47. n.6.*

3 Contrarium tamen verius de jure cenſeo; quoniam quando plures ſunt Patroni hæredes, & ſucceſſores Fundatoris poſſunt iſti unanimi conſenſu donare, & reſervare juspatronatus hæreditarium eis de familia maſculis, excluſis fœminis, & ſic reddere illud gentilitium, immo poſ-

ſunt

sunt qualitatem hæreditariam in gentilitiam ad formam majoratus, & primogenituræ immutare etiam sinè consensu Ordinarii, quid quid secus esset, si unus ex dd. patronis dissentiret, & nollet, juspatronatus hæreditarium esse gentilitium; sicuti competente jurepatronatus omnibus de parentela, possunt isti omnibus concurrentibus, & nemine discrepante admittere extraneum ad præsentandum cum eis; secus uno solo discrepante, *Lambertin. de jurepat. lib. 1. par. 2. quæst. 2. & quæst. 4. art. 4. n. 3. & lib. 2. par. 2. quæst. 2. art. 16. Ciarlin. controv. 159. n. 22. lib. 2.* & juxta magistralem Decisionem Sacræ *Rotæ in Romana Cappellaniæ S. Nicolai* 8. *Junii* 1709. *coram R. P. D. Ansaldo confirmata* 17. *Martii* 1710. *coram eodem inferiùs legen. & in Tuden. Parochialis de Reverteme* 7. *Decembris* 1708. §. *Si quidem omisso coram R. P. D. Lancetta, & in Composstellana Parochialis de Pardessoa* 2. *Julii* 1710. §. *Serotinum coram R. P. D. Falconerio, & in Romana Cappellaniæ* 3. *Junii* 1711. §. *In hoc igitur coram R. P. D. Ansaldo, & in Bononien. Beneficiorum de Castello* 9. *Junii* 1713. §. *Rursus coram R. P. D. Ansaldo. Tuden. Parochialis de Reverteme* 25. *Junii* 1708. §. *Cæterum coram R. P. D. Ansaldo.*

Ratio est, quia licèt translatio patronatus non possit attentari in præjudicium illius, cui est jus quæsitum, nihilominus cum hæreditario patronatui imprimitur ab omnibus interesse habentibus hæc qualitas gentilitia, non solùm cessat præjudicium istud, eo quia, quod introductum est in favorem patronorum, possunt ipsi ei renunciare, *Lambertin. de jurepat. lib. 1. par. 2. quæst. 4. art. 4. n. 3.* sed etiam impressio hæc tendit in favorem Ecclesiæ, cui aperitur spes libertatis post extinctam familiam, *Achill. de Grass. decis. 10. n. 3. de jurepat. Lotter. de re benefic. lib. 2. quæst. 11. n. 5. Rota decis. 163. n. 3. par. 1. recent.*

4 Quam sententiam expressè tuetur, *Vivian. de jurepat. d. lib. 4. cap. 9. n. 28.* & quidem veriorem puto utpote principiis magis solidis innixam, nam patronus potest donare juspatronatus laicale hæreditarium Ecclesiæ, & sic ita mutare illud, ut de laicali efficiatur Ecclesiasticum, juxta *Text. in cap. Si laicus de jurepat. in 6. ibique Monach. Gemin. Card. de Luca de jurepatr. disc. 59. n. 13. Rota in Aprutina Beneficii* 19. *Junii* 1705. §. *Etiamsi coram R. P. D. Scotto.* Insuper patronus reservando juspatronatus hæreditarium favore aliquorum potest apponere modum, quòd præsentandus sit Sacerdos, aut in sacris constitutus, & sic de non Sacerdotali reddere illud Sacerdotale, non obstante, quòd fundator impresserit in eo solam qualitatem laicalem, & non Sacerdotalem, *Lambertin. de jurepat. lib. 1. par. 2. quæst. 4. art. 4. n. 3.* Ergo etiam patronus poterit juspatronatus hæreditarium reddere gentilitium, & imprimere in illo qualitatem gentilitiam, non obstante, quòd fundator in ejus fundatione impresserit in

5 jurepatronatus solam qualitatem hæreditariam: Patronus enim potest successoribus præjudicare, & uni totum juspatronatus hæreditarium prælegare, & etiam in extraneum transferre, immo potest supprimere, & ei renunciare, ita quod Ecclesia remaneret libera etiam sinè consensu Episcopi, nec hæredibus competit querela, juxta *Text. in cap. Significavit de test. Alex. cons. 13. n. 10. & cons. 20. n. 6. lib. 5. Roch. de Curt. de jurepat. in verb. pro eo, quæst. 14. n. 30. Lambertin. eodem tract. lib. 1. par. 2. quæst. 2. art. 7. n. 1. & seqq. Covarr. resolut. lib. 2. cap. 18. n. 10. Rota decis. 653. n. 1. & 2. coram Pamphil.*

6 Et ratio hujus est, quia conditio, quòd juspatronatus spectet ad solos masculos de familia exclusis fœminis, seu quòd sit gentilitium, non est contra jus, nec est præjudicialis, immo favorabilis Ecclesiæ; adeôque in transactione anni 1596. potuit apponi ab eis de Familia A, patronis.

7 Licèt enim novæ conditiones, vel nova pacta, quando sunt præjudicialia Ecclesiæ patronatæ, & illi onerosa non possint apponi post fundationem, nec à fundatore, nec ab ejus successoribus, etiam cum consensu Episcopi; tamen quando sunt utilia Ecclesiæ, vel non præjudicialia, possunt apponi post fundationem, quia nihil est, quod repugnet, *Gloss. in cap. Cùm dilectus in verb. constitutum de consuetud. ibiq; Abb. Rocch. de Curt. de jurepat. verb. pro eo, quæst. 13. n. 29. Lambertin. eod. tract. lib. 1. par. 2. quæst. 4. art. 4.*

8 Eoque magis dictum juspatronatus est Gentilitium, si adsit observantia, nimirum si ab anno 1596. usque nunc tantùm illi

de

de Familia A maſculi, & nullatenus fœminæ præſentaſſent, ad Beneficia de eorum Jurepatronatus cum ſubſecuto effectu, dum Juſpatronatus, ab initio hæreditarium, fieri poteſt gentilitium per obſervantiam ſubſecutam, quæ attendi debet ad effectum diſcernendi, an Juſpatronatus ſit hæreditarium, vel gentilitium. *Gabriel. conſ. 196. num. 6. lib. 2.*; ut *notat Vivian. de Jurepat. lib. 4. cap. 9. num. 29. Rot. deciſ. 346. num. 13. coram Merlin. & in Firmana Juriſpat. 21. Aprilis 1704. coram b. m. Muto.*

Non obſtat Doctrina *Fælini in dicto capit. cùm acceſſiſſent* citatus à *Lotterio* contrarium ſentiente ubi ſupra num. 1. quia ipſe loquitur de conditionibus favorabilibus Eccleſiæ mutandis, dicens, quòd non poſſint mutari ab Epiſcopo etiam cum conſenſu Patroni abſque cauſa neceſſaria; non verò de conditionibus favorabilibus, & utilibus Eccleſiæ apponendis, dum non dicit, quòd non poſſint apponi conditiones utiles Eccleſiæ in translatione Juriſpatronatus, ut legenti patet.

Deciſio autem *Rotæ 346. num. 6. coram Merlin.* non adverſatur, quia Patres in ea deciſione non definierunt Juſpatronatus ab initio hæreditarium non poſſe fieri gentilitium, ſed ſolùm ibi dicitur, quod aliqui ex Dominis dubitabant, an Jacobus ſucceſſor potuerit immutare naturam, & ſtatum Juriſpatronatus, itaut de hæreditario efficeretur gentilitium.

9 Poſito igitur, quod præfatum Juſpatronatus vigore d. tranſactionis ſit Gentilitium, ſequitur, quòd ſpectet ad Joann. Franciſcum Gherardum, & Flaminium de Familia A. in capita, & non in ſtirpes, itaut unuſquiſque eorum habeat propriam vocem *Gabriel. conſ. 196. num. 4. lib. 2. Lotter. de re benefic. lib. 2. quæſt. 11. num. 123. Rota deciſ. 289. num. 4. part. 5. recent.* Ex quo concludo, quòd Sempronius præſentatus à Gherardo, & Flaminio ſit inſtituendus in dicta Cappellania, & præferendus Titio præſentato à ſolo Joanne Franciſco, utpote præſentatus à majori parte Patronorum ad *Text. in cap. Quoniam de Jurepat. ibique Innocent. Abb. Butr., Bero: num. 23. §. Plus placet, Gonzal., & Fagnan.*

Quoad ſecundùm dubium, videtur reſpondendum, Juſpatronatus prædictum, quatenus ſit hæreditarium, ſpectare inæqualiter ad dictos Fratres de Familia A., nam cùm hæreditas Julii fuerit diviſa inæqualiter inter dictos fratres, nempe in quinque partes, quarum duæ fuerunt aſſignatæ Joanni Franciſco Primogenito, & aliæ tres aliis tribus Fratribus, quorum uno decedente fuit ejus pars ſubdiviſa in tres partes, quarum una fuit aſſignata eidem Joanni Franciſco, aliæ verò duæ aliis duobus Fratribus: & ſic de dicta hæreditate Julii duas partes cum una tertia obtinuit idem Joannes Franciſcus; alius verò duas partes cum duabus tertiis obtinuerunt alii duo Fratres, ſequitur quòd etiam Juſpatronatus, quod cum hæreditate defertur, quoad ejus uſum, & exercitium ſpectet ad dictos Fratres inæqualiter, nempe pro duabus partibus cum una tertia ad Joannem Franciſcum, pro verò aliis duabus partibus cum duabus tertiis ad alios duos Fratres juxta: *Vivian. de Jurepat. lib. 4. part. 1. cap. 2. num. 1., Capon. diſcept. 66. num. 4. Gratian. diſcept. 645. num. 10. Rota dec. 409. n. 1. part. 18.* Et ſic etiam in hoc caſu eſſet præferendus, & inſtituendus Sempronius, utpote præſentatus à duobus Fratribus habentibus majorem partem Juriſpatronatus.

His tamen non obſtantibus ſentio, quòd in caſu, quo Juſpatronatus ſit hæreditarium, illud ſpectare ſolùm ad Joannem Franciſcum, & nullatenus ad alios Fratres de Familia A. Quoniam Teſtator univerſalem hæredem inſtituit Joannem Franciſcum primogenitum; Aliis verò Fratribus titulo inſtitutionis reliquit ſolam legitimam; quapropter cùm certum ſit de Jure, quòd Juſpatronatus tranſeat ad hæredem univerſalem, non verò ad hæredem inſtitutum in re certa pro ſua legitima juxta: *Abbat. Bero: num. 22., & ſeqq. in cap. Perlatum de Jurepat., Lambert. de Jurepat. lib. 1. part. 2. quæſt. 2. art. 26. num. 6., Lotter. de re benefic. lib. 2. queſt. 11. num. 28. Garz. de Benefic. par. 5. cap. 9. n. 17.*, & ſuperius probavi *Caſ. IV.* Nam etſi legitima ſit Jus quoddam univerſale; non tamen eſt univerſitas, cui Juſpatronatus accedit, cùm legitima ſit quota Bonorum hæreditatis pars. *Text. in L. Papinianus §. Quarta ff. de inoff. teſtam.*


stam. Barth. in L. ex facto ff. de hæred. instit. column. 2. Jason. in L. Quoties column. 3. cod. eodem tit. Sequitur, quod ad solum Joannem Franciscum hæredem universalem institutum à Patrono, & non ad alios de Familia A spectet præsens Juspatronatus. Quo posito in hoc casu instituendus esset in dicta Cappellania Titius præsentatus ab eodem Joanne Francisco vero Patrono, & nullatenus Sempronius præsentatus ab aliis Fratribus, ad quos non spectat Juspatronatus, ad *Text. in capit. Decernimus 16. quæst. 7. Vivian. de Jurepatronat. lib. 12. capit. 7. num. 2. Rota in Verulana Abbatiæ 23. Aprilis 1706. coram R. P. D. Caprara.*

Hæc omnia pro meo studio scribebam in una *Pisana Juris patronatus* ex commissione Domini Mei Advocati Pitonii, cui fuit commissum ut scriberet pro veritate in eadem causa prout postea scripsit cum suo particulari Responso.

R. P. D. ANSALDO

Romana Cappellaniæ Sancti Nicolai.

Veneris 28. Junii 1709.



Uti

UTi dicebatur in illa *Urbanien.Canonicatus*, quæ habetur impreſſa inter *meas Deciſiones* in ordine *la 9.* ubicumque non conſtat de rerum initio, vel ante ævo ad ſimilitudinem Nili in ſeptemplici poſtmodum propagatione ora pandentis in Mare caput, ſive principium, neceſse eſt per ſubſequuta indicia, & argumenta fontem eo modo, quo poſſumus attingere, ut adamuſſim evenit in præſenti controverſia; cùm enim de poſitiva fundatione Beneficii, de quo diſceptabatur per aſſueta publica documenta minimè liqueret, & prætenderet D. Abbas Buſſii veluti per obitum Philippi præſentatus à D.Andrea de Mutis præcellere,ſeu transcendere jura D. Stephani Abbatis de Comitibus, ex quo ſignanter verſaremur in Jurepatronatus familiare, ſeu gentilitio, unde non forent exequibiles literæ, quas idem Abbas de Comitibus cum præſuppoſito præſentationis obtentæ à majori parte, vel ſaltèm medietate Patronorum hactenus exiſtentium obtinuerat, ſibique idcirco majus concedenda eſſet inſtitutio;Scribentes è converſo pro D.Abbate de Comitibus, nec etiam diffitebantur aſſequi exequutionem præfatarum literarum, adhuc vigente enunciato ſuppoſito familiaris, ſeu gentilitiæ qualitatis, multoque evidentius quoties ex prædictis ſubſequutis indiciis & argumentis evinceretur revera Juſpatronatus emicare ſimpliciter hæreditarium, unde *Domini* in hoc conflictu, & in hac trium ferme ſæculorum obumbratione lucem veritatis ſedulò perquirentes, nihil ſtatuendo ad cujus favorem protenderet ſequela,ſi Juſpatronatus reputandum eſſet gentilitium, vel familiare crediderunt ſuperemergere ſigna qualitatis hæreditariæ, qua profectò triumphante ambigere fas non erat,quin, utì reſcripſerunt, *Literæ Apoſtolicæ Abbatis de Comitibus omnimodam merentur executionem, & Benedicto Abbati Buſſio danda non foret inſtitutio.*

Quatenus enim pertinebat ad eruendam, atque ſtabiliendam gentilitiam, ſive familiarem qualitatem, non inficiebantur quidem defenſores D. Abbatis Buſſi, quod introſpecta præfata obſcuritate circa fundamentalem erectionem hujus Beneficii, ſeu Cappellaniæ nuncupatæ *S. Nicolai* ſitæ in Eccleſia, quæ vulgò compellatur *S. Maria in Campitello*, regula potiùs aſſiſteret pro hæreditaria qualitate. Tum quia non conſtito de expreſſo tenore erectionis, ſeu fundationis in contrarium per authentica documenta Sacri Canones, qui citra poſitivam reſervationem fundantibus,& erigentibus Beneficia Eccleſiaſtica ubere benignitatis pleno largiuntur Juspatronatus Fundatoribus,eorumque hæredibus in perpetuum ad *Textum in cap. 1., & cap. cùm ſæculum de Jurepatronatus, Gloſ. in cap. conſideran-*
11 *dum 16. quæſt. 7.* Viam conſequutivam ſternunt præſumptioni, quod in dubio Juspatronatus cenſendum veniat hæreditarium, & proindè cum terminis teſtatæ, vel inteſtatæ ſucceſſionis pro regulandis, ſeu diſcriminandis vocibus Patronorum, procedatur per ea, quæ reſpectu primæ concluſionis paſſim affirmant *Calderin.conſil. 4. eodem tit. de Jurepatronat. Lotther. de re Beneficiar. lib. 2. quæſt. 11. n. 19., & 20. Card. de Luc. de Jurepatronat. diſcept. 21. n. 4. Rot. deciſ. 172. n. 20. penès Poſth. de manutent. deciſ. 183. n. primo deciſ. 411. n.2. coram Duran., coram Buratt. deciſ. 798. n. 7. coram Merlin. deciſ. 367. n. 2., & 3., & deciſ. 489. n.6., & 7. coram Emerix Jun. deciſ. 102. n. 13. par. 19. recent. in Firmana Jurispatronatus ſuper negocio principali 15.Decembris 1702. §.Hæc autem coram bon.mem. Muto, & in Romana Cappellaniæ 16. Martii 1708. §. Licet enim coram Me.* Et quoad ſecundam ad normam *Clem.plures de Jurepatronat.* ſubnectunt *Abb. in cap. cùm ſæculum, & ibi Gloſs. de Jurepatronat. Covarruv. var. reſol. lib. 2. cap. 18. n. 6. Ricc. in prax. rer. foren. Eccleſ. deciſ.212. n. 273. Vivian. de Jurepat. p.1. lib.4.c.2.n.1., Barboſ. de offic., & poteſt.Epiſcop.par.3.alleg.71. n.2., & 3. Card. de Luc. de jurepatronat. diſc.60. n.1.*

Tum etiam, quia prima veſtigia hujus fundationis manifeſtè ſic ſuadebant, vel potiùs oſtendebant, perſpectis ſiquidem litteris, ſeu Breve *Pauli* hoc nomine *Secundi* editis ſub *anno* 1466. ad litteram coruſcabat, quòd Paulus Jacobelli de Capizucchis præſentandi facultatem reliquerat Eliſabetthæ ejus filiæ, & univerſali hæredi, ipſa verò Eliſabeth de ſubſequenti *anno* 1467. enunciando Teſtamentum, & fundationem à præfato Paulo Jacobellio promanantem in exequutionem

ejus voluntatis præsentando quemdam Nicolaum explicitè asseruerat, Paulum ipsius Patrem reservasse *sibi* (sunt verba præcisa,) *& hæredibus suis in perpetuum in dicta Cappella Jus præsentandi*, *Summario D. Abbatis de Comitibus n. 1. litt. C. & D. Abbatis Bussij n. 2.* proideque licèt de tali Testamento, de tali reservatione ex injuria fortasse temporum non appareret, nihilominus duplicata hæc enunciativa, & suppositio facta per Summum Pontificem, & per unicam Pauli filiam, & hæredem paternis adhuc cineribus incalescentibus omnem auferebat, juncta præsertim juridica præsumptione, de qua proximè, fluctuandi ansam quemadmodum in ordine ad tam antiquas, & effectum sortitas enunciativas, videre est penès *Gabriel. in tit. de probation. conclus. 2. n. 59. vers. 3., & limit. Vivian. de Jurepatronat. p. 2. lib. 11. cap. 5. n. 49. Rot. decis. 445. n. 15. coram Cerr. decis. 29. n. 19. parte 7. decis. 679. n. 4. parte 18. recent.* cum aliis in fortioribus relatis concordan. *in Faventina Jurium Parochialium 28. Junii 1697. §. Prætermisso cum seqq. coram me.*

12 Verùm admissa quoque hac suppositione, & præcisivè pro nunc à solito sicuti opinabantur fundamento derivante à nimiùm famigerata sanctione *Alexandri III. in cap. consultationibus de Jurepatronat.* ratione ultimi status, de quo inferiùs adhuc introeundo, penetrandoque viscera meritorum replicabant prænominati Defensores D. Abbatis Bussi, quòd prædicta præsumptio juris, & gemina vetustissima enunciativa, vloebat tantummodò indicare, quòd Juspatronatus fuisset à sui primordio quidem hæreditarium, illudque tanquam tale steterit penès Elisabettham primam hæredem, & filiam Pauli fundatoris, & deinceps descenderit in Joannem Franciscum ex persona Caroli ejus filii nepotem usque ad expletam de *anno* 1492. ad limites cujusdam divisorii laudi antecedentis per eundem Joannem Franciscum præsentationem pro duabus ex tribus partibus, seu ratis hæreditariis, sed abindè citra transitum indubitatum feciśe affirmabant in aliam prorsus naturam, seu qualitatem gentilitiam, sive familiarem, jam enim (& in hoc bene subdebant) nulla coincidebat amaritudo quin sinè earumdem Sacrorum Canonum læsione, & reluctantia valeret Juspatronatus hanc metamorphosim, seu immutationem ad libitum Patronorum pro tempore subire non obstante littera fundationis in oppositum ex rationibus latè perpensis, sæpiusque approbatis per *Sanchez. consil. moral. lib. 2. cap. 3. dub. 91., & seqq. Marc. Antonin. var. resol. lib. 1. resol. 87. n. 9. Vivian. de Jurepatronat. parte 1. lib. 4. cap. 9. n. 28., & 47. cum seqq. Card. de Luc. de eod. tract. disc. 60. n. 22. Rot. decis. 267. n. 5. cum seqq. par. 6. decis. 430. n. 23. par. 9. decis. 122. n. 6. & seqq. par. 11. rec. in Astен. Jurispatronatus 14. Februarii 1698. §. quia in fine coram Eminentissimo Caprara impress. apud Balducc. rer. judicat. ar. tom. 3. tit. 3. decis. 2. n. 10. in Faventina Beneficii 11. Decembris 1702. §. Ex qua præsentatione coram eodem in Firmana Jurispatronatus 21. Aprilis 1704. §. Prout nihil urget coram bo. me. Muto, & in Tuden. Parochialis de Reverten. 7. Decembris 1708. §. Siquidem omisso coram R. P. D. meo Lancetta.*

Ad rem itaque applicando prosequebantur, quod vacante hoc beneficio de anno 1547. Nicolaus, Cæsar, & Horatius à memorato Joanne Francisco descendentes ad positivam devenere præsentationem sub ea litterali expressione videlicet -- *Cum fuerit, & sit, quòd aliàs præsentatio ad Altare, seu Cappellam S. Nicolai sitam in Ecclesia S. Mariæ de Campitello ad Dominos, & familiam de Mutis, quæ vacare contigerit de Jurepatronatus pertineat* -- Ac propterea cùm in hujusmodi præsentatione nec ulla, vel minima facta legeretur indigitatio tituli, aut successionis hæreditariæ, sed pertinentia attributa appareret *familiæ de Mutis* quisnam ambigere poterat, quod Juspatronatus esset verè effectum familiare de tempore intermedio ab anno scilicet 1492. ad prædictum annum 1547., dum quando mentio fit de familia *de Talibus* citra imaginabilem mentionem, & mixturam qualitatis hæreditariæ Juspatronatus reputari debet undique familiare, cadente dumtaxat disceptatione an Universa familia in genere in his terminis dicatur Patrona, vel potiùs, & hæc, & illa stirps, Linea, aut Columnellus, ut de his omnibus habetur in *Mediolanen. Prioratus 25. Junii 1700. ex §. Dicebat igitur cum seqq., & ferè per tot. coram Me.*

Immò

Immo dum Patroni de prædicto anno 1543. non fuerint obloquuti simpliciter de pertinentia ad familiam de Mutis per verba solummodo temporis præsentis, sed expresserint verba significativa, & suppositiva temporis præteriti in ordine ad eandem pertinentiam,ut ibi -- *Cùm fuerit, & sit* -- Ecce quod eo faciliùs per decursum annorum 60., & ultra nimirum verisimiliter poterat post ingressum Juspatronatus in Linea Joannis Francisci fieri talis immutatio, quæ tanquam favorabilior Ecclesiæ in reducenda servitute ad minorem numerum Patronorum valuerat subsequi, statim ac idem Joannes Franciscus,vel ejus filii, & descendentes disposuerant; vel inter vivos, vel in ultima voluntate favore masculorum, & agnatorum,itaut de facto quemadmodum per viam fideicommissi de hæreditate disponitur ad commodum agnationis exclusivè ad successores simpliciter indifferentes, ita practicari poterat respectu Jurispatronatus, de quo propterea quotidie disputari videmus, an illud veniat sub fideicommisso ex traditis per *Bartol. in l. quia perinde ff. ad Trebell. Ciarlin. controvers. jur. lib. 1. cap. 1. à n. 40. ad seq. Fusar. de substitut. quæst. 634. n. 2. Peregrin. de fideic. art. 6. n. 37. Vivian. de Jurepatron. lib. 4. cap. 5. n. 28. Card. de Luc. eod. tit. disc. 36. à n. 3., & disc. 60. à n. 2. ad seqq. Panimoll. decis. 10. annot. 3. n. 42., & sequent. Rot. decis. 170. par. 7., & decis. 190. par. 12., & decis. 64. n. 4., & seqq. par. 13. rec.*

Neque ad elidendam efficaciam hujusce præsentationis anni 1547. refragari quibat, quod prædicta expressio deflecteret in simplicem enunciativam non habilem de per se fortasse ad intervertendam naturam Jurispatronatus, vel quod in omnem eventum minimè probaretur, quod hæc præsentatio facta à Nicolao,Cæsare, & Horatio sortita fuisset suum effectum per actualem institutionem præsentati juxta *Consil. Calderin. 12. de Jurepatronat.* de quo *Rot. decis. 144. n. 5. coram Ubald. decis. 62. n. 1. coram Duran. decis. 648. n. 10. par. 9. decis. 254. n. 20. par. 11.,& decis. 17. n. 3. par. 18. recent.*

Siquidem circa hanc postremam objecti partem respondebatur, quòd cùm nullatenus ageretur de acquirenda quasi pos-
13 sessione pro consequenda institutione præsentati tam importante ad plenè demonstrata in illa *Mediolanen. Beneficii prima Aprilis 1707. in principio, coram Me*, in quibus utique terminis factum constitutivum, & inductivum quasi possessionis profectò debuisset effectum esse sortitum, ut diceretur verè factum, & manutenibile, sed tractaretur de simplici intelligentia, seu declaratione voluntatis,quam de præterito habuissent Patroni, in ordine ad meram qualitatem, nemini præjudicialem, & observantiam merè interpretativam enunciativa Prædecessorum consimilis effectuationis justificationem non requirit *Gratian. discept. forens. cap. 521. n. 26. vers. ista effectuatio Rot. in Florentina Jurispatronatus de Ricasolis apud Vivian. de Jurepatron. lib. 4. cap. 1. sub n. 71. §. Non obstat in contrarium, & in Mediolanen. Prioratus 11. Decembris 1699. §. Nec ad elidendam coram Reverendissimo P. D. meo Molines Decano.*

Et ad totalem divisionem objecti firmo remanente mox allato principio,quòd Patroni possint immutare Patronatum hære-
14 ditarium in gentilitium, quodque potiùs beneficium inferatur Ecclesiæ, quam injuria de plano sequebatur, quod assertio qualitatis pertinentiæ beneficii facta per actuales Patronos plusquam probabiliter informatos, illorumque manus potiùs ligans,& coarctans semper attendi consuevit, ut signanter ad probandam qualitatem gentilitiam habetur teste *Gabriel. consil. 196. n. 10. Rot. decis. 159. n. 8. coram Priol. in Comen. Cappell. 31. Martii 1702. §. Confirmatur coram Eminentissimo de la Tremoille, & 4. Maji 1703. §. Sublata coram R.P.D.meo Priol., & in Faventino Beneficii 12. Decembris 1702. §. Ex qua præsentatione, & §. Accedit, & §. Subsequitur coram Eminentissimo Caprara.*

Sed non sistebat demonstratio hujus immutatæ qualitatis in gestis de prædicto anno 1547., sed abundantiùs in cæteris quoque optimè firmabatur statibus, ac præsentationibus,de anno namque 1555. Nicolaus, & Cæsar, ut diximus descendentes ex linea Joannis Francisci sub assertiva, quod Cappellania foret de *Jurepatronatus familiæ Dominorum de Mutis* non tantùm in facto præsentarunt; verùm & hæc præsentatio suum plenarium sortita erat effectum *Summario præfati D. Abbatis*

*batis Bussii n.*11.,*& 12.litt.A., & B.*,& de
15 anno 1563.præsentantibus Alexandrum Horatio, & Cæsare, aliisque de Mutis, Alexander Litteras Apostolicas impetravit, quas nuncupant *pro præsentato*, & in eis cubitaliter etiam affirmatur,& dicitur de *jurepatronatus Laicorum videlicet de Domo de Mutis de Urbe*; unde quis rationabiliter valebat ampliùs ambigere de gentilitia qualitate, dum per dictionem, *videlicet* suapte natura declarativam, & restrictivam per *Text. in cap. novimus de verb.signific., & in l.videlicet ff.quib. cons. Major.*, *& in l.videlicet ff. de pact.* adeò præcisè, & singillariter explicabatur vera, & propria qualitas gentilitii characteris; verbum quippe *Domus* cum additamento pronominis de *Mutis* magis etiam strictum, & significativum existit, quàm simplex vocabulum *Familia*, sicut in proposito ratiocinatur *Ancharan. cons.* 154. *n.*4. *Ciarlin.controvers.*107.*n.*76.,*& seqq. Gratian. discept. forens.* 645. *num.* 1. *Rot. decis.*162.*n.*1.*par.*11. *recent. in Lucana Beneficii* 13. *Junii* 1705. §. *Quinimmò coram R. P. D. meo Muto, & in Romana Cappellaniæ* 25. *Novembris* 1705. §. *Et ob id coram Me*.

Fortiora reddebantur præmissa, prosequendo seriem aliarum præsentationum,
16 cùm enim, & de sequenti *anno* 1564. Antonius Sirletus adeptus extitisset præsentationem, illiusque vigore gratiam pariter reportasset pro præsentato, non minùs eadem gratia emanavit sub expressione, quòd Cappellania esset *de jurepatronatus Laicorum Nobilium, videlicet dilectorum filiorum Familiæ de Mutis*; Quamobrem ex hac toties repetita, & continuata expressione pertinentiæ juris præsentandi ad illos de Familia citra scrupulum emergere dilucidationem qualitatis gentilitiæ, & familiaris sæpissimè dixit *Rota*, & præsertim *decis.* 183. *n.*19., *&* 20. *coram Buratto*, *decis.* 679. *num.* 6. *part.* 18. *Recent. in Comen. Cappellaniæ* 31. *Martii* 1702. §. *Confirmatur coram Eminentissimo de la Tremoille*, *Fossanen. jurispatronatus* 12. *Martii* 1703. §. *Accedente*, *coram Eminentissimo Caprara*, *Mediolanen. jurispatronatus super qualitate agnatitia* 18.*Junii* 1703.§.*Consonat*,*coram R.P.D. meo Scotto*, *& in Firmana jurispatronatus* 21. *Aprilis* 1704. §. *Quarta præsentatio*, *coram bonæ memoriæ Muto*.

17 Quid ultra dum etiam magis de recenti de *anno* 1636. concessa Joanni Paulo de Mutis consimili gratia pro præsentato R. P. D. Torricellus Eminentissimi tunc Vicarii Vicesgerens, cui specificè delegata fuerat executio ejusdem gratiæ *pro verificatione*, ut dicitur in sententia *Litterarum Apostolicarum* ad normam assuetæ clausulæ, *verificato prius jurepatronatus &c.*,quæ conditionem, & in casu contrario ablationem jurisdictionis significat ad notata per *de Ros. de Executor. Litterar. Apostolicar. par.* 1. *cap.*4. *n.*124., *Rota in Mediolanen. jurispatronatus super executione Litterarum Apostolicarum* 21.*Februarii* 1707. §. *Minùs denique*, *coram R.P.D. meo Scotto*, ex quo in eisdem litteris suppositum fuerat Altare,seu Cappellam esse de Jurepatronatus Laicorum Nobilium, videlicet Familiæ *illorum de Mutis*. Longa in prædicta sententia seric relata instrumentorum, ac præsentationum præcedentium positivè pronunciavit -- *Constitisse, & verè constare prædictam Cappellaniam sub invocatione Sancti Nicolai in Ecclesia Sanctæ Mariæ in Campitello de Urbe fore,& esse de jurepatronatus dictæ bonæ memoriæ Elisabetthæ,& Laicorum Nobilium, videlicet Familiæ illorum de Mutis,ac illam in erectione dictæ Cappellaniæ dotasse &c., & ad illam, & Laicos Nobiles videlicet Familiæ, & illorum de Mutis spectare, & pertinere jus præsentandi ad præfatam Cappel-*
18 *laniam*--Ideoque si quid defuisset ad coronamentum præcedentium demonstrationum,& quæ major manifestatio,& certitudo desiderari poterat, quàm promanans à sententia tam maturè visis omnibus videndis, & inibi gradatim enunciatis prolata per executorem nominatim delegatum cum ulteriori demum pacifico transitu in rem judicatam, ut quodammodò conclamans positivè effata est *Rota decis.*220.*n.*9.*&* 10. *par.*11. *decis.*192.*n.*7. *par.* 19. *Recent. in Mediolanen. Prioratus super qualitate agnatitia* 18. *Junii* 1703. §.*Omnem denique*, *coram R.P.D. meo Scotto*, *in Majoricen. Beneficii* 28. *Novembris* 1704. §.*Haud relevante in fine*,*coram bonæ memoriæ Muto*, *& in præfata Mediolanen. Beneficii prima Aprilis* 1707.§.*Evidentiùs*, *coram Me*.

At ob id lucem velle addere Soli videba-

19 debatur ulteriùs progredi, sed nec istæ clarissimæ de cætero justificationes destituebantur solidis adminiculis, & fulcimentis tam ab intrà, quàm ab extra; ab intrà nempe quia præcisivè à supradictis expressionibus modus ipse præmissarum præsentationum palàm ostendebat Juspatronatus effectum fuisse gentilitium, & familiare, quoniam tam *de anno* 1547., quàm *de anno* 1563. præsentationes nequaquam celebratæ noscebantur, habito respectu ad ordinem præscriptum in Successionibus,& Patronatibus hæreditariis, sed insimul ad præsentationem devenere sibi transversantes in capita, videlicet Nicolaus, & Jacobus fratres, Cæsar nepos, & Horatius pronepos, nil verò efficacius est ad arguendam, comprobandamque qualitatem gentilitiam, quàm præsentatio expleta in capita, & non in stirpes, sivè non per modum unius per personas plures repræsentativas suum gradum, & respectivè ratam, & vocem, sicuti quotidie observatum,firmatumque fuit, & signanter penès *Lotther. de re beneficiar.lib.2.quæst.11.n.23.,Rota decis.46. n.11.& seqq.coram Buratto, decis.106.n.8. coram Celso, decis.159.à n.1.& seqq.coram Priolo,decis.220.n.12.par.11.Recentior.,in Florentina jurispatronatus 4. Junii 1681. §. De existentia verò, coram bonæ memoriæ Paulutio, in Parmen. jurispatronatus 5. Aprilis 1683. §.Tum ex eo, coram bonæ memoriæ Ursino, in Bononien. Beneficiorum 28. Junii 1690. §.Secundò quia, coram eodem, & in dicta Mediolanen. Prioratus super qualitate agnatitia 18. Junii 1703. §. Colliminante, coram R. P. D. meo Scotto.*

Ab extra autem à geminis,& à duobus distinctis Pontificibus in occasione proportionata editis enunciativis, possidente etenim Cardinali Tyberio de Mutis hujusmodi beneficium, eoque locante Tenutam, seu Casale ejusdem beneficii, prodiit *à sanctæ memoriæ Urbano VIII.* Beneplacitum sub expressione, quòd prædictum beneficium foret *de jurepatronatus Familiæ de Mutis*,& hoc idem extitit practicatum in altero Breve concesso *à sanctæ memoriæ Innocentio X.* occasione alterius locationis initæ per Joannem Paulum Mutum, proindèque toti contextui præfatarum probationum superaccedentibus his quoque Apostolicis enunciativis, quis dixerit, quod hæ enunciativæ emissæ in Litteris Apostolicis validam non præbeant demonstrationem qualitatis gentilitiæ, prout aliàs censuit, & respondit *Rota decis.8. num.5. coram Ubago, decis.159. n.8. coram Priolo, decis.662.n.6. par.19. Recent., in Fossanen. jurispatronatus 12. Martii 1703. §. Accedente, coram Eminentissimo Caprara, & in Florentina Canonicatus 8. Maji 1705. §. Maximè, coram R. P. D. meo Lancetta, & 2. Julii 1706. §. Præsertim, coram R. P. D. meo Priolo.*

20 Nil penitùs officiente, quòd in aliquibus præsentationibus, quandoque facta legeretur expressio filiationis, & qualitatis hæreditariæ; quoniam plusquam superlativè probata ex hucusque deductis qualitate gentilitia scrupulum injicere nequibat cumulativa expressio qualitatis hæreditariæ, cùm ea compatiatur, & non destruat veram, & propriam qualitatem gentilitiam, illaque æquè referatur ad hæredes sanguinis,& bonorum secundùm ea, quæ egregiè animadvertit *Soccin.Sen. consil.57.n.4.lib.3., Peregrin.consil.49.n.4. lib.1., Rota decis.46. n.18. coram Priolo, decis.24.n.19.coram Ubago,decis.563.n.20. & 21. coram Merlino, decis.106. n.11. coram Celso, decis.446. n.9. coram Royas, decis.237.n.16.par.13., & decis.679. n.19. par.18.Recent., & in dicta Mediolanen.Beneficii prima Aprilis 1707. §. Quoniam coram Me.*

Minusve turbante, quòd præcisè in præsentationibus *annorum* 1590.& 1636. præsentatio noscatur inita per quotas propriè cadentes in portione hæreditatis, & non in juribus sanguinis admittentibus quidem numerationem, sed non partitionem. Siquidem cùm jam ingenuè superiùs supposítum, & admissum fuerit, quòd Juspatronatus foret ab initio hæreditarium, & in tali statu probabiliter perduraverit etiam post obitum Elisabethæ primæ filiæ Fundatoris, de facili sequebatur, quod nonnisi per quotas hæreditarias successio in hoc Jurepatronatus descenderit in Joannem Franciscum; cumque attenta persona Caroli,sive Jacobi ejus fratris nequivisset Joannes Franciscus ex propria persona sortiri,nisi unam vocem, seu quotam respectivè,hinc si ulteriùs ad ipsum Joannem Franciscum per-

pervenerat etiam portio Patrui nomine Francisci alterius filii Elisabetthæ, necesse prorsus erat tunc, ut ejus voces, illarumque importantia distinguerentur, quodque præsentationes cantarent pro duabus partibus, Joannes Franciscus etenim computata portione paterna, & altera ejus Patrui pro totidem succesſerat in originaria hæreditate Elisabetthæ, cùmque ex liquidissimè ostensis ab indè citra Juspatronatus in linea prænominati Joannis Francisci remansisset transfusum in gentilitium, utique nè Joannes Franciscus, ejusque descendentes per hanc transfusionem deperderent præponderantiam orientem ab ingressu acquisitivo
21 duarum ex tribus partibus consequens erat, quod præsentarent pro eisdem duabus partibus; estque de natura Jurispatronatus, ut præcisivè à casu quo fuerit ab initio cautum, ut jus præsentandi pertineat ad omnes de familia in genere, in quibus sanè terminis non fit distinctio vocum, & quotarum, sed præsentationes explentur per modum collegiativum, majorque pars prævalet minori, ut ait *Carol. Marant. controv. jur. p. 5. respons. 81. n. 17. & seqq., & n. 29. Tondut. quæst. benefic. par. 2. cap. 32. à n. 5. ad 14., Vivian. de jurepatronat. lib. 4. cap. 2. n. 28. & seqq. Cardinalis de Luca de jurepatron. decis. 61. n. 11., Rot. decis. 82. n. 8. & 9. par. 7. Recent., in Cracovien. Scolastriæ 16. Junii 1698. §. De reliquo, coram Me, inter hactenus impressas decis. 52. n. 20., in Mediolanen. Prioratus 15. Februarii 1700. §. Concurrente, coram Revmo P. D. meo Molines Decano, & in eadem super dubio filiorum familias 18. Junii 1703. per totam coram R. P. D. meo Scotto, & in Pisana jurispatronat. 26. Junii 1709. §. Justificatio autem, juncto §. Procedendo etiam, coram R. P. D. meo Priolo.*

Sanè quoties vel à primordio Juspatronatus relictum fuit pluribus Lineis, vel in progressu per inæquales portiones descendit ad plures Lineas semper perpenduntur quotæ pertinentes ad unamquamque Lineam, itaut præsentatio Collegiativa posita qualitate gentilitia, vel in sui origine, vel in progressu fiat in qualibet Linea; sed hæc præsentatio collegiativa non excedit illam ratam, & præponderantiam, quam in se continebat unaquæque Linea ab initio ad ea, quæ optimè arguentes ex hujusmodi quoque modo præsentandi qualitatem Jurispatronatus Gentilitii tradiderunt *Lotther. de re benef. lib. 2. quæst. 11. n. 41. & 47., Tondut. quæst. benefic. p. 3. cap. 157. n. 6., de Luca de Jurepatronat. disc. 33. n. 2., disc. 54. n. 6., & disc. 61. n. 13., Rot. dec. 47. n. 13., & 16. post Tondut. de Pensionib. dec. 267. n. 6. p. 6., & d. 2. n. 8. p. 7. Rec., & in Mantuana Beneficii 3. Junii 1689. §. Quia ad effectum, coram bo. me. Muto.*

Ostenso itaque quod hujusmodi Juspatronatus foret à principio hæreditarium, & deindè certò certiùs transfusum in gen-
22 tilitium robustè insurgentes Defensores D. Abbatis Bussii concludebant, quòd nusquam amplius verificari poterat, quòd Juspatronatus ex persona Nicolai, & Hieronymi, qui præsentaverant de annis 1529. 1547., & respectivè 1563., & 1564. translatum fuerit uti exadverso prætendebatur in Faustinam Hieronymi filiam, unde oporteret subalternantes, seu descensivas voces, & capita ab eadem Faustina provenientia discutere, contrarium quippe adamussim sibi vindicat Juspatronatus verè gentilitium, ut scilicet jus præsentandi deferatur ad solos masculos Agnatos, & vera jura sanguinis, & masculinitatis, & non Hæreditatis, & Bonorum induentes, ex congestis per *Tondut. quæst. beneficial. 158. n. 1., Caren. resol. 10. n. 8. in fin.*, benè *Vivian. de jurepatron. part. 3. lib. 14. cap. 2. n. 56., Rot. decis. 106. n. 6. coram Celsi., & decis. 446. n. 6. coram Royas.* Jus namque patronatus verè gentilitium censetur directum, & ordinatum ad splendorem solius Agnationis, quæ per solos masculos conservatur, ut prosequitur *Cardinal. de Luca de jurepatronat. disc. 25. n. 4., & disc. 26. num. 6. & 8.*

23 Quod si fœminæ quandoque, ac etiam sæpe sæpius appareant à Doctoribus, & Tribunalibus admissæ ad præsentandum etiam in jurepatronatus gentilitio, id evenit in purum subsidium, & ut dicitur per posterius defectis, nempè masculis Agnatis; fœminæ quippè saltèm vita durante reputantur, & sunt Agnatæ, sicuti commonent *Covarruv. var. resol. lib. 3. cap. 50. n. 5., Mell. observ. forens. 61. n. 25., Ciarlin. controv. 222. n. 4., Card. de Luc. de jurepatronat. disc. 28. n. 8., Rot. dec. 248. sub n. 3. coram Royas dec. 667. n. 9. par. 18. Rec.,*

Rec., *in Mantuana Beneficii 3. Iunii 1689. §. At secus quidem, coram bo.me. Muto, & in Romana Cappellaniæ 16. Martii 1708. §. Stabilita itaque cum seq. coram me*, etiam si sint Moniales, ex firmatis *in celebri decis. 40. n. 6. & 7. post Censal. ad Peregrin. de fideicom.*

Quapropter parùm opitulabatur, quòd de facto prædicta Faustina recepta extiterit ad præsentandum sub anno 1590. veluti unica filia, & hæres Hieronymi pro tertia, *seu quavis altera parte*, & ob id D. Abbas de Comitibus metiendo hanc quotam Faustinæ, junctim cum altera tertia proveniente à Carolo seniore filio immediato Elisabeth, seu Jacobo ejus filio, & respectivè nepote duas tertias pro se magis numerare posset, quàm D. Abbas Bussius; quoniam talis præsentatio Faustinæ detegebatur vel penitùs æquivoca, vel nullatenus attendibilis, & quidem æquivoca; nam ultra incertitudinem quotæ resultantem ab illis verbis -- *seu quavis alia parte* -- præsentatio Faustinæ facta extitit separatim, non autem simultaneè cum masculis seorsim præsentantibus. Cùm enim nesciatur qua ratione, & cui præciso fundamento innixus tunc temporis Ordinarius præsentatum divisim ab omnibus instituerit, dici neutiquam valet, quòd eadem præsentatio Faustinæ revera extiterit admissa, per ea, quæ in
24 specie observavit *Rot. decis. 268. n. 14. & 15. par. 11. Recent., & in Florentina Canonicatus 21. Iunii 1706. §. Hinc non obstat in fine coram R.P.D. meo Priolo*, & quòd talis incertitudo superabundet ad effectum ut nulla exinde quasi possessio censeri possit acquisita Præsentanti, seu, prout hìc, Faustinæ generaliter tradiderunt relati per *Rot. decis. 368. n. 11., per Bich. decis. 290. num. 21. par. 18. Rec., & in Cremonen. Beneficii 3. Decembris 1706. §. Sinè difficultate coram R.P.D. meo Lancetta, & in dicta Mediolanen. Beneficii prima Aprilis 1707. §. Cæterum, coram me*.

Diximus *etiam inattendibilis*, quia talis admissio fuisset in omnem eventum erronea, cùm Faustina ex jam clarè demonstratis tamquam fœmina nullatenus capax esset præsentandi cum masculis, eoque maximè, quia neque præcedenter aliæ fœminæ, quas inverisimile erat, non adfuisse in hac numerosa familia usquam

præsentaverant, neque ex post; quodque evidentius erat, dum de anno 1636. soli masculi præsentarunt, mediante sententia canonizante jura veræ familiæ, & agnationis, idque effecerunt pro duabus ex tribus partibus, ineluctabile idcirco reddebatur, quòd nulla subdivisio, nulla, vel minima portio, & ut dicamus glèba, quæ posset integrare aliquam tertiam duarum partium promanantium à Joanne Francisco fuerat acquisita Faustinæ, aliàs soli masculi minimè valuissent implere, & facere prædictam præsentationem pro duabus ex tribus partibus; unde vel prædictus status anterior anni 1590. remansit per hanc posteriorem præsentationem correctus, & castigatus, vel per spatium 40. annorum præscriptus, ut in proposito animadvertunt *Federic. de Sen. consil. 234. num. 4. Dec. consil. 134. sub n. 1. vers. & in casu nostro Lambertin. de Jurepatron. lib. 1. par. 2. quæst. 11. art. 5. n. 4. in fin. Rot. in Placentina Jurispatronatus 10. Maji 1704. §. Cumque coram Reverendiss. P.D. meo Molines Decano, & in Melevitana Jurispatronatus 31. Martii 1702. §. Multoque minùs coram R.P.D. meo Scotto*.

Hæc itaque superabundare asserebant memorati Defensores D. Bussii, etiam ad stateram appendendo totam negocii medullam, & sic in plenario judicio petitorio, quia de cætero perspecta definitione *Text. in dicto cap. Consultationibus*, quæ contentatur ultimo statu, & simplici quasi possessione præsentandi in ultima vacatione, in judicio, prout hìc, possessorio, institutio debita erat Benedicto habenti pro se ultimum statum; Cùm etenim ille, qui in rei veritate erat novissimus *anni* scilicet 1678. non mereretur in ulla haberi consideratione, dum promiscuè, & ut dicitur in Divina Scriptura *tamquam cor unum, & tamquam anima una*, de prædicto *anno* 1678. præsentaverunt Jacobus Dux Mutus, Cosmus, Ferdinandus, Philippus, & Antonius fratres, necnon altera Faustina soror, & respectivè inter se omnes descendentes de linea Jacobi senioris, & insimul cum eis modernus D. Andreas unicus superstes masculus ex linea Joannis Francisci, quodque plus est, id egerint absque aliqua expressione portionum, & ratarum, profectò cùm hic status ex hac commixtione, vel majus

confusione nullum statum effectivè posset efformare, recurrendum necessariò erat pro dilucidatione, atque stabilimento ultimi, ac veri status ad toties laudatum antecedentem anni 1636., ut circa primam propositionem in specie firmatum fuit in *decis.* 268. *n.* 14. *par.* 11., *& decis.* 181. *n.* 11. *vers. Etenim sunt confusæ par.* 19. *Recen.*, *in Tuden. Parochialis de Bertuzido* 20. *Junii* 1701. §. *Ex his coram R. P. D. meo Scotto*, *& in Florentina Canonicatus* 2. *Julii* 1706. §. *Hinc non obstat in fin. coram R. P. D. meo Priolo*, & quoad secundam liquet ex *Cyriac. controv. forens. lib.* 1. *cap.* 10. *n.* 24. *Gratian. discept.* 113. *num.* 67. *Poskh. de manut. observ.* 49. *n.* 4. *cum seqq.* quos in proposito reassumpsit, & sequuta est *Rot. in Aretina Beneficii* 21. *Januarii* 1701. §. *Ubique hanc coram Me*, *Cremonen. Beneficii* 3. *Decembris* 1706. §. *Facilè fuit in fine coram R. P. D. meo Lancetta*, *& in Lucana Beneficii* 22. *Februarii currentis anni* 1709. §. *Descendendo modò*, *coram R. P. D. meo Falconerio*.

Introspecto itaque præfato præcedenti statu anni 1636., quo soli masculi præsentarunt, & declaratum extitit jus præsentandi attinere ad Familiam, & Domum de Mutis, adeò ille coruscabat limpidus, ut præcisivè etiam ab efformatione status undique manutenibilis ad limites prælaudati *Text. in cap. Consultationibus*, veluti non admittens disputabilitatem, idoneus quoque foret ad absorbendum quodlibet possessorium, si pro parte fœminarum, vel D. Abbatis de Comitibus stetisset, atque militasset, juxta plenè firmata, & demonstrata in sæpiùs laudata *Mediolanen. Beneficii prima Aprilis* 1707. *coram Me*, cum concordan. relatis in *Astoricen. Parochialis* 6. *Februarii* 1699. §. *Ipse enim coram R. P. D. meo Scotto*, *in Mediolanen. Prioratus* 11. *Decembris* 1699. §. *Quo verò*, *&* 15. *Februarii* 1700. §. *Idque procedit coram Reverendiss. P. D. meo Molines Decano*, *&* 7. *Maji* 1702. §. *Resolutionis coram R. P. D. meo Priolo*, *& in Oppiden. Beneficii* 7. *Maji* 1703. §. *Quod autem coram bo. me. Muto*.

Verùm his omnibus, & si non parum impellentibus, adhuc minimè obstantibus Domini rescribendo, ut supra justiùs, & firmiùs prægnantiora jura pugnare pro D. Abbate de Comitibus censuerunt; Quia quidquid nihilominus dicendum foret, subsistente hypothesi, quòd Juspatronatus, de quo quærebatur, foret gentilitium, & familiare; utique cùm illud ex longè validioribus rationibus, & fundamentis reputaverint esse undique hæreditarium, res prorsus plana efficiebatur pro præfato D. Abbate de Comitibus. Stabilito siquidem, quòd in ipsius primordio totum, atque integrum Juspatronatus fuerit conquisitum ab Elisabettha tanquam unica filia, & hærede Pauli fundatoris, quòdque retento eodem titulo hæreditario descenderit in illius filios, & hæredes, sive successores ab ea causam habentes, palàm erat, ut ex Arbore, quòd maior pars vocum hujusmodi successorum unitim conspiraverant in præsentatione ipsius D. Abbatis, ac staret pro ejus parte, ideoque ei deberetur beneficium etiam ad terminos juris in simili dissidio inter duos Præsentatos semper concedentis prælationem numeranti plura suffragia, seu Patronorum voces, ad *Text. apertissimos in cap. cùm Bertholdus in fine de sentent. & re judicata*, *cap. quoniam* 3. *ibique gloss. verb. qui majoribus de Jurepatron. Can. Decernimus*, *& Can. Monasterium* 16. *quæst.* 7. *Capon. discept. forens.* 67. *n.* 5. *tom.* 2. *Lotther. de re beneficiar. lib.* 2. *quæst.* 13. *n.* 19. *Card. de Luc. de Jurisdict. disc.* 61. *n.* 20. *Rot. decis.* 375. *nu.* 11. *coram Cerr. decis.* 363. *n.* 10. *par.* 19. *Recen. in Mediolanen. Prioratus* 25. *Junii* 1700. §. *Manentibus igitur*, *& in Pampilonen. Parochialis* 6. *Martii* 1702. §. *In principio in utroque*, *coram Me*.

Lucidiùs: cùm D. Abbas de Comitibus præveniisset in assequendo Gratiam, & Literas Apostolicas pro Præsentato cum derogatione medietatis vocum, in quibus circumstantiis non est necesse superare medietatem, & in numero Præsentantium vincere Adversarium; sed sufficit in æquilibrio versari, & habere simplicem medietatem, ut unanimiter ostendunt *Lotther. de re beneficiar. lib.* 2. *quæst.* 8. *nu.* 101. *Corrad. in prax. benef. lib.* 9. *cap.* 6. *n.* 3. *Rot. decis.* 293. *num.* 8. *par.* 10. *Recen.*, *& in Compostellana Parochialis* 8. *Junii* 1696. §. *Præsupposita*, *&* §. *Attamen coram Reverendissimo P. D. meo Molines Decano*.

Applicando etenim ad casum Elisabeth

prima,

prima, & unica Patrona tres hæreditatis ſuæ partes effecit in teſtamento, unam favore Franciſci filii; & quia geminos habebat ex altero filio prædefuncto Carolo nuncupato nepotes, videlicet Joannem Franciſcum, & Jacobum, ſingulis pariter conſimilem virilem, ſeu tertiam reliquit: obeunte verò Franciſco, & exorta difficultate ſuper partitione hæreditatis, promanavit laudum à nullis ex hodie contendentibus impugnatum, in quo definitum extitit, duas ex tribus partibus hæreditatis Eliſabetthæ ſpectare ad Joannem Franciſcum, & alteram ad Jacobum; Cùmque tota vox, ſeu tertia Jacobi, dubio procul mediante organo Præſentantium, ut pariter in Arbore hodie diſtributa, delata fuerit in D. Abbatem de Comitibus abſque ulla, vel minima ſciſſura; ecce quod de tertia parte ad ejus favorem computanda dubitari non poterat, ut in ſimili dictum fuit in *Aretina Beneficii* 21. *Januarii* 1701. §. *Quod autem coram Me*.

Amaritudo itaque redigebatur ad examen duarum illarum portionum hæreditariarum, quæ mediante laudo fuerant attributæ Joanni Franciſco; ſed & hoc ſatìs perſpicuè evincebatur, quippe Joannes Franciſcus duos filios obtinuerat, & fecerat hæredes, Valerianum nempe, & Nicolaum, & illorum unicuique obvenit ſua tertia, & ad hujuſmodi menſuram, vel numerum de facto ſubinde exaratæ fuerunt præſentationes, Valeriani verò vox, ſivè altera tertia, licèt quandoque ſubdiviſa tandem per deceſſum, & prædeceſſum Anteceſſorum indubitanter deſcenderat in D. Andream, qui cum D. Abbatem Buſſium præſentaſſet, hæc pariter tertia pars, ſeu vox adſcribenda erat ipſi D. Buſſio, & ſic rebus eodem modo hucuſque verſantibus in æquilibrio, niſi ad D. Andream ulteriùs pertinuiſſet, prænominata quoque tertia vox
26 Nicolai, certi juris erat, quòd in hac paritate tertiarum, triumpharet Abbas de Comitibus gratificationem conſecutus à Papa, dum ſubſtantialiter in ſimplicem gratificationem reſolvuntur hæ Gratiæ derogatoriæ pro medietate, ut inquit, & notat *Amayden. de ſtyl. Datar. lib.* 1. *cap.*15. §.15. *n.*4. *Lotther. de re benef. lib.*2. *quæſt.* 8. *n.* 103. cum aliis relatis concordan. *in præfata Mediolanen. Beneficii prima Aprilis* 1707. §. *Eoque robuſtiùs coram Me*.

Subalternans propterea colluctatio, iterum reſtringebatur ad tertiam ſupradicti Nicolai partem, ſeu vocem; verùm hæc ex perſona Hieronymi patris, habito reſpectu ad ſucceſſibilitatem delapſa fuerat in Fauſtinam nepotem, quæve, juxta ſuperius tradita, admiſſa etiam poſitivè remanſerat ad præſentandum de anno 1590. à Fauſtina autem, quæ nupſerat Carolo Duci Muto, deſcendebant per plura media iidem adamuſſim, qui ex alio latere ejuſdem Ducis Caroli ſecundùm primò factam diviſionem adepti apparebant aliam tertiam primi Jacobi nepotis Eliſabetthæ, illiuſque immediati hæredis, & ob id unito concurſu duarum ex tribus ab initio ſciſſarum portionum in Præſentantibus D. Abbatem de Comitibus, manifeſtiſſimè idem D. de Comitibus numerabat pro ſe non ſolùm medietatem, ſed etiam duas ex tribus partibus; ideoque à fortiori ejus literæ derogatoriæ, veluti pluſquam abunde juſtificatæ nullam pati poterant retardationem executionis, per *Text. in cap. ſuper literis de reſcript.*, *& cap. ſi Capitulum*, *ubi gloſſ. verb. exequat. de præbend. in* 6., ubi communiter Doctores *Rota deciſ.* 57. *n.*1. *&* 16. *poſt Tondut. de penſion. dec.*298. *& deciſ.*322. *utrobique n.*1. *coram bo.mem. Emerix deciſ.*141. *n.*2. *par.*19. *Recent.*, *& in Mediolanen. Juriſpatronatus ſuper executione literarum Apoſtolicarum* 21. *Februarii* 1707. §. *Arbitrium enim coram R.P.D. meo Scotto*.

Hocque firmato reſtabat maturè diſcutiendus articulus, quale nam ſuppoſitum præcelleret, utrum ſcilicet ad ſenſum D. Abbatis Buſſii Juſpatronatus controverſum exiſteret gentilitium, vel potius hæreditarium; &, ut præmiſimus, robuſtiora jura, rationeſve ſuadebant qualitatem hæreditariam, quam neque Defenſores D. Abbatis Buſſii in ſuo principio imbibitam fuiſſe eidem Juripatronatus ut ſupra denegabant. Aſt eorum ſubſidiaria prætenſio continebat, quòd ſucceſſivis temporibus fuerit hæc qualitas immutata, & transfuſa in familiarem, & gentilitiam: id verò oculis Dominorum nulla-
22 tenus apparuit comprobatum; & tamen

cùm mutatio non præsumatur onus illam
27 univocè justificandi infallanter incumbebat prænominatis defensoribus ejusdem Domini Bussii ad puntualiter firmata per *Rot.dec.*108. *n.*5. *post Vivian. de Jurepatronat.decis.*273.*n.*5.,*& decis.*285.*n.*21. *coram Duran.decis.*3.*n.*13. *coram san.mem. Alexandro VIII. decis.* 381. *n.* 19., *&* 25. *coram Priolo*, *& in Romana Cappellaniæ* 5. *Maji* 1688. §.*In nihilo relevante coram Reverendiss.P.D.meo Molines Decano*.

Tantum verò aberat, quòd hujusmodi immutationem in gradu perstringente,ut oportuisset,edoceretur, quin potiùs à fa-
28 cilioribus,magisque proximis exordiendo certum erat, & præfulgebat *in Summ. D.de Comitibus n.*18. *litt.D.*, quod D.Andreas, à quo causam suæ novissimæ præsentationis habebat idem D.Bussius ad limites immediatè præcedentis præsentationis anni 1678. non alio jure ad eam devenerat, *quàm uti filius, & hæres Joannis Andreæ* ejus Patris, ac propterea inevitabile reddebatur, quod ex confessione proprii Authoris Juspatronatus foret, & perseveraverit esse hæreditarium, & ad summum mixtum; non autem prorsus agnatitium, & gentilitium, ut in proposito talis expressionis *uti filius, & hæres* affirmarunt *Soccin.sen.cons.*57.*n.*4. *lib.*3. *Peregrin.cons.*49.*n.*4. *lib.*1. *Rot. decis.*70. *n.*5. *post Vivian. de Jurepatron.decis.*106.*n.*10. *&* 11. *coram Cels. decis.*166. *à n.*21. *ad* 24. *par.*6., *& decis.*272. *n.*10. *par.*13. *recent.*, hancque confessionem impugnare nequibat Dominus Bussius, tanquam à confitente causam fortitus,vulgatis juribus,de quibus *Bald. cons.* 364. *num.* 2. *lib.* 2. *Rot. decis.*849. *n.*2. *par.*2., *& decis.* 336. *n.*21., *&* 22. *par.*5. *recen.*, *& in Novarien. Beneficiorum* 27. *Junii* 1703. §. *In facto erga finem, coram R. P. D. meo Scotto*.

Multoque minùs (etiam redeundo ad superiores status) de hac immutatione constabat; quia ponderando præmissam asperitatem, quam Dominus Bussius superare debebat, scilicet præsumptionem juris vigentis pro Jurepatronatus hæreditario, instrumentalem concomitantiam testamenti Elisabetthæ, Brevis *san. mem. Pauli Secundi*,necnon necessitatem in ipso Domino Bussio procedendi cum eadem præsumptione, & ad hoc, ut ad formam laudi duæ tertiæ partes transire valuissent in Joannem Franciscum, ac denique confessionem suimet Authoris,utique arctabatur ostendere, quòd ex præcedentibus statibus talis emergeret comprobatio, quæ nullum pateretur æquivocum, & conciliationem, & univocè suffocaret eandem præsumptionem juris vestitam cum tot primis, & novissimis argumentis aliàs exuberat semper habenti regulam pro se, & regulam, prout hìc, geminatam de non præsumendo Patronatu gentilitio, & de non præsumenda immutatione, dubiam reddere limitationem, ac contrariam justificationem, *Surd. cons.*199. *nu.*9. *Guttierez pract. quæst.lib.*3. *quæst.*4.*n.*13., *Rot.decis.*260. *n.*12. *par.*11. *recent.in Monasterien.Præposituræ* 26.*Junii* 1702.§.*Addebat*, *& in Volaterrana Beneficii* 7. *Junii* 1709. §. *Basis resolutionis in utraque coram Me*.

Et quidem toties laudati defensores Domini Bussii sentiebant vim hujus one-
29 ris;proindeque contra ea, quæ superiùs fassi videbantur debilitare, satagebant in parte primordium, oriens à testamento Elisabetthæ, ac litteris Apostolicis *Pauli Secundi*, ex quo reservatio liberè non sonaret pro hæredibus,& successoribus quibuscunque Pauli fundatoris; *sed sibi, & hæredibus suis in perpetuum* prætendentes: idcirco quod vigore illius dictionis *suis* tanquam collectiva cum alio verbo *in perpetuum* futurum tempus respiciente valeret idem resultare, & emergere intellectus,ac si dictum fuisset *Descendentibus* secundùm expositionem, quam in fraternizante materia fideicommissorum faciunt, *Dec.cons.*217.*ad fin. Cravett. cons.*22. *n.*7. *Simon. de Præt. de interpr. ultim. volunt.in substitut. de suis*, *& descendentibus lib.* 3. *dub.*1.*solut.*5.*n.*46. *Rot.decis.*127.*sub n.*10. *coram Ubald. tom.* 3. *decis.* 344. *n.*3. *in fin. par.*2. *recent.*, *& in Avenionen. Primogenituræ*, *sive concursus super executione mandati* 3. *Julii* 1702. §. *Neque perpetuitas coram R. P. D. meo Caffarello*.

Cæterùm fragile nimiùm palpabatur istud refugium, seu præsidium; nam quo-
30 ties hujusmodi verbum *suis* conjunctum legitur alteri *hæredibus*, sequitur faciliùs naturam sui adjacentis, & extranei non sunt minùs hæredes sui in ordine ad disponentem, quàm sint ex corpore descendentes, & præcipuè in proprioribus terminis

minis Jurispatronatus hujuſmodi ſecumferentis præſumptionem, ut omiſſis contrariis ferientibus eamdem materiam Fideicommiſſariam in præciſo propoſito Jurispatronatus validiùs oſtenderunt *Abb. in cap. in præſentia col. 9.*, & ibi *Dec. n. 18. de probat. Cyriac. controv. jur. lib. 1. cap. 1. n. 32.*, & *33. Rot. deciſ. 372. n. 20. par. 11. rec.*, & *in Melevitana Jurispatronatum 31. Martii 1702. §. Finali coram R. P. D. meo Scotto*.

Citra hæſitationem verò; quoniam, ut mox connotavimus, iidem defenſores D. Buſſii nequibant abſque deſtructione eorum defenſionis recedere ab eo, quod jam conceſſerant, dum duæ ex tribus partibus obvenire Joanni Franciſco, illiſque hodie reſpectivè favere nequiviſſent, ſi Juspatronatus non extitiſſet hæreditarium, ipſumque laudum declarativum obventionis harum duarum partium in Joannem Franciſcum non loquebatur niſi de hæreditate Eliſabetthæ, ut ibi -- *Nell' altre due terze parti di detta eredità dichiaramo ſuccedere il detto Giovanni Franceſco, Summarium D. Buſſii num. 6. in fin.*, ſub cujus profectò hæreditatis nuncupatione veniebat Juspatronatus, de reliquo enim peragi non potuiſſet de partibus, & portionibus, quæ verificantur in juribus dumtaxat hæreditariis, & non in gentilitiis, in quibus jus præſentandi defertur merè perſonaliter in capita, ut præter ſupra Collaudatos uno ore conveniunt, *Tondut. quæſt. benefic. tom. 1. cap. 32. n. 4.*, *Lambertin. de Jurepatron. lib. 1. par. 2. quæſt. 1. art. 25. n. 17.*, & *art. 28. n. 5. Rot. deciſ. 798. n. 13. coram Merlin. deciſ. 583. n. 3. coram Emerix Jun. deciſ. 251. num. 5. par. 2. deciſ. 82. num. 8. par. 7.*, & *deciſ. 73. num. 21. par. 13. rec.*

Magìs magìſque idcirco ſemper ſubſiſtentibus regulis, ut ſupra ſtabilitis, in
31 nihilo relevabant cunctæ in oppoſitum allegatæ præſentationes, ac ſtatus præcedentes; nam illæ *anni* 1547. *anni* 1555., necnon *anni* 1563. ac demum *anni* 1564. quid aliud præſeferebant, niſi quòd in eis dicebatur, quòd *Juspatronatus ad Altare, ſeu Cappellam S. Nicolai ſpectabat ad Dominos, ſeu familiam de Mutis*, & hoc ipſum concludebant Literæ Apoſtolicæ ſuper his præſentationibus emanatæ, atque etiam Brevia Pontificia *ſa. me. Urbani VIII.*, & *Innocentii X.* Aſt non proinde univocè, ſeu ullo modo certitudinariè ſequebatur, quòd Juspatronatus fuiſſet per hanc loquendi formulam immutatum, & à tot regulis receſſum; tum quia ſimiles enunciativæ abſque ullo reſtrictivo, ac taxativo *tantùm*, vel *ſolùm*, ſimpliciter emiſſæ *de familia, de domo &c.* ſtare rectiùs cenſebantur ad demonſtrandum, ac deſignandum, quòd jus præſentandi eo tempore reſideret, quemadmodum de facto erat in familia illorum de Mutis, ſecundùm bene ponderata *per Rot. deciſ. 173. n. 3. coram Duran. deciſ. 78. nu. 2.*, & *15. coram Merlin. deciſ. 27. n. 8. coram Ninot. deciſ. 73. n. 17. par. 13. deciſ. 82. n. 10.*, & *deciſ. 181. n. 13. par. 19. rec.*, & *in Firmana Jurispatronatus 15. Decembris 1702. §. quod attinet coram bo. me. Muto*, & *in Balneoregien. Beneficii 21. Januarii 1707. §. Multoque minùs coram R. P. D. Meo Kauniz*.

Et abſonum dicere fuiſſet, quòd Juspatronatus ſpectaret ad hæredes Dominorum de Mutis, vel ad Dominos de Mutis, & eorum hæredes: jam enim hæredes includebantur ſuapte natura, vel per comprehenſionem, ſeu vocationem legis, vel hominis; præſertim quia ſubſtantia negocii, ſuper quo cadebant enunciativæ, non exquirebat hujus articuli diſcuſſionem; cùm ſatis eſſet, quòd exponeretur, & re-
32 ſpectivè verificaretur, quòd Beneficium, ſeu Cappella foret de Jurepatronatus laicorum, & exprimerentur illi laici, apud quos erat jus, & quaſi poſſeſſio præſentandi, idque ad reſervationes, & regulas Cancellariæ evitandas; ideoque eò fortiùs enunciativæ editæ præter neceſſitatem, & importantiam actus non attenduntur, *Surd. conſ. 423. n. 22. Ruin. conſ. 141. n. 10. Gen. de verb. enunciat. quæſt. 32. Palm. deciſ. Lucenſ. tom. 4. deciſ. 341. n. 11. Rot. deciſ. 31. n. 9. par. 18.*, & *deciſ. 119. num. 11. par. 11. rec.*

Potiſſimè quia eædem enunciativæ, & conſequutivæ iidem ſtatus prædictorum annorum minimè continuatæ legebantur, quinimò deſtruebantur; nedum, quia Fauſtina æquè fuit in concurſu maſculorum admiſſa ad præſentandum de anno 1590. ſed etiam quia omnes præfati ma-
33 ſculi ad actum devenêre præſentationis diſcriminatim per viam quotæ, quæ non

ca-

cadit, ut toties demonstravimus in juribus gentilitiis, sed tantummodo in hæreditariis juxta legalem partitionem assis, & per consequens non solùm hæ posteriores præsentationes, ut fuit illa 1590. & altera 1636. & 1678. dubiam saltèm efficiebant quamcumque prætensam qualitatem gentilitiam, necnon assertam immutationem, (quod semper exuberaret ex præmissis,) verùm quoque præferri merebantur in hac ipsamet dubietate cæteris, tamquam fundationi magis consonæ, & juris præsumptioni conformes, *Abb. in cap. Auditis n. 15. de præscript. Cravett. cons. 46. n. 4. Honded. cons. 53. nu. 24. lib. 1. Rot. decis. 381. n. 24. coram Priol. decis. 472. n. 2. coram Buratt. decis. 367. n. 8. coram Emerix jun. & decis. 236. n. 6. & 7. par. 5. Rec.*

Comperto itaque, quòd & præsentatio anni 1636. respectu modi quotam exprimentis repugnaret Juripatronatus verè gentilitio, non videbatur idcirco etiam ea deservire posse ad castigationem, & recessum à prædictis regulis in contrarium, ex quo concessa fuerit institutio Joanni Paulo Muto vigore præcitatæ sententiæ R.P.D. Tornielli, declarantis, ut supra, Cappellaniam pertinere *ad Laicos Nobiles familiæ de Mutis*, & nihilominus ultra prædictum contrarium Judicium quotæ in præsentationibus enunciatæ, & ultra expressionem quoque litteralem tituli hæreditarii, in primis recurrebant superius animadversa; quia ibi tractabatur tantummodo principaliter de canonizatione, & verificatione Jurispatronatus Laicorum: nec quæstio fuerat per imaginationem super indagine, an hujusmodi Juspatronatus laicale existeret postea, necne hæreditarium, vel potius gentilitium, & propterea apertè nimis corruebat exaggerata efficacia rei judicatæ,
34 quæ tamquam semper strictè de jure intelligenda nusquam comprehendit, quod non apparet effectivè declaratum, seu definitum; & inter Partes disputatum, ad firmata per *DD. in l. Paulus respondit ff. de Judic. Cravett. cons. 188. n. 6. Surd. decis. 250. n. 6. Rot. decis. 1137. n. 1. & 2. coram Coccin. decis. 335. n. 20. coram Dunoz. jun., & decis. 622. n. 9. par. 19. rec.*

Perstringentiùs, quia R.P.D. Tornellus adeò probabiliter contentus dumtaxat fuerat recognoscere an Cappellania revera foret de Jurepatronatus Laicorum demonstrativè sese gerendo simpliciter ad Laicos Patronos, qui actualiter erant in quasi possessione præsentandi citra ullam intentionem præcisè canonizandi qualitatem gentilitiam, ut in ea parte sententiæ, sub qua continebantur jura per eum visa numeraretur testamentum Elisabetthæ, numeraretur præsentatio facta de anno 1590. quando fundatio, seu testamentum Elisabetthæ, ut vidimus, præseferebat innegabilem qualitatem hæreditariam, & status anni 1590. includebat Faustinam, quæ profectò extantibus masculis, ad sensum Defensorum D. Bussii, præsentare nequivisset ad Beneficium propriè gentilitium; unde quis dicat, quòd præter supradictam meram demonstrationem solius verificationis hujus Patronatus R.P.D. Torniellus cogitaverit differere de qualitate Jurispatronatus Cappellaniæ, illudque definire pro gentilitio, dum jura per eum visa, relata, & laudata secumferebant oppositum; sententia quippe semper recipit declarationem ex actis, *l. si ex testam. 20. ff. de re judic. Rot. decis. 194. n. 5. coram Emerix jun. & decis. 469. n. 34. par. 19. rec.* Sicque cùm eadem acta saltèm forent æquivoca, impossibile reddebatur causare actum univocum, & necessariò concludentem (utì in præsenti thesi requirebatur ex supradictis) tale quippe est causatum, qualis est causa, *l. quominus ff. de flumin. Bald. cons. 150. in fin. lib. 5. Castill. controvers. jur. lib. 5. par. 2. cap. 103. nu. 14. Marant. controv. jur. par. 1. resp. 23. à nu. 16. ad seq. Osasch. decis. 167. n. 27. & 28. Palm. decis. Lucen. tom. 4. decis. 363. num. 65. Rot. dec. 287. n. 1. par. 1. rec.*

Absque eo quòd (incidenter respondendo) ullo modo respectu admissionis Faustinæ de cætero concordantis in persona Præsentati, ab aliis, nempe Tyberii de Mutis teneret replicatio, de qua supra, quòd illa vel pariter, seu è converso esset æquivoca, vel nullatenus attendibilis, nullum namque somniabile æquivocum erui poterat, ex quo non appareret cui præsentationi fuerit innixus Ordinarius, stante seorsim facta ab unoquoque Patrono præsentatione; prædicta namque præsentatio, cui adhæsit Ordinarius,

erat

erat pluſquam univoca, dum nemo ex Patronis ſibi arrogaverat illam tertiam partem, qua uſa noſcebatur Fauſtina in ſua præſentatione, dum Alexander, & Horatius de linea Valeriani filii, & hæredis Joannis Franciſci præſentaverant ſolùm pro tertia parte, & idipſum effecerat Carolus pronepos, & hæres Jacobi ſenioris; cùmque hæ duæ tertiæ, ſive præſentationes non excederent duas ex tribus partibus, & pro altera tertia præſentaſſet Fauſtina, veluti filia Hieronymi patris, & Nicolai avi, cæteroquin pariter filii Joannis Franciſci, & in æquali gradu exiſtentis cum Valeriano; & quis non videt, quòd eadem præſentatio Fauſtinæ erat in adjunctione alterius tertiæ deficientis integrativa totius, ſicutì tertia pars reputatur legitima relativè ad totam hæreditatem, bona, vel ſucceſſionem, ad notiſſimam cenſuram *Auth. de triente, & ſemiſſ. cum concordan.*

Erat quoque talis præſentatio ultra abſterſum hactenus vitium æquivocationis neceſſariò admiſſibilis, & hodie magis admittenda; quia non tantùm hujuſmodi præſentatio concordabat cum teſtamento Eliſabetthæ, necnon memorato laudo, & ex præmiſſis erat integrativa totius, verùm etiam quia quomodo hodie valebat D. Andreas hanc tertiam controvertere, ſibique duas partes vindicare; dum eam non impugnavit Alexander ejus abavus, qui haſce duas tertias neque per umbram prætendit, & ſolùm pro unica tertia parte præſentavit, indubitati quippe juris eſt, quòd ipſe D. Andreas veluti mediatus hæres ejuſdem Alexandri, illius factum, & agnitionem intervertere nequibat, ex notiſſimis juribus, de quibus *in deciſ.* 446. *n.* 3. & 4. *coram Royas deciſ.* 251. *num.* 3. *coram Peutinger. deciſ.* 293. *num.* 6. *par.* 10., & *deciſ.* 88. *n.* 5. & *deciſ.* 194. *n.* 7. & 8. *par.* 11. *recen. & in Foſſanen. Beneficii* 11. *Martii* 1703. §. *Et magis coram Eminentiſs. D. meo Caprara*.

Hæcque ſuperabundarent, ſed redeundo ad prædictam præſentationem anni 1636. rurſus tantùm longè erat, quòd R. P. D. Torniellus aliud perpendiſſet, quàm ſimplicem expoſitam verificationem exiſtentiæ Jurispatronatus Laicorum, ut nec de perſonis Præſentantium, nec de vocum numeratione verbum fecerit, & tamen neceſſe extitiſſet inquirere de hiſce vocibus ſtante altera præſentatione præcedenter inita per Hieronymum, & Michaelem Angelum tam Caroli Ducis Muti, quàm prænominatæ Fauſtinæ filium, & reſpectivè nepotem: hi enim copulativè præſentantes eamdem perſonam ab aliis quoque præſentatam expreſſerunt, quòd nominibus, de quibus ſupra, illis duæ ex tribus partibus competebant, proindeque cùm ſtare non poſſet, quòd cæteri Præſentantes efficerent duas tertias, & pariter duas tertias Hieronymus, & Michael Angelus; ecce quod extitiſſent non tres, ſed quatuor tertiæ, quod eſt abſurdum, prout abſonum eſſet diſcurrere in prædicto ſimili legitimæ, quòd idem foret quarta priùs à jure definita per *leg. Papinian. §. quarta, & in §. ſi quis mortis ff. de inofficioſo teſtam.*, & *l. Parentibus Cod. de cod. tit.*, quàm tertia, ad quam fuit peraucta per jus noviſſimum *Auth. de triente, & ſemiſſe, & in Auth. noviſſima C. de inoffic. teſtam.*

Quin robur habere viſa ſit ea replicatio, quòd curandum non eſſet de hujuſmodi præſentatione Hieronymi, & Michaelis Angeli; dum ea liquidò apparebat neglecta, ſive nullum effectum ſortita, veluti emiſſa ſub conditione reſervationis annuæ penſionis ſcut. 200. ſub Apoſtolica authoritate, quando Literæ Pontificiæ, ſuper quarum verificatione prodiit ſententia R. P. D. Tornielli, nihil penitùs continebant in ordine ad hujuſmodi penſionem; ſiquidem ultra quod in Reſponſionibus, ſeu *novo Summario Reſponſionis* attributæ pro parte Domini Abbatis de Comitibus, fuerat Dominis exhibita ſupplicatio penſionis ſub eadem die ſignata, ſub qua legebantur ſubſignatæ, & editæ literæ collationis Beneficii, ſeu gratiæ pro Præſentato, & conſequenter rueret obiectum in facto, adhuc nonne aliqua mentio fieri debuiſſet per R. P. D. Torniellum, nonne fieri trutinatio harum duarum partium, ut ſupra incompatibi-
35 lium; nonne tandem liquebat, quòd filii Fauſtinæ proſequebantur præcedentem ab ea factam præſentationem, utì illius hæredes; cùm etiam ex actu nullo eliciatur, ut fert adagium, voluntas, per *Text. in leg. final. ff. de reb. dub. leg. final. ff. de reb.*

reb. eorum, qui sub tutel. Rip. in cap. cùm Ecclesiæ n. 93. de caus. possess. & propriet., *& in re conjuncti n. 136. ff. de legat. 3. Rota decis. 447. n. 16. coram Merlin. decis. 382. n. 25. & 26. coram Bich., & decis. 304. n. 4. coram Emerix jun.*

Evanida effecta, imò potius retorquibili prætensa re judicata, necnon efficacia præsentationis anni 1636. opus non esset ulteriùs progredi, quin etiam ad corroborationem præmissarum regularum, quæ sunt fatales in hac Causa, supervacaneum reddebatur evellere illud argumentum, quod pro justificanda qualitate gentilitia adducebatur, videlicet, quòd in Præsentationibus annorum 1547., 1555., & 1563. Præsentationes celebratæ extitissent in capita, & per transversos gradus inæquales; quoniam hujusmodi pariter argumentum violentam patiebatur retorsionem ad finem concludendi oppositum; quia si Juspatronatus fuisset gentilitium, non omnes præsentare valuissent in capita, sicuti valet repræsentativè ad quotam hæreditariam, atque successionis dari concursus graduum transversantium inæqualium, ut est nepos cum patruo, per obviam dispositionem *Auth. post fratres C. de legit. hæred.*, licèt enim nil magìs familiare videatur, quàm quod in Patro-
36 natibus verè familiaribus omnes de familia, & si in gradu inæquales, ipseque pater cum filio in capita admittantur ad præsentandum; id tamen locum sibi vindicat, prout supra tetigimus, quoties Juspatronatus relictum est toti familiæ per modum Collegii, & Universitatis, secus verò quando ab initio Juspatronatus quantumvis gentilitium relictum dignoscitur certis personis de familia, à quibus postea lineales producerentur descendentiæ; tunc etenim aut ordo intraret charitatis, & successionis inter proximiores, & remotiores, vel capitum numerus calcularetur pro constituenda voce illius lineæ, illius primi acquirentis, secundùm tacta superius, & uberius discussa *in annot. ad meas decisiones inter hactenus impress. tom. 1. decis. 52. n. 23. & seqq., & in Pisana Jurispatronatus 26. Junii currentis coram R. P. D. meo Priolo ex §. Verùm quamvis cum seqq. ubi concordan.*

Cùm igitur à primo ad ultimum crediderint absolutè Domini, quòd Juspatronatus digladiatum fuerit in sui nativitate hæreditarium, simulque in progressu, seu in ingressu in lineam Joannis Francisci pariformiter, ac ineluctabiliter hæreditarium, quòdque ex hucusque deductis observantia, & status deinceps subsequuti lubentiùs faverent eidem primordiali naturæ in ortu, & progressu demonstratæ, quàm quod arctarent ad recessum regularum tam sæpe allatarum, minimè in sequelam reputarunt necesse inquirere de vero ultimo statu, non sinè probabili aspectu, quòd is potius militaret pro D. Abbate de Comitibus; nam ultimus revera ultimus anni 1678. præseferebat confessionem D. Andreæ non impugnabilem à D. Abbate de Bussis, & data quoque illius turbiditate, vel status anni 1636. opitulabatur ipsi D. de Comitibus, vel erat pariter intricatus, parumve idoneus ad decisionem, & applicationem *Text. in cap. Consultationibus*; limpidissimus verò effulgebat ille antecedens anni 1590. ab omnibus objectionibus vindicatus; ideoque præfatum *cap. Consultationibus* urgeret magìs, ut enunciavimus pro D. de Comitibus si vera erat, prout erat verissima propositio, de qua supra, ut per viam schalaris ascensus ultimus ille status diceretur, qui etsi anterior, & remotior, comparativè ad novissimos æquivocos, & intricatos foret clarior, & evidentior, sicuti ultra jam allegatos etiam monuerunt adducti per *Rot. in præfata Mediolanen. Beneficii 1. Aprilis 1707. §. Idemque eveniret, & in Asten. Parochialis de Maliano 12. Decembris ejusdem anni §. In suo igitur coram Me.*

Et ita utraque &c.

ARGUMENTUM.

Juspatronatus relictum à Fundatore pro *Filiis*, & ejus *Descendentibus*, & *Successoribus* est Gentilitium, & in eo succedunt Filii unà cum Patre.

SUMMARIUM.

1 *Nomine* Successorum, *plerumque veniunt successores in hæreditate, vel successores in hæreditate simul, & sanguinis*, & num. 50.

2 *Juspatronatus relictum pro Filiis, Descendentibus, & Hæredibus, seu Successoribus, an sit Gentilitium?*

3 *Jus-*

3 *Juspatronatus an, & quando dicatur hæreditarium, aut mixtum ex obſervantia, & ex præſentationibus ſequutis cum expreſſiva* utì filii, & hæredes?

4 *Juspatronatus eſse hæreditarium, an & quare arguatur ex præſentationibus factis à deſcendentibus plurium Fundatorum ejuſdem Beneficii hæreditario nomine?* & n.20.

5 *Juspatronatus reſervatum pro* filiis, deſcendentibus,& ſucceſſoribus *eſt gentilitium minùs rigorosè ſumptum*, & n.38., & 49. Amplia ut n.9., 10., & 11.

6 *Juspatronatus reſervatum pro* Parentibus, & Conſanguineis *eſt gentilitium*.

7 *In Jurepatronatus gentilitio ſuccedunt omnes de ſanguine, ſive ſint Agnati, ſive Cognati*; ſed limita, ut ibi.

8 *A Patronatu reſtricto taxativè ad certum genus perſonarum excluduntur omnes illi, qui non ſunt de illo genere*.

12 *Filii unà cum Patre admittuntur ad præſentandum in Jurepatronatus gentilitio*, & n. 27., & 48., & 55. *Quo ſenſu hoc procedat*. Vide n.22., & 58., 59., 60., & 61.

13 *Verbum* ſucceſſores *an, & quando comprehendat ſucceſſores ſanguinis, aut ſucceſſores bonorum ſimul, & ſanguinis?* & n.14. & 16., & n.39. & 51.

15 *Juspatronatus reſervatum pro* hæredibus, & ſucceſſoribus *an, & quando eſſe poſſit gentilitium, aut mixtum*, & n.57.

17 *De duplici ſpecie Jurispatronatus gentilitii*.

18 *Mentio hæredum in præſentationibus an, & quando ſtet demonſtrativè, & non taxativè?*

19 *Concurrentibus pluribus præſentationibus hinc inde tam pro qualitate hæreditaria, quàm pro qualitate gentilitia, an, & quando ſint attendendæ præſentationes, quæ ſtant pro qualitate gentilitia, rejectis præſentationibus pro hæreditaria*, & n.45. uſque ad 47.

21 *Enunciativæ, quòd Juspatronatus ſpectet ad familiam emiſſæ ab Ordinariis an, & quando ſtent demonſtrativè ad declarandam qualitatem Jurispatronatus?*

22 *Status anterior per poſteriorem immutatur*, & n.37.

23 *Deficiente fundationis Inſtrumento qualitas agnatitia Jurispatronatus, ex quibus probetur, & arguatur*, & n.24. uſque ad 31., & n. 41. uſque ad 44., & n.52. uſque ad 54.

32 *Sententia ſi explicitè non contineat qualitatem agnatitiam Jurispatronatus, tacitè dicitur illam continere ex actis, & deciſionibus eam præcedentibus*.

33 *Juspatronatus præſumitur hæreditarium, ubi non conſtat de fundatione, ſed limita ut ibi*.

34 *Verba* poſteri, *& ſucceſſores, licèt comprehendant etiam hæredes, tamen ex ſubjecta materia reſtringuntur ad ſucceſſores ſanguinis*.

35 *Conceſſio facultatis alienandi Juspatronatus in alios de familia an, & quando arguat potiùs qualitatem agnatitiam, & familiarem?*

36 *Præſentationes non effectuatæ non probant qualitatem Jurispatronatus*.

40 *Nomine* hæredum *an, & quando veniant hæredes ſanguinis?*

56 *Literæ Apoſtolicæ in omnibus juſtificatæ debitam merentur exequutionem*.

CASUS VI.

IN limine fundationis Beneficii A. fuit de conſenſu Ordinarii reſervatum à Fundatore Juspatronatus ad illud *pro ejus Filiis, Deſcendentibus, & Succeſſoribus*. Quero an hujuſmodi Juspatronatus ſit gentilitium,itaut in eo ſuccedere valeant omnes de ſanguine, & deſcendentes à Fundatore, ſive hæredes ſint, ſive non, ſive agnati, ſive cognati; vel potiùs ſit hæreditarium, aut mixtum, itaut ad effectum ſuccedendi illi requiratur qualitas hæreditaria, vel qualitas hæreditaria ſimul, & ſanguinis?

Pro reſolutione hujus dubii videtur dicendum, præfatum Juspatronatus non eſſe gentilitium, ſed hæreditarium, aut ſaltèm mixtum; eſt enim reſervatum non ſolùm pro *Filiis*, & *Deſcendentibus*, ſed etiam pro *Succeſſoribus*, quæ reſervatio ſic concepta etiam pro *ſucceſſoribus*, reddit Juſpatronatus hæreditarium, vel ſaltèm mixtum; cùm nomine *Succeſſorum*, 1 plerumque veniant ſucceſſores in hæreditate, vel ſucceſſores in hæreditate ſimul, & ſanguinis. *Rota in Mediolanen. Prioratus ſuper mixtura 29. Januarii 1706. §. Non obſtat coram bon. mem. Caſſarello, & in Romana Cappellaniæ 16. Martii 1708. §. Licèt coram R. P. D. Anſaldo, & 3. Junii 1711. §. Facti coram*

2 *eodem*. Sicuti Juspatronatus relictum pro *Filiis*, *Descendentibus*, & *Hæredibus*, seu *Successoribus* non est gentilitium, sed hæreditarium, vel saltèm mixtum, *Card. de Luca de jurepatron. discurs.* 24. *n.*6. *Tondut. quæst. Benef. par.* 3. *cap.* 157. *n.*19. *Buratt. decis.*674. *n.*5., *& in rec. decis.*267. *n.*3. *& 6. par.*6.

Ratio autem videtur esse, quia Juspatronatus gentilitium est aptum solùm comprehendere eos, qui habet cognomen Domus, & Familiæ, & non extenditur ad eos, qui licèt de sanguine non habent hujusmodi cognomen; Juspatronatus autem relictum pro *Filiis*, *& ejus Descendentibus*, *ac Successoribus* comprehendit non solùm illos, qui habent cognomen Domus, & Familiæ; sed etiam quoscumque descendentes etiam cognatos, sive sint fœminæ, sive masculi; adeòque non est gentilitium, *Gratian. discept.* 577. *n.*45. *Palm. nep. alleg.*159. *n.*23.

3 Eòque magis Juspatronatus non esset gentilitium, sed hæreditarium, aut mixtum, si filii, & descendentes Fundatoris in quam pluribus vacationibus Beneficii præsentassent hæreditario nomine, nimirum cum expressiva, utì *Filii*, *& Hæredes*, aut præsentassent in stirpes, & per quotas, & non in capita: quæ quidem observantia, & præsentationes cum qualitate hæreditaria à Patronis emissæ satìs demonstrarent Juspatronatus ab initio reservatum pro *Filiis*, *& Descendentibus*, *ac Successoribus* non esse merè gentilitium, sed hæreditarium, vel saltèm mixtum juxta *Card. de Luca de jurepatr. disc.* 60. *num.*29. *Rota decis.*288. *num.*4. *par.*5. *rec.*, *& in Asculana jurispatronatus* 24. *Februarii* 1616. *coram Verospio apud Vivian.*, *& in Imolen. jurispatronatus* 27. *Januarii* 1710. §. *Origini coram Lancetta*, *& in Pisana Prioratus* 11. *Aprilis* 1712. §. *Verùm etiam coram R.P.D. Ansaldo*.

4 Et probatur paritate, si Beneficium fuisset erectum à pluribus personis, itaut unus fundasset, alius construxisset, & alius dotasset Ecclesiam, seu Beneficium; & concurrerent præsentationes eorum descendentium hæreditario nomine factæ; in hoc casu Juspatronatus esset hæreditarium, & non gentilitium, ut firmavit *Rota in Firmana jurispatronatus super negocio principali* 15. *Decembris* 1702. §. *Et clariùs coram bo.me. Muto*, *& in Imolen. jurispatronatus* 27. *Januarii* 1710. §. *Satìs*, *& seqq. coram R. P. D. Lancetta*. Ergo etiam quando Beneficium est erectum ab una tantùm persona, si concurrant præsentationes ejus filiorum, & descendentium hæreditario nomine; hoc erit hæreditarium, aut saltèm mixtum, & non merè gentilitium.

Sed his minimè attentis censeo Juspa-
5 tronatus, ut supra reservatum favore filiorum, descendentium, & successorum Fundatoris esse merè gentilitium, & deferri jure sanguinis, nullatenus attenta qualitate hæreditaria, cùm nomine *filiorum*, *& descendentium*, veniant omnes de sanguine, licèt non hæredes, *Lambertin. de jurepat. lib.*1. *par.*2. *quæst.*2. *art.* 8. *Vivian. eodem tract. lib.* 4. *cap.* 2. *in fine*, *Lotter. de re benefic. lib.*2. *quæst.* 1. *nu.* 54. *Tondut. quæst. benefic. par.*1. *c.*32. *num.*19. *& par.* 3. *cap.* 157. *n.* 20. *Rota decis.* 288. *n.*10. *par.*7. *recent. & decis.*183. *n.* 21. *coram Buratt.*, *& in Celsonen. Beneficii* 20. *Februarii* 1702. §. *Respectu coram bo.mem. Muto*, *& in Anagnina Cappellaniæ* 26. *Januarii* 1711. *coram Molines Decano*, *& in Mediolanen. Prioratus super mixtura*, *& filiis familias* 15. *Junii* 1705. *coram Eminentiss. Priolo*, *& 29. Januarii* 1706. *coram bo.me. Caffarello inferiùs legen. n.*38. *& 49.*

6 Eodem modo, quo si Juspatronatus fuisset reservatum pro *Parentibus*, *& Consanguineis* esset gentilitium, cùm nomine Parentum, & Consanguineorum veniant omnes illi, qui sanguinis vinculo conjuncti sunt, tam ex latere agnatitio, & cognatitio Patris, quàm ex latere cognatitio Matris, *Card. de Luca de jurepatr. discurs.*28. *n.*11. *Peregrin. de fideicom. art.*22. *n.* 31. *& 34. Rota in Interamnen. jurispatronatus* 22. *Martii* 1706. §. *Ulteriùs*, *&* 10. *Decembris ejusdem anni* §. *Quod coram Eminentiss. Scotto*, *& in Carpentoraten. donationis* 4. *Februarii* 1709. §. *De intentione coram Reverendiss. Molines Decano.*

Ratio autem est, quia Fundator reservando Juspatronatus pro ejus *filiis*, *descendentibus*, *& successoribus* nullatenus respexit ad qualitatem hæreditariam, sed solùm ad qualitatem sanguinis, & constituere voluit Juspatronatus gentilitium
7 descensivum minùs rigorosè sumptum, & comprehensivum omnium de sanguine, in

quo

quo quidem omnes de ſanguine per modum unius Collegii ſuccedunt, & admittuntur, ſive hæredes ſint, ſive non, ſive agnati, ſive cognati, *Rot. in Balneoregien. Beneficii* 21. *Januar.* 1707. §. *Pro ipſo coram R. P. D. Kaunitz*; Niſi conſtaret de contraria mente Fundatoris; ut ſi fuiſſet ab ipſo reſervatum, & limitatum Juspatronatus pro eis de familia de certo loco; ex. gr. fuiſſet reſervatum pro ejus *filiis*, & *deſcendentibus*, & *ſucceſſoribus de loco, aut Civitate A.* Tunc enim licèt Juspatronatus eſſet gentilitium deſcenſivum, & minùs rigorosè ſumptum; tamen ſi de tempore hujus reſervationis adeſſent alii filii, deſcendentes, & ſucceſſores ejuſdem Fundatoris morantes in alia Civitate; iſti non ſuccederent, nec eſſent admittendi ad Juspatronatus gentilitium, ut ſolidiſſimis fundamentis reſolutum fuit à *Sac. Rota in Mediolanen. Beneficii* 30. *Januar.* 1711. §. *Et ſanè cum ſeqq. coram R.P. D. Anſaldo*. Aut niſi à Fundatore fuiſſent vocati ejus conſanguinei prælativè ad conſanguineos conſanguineorum; tunc non omnes conſanguinei, & deſcendentes Fundatoris ſuccederent in Jurepatronatus, ſed conſanguinei Fundatoris prælativè ad conſanguineos conſanguineorum, ad *Text. in l. quoties ff. de uſufruct. l. generaliter* §. *proinde ff. de fideicom. Libert. Capon. diſcept.* 101. *n.* 1. *Rota in Valentina Beneficii* 6. *Decembris* 1713. *coram*

8 *R.P.D. Lancetta*. Ea ratione, quia à Patronatu reſtricto taxativè ad certum genus perſonarum, excluduntur omnes illi, qui non ſunt de illo genere, *Rota in Lucana Beneficii* 26. *Junii* 1709. §. *Non quidem coram R.P.D. Falconerio*.

9 Quod quidem abſque difficultate procederet, ſi concurreret obſervantia, nimirum ſi in ſucceſſivis vacationibus Beneficii, filii, & deſcendentes præſentaverint abſque qualitate hæreditaria, ſeu non uti hæredes, quæ obſervantia ſola ſufficeret pro concludenti probatione qualitatis Patronatus gentilitii, *Tondut. quæſt. Benefic. par.* 3. *cap.* 157. *n.* 41. *Capon. diſcept. forenſ.* 233. *n.* 9. *tom.* 4. *Rota deciſ.* 41. *n.* 20.

10 *poſt Vivian.* Aut ſi concurrerent præſentationes factæ non in ſtirpes, ſed in capita, quibus arguitur qualitas Patronatus gentilitia; dum Juspatronatus tale cenſetur, quale deſignatur in præſentationibus effectum ſortitis, ut docent *Gratian. diſcept. for. cap.* 521. *n.* 17. & 19. *Rota deciſ.* 482. *n.* 6. *par.* 1. *rec.*, & *deciſ.* 163. *n.* 9. *coram Merlin. & in Romana Cappellaniæ S. Nicolai* 28. *Junii* 1709. §. *Ad rem coram R.P.D. Anſaldo ſuperiùs impreſ. caſu anteced. in fin.*, & *in Tiburtina Cappellaniæ* 16. *Martii* 1711. *coram Emo Priolo* §. *De qualitate*, & *in Mediolanen. Prioratus ſuper qualitate agnatitia* 18. *Junii* 1703. §. *Confirmatur coram Eminentiſs. Scotto inferiùs legen. n.* 23., & *ſuper mixtura*, & *filiis familias* §. *Veteribus*, & §. *Et demum* 15. *Junii* 1705. *coram Eminentiſs. Priolo*, & 29. *Januarii* 1706. §. *Accedit coram bon. mem. Caſſarello*.

11 Aut denique ſi filii unà cum Patre in vacationibus Beneficii fuerint admiſſi ad præſentandum; ex hujuſmodi enim præſentationibus factis à filiis unà cum Patre optimè arguitur qualitas gentilitia Juriſ-

12 patronatus; dum ſolùm in Jurepatronatus gentilitio minùs rigorosè ſumpto filii admittuntur ſimul cum Patre ad præſentandum, non verò in Jurepatronatus hæreditario, aut mixto, ut firmavit *Rota in Comen. Cappellaniæ* 31. *Martii* 1702. §. *Exordiendo coram Eminentiſs. de la Tremoille*, & *in Mediolanen. Præpoſituræ* 3. *Martii* 1704. *coram R.P.D. Anſaldo, in Romana Cappellaniæ S. Nicolai* 28. *Junii* 1709. §. *Evanida coram R.P.D. Anſaldo*, & *in Piſana juripatronatus* 26. *Junii* 1709. §. *Procedendo coram Eminentiſs. Priolo*, & *in dicta Mediolanen. Prioratus tam ſuper qualitate agnatitia* §. *Rurſus*, *quàm ſuper mixtura* §. *Firmata inferius legen.*

13 Firmata ex his qualitate gentilitia hujuſmodi Jurispatronatus ſic reſervati pro *filiis*, *deſcendentibus*, & *ſucceſſoribus Fundatoris* non obſtant ſuperius in contrarium deducta. Sciendum eſt enim, quòd verbum *ſucceſſores* eſt univerſale, & generícum, & æquè indifferens comprehendendi ſucceſſores bonorum, & ſucceſſores ſanguinis, aut ſucceſſores bonorum ſimul, & ſanguinis, *Rota in Romana Cappellaniæ* 3. *Junii* 1711. §. *Agnito coram R.P.D. Anſaldo*, Si enim illud eſt adjectum verbo *filiis*, & *deſcendentibus*, comprehendit ſolùm ſucceſſores ſanguinis, juxta *Rotam in dicta Mediolanen. Prioratus ſuper qualitate agnatitia* §. *Minùs relevat coram Eminentiſs. Scotto*, & *ſuper mixtura*, & *fi-*

liis familias 15. *Junii* 1705. §. *Absque eo quod coram Eminentiss. Priolo, & 29. Januarii* 1706. §. *Siquidem coram bon. mem.*
14 *Caffarello*. Si est adjectum verbo *hæredibus*, ut si fuisset dictum pro *hæredibus, & successoribus*, comprehendit solùm successores in hæreditate, & reddit Juspatronatus hæreditarium, ea ratione, quia quoties nulla descendentium mentio facta est in fundatione Juris patronatus, illud dicitur hæreditarium, ad *Text. in Clement. Plures de jurepatr. Lotter. de re benefic. lib. 2. q. 11. num. 12. & seqq. Gratian. cap. 577. nu. 44. in fin. Tondut. quæst. benef. par. 3. cap. 157. nu. 16. & cap. 118. num. 13. par. 1. Rota decis. 122. n. 7. coram Durano, & decis. 275. n. 5. par. 7. rec., & in Romana, seu Parmen. juris patronatus* 13. *Decembris* 1700. §. *Docuit coram Reverendissimo Molines Decano*. Præcipuè si fuisset adjectum verbo *hæredibus* cum dictione *quibuscumque*, nimirum fuisset dictum pro *hæredibus, & successoribus quibuscumque*; tunc enim comprehenderet omnes hæredes tam sanguinis, quàm extraneos; tam universaliter, quàm particulariter institutos: Dictio enim *quibuscumque* est adeò effrænata, ut comprehendat etiam personas, quæ aliàs in dispositionibus non comprehenderentur, *Rot. decis. 46. nu. 41. & seqq. in annot. par. 9. tom. 1. rec.*

Quod tamen limitatur in casu, quo aliter constaret de mente Fundatoris; fieri
15 namque potest, quòd Juspatronatus, licèt reservatum pro *hæredibus, & successoribus*, adhuc non sit hæreditarium, sed gentilitium, aut mixtum; quando ex verbis fundationis eruitur, Fundatorem respexisse ad hæredes, & successores sanguinis: ex. gr. si Fundator deficientibus hæredibus, & successoribus progressus fuisset ad alios substitutionum gradus favore plurium ejus consanguineorum; tunc nomine hæredum, & successorum non venirent hæredes extranei, sed sanguinis; aliàs substitutio favore consanguineorum impleri non posset, iuxta *Rot. in dicta Romana, seu Parmen. juspatronatus* 13. *Decembris* 1700. §. *Quia coram Reverendiss. Molines Decano, & in Romana Cappellaniæ* 3. *Junii* 1711. §. *Facti cum seqq. coram R.P.D. Ansaldo*.

16 Si verò est adjectum verbo *hæredibus* cum dictione *suis*, ut fuisset dictum pro *hæredibus, & successoribus suis*, tunc verbum *successores* comprehenderet successores hæreditatis simul & sanguinis, & redderet Juspatronatus mixtum; cùm nomine *suorum* veniant omnes descendentes sanguinis in infinitum, omnesque consanguinei per cognationem descendentes, *Fusar. de substit. q. 338. num. 1. & seq. Peregrin. de fideicom. art. 22. n. 38. Rota decis. 112. n. 5. par. 6., & decis. 46. nu. 12. & seq. par. 9. tom. 1. recent., & in Balneoregien. Beneficii* 21. *Januarii* 1707. §. *Multoque magis coram R.P.D. Kaunitz*; In casu præsenti verbum *successores* fuit adjectum *filiis, & descendentibus*, & consequenter comprehendit omnes de sanguine Fundatoris, nullatenus attenta qualitate hæreditaria, juxta auctoritates superiùs relatas §. *Firmata*.

Absolutè non subsistit, quòd ad hoc, ut Juspatronatus dicatur gentilitium, requiratur, quòd comprehendat solùm eos, qui habent cognomen Domus, & Familiæ; non verò extendatur ad eos, qui li-
17 cèt de sanguine, non habent hujusmodi cognomen. Quoniam distinguendum est inter Juspatronatus gentilitium familiare, & agnatitium, & rigorosè sumptum, & Juspatronatus gentilitium descensivum, & minùs rigorosè sumptum, juxta distinctionem desumptam à *Card. de Luca de jurepatr. disc. 60. n. 30., & disc. 22. n. 10., & à Rota in Balneoregien. Beneficii* 21. *Januarii* 1707. §. *Pro ipso, & seqq. coram R.P.D. Kaunitz*; Ad hoc, ut Juspatronatus dicatur gentilitium rigorosè sumptum requiritur, quòd comprehendat solùm eos, qui habent cognomen Domus, & Familiæ; sed ad hoc, ut Juspatronatus dicatur gentilitium minùs rigorosè sumptum, prout est illud reservatum pro *filiis, & descendentibus, & successoribus*, non requiritur, quòd comprehendat solùm eos, qui habent sanguinem agnatitium, & cognomen Domus, & Familiæ; sed potest, & debet comprehendere omnes de sanguine, sive sint agnati, sive cognati, *Carol. Anton. de Luca de linea legal. art. 23. n. 11. vers. verius est, Rota in Mediolanen. Præpositurae 3. Martii* 1704. §. *Quoties coram R.P.D. Ansaldo*.

Nec obstaret si filii, & descendentes fundatoris in aliquibus vocationibus beneficii præsentassent hæreditario nomi-

ne,

ne, & cum expreſſiva utì *filii*, & *hæredes*. Ex hoc enim argui non poſſet præfatum Juspatronatus eſſe hæreditarium, aut ſaltèm mixtum; ratio eſt, quia hujuſmodi mentio *hæredum* in illis præſentationibus ſtaret *demonſtrativè* ad demonſtrandum ſcilicet, quòd ipſi non ſolùm erant filii, ſed etiam hæredes fundatoris, non verò *taxativè*, ſcilicet, quòd ad obtinendum hujuſmodi Juſpatronatus requiratur in ipſis qualitas hæreditaria; & ratio eſt, quam dat *Soccin. ſen. conſ.* 57. *n.* 4., *& ſeqq. lib.* 3. quia quando fit mentio de hærede in materia non tranſitoria ad hæredes extraneos verbum *hæredes* exponitur, ideſt *liberi*, *& deſcendentes*; ſed ex diſpoſitione fundatoris apparet, quod ſupradictum Juspatronatus non eſt tranſitorium ad hæredes extraneos, exiſtentibus ejus deſcendentibus, cùm pro eis fuit ab eodem fundatore reſervatum; igitur verbum *hæredes* intelligi debet de deſcendentibus ad *Text. in L. Divus ff. de integr. reſtit. Cap. afferre de præſumpt. Soccin. ubi ſupra Rota deciſ.* 563. *n.* 22. *coram Merlin.*

19 Multo minus ex hujuſmodi præſentationibus hæreditario nomine factis argui poſſet præfatum Juſpatronatus eſſe hæreditarium, aut ſaltèm mixtum, & non gentilitium; ſi adeſſet, Inſtrumentum fundationis, ex quo clarè conſtaret de qualitate gentilitia Juriſpatronatus, aut ſi concurrerent aliæ præſentationes in contrarium factæ cum expreſſione utì *filii*, & *deſcendentes*; Quoniam licèt eædem præſentationes factæ hæreditario nomine aliquam vim facere poſſent, quando non conſtaret de pertinentia, & proprietate Juriſpatronatus, eo quia eſſet deperditum Inſtrumentum fundationis, aut non adeſſent aliæ præſentationes in contrarium emiſſæ cum ſola expreſſione ſanguinis, ſtante generica Juris præſumptione militante potiùs in dubio pro Jurepatronatus hæreditario, quam gentilitio, juxta *Gloſs. in Clement. Plures in princip. ſub §. Colligo aliqua de jurepat. Lotter. de re benefic. lib.* 2. *quæſt.* 11. *n.* 19., *& ſeqq. Rota in Piſana Prioratus* 11. *Aprilis* 1712. §. *Hoc igitur coram R. P. D. Anſaldo, & in Nolana beneficii* 2. *Maji* 1712. §. *Nil juvante coram R. P. D. Falconerio*. Tamen quando adeſt Inſtrumentum fundationis clarè præferens qualitatem gentilitiam Juriſpatronatus, illæ dicuntur abſortæ à petitorio. *Abb. in cap. Conſultationibus de jurepat. Rota in Mediolanen. Archipresbyteratus* 27. *Januarii* 1710. §. *Quinimo coram R. P. D. Falconerio*. Et in concurſu aliarum præſentationum, quæ apparent factæ ad formam diſpoſitionis Teſtatoris, Erectionis beneficii, & Reſervationis Juriſpatronatus, & collegialiter in capita, & cùm expreſſione utì *filii*, *& deſcendentes*, non ſunt attendendæ ad effectum declarandi Juſpatronatus hæreditarium, aut mixtum contra expreſſam erectionem, & fundationem beneficii, dum præſumuntur clandeſtinæ, & factæ ignoranter à filiis, & deſcendentibus, *Rota in dicta Mediolanen. Prioratus ſuper qualitate agnatitia* §. *Neque demum coram Eminentiſs. Scotto, & ſuper mixtura, & filiis familias* 15. *Junii* 1705. §. *Maxime, &* §. *Coadjuvantibus coram Emo Priolo*.

20 Minuſque adverſatur paritas in contrarium ſuperiùs adducta; diſparitas enim eſt evidens dum in caſu *dictæ Imolen. juriſpatronatus* deficiebat poſitiva reſervatio Juriſpatronatus pro *filiis*, *& deſcendentibus*, itaut ex præſentationibus ſubſecutis hæreditario nomine, & per quotas, & portiones, & effectum ſortitis argui poterat qualitas hæreditaria Juriſpatronatus, maximè attenta admixtione diverſarum perſonarum erigentium Beneficium; quæ excludit quamcumque præſumptionem, quòd illi propriæ agnationis decori conſulere voluerint, etiamſi in inſtitutionibus concurrerent enunciativæ ab ordinariis emiſſæ, quòd Juspatronatus ſpectaret ad familias earum perſonarum, quæ erexerunt beneficium; quia ut proſequitur eadem Rota in §. *Atque ex his* hujuſmodi enunciativæ non ſtarent taxativè ad declarandam qualitatem Jurispatronatus, ſed demonſtrativè ad ſignificandum, quòd præſentantes erant dictarum familiarum; at in caſu præſenti adeſt poſitiva reſervatio pro filiis *deſcendentibus*, *& ſucceſſoribus fundatoris*; Et etiamſi deficeret hujuſmodi reſervatio; adhuc ad arguendam qualitatem Jurispatronatus potius eſſent attendendæ præſentationes factæ cùm expreſſiva utì *filii*, *& deſcendentes*, quàm illæ factæ hæreditario nomine, ſtante unicitate perſonæ fun-

fundantis beneficium, quæ præsumitur consulere voluisse propriæ agnationis de-
22 cori, maximè si essent effectum sortitæ, & posteriores, cùm status anterior per posteriorem immutetur juxta *Gonzal. ad regul.* 8. *Cancell. glos.* 7. *n.* 26. *& seqq. & alios, quos refert Rota in dicta Mediolanen. Prioratus super qualitate Agnatitia* §. *Sed quatenus coram Emo Scotto.*

Dixi superius *num.* 12. quòd in Jurepatronatus Gentilitio Filii admittantur simul cum Patre ad præsentandum. Sed quo sensu hoc procedat præsupponenda est theorica, & distinctio comuniter à Doctoribus admissa inter vocationem ad Juspatronatus collectivam personarum, & vocationem collectivam Personarum, & Graduum. Quando agitur de vocatione collectiva personarum, ut si Juspatronatus fuisset reservatum pro *Domo, Familia Cippo, Parentibus, Prosapia*, tunc omnes de dicta collectiva tam fœminæ, quàm masculi; tam proximiores, quàm remotiores admittuntur ad præsentandum, nisi huic collectivæ personarum adjecta fuerit qualitas masculinitatis, ut si fuisset reservatum Juspatronatus pro *eis de Domo, Familia, Cippo masculis, seu per lineam masculinam*; tunc enim si in dicta collectiva personarum essent plures personæ masculi, & fœminæ; masculi, seu habentes qualitatem masculinitatis habere deberent Juspatronatus, exclusis fœminis de dicta collectiva, quæ non nisi per posterius, & indefectum masculorum admitti possent ad præsentandum; ut nomine *Domus, Familiæ, Cippi*, venire omnes de dicta Domo, Familia, Cippo tam masculi, quàm fœminæ firmant *Card. de Luc. de fideic. disc.* 35. *n.* 6. *&* 7. *Vivian. de jurepat. lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 9. *& seq. Rot. coram Coccin. decis.* 1666. *num.* 7. *& decis.* 97. *num.* 7. *& decis.* 268. *num.* 4. *par.* 19. *rec. & in Interamnen. jurispatronatus* 22. *Martii* 1706. §. *Quod enim cum seqq. coram Emo Scotto.*

Quando verò agitur de vocatione collectiva personarum, & graduum, ut si Juspatronatus fuisset reservatum pro *Consanguineis descendentibus, aut pro consanguineis proximioribus*; tunc non omnes personæ de dicta collectiva admittuntur ad præsentandum; sed successio in Jurepatronatus defertur gradatim in magis proximos, etiam si sint fœminæ exclusis remotioribus. *Vitalin. in Clement. plures sub num.* 42. *in fin. de jurepat. Lambertin. cod. tract. lib.* 1. *part.* 2. *quæst.* 2. *art.* 16. *sub num.* 3. *Vivian. tractat. part.* 1. *lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 111. *R.P.D. Ansaldus in Adnot. ad suam decis. inter impressas in ordine* 52. *num.* 23. *cum seq.* Præsupposita hujusmodi theorica; quòd filii admittantur unà cum patre ad præsentandum in Jurepatronatus gentilitio, procedit quando agitur de vocatione collectiva personarum ad Juspatronatus; secus si vocatio sit collectiva nè dum personarum, sed etiam graduum, tunc filii non possunt concurrere cum eorum patre, sed successio est gradatim facienda in magis proximos, ut expressè resolutum fuit à S. Rota in *Pisana jurispatronatus* 26. *Junii* 1709. §. *Procedendo cum seqq. coram Eminentiss. Priolo*; Quæ decisio cùm sit magistralis, hìc eam imprimi congruum duxi.

R. P. D. SCOTTO

Mediolanen. Prioratus

Super qualitate agnatitia.

Lunæ 18. *Junii* 1703.

QUalitatem merè agnatitiam controversi Jurispatronatus Sanctæ Mariæ de Campo Mortuo, quàm Marchio Angelus tam nomine proprio, quàm uti Procurator aliorum Patronorum de familia Mantegatia in vacatione anni 1673. præ viribus substinuerat, ut probant informationes ad ejus instantiam tunc distributæ, & habetur ex *Card. de Luca de Jurepatr. disc.* 76., & quod magis est, obtinuerat etiam in nostro Tribunali canonizari, ut patet ex *decis.* 503. *par.* 18. *recen.*, *& coram Ubago decis.* 24. *&* 30., controvertebat hodie unà cum nonnullis aliis Patronis, qui pariter, vel quorum Authores in dicto statu anni 1673. in causa extiterant, sed pugnantibus cæteris Compatronis pro dicta qualitate agnatitia, DD. in hodierna audientia materiam, ut par erat, in hoc petitorio judicio, altiùs reassumentes, non dubitarunt sub congruo dubio requisiti respondere--*Juspatronatus esse merè agnatitium.*

Deficiente siquidem ex temporis antiquitate, & edacitate fundationis Instru-
23 mento, agnatitiam qualitatem abunde com-

comprobant ea omnia documentorum genera, quæ illius defectum in hac materia ſupplere ſolent. Et primò quidem ſe offerunt monumenta, & inſcriptiones antiquæ, quarum altera in Eccleſia exiſtens ita cantat -- *Mantegatia Domus Templum hoc ſtruxit Agro pingui, multoque redditu, Patronatus titulo donavit* -- altera verò in Turri Campanaria inſculpta -- *Patronatus de Mantegatiis* -- quæ quidem verba qualitatem agnatitiam apertiſſimè comprobant, ut dixit *Rota deciſ.* 159. *n.* 8. *coram Priolo, & in Comen. Cappellaniæ* 31. *Martii* 1702. §. *Confirmantur coram R.P.D. meo de la Tremoille*, & de hoc eodem Jurepatronatus *in deciſ.* 24. *n.* 6. *& 7. coram Ubago.*

Conſonat ſecundò præſentatio anni 1490. effectum ſortita, in qua dicitur Prioratum eſſe de Jurepatronatus agnationis
24 de Mantegatiis ibi -- *Prioratus de jurepatronatus infraſcriptorum de agnatione de Mantegatiis* -- quæ quidem enunciativa qualitatem agnatitiam præſeferens, tamquam antiquiſſima plurimùm attendi debet ad qualificandum Juspatronatus *Rota deciſ.* 482. *n.* 3. *par.* 1. *recen., & in dicta Comen. Cappellaniæ* §. *Neque iſtius coram R.P.D. meo Tremoille, & in dicta deciſ.* 24. *n.* 2. *& 3. coram Ubago.*

Tertiò hujuſmodi qualitas magis eluceſcit ex Indultis Apoſtolicis Pauli II.,
25 Sixti IV., & Innocentii VIII., ex quibus plura habentur argumenta concludentia qualitatem familiarem; in illis enim iteratè declaratur Juspatronatus ſpectare ad domum, & familiam de Mantegatiis, ex quibus verbis potiſſimùm argui qualitatem gentilitiam, & familiarem probant *Gabriel. conſ.* 196. *n.* 2. *lib.* 2. *Rota deciſ.* 159. *n.* 8. *coram Priolo, & in Faventina Beneficii* 11. *Decembris* 1702. §. *Ex qua præſentatione, & ſeqq., & in Foſſanen. juris patronatus* 12. *Martii proximè præteriti* §. *Accedente coram R.P.D. meo Caprara.*

Ulteriùs in iiſdem Indultis pertinentia Patronalis tribuitur pluribus, & diverſis
26 perſonis ſub ea quidem expreſſione, quod ſint de familia, & ſanguine de Mantegatiis, ſed nulla facta mentione qualitatis hæreditariæ, nec reſpectu fundatorum, nec quoad ultimos poſſeſſores, ex quo reſultat validiſſimum argumentum, quòd Summi Pontifices ex antiquis documentis in eorum Indultis enunciatis recognoverint qualitatem hæreditariam non requiri, ſed ſufficere illam ſanguinis, *Vivian. de jurepatr. lib.* 4. *cap.* 1. *ſub n.* 71. §. *tertio quia, Rota coram Priolo deciſ.* 159. *n.* 2., *deciſ.* 220. *n.* 12. *par.* 11. *recen., in Bononien. Beneficiorum* 28. *Junii* 1690. §. *Secundò quia coram bo. me. Urſino, & in Comen. Cappellaniæ* 31. *Martii* 1702. §. *Similiter coram R.P.D. meo de la Tremoille.*

Rurſus Summi Pontifices, & ſignanter Paulus II., & Innocentius VIII. admiſerunt ad præſentandum filios familias unà
27 cum Patribus viventibus, quod pariter probat qualitatem familiarem excluſivè à quacumque mixtura hæreditaria, cùm filius non poſſit eſſe hæres Patris viventis, *Gratian. diſcept. foren. cap.* 521. *n.* 23., *Rota coram Priol. deciſ.* 43. *n.* 11. *& 15., & deciſ.* 159. *n.* 5., *& in dicta Bononien. Beneficiorum* §. *Tertiò, quia coram bo.me. Urſino.*

Collimante in idem altera parte diſpoſitiva Indulti Paulini, in qua dictus
28 Summus Pontifex voluit jus præſentandi in prima, & ſecunda vacatione ſpectare ad Simonem, & Franciſcum illius filium; in ulterioribus verò prævalere præſentationem majoris partis Patronorum conſortium, ſcilicet de domo, & familia Mantegatia, & eorum deſcendentium, & poſterorum; cum enim vigore dictæ diſpoſitionis ſucceſsio deferatur in capita, nulla habita diſtinctione gradus, vel proximitatis, exinde elicitur, quòd Juspatronatus ſit merè agnatitium, & familiare, non autem mixtum, in quo ſucceſsio defertur gradatim, & in ſtirpes, *Card. de Luca de jurepatr. diſcurſ.* 33. *à n.* 8. *ad* 10., *& diſc.* 61. *num.* 9. *ad* 12., *Rota coram Priolo deciſ.* 43. *n.* 8. *& ſeqq., & deciſ.* 159. *n.* 12. *& ſeqq.*, cum aliis cumulatis *in deciſ. Reverendiſſimi D. mei Decani emanata in hac Cauſa ſub die* 11. *Decembris* 1699. §. *Nec ad minuendum, & ſeqq.*

Confirmatur quartò aſſumptum ex ſubſequuta obſervantia, juxta quam in om-
29 nibus ſtatibus, & ſignanter in tribus poſterioribus Patroni præſentarunt in capita, & non in ſtirpes, nulla in eis facta probatione, vel mentione qualitatis hæreditariæ, ſed tantùm, quòd eſſent Conſortes de familia Mantegatia, & admiſſi fuere filii familias unà cum Patribus, quæ omnia ſicuti repugnant cum qualitate mixta, & congruunt gentilitiæ, ita hujuſ-

modi

modi observantia, quam omnes Patroni totis viribus, etiam in statu anni 1673. ad hunc effectum promovebant in nostro Tribunali coram Taya, & Ubago, præsefert plenam probationem qualitatis merè familiaris, ut probant *Card. de Luca de jurepatr. discurs. 60. n. 9.*, *Vivian. eodem tractatu lib. 4. cap. 9. n. 28. & seqq.*, *Caren. resol. 10. n. 1.*, *Rota decis. 46. n. 4. & 5. coram Priolo, in Faventina Beneficii* 11. *Decembris* 1702. §. *Et nihilominus, & §. Ex his itaque, & in Fossanen. jurispatron.* 12. *Martii proximè præteriti* §. *De jurepatronatus coram R. P. D. meo Caprara*.

Quintò. Comprobata remanebat qualitas gentilitia ex confessione Patrono-
30 rum in dicto statu anni 1673., cùm enim in illo Patroni omnes non solùm judicialiter admiserint, sed acriter propugnaverint controversum juspatronatus esse merè agnatitium, non possunt nunc iidem, vel habentes causam ab eis ampliùs hanc qualitatem controvertere, cùm dicta confessio contra illos plenè probet, ut in his terminis dixit *Rota decis. 183. n. 6. & seqq. & decis. 792. per tot. coram Buratt. dec. 194. n. 8. par. 11. rec., in dicta Faventina jurispatronatus* §. *Habetur denique, & in dicta Fossanen. jurispatronatus* §. *Et magis coram R. P. D. meo Caprara*.

Omnem denique ambagem removebat res judicata emanata in dicto statu anni 1673.; Siquidem cùm Ordinarius Me-
31 diolanen. per ejus sententiam canonizaverit *constare de pertinentia patronali DD. de domo Mantegatia*, & illius sententia fuerit confirmata per geminas conformes nostri Tribunalis coram Taya, & Ubago, utique visum est DD. nihil ulteriùs superesse, quin hoc Juspatronatus dicendum esset agnatitium, & familiare, cùm res judicata pro veritate haberi debeat *l. res judicata ff. de regul. jur.*, & tamquam lata cum legitimis contradictoribus, & patronis in Causa existentibus faciat jus, non solùm quoad tunc citatos, sed etiam quoad alios, si qui forsan in judicio tunc non extitissent *l. ingenuum Cod. de stat. hom.*, & in his terminis dixit *Rota decis. 482. n. 5. par. 1. recen., & in Comen. Cappellaniæ* 31. *Martii* 1702. §. *Et his quoque coram R. P. D. meo de la Tremoille*.

32 Et licèt in dictis sententiis explicitè non fuerit firmatum, quòd Juspatronatus sit merè agnatitium, sed tantùm, quòd spectet ad illos de domo, & familia Mantegatia; ex quo inferebatur per scribentes pro Marchione Angelo, & litis consortibus non repugnare, quòd nunc canonizetur mixtum: Tamen cùm ex documentis productis, informationibus à patronis tunc distributis, & ex decisionibus in causa emanatis habeatur hujusmodi qualitas agnatitia, tacitè etiam dicitur inesse in sententiis, quæ declarantur ex actis, & decisionibus illas præcedentibus *cap. dilectus de offic. Ordin. Scacc. de senten., & re judic. gloss.* 14. *par.* 17. *n.* 13., *Rota decis. 76. n. 16. & seq. par. 9. & decis. 349. n. 12. par. 12. recen.*

33 Probata ex hactenus dictis qualitate agnatitia controversi Jurispatronatus, tum ex monumentis antiquis, & Pontificiis declarationibus, tum ex subsecuta observantia, confessionibus Patronorum, & re judicata: non obstat, quòd præsumptio juris, ubi non constat de fundatione, stet pro qualitate hæreditaria juxta *Text. in Clem. plures de jurepatr.*, nam ultra quod in concursu tot probationum veritatem rei constituentium non poterat esse locus præsumptioni, cùm agatur de Jurepatronatu antiquissimo, neque habet locum dicta præsumptio, quòd sit hæreditarium ad normam præcitatæ *Clem.*, sed intrat contraria, quòd sit gentilitium, nè dentur quæstiones in extricabiles, ut in puncto dixit *Rota decis. 159. num. 20. coram Priolo, in Bononien. Beneficiorum* 28. *Junii* 1690. §. *Qualitas coram bon. mem. Vrsino, & in dicta Comen. Cappellaniæ* §. *Non enim coram R. P. D. meo Tremoille*.

34 Minùs relevat, quod indulta Apostolica, & signanter illud Sixti IV. declarent Juspatronatus spectare ad familiam Man-
34 tegatiam, illiusque *posteros, & successores*; Nam licèt verba *posteri, & successores* de sui natura apta sint comprehendere etiam hæredes, & importare valeant mixturam, tamen cùm ex toto contextu Indulti appareat Pontificem loqui de Jurepatronatu gentilitio; verbum *successores* ex subjecta materia restringitur ad successores sanguinis, ut explicando hæc eadem Indulta respondit *Rota coram Ubago decis. 24. n. 17. & seqq., & decis. 503. n. 13. & seqq. par. 18. recen.*, & in fortioribus, quòd etiam verbum *hæredibus* ex subjecta mate-

materia intelligatur de hæredibus ſanguinis, in noſtris terminis *Rota deciſ. 46. num.28. deciſ.159.num.19.coram Priolo,& deciſ.662. num.10. par.19. tom.2. recen.*

Prout nec magìs urget,quòd Innocen-
35 tius VIII.conceſſerit facultatem Thomaſio alienandi dictum Juſpatronatus in alios de familia. Etenim hujuſmodi conceſſio vel intelligi debet compatibiliter cum qualitate gentilitia,nempe temporaliter, & durante vita alienantis, eo modo quo facultas alienandi non deſtruit naturam inveſtituræ pactionatæ, ut dixit *Rota deciſ.79. n.2. & ſeqq. par.16. deciſ.83.n.3. & ſeqq.par.18., & in Amerina emphyteuſis 12. Junii 1693. §. Idque coram Reverendiſs.D.Turonen., & 15. Februarii 1694. à §.Suppoſita,ad finem coram bo.mem. Vrſino*; Vel quatenus etiam dicta conceſſio intelligenda ſit indefinitè, tantùm abeſt, ut probet qualitatem mixtam, quin potiùs convincat agnatitiam, & familiarem; cùm enim talis facultas fuerit conceſſa per modum privilegii, & privilegium ſit conceſſio contra juris diſpoſitionem *Can. fin. 25. quæſt. 1. cap. privilegia diſtinct. 3. Barboſ. in cap. ſanè de privil.n.10. Gonzal. ad regul.8. Cancell. gloſſ.35. nu. 5. & ſeqq.* Exinde arguitur, quòd natura Juriſpatronatus eſſet in contrarium, quodque talis facultas non potuiſſet competere, niſi Pontifex expreſsè conceſſiſſet *l. jus ſingulare ff. de leg. Rot.deciſ.19.n.10. poſt Antonell. de jur. & oner.Cleric., & in Salisburgen. juris Metropolitici 26. Novembris 1691. §. Ex quibus coram R.P.D. meo Priolo.*

Neque demum refert, quòd in anti-
36 quis præſentationibus annorum 1490. 1496., & 1587. habita fuerit mentio qualitatis hæreditariæ; quia in concurſu tot aliarum præſentationum, quæ apparent factæ collegialiter in capita, & ſub unica expreſſione, quòd Nominantes eſſent de domo, & familia,attendi non merentur paucæ præſentationes, quæ præſumuntur clandeſtinæ, nec docentur effectuatæ, prout eſſet neceſſarium,ut ex illis deſumi poſſet qualitas Juriſpatronatus; *Tondut.reſol.benefic. par.3. cap.157. n.41. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloſs. 45. §. 2. n.37. Rota deciſ.563. n.23. coram Merlino, & deciſ.43. n.18. & 19. coram Priolo.*

Sed quatenus etiam doceretur de il-

larum effectuatione, adhuc nihil releva-
37 rent ad intentum; quia cùm ex poſt, & ſignanter ab anno 1643. habeamus ſtatus uniformes legitimè præſcriptos ſpatio 40. annorum, ſtatus anterior contrarius dicitur immutatus *Gonzal.ad regul.8.Cancell. gloſs.7. n.26. & ſeqq. Adden. ad Pamphil. deciſ.539. §. Limitatur, Rota in Barchinonen. Parochialis del Prat 2. Decembris 1695. §. Expediti coram bo.me. Urſino.*

Et ita omiſſa reſponſione ad ea, quæ objiciebantur adversùs tres ultimos ſtatus tamquam latè confutata in omnibus deciſionibus in Cauſa emanatis, ad quos Domini in hac parte relativè ſe habuerunt reſponſum fuit utraque Parte informante.

R. P. D. PRIOLO.

Mediolanen. Prioratus ſuper mixtura, & filiis familias.

Lunæ 15. Junii 1705.

CEnſuerunt Domini confirmandam eſſe Sententiam Rotalem prolatam ab R.P.
38 D.meo Scotto ſuper qualitate gentilitia controverſi Juriſpatronatus S. Mariæ de Campo Mortuo Nobilis, & antiquæ familiæ de Mantegatiis, & ſuper admiſſione filiorum familias ad præſentandum unà cum eorum patribus; quia licèt deficiat fundationis Inſtrumentum injuria temporum deperditum, agnatitia tamen qualitas illius ſatis, ſuperque deprehendi poſſe viſa fuit ab antiquiſſimo Indulto ſa. mem. Pauli II.ad inſtantiam nonnullorum Civium de domo,& familia de Mantegatiis, prævio maturo examine edito uti literaliter præſeferente Juſpatronatus fuiſſe reſervatum pro domo, & familia Mantegatia, eorumque poſteris, & deſcendentibus, quo ſtante in dubium venire nequit quin illud dici debeat familiare, & gentilitium, non autem mixtum, ut probat *Covar.variar.reſolut.lib.2. cap.18. n.10. cum aliis relatis per Carol. Anton. de Luca de linea legal. art.23. n.10. §.Gentilitas,* & firmat *deciſio R.P.D.mei Scotti ſuper qualitate Agnatitia 18.Junii 1703. §.Tertiò hujuſmodi qualitas.*

Abſque eo quòd mixtura argui poſſit
39 ex eo, quòd in ſucceſſivis Brevibus ſan. mem. Sixti IV., & Innocentii VIII. expri-

matur, Juspatronatus fuisse reservatum ipsis Fundatoribus, *eorumque posteris, & successoribus*; qui alii esse nequeunt, quàm hæredes sanguinis admixtam habentibus utramque qualitatem, nempe sanguinis, explicatam per verbum *posteris*, hæreditariam verò inductam expressè per verbum *successores*, ut advertunt *Card. de Luca de jurepatronat. disc. 24. nu. 6. Covarr. variar. resolut. lib. 2. cap. 18. n. 6. & seqq.*, *& Carol. Anton. de Luc. de lin. legal. cit. artic. 23. eodem n. 10.* Quia cùm in dictis posterioribus Brevibus habita fuerit expressa relatio ad illud Pauli II., vigore cujus illi de familia Mantegatia reintegrati fuerunt ad Juspatronatus, quòd ex negligentia in præsentando amiserant, & ex eo appareat illud fuisse reservatum tunc supplicantibus de Domo Mantegatia, eorumque posteris, & descendentibus; verbum *successores* appositum in dictis posterioribus Indultis Sixti IV., & Innocentii VIII. accipi non debet in tota sui latitudine, apta comprehendere hæredes sanguinis admixtam habentes qualitatem hæreditariam; sed restrictionem perneccse patitur ex subjecta materia ad solos successores sanguinis, cùm præsertim Innocentius VIII. promiscuè usus fuerit verbis *posteri, & successores, ac posteri, & descendentes*, adeòque semper crescat inverisimilitudo, quòd eisdem pro synonimis habitis derogare voluerit ex illis naturæ Jurispatronatus pro gentilitia, priùs recognitæ à Paulo II., ut hæc eadem Indulta explicando respondit *Rot. coram Ubago decis. 24. nu. 18. & in recent. decis. 503. n. 13. & seqq. par. 18.*, & in for-
40 tioribus terminis de nomine *hæredum*, quòd restringatur ad hæredes sanguinis, nec comprehendat descendentes ex fœminis, si aliunde pateat agi de Jurepatronatus gentilitio firmavit *coram Priol. decis. 46. n. 28. coram Ubag. decis. 24. nu. 19. in Comen. Cappellaniæ 31. Martii 1702. §. Quin dici valeat coram R. P. D. meo de la Tremoille, cum aliis relatis in dicta decisione R. P. D. mei Scotti §. Minùs relevat.*

41 Certiùs, quia in ipsa Bulla Innocentii filii fuerunt admissi ad præsentandum insimul cum patre; quo circa eo minus præsumi potest, quòd dictus Summus Pontifex imprimere voluerit in Jurepatronatus prætensam mixturam, vigore cujus proximiores præferuntur remotioribus, & personæ disparis gradus admittuntur tantùm ordine successivo, ut optimè notat *Spad. consil. 12. n. 8. & 19. tom. 2. Gratian. discept. forens. cap. 521. n. 25. Rot. in Florentina juris patronatus de Riccasolis relat. per Vivian. de jurepatronat. lib. 4. cap. 1. n. 71. coram Priol. decis. 159. n. 5.*, & bene advertit *Rot. coram Ubag. d. decis. 24. n. 18.* & pleniùs *dec. 503. n. 14. par. 18. rec.*

42 Clariorque evadit hìc intellectus, dum eidem consonant vetera monumenta, & inscriptiones antiquæ, quarum altera existens in Ecclesia legitur sub his verbis concepta -- *Mantegatia Domus Templum struxit, agro pingui, multòque redditu Patronatus titulo donavit*, altera verò in Turri Campanaria incisa, & insculpta aliis componitur ibi -- *Patronatus de Mantegatia* -- ex his enim qualitatem gentilitiam, & familiarem Jurispatronatus concludi testatur *Rota*, & quidem de hoc ipsomet Jurepatronatus *in dicta dec. 24. n. 6. & 7. coram Ubago*, & generaliter *dec. 159. n. 8. coram Priolo, & in Comen. Cappellaniæ 31. Martii 1702. §. Confirmatur coram R. P. D. meo de la Tremoille, cum aliis adductis in dicta altera decisione R. P. D. mei Scotti §. Deficient siquidem.*

43 Veteribus, æterniscque inscriptionibus adstipulantur pervetustæ præsentationes, & præsertim illa sequuta, & effectum sortita anno 1490., in qua cum claris nòtis dictum fuerit Prioratum esse de Jurepatronatus illorum de agnatione de Mantegatiis, ibi -- *Qui Prioratus de jure infrascriptorum de agnatione de Mantegatiis existit* -- manifestè pariter comprobatur Juspatronatus esse merè Agnatitium, absque ulla penitùs mixtura *Rota coram Ubago d. decis. 24. n. 2. & 3.*, & prosequitur *decisio R. P. D. mei Scotti §. Consonat secundò.*

44 Et demum hoc idem concludit continuata observantia, juxta quam in omnibus statibus, & præcipuè sequutis de anno 1643., 1650., & 1673. Patroni, nè dum præsentarunt in capita, & non in stirpes, & absque ulla mentione qualitatis hæreditariæ; verùm etiam utì tales, & cum sola narrativa, quòd essent consortes de vera familia Mantegatia in eisdem absque gradus distinctione filii familias admissi fuerunt ad præsentandum, unà cum Parentibus, quod nullatenus con-

gruit

gruit Juripatronatus mixto exigenti de ſui natura præſentationes factas in ſtirpes, aut pro ratis portionibus, non verò in capita, & collegiativè, vt præter adductos in *ſuperiori* §. *Certiùs quia* docent *Bald. in l.2. ſub n.4. verſic. ſicut eſt juſpatronatus C. de ſuis & legit. Spad. conſil. 12. n.6. Peregrin. conſil.33. n. 4. Card. de Luc. de jurepatron. diſc.60. n.9. Caren.reſol.10. n.1. Rota coram Priol. deciſ.46. n.4. & 5., & in Faventina Beneficii 11.Decemb.1702. §.Et nihilominus, & §. Ex his itaque coram R.P.D. meo Caprara.*

Nec eiſdem contrariari viſæ ſunt quæ-
45 dam aliæ præſentationes emiſſæ de annis 1490., 1496.,& 1587. ſub expreſſa enunciativa qualitatis hæreditariæ; quià eædem nullum effectum ſortitæ, ſed tantùm aliæ expletæ collegialiter nomine conſortum Nobilis Familiæ Mantegatiæ, ac proinde tantùm abeſt, ut contrariam obſervantiam conſtituere valeant, ut nec adminiculum faciant pro verificanda qualitate Juriſpatronatus, juxta *conſil. Calderin.12. de jurepatronat. alioſque relatos in deciſ. R. P. D. mei Scotti §. Neque demum.*

Maximè quia ex poſt, & ſignanter ab anno 1643. uſque in præſens habemus
46 contrarios ſtatus uniformes legitimè præſcriptos; nam ſi in hac materia beneficiali probatio qualitatis Juriſpatronatus ex ultimo ſtatu ſufficienter evincitur, ut tradunt *Peregrin. conſil.33. n.4. lib.1. Mareſcott. variar.reſolut. lib.1. cap. 55. nu.1. cum ſeqq. Lotter. de re Benefic. lib.1. q.34. n.40. Rota coram Priol. deciſ.46. nu.20. & deciſ. 159. n. 2.* potiori jure probata dici debet à tribus præſentationibus conformibus effectum ſortitis, & metam quadraginta, & ultra annorum excedentibus, quo temporis ſpatio nemo dubitat qualitatem Juriſpatronatus immutari poſſe, ſtatumque contrarium anteriorem præſcribi *Gonzal. ad regul. 8. Cancellar. gloſſ.7. n.26. & 28. Adden. ad Gregor. deciſ.77. n.12. §.Prædictis, Rot. coram Seraphin. deciſ.950.n.2., & in Barchinonen.Parochialis del Prat 2.Decembris 1695.§.Expediti & ſeqq. coram bo.me. Urſino.*

Maximè quia dictæ poſteriores præſen-
47 tationes ſunt conformes Indulto Pauli Secundi, quod ſtat loco fundationis, eædemque canonizatæ fuerunt per rem judicatam ſubortam occaſione vacationis anni 1673. ex ſententiis Ordinarii Mediolanenſis, aliiſque geminis Rotalibus coram bo.me. Taya, & Ubago, nedum approbatam à Marchione Angelo, qui hodie qualitatem agnatitiam adeò acriter impugnat, verùm etiam ab ipſomet juſtificatam per productiones præſentationum, & conſenſuum, qui fuerant collegialiter præſtiti reſignationi à Compatronis cum conſortio filiorum familias de anno 1643., & 1650. quo circa cùm qualitas Juriſpatronatus gentilitii ex facto proprio Marchionis Angeli ad evidentiam uſque comprobata fuerit, aliud ſupereſſe non videbatur deducendum pro concludentiori verificatione qualitatis ejuſdem, ut probant omnes deciſiones hujus Cauſæ, & præcipuè *dicta deciſio R.P.D. mei Scotti §.Quinto, & §.Omnem demum.*

Ea autem ſubſiſtente neceſſariò ſubſe-
48 quitur etiam confirmatio Sententiæ Rotalis reſpectu admiſſionis filiorum familias ad præſentandum, juxta veriorem ſententiam, quam tradit *Federic. de Sen. in conſil.3.*, & amplectitur *Rot. coram Pæn. deciſ. 934.*, & formiter diſcuſſo articulo *in Florentina juriſpatronatus de Riccaſolis 10. Martii 1603.coram Lancellotto, confirmata 10. Decembris 1604.* per extenſum relatas *à Vivian. de jurepatr. lib.4. c.1. poſt n.1.* cum concordantibus adductis in omnibus deciſionibus hujus Cauſæ *coram Reverendiſs. D. meo Decano 11. Decembris 1699. §. Nec ad minuendam 15. Februarii 1700. §. Concurrente coram R. P. D. meo Anſaldo 25. Junii ejuſdem anni §. Dicebat igitur uſque ad §. Deſperans, & coram R. P. D. meo Scotto 14. Februarii 1701. §. Prædicta, & 18. Junii 1703. ſuper dubio filiorum familias §. primo.*

Coadjuvantibus præſertim juris aſſiſtentiam Indultis Pauli II., & Innocentii VIII. explicitè filios, unà cum patribus invitantibus, & ſubſequuta obſervantia reſultante ex dictis tribus ultimis ſtatibus anni 1643., 1650., & 1673., ut firmant omnes prædictæ deciſiones; Idque non obſtante, quòd in aliis antiquis ſtatibus non appareat illos fuiſſe admiſſos, tum quia cùm præſentare, & non præſentare pendeat ab animo præſentare volentis, aut nolentis, ac reputetur actus me-

rè facultativus, observantia contraria probari debuisset cum necessariis requisitis prohibitionis nempe & acquiescentiæ præsentare debentis *Spad. consil. 12. nu. 9. & n. 22. & 23. lib. 2. Vivian. de jurepatron. lib. 4. cap. 9. n. 25. Rot. in recent. dec. 220. n. 24. par. 11. cum aliis notatis in d. decisione Reverendis. D. mei Decani 15. Februarii 1700. §. Hinc superfluum, & §. Cæterùm*; tum etiam quia in concursu attendi debet status firmatus in ultimis vacationibus, utì habens quoque assistentiam juris, & Indultis dictorum duorum Summorum Pontificum, juxta plenè firmata *in decisione edita super dubio filiorum familias* 18. *Junii* 1703. §. *Certiùs*, & comprobant omnes aliæ decisiones *tam Reverendis. D. mei Decani, quàm R. P. D. mei Ansaldi*, ad quas Domini relativè se habuerunt.

Et ita utraque &c.

R. P. D. CAFFARELLO.

Mediolanen. Prioratus super mixturas, & filiis familias.

Veneris 29. Januarii 1706.

DElegata mihi ad instantiam Marchionis Angeli iterum provocantis Causa appellationis à sententia R. P. D. mei Prioli confirmatoria alterius R. P. D. mei Scotti, declarantis Patronatum, de quo agitur, esse gentilitium Domus de Mantegatia, & filios familias jus habere nominandi; in hodierna Audientia dubitavi: *An Sententia Rotalis esset confirmanda*, eamque confirmandam DD. censuerunt.

Qualitatem enim gentilitiam, & fa-
49 miliarem Juspatronatus DD. desumpserunt ex concessionibus Apostolicis Pauli II., Sixti IV., & Innocentii VIII., qui hujusmodi Juspatronatus reservaverunt ad consortes de Domo, & Familia Mantegatia, & ad illorum posteros, & descendentes in futurum: quæ verba indicant Juspatronatus spectare ad familiam, & esse gentilitium *Vivian. de jurepatr. lib. 4. cap. 2. n. 29. cum ibi allegat.*, & firmatum fuit *in decis. R. P. D. mei Scotti* 18. *Junii* 1703. §. *Hujusmodi*, & *in decis. R. P. D. mei Prioli* 15. *Junii* 1701. §. *Absque eo quod*.

Non obstat, quòd in concessionibus
50 Sixti IV., & Innocentii VIII. quandoque legantur verba *posteri*, & *successores*, ex quibus verbis argui possit qualitas hæreditaria; cùm sub nomine *successorum* veniant hæredes.

Siquidem cùm concessiones Sixti IV.,
51 & Innocentii VIII. se habeant relativè ad illam Pauli II., quæ habetur loco fundationis ex temporis antiquitate, & injuria deperditæ, & in illa legatur Juspatronatus reservatum consortibus de Domo, & Familia de Mantegatia, & illorum posteris, & descendentibus; illud verbum *successoribus* debet restringi ad successores sanguinis, non ad quoscumque successores ampliari, ut firmatum fuit *in decisione R. P. D. mei Prioli* §. *Absque eo quod*, & *in decisione R. P. D. mei Scotti* §. *Minùs obstat*. Quodque Innocentius VIII. in sua concessione intelligere voluit per verbum *successores* solùm successores sanguinis, & de familia, non autem successores quoscumque, ex eo patuit, quod illis concessit facultatem donandi, transferendi Juspatronatus de quo agitur *in alios de familia tamen dd. de Mantegatiis, tam ex testamento, quàm ab intestato, & non aliàs &c.* ex quibus apparet voluisse Juspatronatus semper ad illos de familia spectare debere, & non ad exteros, & ideo ad successores sanguinis tantùm *Bald. in l. 2. C. de in jus voc. Bart. in l. 1. §. Personis ff. de jure imm. Din. in cap. privilegium n. 7. de regul. jur. Cassad. de jurep. decis. 1. Vivian. de jurepatr. lib. 4. quæst. 9. n. 30. Mill. decis. 330. num. 1.*

Idipsum suadebant vetera inscriptio-
52 num monumenta, quorum unum extat in Ecclesia, nempe *Mantegatia Domus Templum hoc struxit, agro pingui, multoque redditu Patronatus titulo dotavit*, & alterum in Campanili -- *Patronatus de Mantegatiis*, quæ scripturæ in marmore accedente temporis antiquitate probant Juspatronatus qualitatem *Glos. in cap. cum causam de prob., & in cap. quanto verb. patris de jur. jur. Specul. lib. 2. par. 2. de prob. §. videndum n. 12. vers. Nonò per libros 7. Bald. cons. 310. lib. 5. Coccin. dec. 1108. n. 30.*, & firmatum fuit *in decis. RR. PP. DD. meorum Scotti §. Deficiente siquidem, & Prioli §. Clarior evadit*.

Accedit inconcussa observantia, quia
53 semper ad huiusmodi Patronatum præsentaverunt illi de agnatione, quæ obser-

van-

vantia eſt optima Interpres qualitatis Juriſpatronatus, & ipſorum met Patronorum confeſſio emiſſa in tot præſentationibus effectum ſortitis, & ipſius Marchionis Angeli modò illam impugnantis, ut laudatæ deciſiones advertunt, & quidem illa *R.P.D. mei Scotti in §. Quinto comprobata cum ſeq. & R.P.D.mei Prioli §.Veteribus, æterniſque*.

Quin hujuſmodi qualitas gentilitia
54 fuit canonizata per tres ſententias conformes, unam Ordinarii Mediolanen., alteras Rotales bo. me. Tayæ, & Ubaghi, quæ conſtituunt rem judicatam, & contra illam non poſſit opponi, ut concluditur *in deciſ.* R. *P. D. mei Scotti §. Omnem denique*.

Firmata ex his qualitate gentilitia Ju-
55 riſpatronatus plana fuit reſolutio, quòd etiam filii familias ad hujuſmodi Patronatus præſentationem admitti debebant, cùm etiam illi ſint de Domo, & Familia, quorum favore fuerat reſervatum Juſpatronatus *Peregr. de fideic. art.17. num.39. Pæn.deciſ.934. n.1.9.* maximè cùm fuerint in conceſſionibus Apoſtolicis, & ſucceſſivis præſentationibus admiſſi, R.*P.D.meus Priolus in laudata deciſ. §. Ea autem cum ſeqq. & R. P. D. meus Scottus in deciſ.* 18. *Junii* 1703.*edita ſuper hiſce filiis familias.*

Quare agnita juſtitia ſententiarum DD. oppoſitam nullitatem deficientiæ, & revocationis mandati procuræ nonnullorum de Mantegatiis, utpote rejectam in altera deciſione ſuper ignobilibus hac ipſa die edita coram Me non eſſe attendendam arbitrati ſunt.

Et ita utraque &c.

R. P. D. PRIOLO

Piſana Jurispatronatus.

Mercurii 26.Junii 1709.

AD Archipresbyteratum Eccleſiæ Collegiatæ Liburni Fundatum à Michaele Tana, Leonardus, & Antonius ejus filii in vacatione nuper ſequuta, diverſas fecerunt præſentationes, nam primus ſub die 3.Novembris præſentavit Petrum Erculanum, qui cum tunc temporis non eſſet Clericus denuò præſentatus fuit ſub die 7.Decembris, Antonius verò interim præſentavit Lucam Lacca, qui gratiam pro præſentato à Sanctiſſimo cum derogatione medietatis vocum reportavit ſub data diei 23. Novembris. Unde Petrus agnoſcens, quòd nec ſibi ſuffragaretur dicta ſecunda præſentatio, aliam obtinere curavit ab eodem Leonardo tam nomine iſtius proprio, quàm duorum ejus filiorum ſub die 29. Decembris. Cùm autem Ordinarius prædictæ Gratiæ Apoſtolicæ executor pro illius executione pronunciaverit, cauſa appellationis ad Petri inſtantiam in hoc Sacro Auditorio mihi commiſſa juxta reſcriptum Signaturæ, dubium hodie propoſui -- *An eſſet locus arbitrio pro retardatione Literarum Apoſtolicarum* -- reſolutum -- *negativè*.

Arbitrium enim regulatur à jure, quod cùm exigat, ut Literæ Apoſtolicæ, quando
56 prout hic, ſunt juſtificatæ, debitam habeant executionem, ad *Tex.in cap.ſi quando de reſcriptis, & in cap.ſi Capitulo, ubique. Gloſſ. verbo exequatur de conceſ. præben. in 6.*, intrare per conſequens non poteſt pro retardanda executione Literarum, de quibus agitur, ut perſæpe reſponſum fuit *coram Mohedan. dec.3. ut lite penden., coram Gregor. dec.221. num. 1., in Oxomen. Beneficii* 11. *Maji* 1703. §. *Fundamentum &c. coram Eminentiſſimo Cardinali Caprara, & in Orton. Beneficii* 23.*Martii* 1708. §.*Arbitrium coram R.P.D.meo Scotto*.

Juſtificatio autem earumdem Literarum, in cæteris à Petro non controverſa, acriter impugnabatur, quoad qualitatem Jurispatronatus; prætendendo illud cenſeri debere gentilitium, ſeu familiare, itaut vocum dinumeratio facienda eſſet in capita, computatis cum Leonardo etiam duobus ejus filiis, juxta deciſiones emanatas *in Mediolanen.Prioratus* 11.*Decembris* 1699., & 15. *Februarii* 1700. §.*Concurrente coram Reverendiſſimo D.meo Molines Decano*,cõfirmatas 25.*Jun.*1700. §.*Atque hæc coram R. P. D. meo Anſaldo*, 14. *Februarii* 1701. §.*Prædicta &c. coram R.P.D. meo Scotto, & in eadem ſuper dubio filiorum familias* 18. *Junii* 1703. *per tot. coram eodem R.P.D. meo Scotto*.

Verùm quamvis Domini pro majori
57 parte exiſtimarent, quòd tale Juspatronatus dicendum eſſet potiùs mixtum; nam,& ſi Fundator voluerit -- *Che la Collazione, e juspatronato ſia d'eſſo. Oratore, e ſuoi Deſcendenti maſchi in infinito, & in difetto de' maſchi ſia delle femine, che ſaran-*

no

no viventi durante la loro vita solamente;-- In actuali tamen Archiepiscopatus erectione declaravit eamdem Dignitatem fundare pro se, suis hæredibus,& successoribus; unde Juspatronatus non gentilitium, sed mixtum videtur, & consequenter præsentatio facienda venit in stirpes, & non in capita, rejectis filiis, à simultaneo concursu cum patre; quia, eo vivente, non possunt esse illius hæredes *Rota dec.647. num.4., & dec.679.num.3., & 8. coram Buratt.dec.352.num.8. juncto n.23. cum seqq.par.16. dec.99. à num.3. par.17.*, & distinguendo effectum successionis pro exclusione extraneorum ab alio computandi voces Patronorum in capita, vel in stirpes, *in Romana Beneficiatus S. Laurentii in Damaso 6. Februarii 1688. coram cl.me. Cardinali Caccia, impressa apud Piton. discept. Ecclesiast.4. num.23.*

Procedendo etiam, quòd ageretur de Jurepatronatus gentilitio, adhuc pro comperto visum fuit admitti non posse concursum filiorum ad præsentandum unà
58 cum Patre; quia id solùm sibi vindicat locum in Jurepatronatus gentilitio familiari, reservato favore agnationis, Domus, vel Familiæ, quàm fundator in genere, & per modum Universitatis consideravit; tunc enim cùm censeatur, quòd ipse respexerit tantummodo ad pluralitatem personarum, non verò graduum, bene omnes de Familia, seu de Agnatione possunt per capita concurrere ad simul præsentandum, & in his terminis procedunt Decisiones supra in objecto, aliæque authoritates in contrarium allegatæ; secus autem dicendum est, quando, ut in præsenti casu, Fundator vocavit non omnes de familia, vel agnatione; sed tantùm certas personas, nempe suos descendentes masculos in infinitum; hoc enim casu, cùm vocatio sit collectiva nedum plurium personarum,sed etiam graduum, filii non possunt concurrere cum eorum patre, sed successio est gradatim deferenda in magis proximos, remotioribus exclusis, ut firmant *Vitalin. in Clement. pluresub n.42.in fine de jurepatronatus,Lambertin.eodem tractat.lib.1.par.2.q.2.art.8. sub n.3. vers.unde pro eorum intelligentia &c. & n.8. Vivian. de jurepatr.par.1.lib.4. cap.9.n.111. Riccius in prax. par. 1. resol. 181. Franc.Marc. decis.1133. nu.5. par.1. Panimoll.decis.137.n.31. & 46.* benè *Spada cons.9.n.5.& 6. lib.3.*, & optimè unum ab altero casu distinguendo *R.P. D. meus Ansald. in adnot. ad suam decis. inter impressas in ordine 52. n.23. cum seqq.*

Talisque gradualis ordo succedendi inter descendentes in fundatione vocatos apprimè congruit, tam inspecta mente
59 Fundatoris, qui non præsumitur inæquales reddere voluisse proprios filios per supervenientiam nepotum, & pronepotum ab altero ex eis procreandorum, cùm major affectio urgeat erga filios primò vocatos, quàm erga alios descendentes incognitos, & non adeò arctè conjunctos, prout omissis generalibus considerat *Vivian. d. lib.4. cap.9. post num.55.§. Quia respondetur in fine*; Quàm etiam attenta dispositione juris, juxta quam in materia fideicommissaria, à qua rectè arguitur ad istam Jurispatronatus *de Luca de jurepatr. disc.50. n.5. Rota decis.71.n.4.post Vivian. decis.64. n.3. par.13., & in Auximana jurispatronatus 27. Junii 1701. §. Quoniam &c. cum seq. coram R.P.D. meo Ansaldo*, de natura illius verbi collectivi -- *descendentes*-- non omnes simul, nec filii cum patre; sed quisque juxta gradus proximitatem,& ordine successivo dicitur vocatus, ex firmatis per *Doctores in l. cum ita §. In fideicommisso ff. de legat. 2.* cum aliis penè *Fusar. de substit. quæst.358. à n.1. Mantic. de conjectur. lib.8. tit.12. n.3. Bellon. de jure accrescen. cap.5. quæst.26. nu. 125. & 136. Rot.in rec. decis.125. n.3. par. 1. decis.98. n.10. par.4. tom. 1., in Romana hæreditatis de Ruspolis 13. Junii 1704. §. Hujusmodi autem &c. coram Reverendiss. D. meo Molines Decano*, & novissimè *R. P. D. Fattinell. in ejus resp.70. n.5.*

Eoque fortiùs concurrentibus verbis; tractum temporis successivum importantibus,ut hìc, nempe-- *suoi descendenti maschi in infinito*; Isti namque tali casu admittuntur solùm de gradu in gradum, ita-
60 ut filii cum patre concurrere nunquam possint, ut in fideicommissis præter supra allegatos notat *Peregrin. art. 19. n.7.*, & in terminis Jurispatronatus gentilitii, quòd in eo non succedatur in capita, quando in testamento, vel fundatione adsunt verba tractum temporis importantia probat *Tondut.quæst.benef. par.1. c.32. num.5.*

Qui-

Quibus non refragatur, quòd Fundator in defectum deſcendentium maſculorum, fœminas indiſtinctè invitaverit ad jus præſentandi, ex quo infertur, quòd ſicut vocatæ ſunt ſimul omnes fœminæ, ita etiam maſculi omnes concurrere debeant ad ſimul præſentandum: Quia ultra quòd diverſa eſt ratio in fœminis, quæ honoratæ fuerunt durante tantùm earum vita, nec etiam iſtæ dici poſſunt collectivè vocatæ, ſed tantùm juxta earum proximitatem, & in omnem caſum tale argumentum potius retorquetur, dum apparet, quòd Fundator per ſubſtitutionem fœminarum non conſideraverit omnes deſcendentes ſimul & in genere, ſed ſucceſſivè, & gradatim, ad tradita per *Fuſar. de ſubſtit. q.*382. *n.*44.

Hanc denique juridicam interpretationem magis, magìſque comprobavit ſubſequuta uniformis obſervantia interpretativa, cui, ut concludit *Card.de Luca de jurepat. diſc.*61. *n.* 12. *in fine*, omnino
61 deferendum venit in hoc articulo, an in jurepatronatus gentilitio, ſeu familiari, ſucceſſio regulari debeat juxta ordinem fideicommiſſariæ ſucceſſionis, ſervata gradus proximitate, vel potius competat omnibus de genere, vel familia; itaut dari debeat ſimultaneus concurſus patris, & filiorum; In ipſo enim primordio, Fundator præſentavit ſolus, non autem cum ejus filiis tunc exiſtentibus; iſti verò non ſemel, ſed repetitè, abſque interventu filiorum præſentarunt tam in vacatione præcedenti, quàm in hac ultima, ubi Leonardus per duas vices filios non admiſit ad ſecum præſentandum; ex hac enim obſervantia omnis removetur, ſi quæ ſupereſſet, difficultas circa intelligentiam verborum fundationis, ut dixit *Rota coram Rembold. deciſ.*639. *n.*4. *deciſ.*26. *n.*14. *coram ſa.me. Alex.VIII. dec.*52. *n.*6. *par.*13., *& in Orbitellen. juriſpatronatus* 13. *Januarii* 1696. §. *Accedente &c. confirmata* 4. *Julii ejuſdem anni* §. *Concurrente &c. coram Reverendiſsimo dell' Olmo Epiſcopo Conchen.*

Haud relevante, quòd ultima præſentatio facta fuerit extra legitimum tempus; ideoque tanquam nulla non ſit attendenda, à duabus verò ultimis Leonardus receſſerit. Quandoquidem obſervantia reſultat etiam ex præſentationibus nullis, ſeu ineffectuatis; dum hìc non dubitatur, an Beneficium ſit de Jurepatronatus, vel non, quo caſu inſpicitur, utrum præſentationes habuerint, necne, ad effectum, ſed eſt ſola controverſia inter Patronos de modo præſentandi, in quibus terminis effectuatio conſiſtit ſolùm in hoc, quod quis fuerit, vel non fuerit admiſſus ad præſentandum *Spada conſ.* 12. *n.*16. *lib.* 2. *Rota in Florentina juriſpatronatus de Ricaſolis penès Vivian. de jurepat. par.*1. *lib.*4. *cap.* 1. *ſub n.* 71. §. *Effectuatio verò &c. in fine, & in illius confirmatoria ibidem impreſſa* §. *Non obſtant &c., & in Mediolanen. Prioratus* 25. *Junii* 1700. §. *Supereſt &c. coram R.P.D. meo Anſaldo.*

Et ita utraque Parte informante &c.

ARGUMENTUM.

Mandante Teſtatore in teſtamento erigi Beneficium, & reſervari Juſpatronatus pro ejus *Hæredibus*, & *Propinquioribus*; ſi Epiſcopus in erectione Beneficii reſervet Juſpatronatus *pro Filiis*, & *Deſcendentibus Teſtatoris*, an hujuſmodi Juſpatronatus ſit Gentilitium, vel potius mixtum?

SUMMARIUM.

1 *Juſpatronatus an, & quando dicatur mixtum?*

2 *Quilibet præſumitur habere majorem affectionem erga Proximiores, quàm erga Remotiores.*

3 *Epiſcopus in erectione Beneficii an poſſit reſervare juſpatronatus pro perſonis diverſis ab eis deſignatis à Teſtatore in teſtamento?*

4 *Teſtatorum diſpoſitiones ſunt omnino ſervandæ.*

5 *Epiſcopo reſervante juſpatronatus pro perſonis diverſis ab eis deſignatis à Teſtatore in teſtamento, ſi iſtæ perſonæ deſignatæ non ſe opponant, huic reſervationi an, & quando ex hujuſmodi non oppoſitione ſequi poſſit alteratio, & mutatio qualitatis juriſpatronatus?*

6 *Fundator ante erectionem Beneficii poteſt tollere, & adjicere quaſcumque ſubſtitutiones ſibi beneviſas, ſecus poſt erectionem.*

7 *Negligentia hæredis non poteſt præjudicare aliis venientibus ex propria perſona.*

8 *Non*

8 *Non est in potestate Patronorum contemnere legem à Fundatoribus præscriptam.*

9 *Si Fundator relinquat in testamento juspatronatus pro ejus* Hæredibus,& Propinquioribus, *& Episcopus in erectione reservet illud pro* Filiis, & Descendentibus. *Juspatronatus censendum est merè Gentilitium, donec, & quousque non rescindatur, aut non reformetur erectio.*

10 *Lex fundationis, & non dispositio testamentaria attendenda est ad effectum agnoscendi qualitatem juris patronatus,* & num.11.

12 *Fundator an, & quando vigore facultatis sibi reservatæ mutandi post erectionem Beneficii substitutiones in jurepatronatus, possit illas mutare,* & n.13. & seqq.

21 *Transactio continens derogationem, & commutationem voluntatis Fundatoris ad effectum acquisitionis juris patronatus non potest approbari ab Ordinario, sed est approbanda à Sede Apostolica.*

CASUS VII.

IN ultimo, quo decessit elogio quidam Testator mandavit erigi Beneficium in Ecclesia N., & reservari Juspatronatus ad illud pro ejus *Hæredibus, & Propinquioribus.* Defuncto Testatore Episcopus erexit in dicta Ecclesia Beneficium, & reservavit Juspatronatus pro ejus *Filiis, & Descendentibus.* Quæritur an hujusmodi Patronatus sit gentilitium in quo succedere valeant omnes de sanguine Testatoris, sive hæredes sint, sive non; sive propinquiores, sive remotiores, & nullatenus attenta qualitate hæreditaria, aut proximioritatis; vel potius sit mixtum, in quo succedere non possint indistinctè omnes de sanguine, sed solùm illi, qui sint Hæredes simul & Proximiores?

Quòd hujusmodi Patronatus non sit gentilitium, sed mixtum clarè desumi videtur ex dispositione testamentaria, qua Testator voluit reservari Juspatronatus non pro omnibus de ejus sanguine, sed expressè pro ejus *Hæredibus, & Propinquioribus*, & sic cùm respexerit ad qualitatem hæreditariam simul & sanguinis, constituere voluit Juspatronatus
1 mixtum; dum tale illud censetur, quoties præter qualitatem hæreditariam habita fuit ratio sanguinis, & proximioritatis in successoribus, ut docent *Paris. cons.48.lib.4. Lotter.de re benef. lib.2.q.11. n.4. Card. de Luc. de jurepat. disc.24.nu.9. Rota decis. 267. par. 6., & in Romana Cappellaniæ 3. Junii 1711. §. Cæterum coram R. P. D. Ansaldo.*

2 Quæ quidem testamentaria dispositio est rationi consona, & ordini charitatis omnino conformis; dum quilibet semper præsumitur habere majorem dilectionem erga hæredes, & consanguineos strictioris sanguinis vinculo sibi conjunctos, quàm erga remotiores; ita dictante naturali affectione, quæ semper in proximiores descendit, juxta *Text. in l. Publius §. primo ff. de condit. & demonstr. Rot. in Valentina Beneficii 6. Decembris 1713. §. Tantoque magis coram R.P.D. Lancetta, & 27. Aprilis 1714. §. Maximè coram R.P.D. Crispo.*

Non obstat erectio, & reservatio Juris patronatus facta ab Episcopo pro filiis, & descendentibus Fundatoris, præseferens qualitatem merè gentilitiam, cùm nomine *filiorum, & descendentium* veniant
3 omnes de sanguine, ut dixi in superiori *Casu.* Quoniam Episcopus stante dispositione testamentaria, qua Testator voluit reservari Juspatronatus pro hæredibus, & proximioribus, non poterat ei contraveniendo in erectione Beneficii reservare Juspatronatus pro personis diversis ab eis designatis à Testatore; Ratio est,quia licèt consensus Episcopi sit causa efficiens Juris patronatus, quæ dat ei formam, & perfectionem, tamen hæc causa efficiens in erectione Juris patronatus regulari debet à causa motiva, quæ est voluntas Fundatoris Beneficii tam quoad essentiam, quàm quoad qualitatem ejusdem Juris patronatus; Sicuti enim non potest Episcopus creare absolutè, & simpliciter Juspatronatus, & imponere hanc servitutem Beneficio,aut Ecclesiæ,quando adest voluntas Testatoris tacitè, vel expressè excludens Juspatronatus, & volens Beneficium esse liberum, ita nec poterit creare, & reservare Juspatronatus pro talibus personis. Ex. gr. pro *filiis, & descendentibus*, & sic reddere illud gentilitium, quando adest voluntas Testatoris expressè, vel tacitè excludens illas personas, & quando Testator vult reservationem Juris patronatus pro aliis personis,

nis, nimirum pro *hæredibus*, *& propinquioribus*, & Juſpatronatus eſſe mixtum; ſed conſenſus Epiſcopi ſequi debet voluntatem Teſtatoris, & reſervare Juſpatronatus pro perſonis à Teſtatore deſti-
4 natis, cùm Teſtatorum diſpoſitiones ſint omnino ſervandæ, ad *Text. in l. Conditionibus 19. ff. de condit. & demonſtrat.*, *& l. cum quæſtio 23. C. de legat. 1. Rot. coram Emerix jun. deciſ. 1042.*, & alios, quos refert *Rot. in Aſten. Beneficii 10. Decembris 1704. §. Juſtinian. coram R.P.D. Anſaldo.*

Minuſque adverſatur, quòd Hæres propinquior, favore cujus loquitur præfata diſpoſitio teſtamentaria, quando Epiſcopus contraveniendo erexit Beneficium cum reſervatione Juriſpatronatus pro *filiis*, *& deſcendentibus*, non ſe oppoſuerit, itaut renunciando juri ſuo permiſerit, quòd Juſpatronatus de mixto volito à Teſtatore efficeretur merè gentilitium.

5 Etenim in duplici caſu ex non oppoſitione vocati à Teſtatore ad Juſpatronatus contra erectionem, & reſervationem Juriſpatronatus factam ab Epiſcopo ſequi poteſt alteratio, & mutatio qualitatis Juriſpatronatus, nimirum primò quando fuit à Teſtatore contemplata in vocato ſola qualitas hæreditaria, & nullatenus qualitas ſanguinis, ut ſi fuiſſet in teſtamento reſervatum Juſpatronatus pro *hæredibus*, *& ſucceſſoribus*; tunc enim quia Juſpatronatus hæreditarium, conſentiente hærede, fieri poteſt gentilitium, ut firmavi ſuperiùs *Caſ.V.*; ſi vocatus à Teſtatore ad hujuſmodi Juſpatronatus hæreditarium non ſe opponat erectioni, & reſervationi Juriſpatronatus factæ ab Epiſcopo pro filiis, & deſcendentibus Teſtatoris; ſequitur, quòd voluerit permittere, quòd de hæreditario volito à Teſtatore Juſpatronatus efficeretur gentilitium. Secundò, quando vocatus in Teſtamento haberet facultatem ab eodem Fundatore variandi, & mutandi ſucceſſionem in Jurepatronatus; tunc enim ſi iſte tacitè, vel expreſsè conſenſiſſet erectioni, & reſervationi Juriſpatronatus factæ ab Epiſcopo pro filiis, & deſcendentibus, Juſpatronatus eſſet gentilitium; non obſtante, quòd in teſtamento fuiſſet reſervatum ab ipſo met Fundatore pro hæredibus, & propinquioribus; Ratio eſt, quia ſubſequens variatio, & mutatio ſucceſſorum facta ab Epiſcopo de conſenſu tacito, vel expreſſo ejus, qui habebat facultatem variandi ſucceſſionem deſignatam à Fundatore in teſtamento, habetur ac ſi ab initio in eodem teſtamento regiſtrata fuiſſet, juxta *Monet. de commut. ult. volunt. cap. 10. tit. de derogat. qualit. in fundat. benefic. appoſit. qu. 5. n. 230. Vivian. de jurepatron. lib. 14. cap. 3. num. 5.*, & alios quos refert *Rot. in Aſten. Priorat. ſuper pertinentia 20. Martii 1709. §. Neque obſtare coram R.P.D. Aldrovando, & in Vaden. Canonicatus 30. Junii 1704. §. Certiùs coram Reverendiſs. Molines Decano*, *& in Mediolanen. Archipresbyteratus 27. Januarii 1710. §. Quamvis coram R. P. D. Falconerio.*

Quæ facultas alterandi, & mutandi ſubſtitutiones in Jurepatronatus abſque du-
6 bio concedi poteſt à Fundatore vocato in teſtamento; ſicuti enim ipſemet Fundator ante erectionem Beneficii perfectè ſequutam poteſt tollere, & adjicere quaſcumque ſubſtitutiones ſibi beneviſas (quidquid ſecus eſſet poſt perfectam erectionem) ita & poterit dare facultatem alteri hujuſmodi ſubſtitutiones tollendi, ac adjiciendi, *Lambertin. de jurepatron. lib. 1. par. 2. q. 2. art. 5. & 6. n. 9. Gratian. diſcept. 177. n. 4. & ſeq. Tondut. quæſt. benef. par. 1. cap. 91. n. 1. & ſeqq. Rot. in Vaden. Canonicatus 31. Junii 1704. §. Hac poſita*, *& §. Secus coram Reverendiſs. Molines Decano.*

In caſu præſenti Fundator in præfata diſpoſitione teſtamentaria non dedit hæredibus, & propinquioribus facultatem mutandi, & alterandi ſubſtitutiones, & qualitatem Juriſpatronatus, nec reſpexit ad ſolam qualitatem hæreditariam, ſed ad qualitatem hæreditatem ſimul & ſanguinis; adeòque hæres propinquior non ſe opponendo erectioni factæ ab Epiſcopo pro ſolis filiis, & deſcendentibus Fundatoris, præjudicare non poterat aliis hæredibus propinquioribus: nec in omittendo;
7 quia negligentia hæredis proximioris nullum præjudicium irrogare poteſt aliis proximioribus hæredibus, utpote independenter ab eo, & ex propria perſona ad Juſpatronatus vocatis *Rot. deciſ. 220. n. 27. par. 11. rec.*, *& in Cuſentina Beneficii 12. Februar. 1703. §. final. coram Eminentiſs.*

tiss. Scotto, & in Valentina Beneficii 6. Decembris 1713. §. *final. coram R. P. D. Lancetta*; nec in committendo, quia non est
8 in potestate Patronorum contemnere legem à Fundatoribus præscriptam. *Vivian. de jurepatr. par. 2. lib. 2. cap. 9. Card. de Luc. eod. tit. disc. 78. n. 3. Rot. in Auximana juris patronatus 25. Junii* 1701. §. *At quando coram R. P. D. Ansaldo, & in Barchinonen. Beneficii 2. Decembris* 1711. §. *Beneficium coram cl. me. Eminentiss. Caprara, & in Valentina Beneficii 27. Aprilis* 1714. §. *Cum juxta coram R. P. D. Crispo*.

His præmissis non obstantibus censeo,
9 hujusmodi Juspatronatus esse gentilitium: Licèt namque verum sit, quòd Episcopus contra formam testamentariæ dispositionis non poterat reservare Juspatronatus personis diversis, & cum qualitatibus diversis ab eis ab eodem Testatore in testamento designatis; sed teneatur admittere eas conditiones, & Jurispatronatus reservationes, quæ non sunt turpes, nec impossibiles, nec contra substantiam Beneficii, ut dicam infra *in Canone XXVII.* itaut vocati à Testatore in testamento, & venientes ex propria persona tamquam prætermissis ab Episcopo in reservatione Jurispatronatus possint dare de nullitate hujusmodi reservationi; tamen semper verum est, quòd donec, & quousque erectio præfati Beneficii per tres conformes non rescindatur, aut non reformetur, prævalere debeat testamento, utpote munita consensu Ordinarii, & Juspatronatus ibi reservatum pro *filiis, & descendentibus* censendum est gentilitium, ut expressè docet *Ripa respons. 6. tit. de jurepat. num. 7.* ibi-- *Dubium ergo stat in hoc, an authorizatio prævaleat fundationi, breviter secundùm ea, quæ proponuntur, arbitror, quòd authorizatio prævaleat*--quem sequitur *Rot. in Asten. Prioratus super pertinentia 20. Martii* 1709. §. *Quamvis coram R. P. D. Aldrovando* inferius legen. *nu. 10., & in Senogallien. Canonicatus de Luchis 23. Junii* 1710. §. *Inutiliterque coram eodem, & in Mediolanen. juris patronatus 21. Februarii* 1707. §. *Lex, & §. Et ex hac, & super executione Literarum Apostolicarum 21. Februar.* 1707. §. *Nec relevare coram Eminentiss. Scotto*.

10 Ratio autem est, quia ad effectum agnoscendi pertinentiam, & qualitatem Juris-patronatus attendenda non est testamentaria dispositio authoritate, & consensu Episcopi destituta, sed unicè spectanda venit Lex fundationis eodem consensu munitæ; eo quia hujusmodi consensus dicitur causa efficiens Juris patronatus, & sinè eo illud acquiri non potest. *Mantic. decis. 86. n. 5. & 6. Rot. in dicta Asten. Prioratus super pertinentia* §. *Quamvis, & in Vaden. Canonicatus 30. Junii* 1704. §. *Enim verò coram Reverendiss. Molines Decano, & in Lucana Beneficii 26. Junii* 1709. §. *Insuper coram R. P. D. Falconerio, & in dicta Senogallien. Canonicatus de Luchis 23. Junii* 1710. §. *Minimè coram R. P. D. Aldrovando*, & resolutum fuit à Sac. Congregatione Concilii *in Concordien. Cappellaniæ 1. Aprilis* 1713. *ad Primum*.

R. P. D. ALDROVANDO.

Asten. Prioratus super Pertinentia.

Merc. 20. Martii 1709.

EXclusis à Patronali pertinentia Prioratus, de quo agitur, fratribus de Rayneriis ad illam aspirantibus cumulativè, & simultaneè cum Carolo Josepho Ratto, tum vigore Instrumenti fundationis anni 1627. tum successivæ transactionis stipulatæ anno 1633. ad compescendam litem exortam ex testamento per Budericum Fundatorem præcedenter condito anno 1632., prout ex decisionibus coram R. P. D. meo Lancetta, & ex altera à me evulgata 7. Decembris proximè elapsi. Tandem post has resolutiones, ferientes quoque jura Elenæ Catharinæ utì descendentis ab Antonia Lunella, excussa per istam sua jam longa contumacia, commissionem admissionis ad causam obtinuit, impetrataque nova audientia sub fundamento recensiti testamenti eamdem patronalem pertinentiam privativè ad ipsum Carolum Josephum vendicare authumabat; sed hodie reproposita Causa Domini perstiterunt in decisis.

Quamvis enim Budericus post fundationem Prioratus à Delegato Ordinarii approbatam condiderit dictum testamentum, in quo præ cæteris abrogando successionem Juris patronatus, & nominandi prius in fundatione ordine Primogenituræ præscriptam favore descendentium Sc-

Secundini ex Quilico fratre nepotis, mandavit jus nominandi in totum pertinere ad Antoniam ſuam ſobrinam uxorem Gaſpardi Lunelli, eorumque filios, & deſcendentes: Nihilominus quia hujuſmodi teſtamentum nunquam fuit authoritate Ordinarii approbatum, cùm Epiſcopus viſa fundatione, & teſtamento
11 conſenſum ſuum præſtare, ſeu renovare maluerit fundationi, quàm eidem teſtamento; idcirco rurſus dicebant Domini, quòd ad effectum controverſæ pertinentiæ modò ſpectanda, ſive attendenda non ſit teſtamentaria diſpoſitio, authoritate, & conſenſu Epiſcopi deſtituta; ſed unicè procedendum eſſe inſpecta lege fundationis eodem conſenſu munitæ, ſinè tali namque conſenſu, qui dat formam, & perfectionem actui, diciturque cauſa efficiens, Juſpatronatus acquiri non poteſt, per ea, quæ ultra allegatos in alia mea deciſione, quæ revidetur §. *Adhuc tamen*, & *in* §. *Vis igitur*, punctualiſſimè firmat *Ripa reſponſ. tom.2. tit. de jurepat. reſp. 6. à n.1. ad 8. & coram Mantica deciſ.86.n.5. & 6.*, & *in Mediolanen. juriſpatronatus* 21. *Februarii* 1707. §. *Et ex hac coram R.P.D. meo Scotto*, itaut donec, & quouſque talis fundatio, ſive erectio per tres conformes non reſcindatur, ſeu non reformetur, prævaleat teſtamento, ſicut egregiè in terminis approbatæ erectionis, & exauctorati teſtamenti probat deciſio in eadem Cauſa *Mediolanen. ſuper exequutione Literarum Apoſtolicarum edita eadem die* §. *Nec relevare coram eodem R.P.D. Scotto*.

Neque obſtare viſum fuit, quòd in ip-
12 ſo fundationis Inſtrumento Budericus ſibi reſervaverit facultatem, & authoritatem *ſua vita durante di poter rivocare, diſporre, e mutare circa la ſucceſſione ſudetta della parentela*, in qua reſervatione ſtabat tota defenſio Elenæ prætendentis, exinde neceſſarium minimè fuiſſe novum Epiſcopi conſenſum favore Antoniæ, ejuſque deſcendentium, cùm ipſa reſervatio operetur, ut variatio, ſive translatio Juriſpatronatus de uno in alium diverſum Patronum poſtea ex intervallo peracta utì profluens ab eadem reſervatione cenſeatur ineſſe in primæva fundatione, adeò ut Juſpatronatus acquiſitum remaneat ſinè ope novi vigore primi conſenſus per Epiſcopum, ſive ejus Delegatum præſtiti in limine fundationis cum reſervatione dictæ facultatis celebratæ, ſicuti docuerunt *Moneta de commut. ult. volunt. cap.* 10. *tit. de derogat. qualit. in fundat. Benef. appoſit. quæſt.* 5. *n.*230. *fol.*1304. & *cap.*11. *tit. de mutat. ſtat. Eccleſ. Benef. quæſt.* 5. *nu.*202. *fol.*1538. *Pirr. Corrad. in prax. Benef. lib.*2. *cap.*10. *n.*150. & 151. *Vivian. de jurepat. lib.*14. *cap.*3. *n.*5. *Alphonſ. de Leon. de Offic. Cappellan. quæſt.*4. *prax.* 6. *à nu.* 101. *cum pluribus ſeqq.* ubi adnectuntur *deciſiones coram Card. Veroſpio, & coram Merlino deciſ.*318. *à n.*6. *ad* 10., & generaliter, quòd ſubſequens actus expletus in vim reſervationis habeatur ac ſi ab initio in Inſtrumento reſervationis regiſtratus eſſet, *Balduc. deciſ. & rer. judic. de legat. & fideicom. tit.*3. *deciſ.*35. *à num.*41. *& ſeq. & poſt Modern. Aſculan. deciſ.*120. *n.*18. *& deciſ.*293. *n.*7. idque eò magìs quando ſubſequens actus variationis factus non fuit in perſonas Epiſcopo incognitas, ſed in alios Patronos qualis erat dicta Antonia, ejuſque deſcendentes per poſterius in ipſa fundatione vocatos, & per Epiſcopum approbatos, ex deductis per *Acciolin. reſol.*58. *n.*64.

Quoniam reſervatio hujuſmodi facul-
13 tatis variandi, & revocandi modum ſuccedendi in Jurepatronatus non eſt ſimplex, & abſoluta; ſed modificata fuit mediante conditione *quatenus nimirum placeret Epiſcopo variationi conſentire* ibi-- *Si riſerva eſpreſſamente ragione, & autorità &c. di poter rivocare &c. circa la ſucceſſione ſudetta della Parentela, e di fare alienazione, contratto, e diſtratto in ſervizio di detto Benefizio mediante l'approvazione di Monſignor Illuſtriſſimo*, quæ verba per ablativum abſolutum concepta, expreſſam præſeferunt conditionem, *Felin. in cap. dilecta n.*6. *de reſcript. Rot. deciſ.*189. *num.*3. *par.*4. *diverſ. deciſ.*184. *n.*4. *par.*16. *deciſ.* 34. *n.*33. *& deciſ.*344. *n.*5. *par.*17., ac proinde dato etiam, quòd novus Epiſcopi conſenſus ob dictam reſervationem non fuiſſet de jure neceſſarius, talis profectò in hoc themate evaſit ex voluntate Fundatoris, qui ſicuti poterat hanc facultatem ſibi nullo modo reſervare, ita etiam potuit illam reſervare ſub conditione futuræ, ac novæ approbationis, ut optimè probant auctoritates adductæ *in dicta mea*

mea prætèrita decisione §. *Sed in hoc*.

Hinc propterea cùm Episcopus subin-
14 de renuerit approbare disposita in dicto testamento ex defectu conditionis, reservatio facultatis caduca, ac nullius effectus remansit, perinde ac si apposita non fuisset, minimeque ademptum remansit Juspatronatus descendentibus à Secundino, quibus authoritate Ordinaria in erectione acquisitum fuerat, ut advertit decisio alterius instantiæ 11. Junii 1708. §. *At omnem coram R.P.D.Lancetta, & altera coram Me* §. *Hujusmodique*.

Nullatenus subsistente, quòd dicta
15 conditio -- *mediante l'approvazione di Monsignor Illustrissimo* -- referri debeat dumtaxat ad proximiora, scilicet ad contractus, & distractus pro servitio Beneficii ubi immediatè cohæret, non autem ad facultatem revocandi successionem; etenim, ut constat ex verbis supra transcriptis, Fundator sub unica oratione, & periodo facultatem sibi reservavit faciendi duos actus, & utrosque copulavit, parificavit, & conjunxit mediante particula *et*; propterea que eadem conditio utpote in fine posita, scindi, ac separari non potest; quia ambos actus inter se parificatos, & copulatos informat, & ad utrosque refertur, ad tradita per *Bald. consil.* 153. *n.*3. *lib.*5. *Cyriac. controv.*406. *n.*101. *Rocc. disput. jur. cap.*31. *n.*25. *Balduc. dec. & rer. judic. tit.*3. *dec.*23. *n.* 26. *Cavaler. dec.*643. *n.*3. & 4. *Merlin. dec.* 93. *nu.*5. *in rec. dec.*280. *n.*17. *par.* 10. *cum aliis in decisione quæ revidetur* §. *Frustraque*.

Nihilque profecit animadversio educta
16 ex diversitate rationis, quæ prætendebatur intercedere inter unum, & alterum casum, eò nimirum, quia alienatio bonorum Beneficii in ejus utilitatem expleri de jure nequiret sinè approbatione, seu beneplacito, quod tamen non erat de novo impetrandum in variatione, & mutatione successionis in Jurepatronatus, attenta sæpedicta reservatione in limine fundationis, data autem disparitate rationis relatio fieri debet ad proximiora, quibus ratio congruit, non autem ad remotiora, cùm non procedat tali casu regula determinabilium, ex *Saminiat. controv.*19. *n.*39. *Rodulphin. allegat.*10. *nu.*4. *Coccin. decis.*2283. *n.*61. *Merlin. dec.* 263. *n.*6. *in rec. decis.*144. *n.*4. *par.*7. *decis.*175. *nu.*8. *par.*14. *decis.*80. *nu.*20. & *decis.*642. *n.*17. *par.*19., & *in Romana, seu Savonen. Legati* 9. *Junii* 1689. §. *Tertiò demum cum seq. coram bo.me. Ursino*.

Siquidem non regit suppositum, quòd
17 esset necessarium beneplacitum, sive consensus circa alienationem bonorum in utilitatem Beneficii; quia sicuti virtute reservationis mutandi successionem in Patronatu, non erat amplius necessarius novus consensus, & approbatio ipsius variationis, ex allegatis, ita etiam consensus, sive beneplacitum haud exigebatur in alienatione bonorum Beneficii, ex eadem ratione, quòd facultas alienandi in eodem limine fundationis reservata fuerat, permissumque erat in fundatione apponere conditiones etiam juri contrarias; Si igitur in neutro casu necessaria erat approbatio, & consensus Episcopi vigore ejusdem reservationis, & nihilominus Fundator in fine orationis, & expressionis utriusque casus indistinctè, & indefinitè conditionem impetrationis assensus adjicere voluit; patens est, quòd talis conditio exclusa disparitate rationis ex eadem Fundatoris voluntate debeat qualificare, & informare æqualiter eosdem geminos casus, ex jam allegatis, & bene *Merlin. dec.*581. *n.*4. & 5.

Concurrente potissimùm nimis clara
18 discretiva in eodem capitulo apposita; respectu enim alterius tertii casus exequendi contenta in Instrumento fundationis, circa quod idem Fundator pollere voluit latiori facultate apertis verbis expressit--*e di essere Esecutore del contenuto nel presente Instrumento, senza esser tenuto a torre licenza, nè beneplacito alcuno*, exinde namque insurgit, quòd ubi in superioribus casibus idem desiderasset, ac teneri noluisset ad impetrandam licentiam, hoc dubio procul expressisset, sicut fecit in posteriori, nec rem saltèm sub dubio reliquisset, an verba--*mediante l'approvazione*, potius ad unum, quàm ad alium casum referibilia essent, quòd si apertius sibi Legem non dixit, dispositio debet recipere regulam à discretivo modo loquendi, ex deductis *in decisione, quæ revidetur* §. *Idque magis*, & per *Rot. dec.* 36. *n.*11. *par.*16., & *in Termulen. Beneficii* 25. *Junii* 1696. §. *Minimè attento coram bo.me. Muto*.

Et

Et verè quod talis fuerit Fundatoris voluntas, ex eodem ipſius teſtamento
19 manifeſtatur, quia ipſe ad revocationem Patronatus devenit aliis diverſis expreſſis cauſis, quàm vigore facultatis ſibi reſervatæ, cujus non meminit, & quod plus eſt, mandavit ſupplices porrigi preces Epiſcopo pro præſtatione conſenſus diſpoſitioni teſtamentariæ ibi -- *Caricando li ſudetti Amminiſtratori di voler ſupplicare Monſignor Illuſtriſſimo Veſcovo per l'approvazione del preſente mio teſtamento* -- Unde conſtat, ipſum benè agnoviſſe, quod ſinè novo Epiſcopi conſenſu intervertere nequibat ordinem in fundatione præſcriptum, non obſtante clauſula -- *Quando ſii di biſogno, e non altrimenti* -- quia licèt hæc operetur, ut diſpoſitio dicatur facta per modum prægnantioris cautelæ, *ut in Romana, ſeu Cæſenaten. Fideicommiſſi ſuper reſervatis* 14. *Aprilis* 1705. §. *Hujuſmodi coram R. P. D. meo Anſaldo*, attamen patefacit quoque Teſtatorem non fuiſſe certum, quod vigore reſervationis adjecta in fundatione ipſe potuerit liberè ab eadem recedere ſinè ſupervenientia novæ approbationis, & tamen de hoc non debuiſſet hæſitare quandocumque credidiſſet liberam ſibi reſervaſſe facultatem variandi, illamque conditionem *mediante l'approvazione &c.* eſſe tantùm referendam ad caſum alienationis bonorum, ut de ſe patet.

Eoque libentiùs amplexa fuit præmiſſa interpretatio, quia hujuſmodi quæſtio
20 non eſt nova, ſed alias, & quidem immediatè poſt obitum Buderici fuit diſcuſſa, & deciſa à peritiſſimis Juris Conſultis, in quos cauſa fuerat compromiſſa, ipſi enim in laudo, quem promulgarunt, expreſsè declaraverunt firmam, & validam remanere reſervationem Jurispatronatus in fundatione factam attenta confirmatione, & approbatione Epiſcopi, Fundatoremque non potuiſſe in teſtamento mutare, nec variare circa ſucceſſionem eorum de parentela, *Niſi accedente etiam poſt mortem Fundatoris approbatione ejuſdem Illuſtriſſimi Epiſcopi*, quos credere fas eſt fuiſſe motos ex recenſitis rationibus, quæ proinde ex authoritate eorumdem Doctorum, inter quos numerabatur notiſſimus *Bellonus*, majus robur aſſumunt, prout dictum fuit in præterita deciſione §. *Potiſſimum*.

Ex quibus parum relevat, quòd variatio fuerit facta in Patronos Epiſcopo cognitos, & in erectione approbatos, quodque etiam fuerit utilis Eccleſiæ ob ſpem magìs proximam acquirendi libertatem, cum in teſtamento ſublata fuerit à Jurepatronatus tota deſcendentia Secundini, & reſtricta ad illam Antoniæ; quippe ſemper urget, quod Juspatronatus à deſcendentibus Secundini primo loco vocatis adimi nequibat, niſi mediante nova Epiſcopi authoritate; utilitas verò ſtatim ceſſat eo ipſo, quòd etiam in teſtamento poſt evacuatam deſcendentiam Antoniæ Juspatronatus tranſire debere ſancitur ad Hoſpitale loci, itaut per tranſitum ad manum mortuam deſperata ſit libertas Eccleſiæ; at quando utilitas conſiderari valeret, non proficeret, quia una cum ipſa utilitate qua eſt cauſa, requiritur quoque pro forma indiſpenſabili ſolemnitas conſenſus legitimi Superioris, ut probat *Rot. in Peruſina Cenſus* 27. *Junii* 1707. §. *Neque obſtat coram R. P. D. meo Scotto*.

Conſenſus autem Epiſcopi ordini ſucceſſionis in hoc Jurepatronatus in teſtamento præſcripto, qui ex præmiſſis deficit, & fuit expreſsè denegatus, nullo modo deſumi poteſt ex tranſactione ſtipulata anno 1633., in qua idem Ordinarius intervenit, & ſuam præſtitit authoritatem, quia talis conſenſus, ſeu authoritas non fuit conformis fundationi, minuſque teſtamento; in fundatione enim per prius vocati fuerunt ordine primogenituræ deſcendentes à Secundino, & per poſterius deſcendentes ab Antonia Lunella; in teſtamento autem adempta penitùs vocatione deſcendentium a Secundino privativè vocata fuit dicta Antonia ejuſque deſcendentes; at verò dicta tranſactio continebat promiſcuam diviſionem, & ſimultaneam ſucceſſionem inter deſcendentes Secundini, & Antoniæ ſinè primo-
21 genitura; quo circa talis tranſactio utpotè continens derogationem, & commutationem voluntatis defuncti Fundatoris ad effectum acquiſitionis Jurispatronatus approbari nequibat authoritate Ordinarii ad id poteſtatem non habentis, ſed erat approbanda authoritati Principis Supremi, qualis eſt Sedes Apoſt. mediante ipſius beneplacito, prout in eadem tranſactione fuit reſervatum, ad *Text. in*

Cle-

Clement. quia contingit de Relig. dom. Moneta de commut. ult. volunt. quæst. 11. *cap.* 5. *n.* 132. *Pirr. Corrad. prax. benefic. lib.* 2. *cap.* 12. *n.* 33. *Tondut. resol. benefic. cap.* 112. *n.* 3. *& seqq. Rot. coram Emerix decis.* 979. *& decis.* 1042. *ubique n.* 1., & punctualiter *in decis.* 1241. *n.* 6.

Cæterùm ea, quæ promovebantur circa irrationabilitatem, & injustitiam denegati ab Episcopo consensus, ultra quod ex deductis à Scribentibus pro Carolo Josepho excludebantur, extranea prorsus erant à præsenti disputatione; quia sublata de medio transactione anni 1633. post dictum laudum celebrata, ex rationibus in decisionibus expensis, semper extat in suo robore idem laudum, quòd juxta Partium conventionem venit attendendum, nec incidenter revocari potest, proptereaque Causa ad præsens super Patronali pertinentia unicè venit judicanda ex Instrumento erectionis anni 1627. tam ab Ordinario, quàm in dicto laudo approbato, nisi per tres conformes talis erectio rescissa remaneat, ex superiùs adductis in §. *Quamvis enim*.

Et ita Domini approbantes reliqua in decisionibus Causæ deducta responderunt standum esse in resolutis pro confirmatione Sententiæ Rotalis canonizantis privativam Patronalem pertinentiam vigore Instrumenti fundationis anni 1627. favore Mariæ Elisabeth defunctæ hac lite pendente, ejusque filii Caroli Josephi utraque Parte informante.

ARGUMENTUM.

Fundator Beneficii si mandet in testamento reservari Juspatronatus pro *ejus Hæredibus*, *& Successoribus quibuscumque*, & deinde in alio testamento mandet reservari Juspatronatus pro *ejus Consanguineis*, *aut Consanguineis Consanguineorum*; & Episcopus in erectione reservet Juspatronatus ad formam primi testamenti, & non ad formam secundi; An hujusmodi Juspatronatus sit hæreditarium, aut potiùs mixtum, vel gentilitium?

SUMMARIUM.

1 *Juspatronatus reservatum ab Episcopo in limine erectionis Beneficii* pro Hæredibus, & Successoribus quibuscumque *est hæreditarium*. Amplia, ut ibi.

2 *Pro cognoscenda qualitate juris patronatus est attendenda lex fundationis, & non dispositio testamentaria.*

3 *Mutatio voluntatis non præsumitur, nec censetur Testator recessisse à prima voluntate; sed in quo casu hæc procedant* Vide n. 11.

4 *An, & quando qualitas juris patronatus hæreditaria volita in primo testamento censeatur repetita in secundo?* & n. 6.

5 *Juspatronatus relictum in testamento* pro Hæredibus, & Successoribus, *& postea relictum in codicillo* pro Consanguineis *an sit mixtum?*

7 *Juspatronatus relictum in primo testamento* pro Hæredibus, & Successoribus, *si deinde in alio testamento ab eodem Testatore relinquatur* pro Consanguineis *est merè gentilitium*, & n. 10.

8 *Novum testamentum irritat primum.* Amplia ut n. 13. & 14.

9 *An, & quando posterior dispositio sit potiùs attendenda, quàm prima?*

12 *Codicillus cùm sit pars testamenti semper debet cum eo conciliari.*

15 *Consanguinei Fundatoris instare possunt apud legitimum Superiorem, ut reservatio juris patronatus facta ab Episcopo ad formam primi testamenti* pro Hæredibus *rescindatur, & redigatur ad formam secundi* pro Consanguineis.

CASUS VIII.

Pietate, ac religione ductus quidam Testator mandavit in ejus testamento erigi Beneficium in Ecclesia A., ac reservari Juspatronatus pro ejus *Hæredibus*, *ac Successoribus quibuscumque*; Deinde mutato consilio aliud condidit testamentum, in quo mandavit reservari Juspatronatus pro ejus *Consanguineis*, *aut Consanguineis Consanguineorum*: Defuncto Testatore Episcopus in executionem hujus piæ voluntatis erexit quidem Beneficium in præfata Ecclesia; sed non reservavit Juspatronatus ad formam secundi testamenti, nimirum pro Testatoris *Consanguineis*, aut *Consanguineis Consanguineorum*; sed ad formam primi, videlicet pro ejus *Hæredibus quibuscumque*. In quampluribus successivis vacationibus ejusdem Beneficii semper præsentarunt ad illud Hæ-

re-

redes Teſtatoris, utì hæredes, abſque ulla expreſſione qualitatis ſanguinis; nuper autem adinvento ſecundo teſtamento, quod fuit deperditum, & prætendentibus Teſtatoris conſanguineis, vigore illius, hujuſmodi Juſpatronatus eſſe merè gentilitium, & conſequenter ad ipſos ſpectare, nulla habita ratione qualitatis hæreditariæ. Quæro proinde, an revera hujuſmodi Juſpatronatus ſit gentilitium, vel potiùs hæreditarium, aut mixtum?

1 Certum eſt, quòd attenta reſervatione Juriſpatronatus ab Epiſcopo facta in limine erectionis Beneficii, hujuſmodi Juſpatronatus ſit hæreditarium; fuit enim ab Epiſcopo reſervatum ad formam primi teſtamenti pro *Hæredibus, & Succeſſoribus quibuſcumque*; quam reſervationem reddere Juſpatronatus hæreditarium in nullius eſt controverſia, maximè concurrente obſervantia; nimirùm, quòd ſemper hæredes in ſucceſſivis vacationibus Beneficii præſentaverint abſque ulla expreſſione ſanguinis, juxta *Textum in Clement. Plures de jurepat. Rot. in Romana, ſeu Parmen. juriſpatronatus 13. Decembris* 1700. §. *Docuit coram Rmo Molines Decano*, & alios ſuperiùs relat. *Caſ.VI. n.*14. Itaut donec, & quouſque non reformetur, aut non reſcindatur præfata reſervatio, Juſpatronatus ſemper cenſendum ſit hæreditarium, & hæredes ſemper ſunt admittendi ad præſentandum, nulla habita ratione ad qualitatem ſanguinis, ob
2 eam rationem nimirum, quia pro cognoſcenda qualitate Juriſpatronatus unicè attendenda venit Lex fundationis, & non teſtamentaria diſpoſitio, authoritate, & conſenſu Epiſcopi deſtituta, ut notavi *Caſu præcedenti num.*10.*& ſeq.*, & concurrentibus pluribus diſpoſitionibus ſemper illa attendenda, & præferenda venit, quæ munita dignoſcitur eodem Epiſcopi conſenſu *Rot. in Tridentina Cappellaniæ* 2. *Martii* 1714. §. *Ex illo coram R.P.D. Falconerio*.

Tota igitur difficultas, & dubium verſatur, & reducitur ad hoc, videlicet, an attenta, purè, & præcisè voluntate Teſtatoris præfatum Juſpatronatus ſit hæreditarium, vel potiùs mixtum, aut gentilitium.

3 Et videtur dicendum eſſe mixtum; Regula enim generalis eſt, quòd mutatio voluntatis non præſumatur, & quòd credi non debeat Teſtatorem pœnituiſſe prioris voluntatis *Natt. conſ.* 476. *n.*7. *& 16. Rot. deciſ.* 168. *nu.* 6. *coram Buratt.* Axioma etiam indubitatum eſt, quòd Teſtator non cenſeatur receſſiſſe à teſtamento, & à prima voluntate, niſi adſit omnimoda incompatibilitas, contrarietas, & repugnantia ſecundæ voluntatis cum prima. *Pariſ. conſ.*61. *nu.*48. *tom.* 1. *Menoch. conſ.*317. *n.*29. *& conſ.*333. *n.*18. *Rot. deciſ.*168. *n.*4. *coram Buratt. & deciſ.* 237. *n.*1. *& ſeq. coram Merlin. & dec.*67. *n.*29. *par.* 13. *rec.* His principiis præmiſſis, cùm in caſu præſenti ſecundum teſta-
4 mentum reſervans Juſpatronatus pro *conſanguineis* non ſit incompatibile, nec contrarietur, nec repugnet cum primo reſervante Juſpatronatus pro *hæredibus, & ſucceſſoribus*; qualitas ſanguinis non repugnat, nec contrariatur qualitati hæreditariæ, ut per ſe patet, dicendum eſt Teſtatorem non revocaſſe primum teſtamentum, ſed Juſpatronatus pro *hæredibus* relictum in primo eſſe repetitum in ſecundo, & hoc ſecundum ſtare non correctivè, & revocativè, ſed declarativè primi; declarando pro quibus hæredibus, & ſucceſſoribus Teſtator voluerit reſervare Juſpatronatus in primo, nimirum pro hæredibus, & ſucceſſoribus conſanguineis; Et ſic videtur, voluntas Teſtatoris fuiſſe conſtituere Juſpatronatus mixtum, quale dicitur illud relictum pro hæredibus conſanguineis, ex ſuperiùs deductis *in Caſu VI. n.*16., & dicam infra.

5 Et patet in codicillis; ſi enim Teſtator in teſtamento relinquat Juſpatronatus pro *hæredibus, & ſucceſſoribus*, & poſtea in codicillo relinquat illud pro *conſanguineis*, hujuſmodi Juſpatronatus dicitur mixtum; quia codicillus in hoc caſu ſtaret declarativè, declarando nimirum Juſpatronatus fuiſſe relictum pro hæredibus, & ſucceſſoribus conſanguineis, & non ſtaret correctivè, aut revocativè, dum per codicillum numquam cenſetur receſſum à diſpoſitis in teſtamento, niſi adſit omnimoda repugnantia, & ſemper capi debet interpretatio, nè codicillus contradicat teſtamento, & nè illud corrigat, & ſi corrigat, quòd corrigat minus, quàm ſit poſſibile *Natt. conſ.* 106. *n.* 3. *tom.* 9. *Cyriac. controv.*584. *n.*22. *& ſeq. Roland.conſ.*31. *lib.*4.

lib.4. Rot. decis.73. n. 23. coram Otthobon. Ita pariter in casu duorum testamentorum, in quorum primo sit reservatum Juspatronatus pro *hæredibus*, & *successoribus*, & in secundo pro *consanguineis*, Juspatronatus conferetur mixtum; quia secundum testamentum staret declarativè, & non revocativè, & idem importaret, ac si Juspatronatus fuisset reservatum pro hæredibus, & successoribus consanguineis.

6. Eòque magìs hujusmodi Juspatronatus esset mixtum, si secundum testamentum reservans Juspatronatus pro consanguineis non contineret clausulam *cassans primum testamentum*, aut esset confirmatorium primi; quia tunc Juspatronatus relictum in primo testamento pro *hæredibus*, & *successoribus* conferetur repetitum in secundo, & qualitas hæreditaria contenta in testamento confirmato ita injungeretur cum qualitate sanguinis, quæ in testamento confirmante scripta est, ut in eo inesse conferetur, & Juspatronatus in eodem testamento confirmante relictum pro *consanguineis*, haberetur ac si fuisset relictum pro *consanguineis*, *hæredibus*, *ac successoribus*, ut docent *Cephal.cons. 63.& 64. per tot. Natta cons.483. & 484. & 527. Fusar. de substit. q.451. n.5. Surd. decis.38. n.17. & 230. n.21.*

7. Hæc omnia torquere videntur intellectum, & illum inclinare pro qualitate mixta præfati Jurispatronatus; sed eis minimè attentis censeo, inspecta purè, & præcisè voluntate Testatoris hujusmodi Juspatronatus esse merè gentilitium. Quoniam Testator, postquam reservavit Juspatronatus in primo testamento pro ejus *hæredibus*, & *successoribus quibuscumque*, devenit ex intervallo ad secundum testamentum, ibique reservavit Juspatronatus pro *consanguineis*, aut *consanguineis consanguineorum*, nulla habita mentione de qualitate hæreditaria: Ex quo sequitur Juspatronatus hæreditarium relictum in primo testamento non esse repetitum, sed ademptum in secundo; & Juspatronatus esse regulandum non ad formam primi testamenti, sed ad formam secundi; in quo cùm reservetur absolutè, & simpliciter pro eis de sanguine, dicendum est esse merè gentilitium, juxta *Ansald. in adnotatione ad suam decisionem inter impressas in ordine 52. num. 23.*

8 Stabilis namque, & immota est conclusio, quòd novum testamentum suaptè natura revocet, & irritet primum cum omnibus in eo contentis *l. jure ff. de legat. 3. & l. si quis priore ff. ad Senat. Consult. Trebell. Natta cons.476. n.17. Mantic. de conjectur. lib.12. tit.1. n.36. & seqq. Rota decis.222. n. 9. par. 18. tom. 1. rec.* Et quòd

9 posterior dispositio, & scriptura sit attendenda, quoties ista sit facta per intervallum, & non incontinenti; quia scilicet quando ex intervallo secunda dispositio diversimodè concipitur à prima, arguitur mutatio voluntatis, & correctio; sed ubi incontinenti legitur talis diversitas, non præsumitur correctio, ut rectè explicant *Glos. in l. si tibi ff. de adim. leg. verb. præsens* ibi-- *Item, quæ est ratio incontinenti, vel ex intervallo: responde, quia non est verisimile, ut corrigat, quod incontinenti fecerat, & facit -- Castren. in l. quod traditum 86. de condit. & demonstr.* ibi-- *Ut tunc inspiciatur ultima forma, vel scriptura, quando ex intervallo fiunt, secus si incontinenti, vel continuata scriptura; quia non censetur una prior, quàm alia, & sic non censetur recessum à præcedenti.* Quapropter totum id, quòd in secundo testamento non legitur repetitum, censetur revocatum, ut tuentur *Bart. in l. Statius Florus ff. de jur. Fisc. Ruin. cons.93. nu. 14. Fusar. de substit. quæst.451. n. 1.* Cùm autem in casu præ-

10 senti qualitas hæreditaria non legatur repetita in secundo testamento, sed solùm ibi volita reperitur qualitas gentilitia; sequitur hujusmodi Juspatronatus, inspecta voluntate Testatoris, esse merè gentilitium, & ejus hæredes titulo hæreditario non posse ad illud adspirare, nec vigore primi testamenti; quia illud est revocatum per secundum, nec vigore secundi; quia in eo Juspatronatus relictum pro illis non legitur; sed solùm pro consanguineis, ut in terminis fideicommissi dispositum fuit per *Text. in l. Statius Florus ff. de jur. Fisc.* ibi *-- fideicommissum non præstatur ex primo testamento per secundum revocato, non ex secundo, quia in eo relictum non fuit.*

11 Non obstant conclusiones, & axiomata superius pro concludenda qualitate mixta hujus Jurispatronatus, deducta nimirum, quòd mutatio voluntatis præsumi

mi non debeat, & quòd Teſtator non cenſeatur receſſiſſe à prima voluntate, niſi adſit omnimoda incompatibilitas, & repugnantia ſecundæ. Etenim iſta omnia procedunt in terminis teſtamenti, & codicilli, & in his terminis loquuntur authoritates ibi adductæ, non verò in ter-
12 minis duorum teſtamentorum. Ratio autem differentiæ inter utrumque eſt, quia cùm codicillis ſit pars teſtamenti, ac una, & eadem diſpoſitio cum teſtamento *Rot. deciſ.* 207. *n.* 43. *par.* 9. *tom.* 1. *rec.*, omnes præſumptiones dictant, omneſque capi debent interpretationes, ut ita concilietur teſtamentum cum codicillo, ut unum non remaneat revocatum per alterum. *Rot. in Narnien. Primogenituræ de Arca* 15. *Februarii* 1700. §. *Quoniam coram clar.me. Cardinali Caprara*. At verò in caſu duorum teſtamentorum, cùm ſecundum teſtamentum ſit actus, qui ſui natura tendit ad deſtructionem primi teſtamenti, & omnium in eo contentorum *Manſ. conſult.* 545. *num.* 2. *tom.* 6., ſequitur in dubio reſpondendum in excluſionem repetitionis qualitatis hæreditariæ, & in admiſſionem qualitatis Juriſpatronatus merè gentilitiæ in ſecundo teſtamento à Teſtatore volitæ, juxta differentiam, quam aſſignat *Rot.* inter unum, & alterum caſum *in Romana Canonum de Salviatis* 14. *Februarii* 1707. §. *His coram Reverendiſs. Molines Decano*.

13 Quòd procedit etiamſi ſecundum teſtamentum non haberet clauſulam *caſſans primum teſtamentum*, quoniam etiam ſinè hujuſmodi clauſula revocatoria primum teſtamentum reſervans Juſpatronatus pro *hæredibus*, *& ſucceſſoribus quibuſcumque*, dicitur ipſo jure caſſatum, & ruptum per ſecundum. *Decius conſ.* 512. *ſub n.* 1., maximè ſi in ſecundo teſtamento fuiſſet reſervatum Juſpatronatus pro *conſanguineis tantùm*, tunc enim expreſsè revocaretur primum teſtamentum, & excluderentur hæredes, utì hæredes à conſecutione hujuſmodi Juriſpatronatus propter dictionem *tantùm*, quæ eſt incluſiva expreſſorum, & reliquorum excluſiva. *Barboſ. de dictionibus dict.* 401. *n.* 2.

14 Procedit inſuper etiam ſi ſecundum teſtamentum eſſet confirmatorium primi; diſtinguendum eſt enim inter ſecundum teſtamentum continens confirmationem primi generalem quoad omnia, & ſecundum teſtamentum continens confirmationem primi ſpecialem quoad aliqua. Licèt enim teſtamentum confirmatorium primi generaliter quoad omnia illud non rumpat, nec revocet; ſed quidquid diſpoſitum fuit in primo cenſeatur repetitum in ſecundo, ex authoritatibus ſuperius adductis §. *Eòque magìs*, tamen teſtamentum confirmatorium primi ſpecialiter quoad aliqua, quoad non confirmata cenſetur revocatum. Unde cùm in caſu præſenti licèt admittatur ſecundum teſtamentum confirmaſſe primum quoad aliqua ibi diſpoſita, tamen cùm non legatur confirmaſſe primum quoad qualitatem Juriſpatronatus hæreditariam; iſta non dicitur repetita in ſecundo teſtamento præſeferente qualitatem Juriſpatronatus merè gentilitiam, & cenſetur mutata voluntas Teſtatoris quoad dictam qualitatem hæreditariam *Manſ. conſult.* 545. *n.* 2. *tom.* 1.

15 Probato autem ex his, quòd hujuſmodi Juſpatronatus, attenta purè, & præcisè voluntate Teſtatoris, ſit merè gentilitium, & quòd Teſtator voluerit ſuccedere in eo omnes ejus conſanguineos, nulla habita ratione qualitatis hæreditariæ; iidem conſanguinei vigore ſecundi teſtamenti revocatorii primi, poterunt inſtare apud legitimum Superiorem, ut ſupradicta reſervatio facta ab Epiſcopo in limine erectionis Beneficii pro *hæredibus*, *& ſucceſſoribus quibuſcumque* ad formam primi teſtamenti reſcindatur, aut reformetur, & redigatur ad formam ſecundi teſtamenti, nimirum pro *conſanguineis*, *aut conſanguineis conſanguineorum*, juxta voluntatem Teſtatoris in eodem ſecundo teſtamento expreſſam, quam Epiſcopus non poterat alterare, nec adversùs eam aliquid agere. *Vivian. de jurepatr. lib.* 4. *cap.* 9. *n.* 7. *& ſeq. Rot. in Tridentina Cappellaniæ* 2. *Martii* 1714. §. *Inſuper coram R.P.D. Falconerio*.

ARGUMENTUM.

Reſervato Jurepatronatus Activo, vel Paſſivo à Fundatore pro ejus *Deſcendentibus*; Qui prætendit ad ſe ſpectare Juſpatronatus tamquam Deſcendens, quomodo, & ex quibus probare teneatur hujuſmodi deſcendentiam?

SUMMARIUM.

1 *Ad effectum succedendi in jurepatronatus gentilitio tam activo, quàm passivo rigorosè sumpto, non sufficit probare descendentiam in genere à Fundatore, secus ad effectum succedendi in jurepatronatus gentilitio minùs rigorosè sumpto*, & n.2. & 18.

3 *Juspatronatus simpliciter reservatum à Fundatore pro* ejus Descendentibus, & Consanguineis *est gentilitium minùs rigorosè sumptum.*

4 *Ad probandam descendentiam in genere admitti solent leviores probationes*, & num.25.

5 *Descendentia à Fundatore probari potest per fidem Baptismatis.*

6 *Per Testamentum*, sed intellige, ut ibi.

7 *Per Capitula matrimonialia.*

8 *Per declarationes, seu confessiones eorum de familia Fundatoris.*

9 *An, & ex quibus enunciativis probari possit hujusmodi descendentia?*

10 *Descendentia à Fundatore probari potest ex identitate Patriæ, Insignium, & Cognominis*, sed limita ut ibi.

11 *Ex Libris.*

12 *Ex Epistolis.*

13 *Per publicam vocem, & famam.*

14 *Per Testes*; sed intellige, ut ibi, & n.24. & n.27. usque ad 30.

15 *His mediis etiam probari potest descendentia ad effectum succedendi in jurepatronatus passivo gentilitio tam stricto, quàm lato modo sumpto.*

16 *In jurepatronatus gentilitio passivo lato modo sumpto Patronus habet liberam facultatem præsentandi quemcumque intrà genus Consanguineorum.*

17 *Reservato jurepatronatus favore Clerici de cognomine Fundatoris, vel de ejus parentela, Clericus, ut præsentari possit, sufficit, quòd probet in se concurrere alternativè unam ex dictis qualitatibus.*

19 *Vocatis Consanguineis ad juspatronatus passivum vocatione directa Proximior præferri debet.*

20 *Reservato jurepatronatus pro Consanguineis Fundatoris, aut pro Consanguineis Consanguineorum, Consanguineus Fundatoris præsentari debet prælativè ad Consanguineos Consanguineorum.*

21 *Reservato jurepatronatus passivo pro familia effectiva Patronus non potest præsentare eum de familia contentiva.*

22 *Passivè vocatus non indiget præsentatione Patroni, sed præsentatus dicitur ab ipsomet Fundatore.*

23 *Restitutio in integrum semel denegata an, & quando concedi possit?*

26 *Quæ sint requisita Textus* in cap. licèt ex quadam de Testibus.

31 *Institutio debetur legitimè præsentato.*

32 *Patronus an, & quando possit præsentare quem maluerit intrà certum genus personarum, nullatenus attenta qualitate proximioritatis, vel remotioritatis?* & num.35.

33 *Vocatio directa quæ sit, & quæ vocatio mediata, & quæ sit differentia inter utramque?*

34 *Prima vocatio semper in prædilectos dirigi solet.*

CASUS IX.

REservatum fuit Juspatronatus à Fundatore in limine fundationis Beneficii A. pro *ejus Descendentibus, & Consanguineis*. Vacato eodem Beneficio, Titius prætendens descendere à Fundatore, & ad se spectare Juspatronatus, præsentavit ad illud Rectorem: E contra alii verè descendentes; existimantes Titium nullatenus descendere à Fundatore, se opposuerunt, nolentes eum admittere unà cum ipsis ad præsentandum. Quæro an, & quibus mediis Titius probare teneatur hujusmodi descendentiam ad effectum, ut possit unà cum aliis verè descendentibus concurrere ad præsentandum?

1 In hac quæstione, ut clarè procedatur distinguendum est inter reservationem Jurispatronatus activi factam à Fundatore pro *ejus Descendentibus, & Consanguineis* per modum unius Corporis, & Collegii, nulla habita distinctione graduum proximioritatis, & inter reservationem Jurispatronatus pro *ejus Descendentibus, & Consanguineis*, habito respectu ad gradus proximioritatis, & agnationis, seu quod idem est, inter Juspatronatus gentilitium lato modo, & Juspatronatus gentilitium stricto modo sumptum. Ad effectum succedendi in Jurepatronatus gentilitio activo rigorosè sumpto, non sufficit probare descendentiam in genere à Fundatore, sed est ea probanda per gradus

gradus distinctos, & in gradu proximioritatis, & agnationis; maximè si concurrat alius, qui prætendat se proximiorem, ea ratione, quia, ubi in reservatione Jurispatronatus terminus pro *Descendentibus* qualificatur cum termino *Proximioribus*, & *Agnatis*, non sufficit eum probare in abstracto, sed debet probari concursus termini qualificantis, juxta *Lotter. de re benef. lib.2. quæst. 11. n.5. Rot. decis. 372. nu.8. par.17. rec. & decis.71. nu.8. post Vivian. de jurepat.*, & *in Gerunden. Beneficii 5. Maji 1692. coram Benincasa apud Bertachin. vot. decis.89. nu. 11.*, & *in Tuden. Parochialis de Reverteme §. Nec obstat coram R.P.D. Falconerio inferiùs legen. n.22.*

2 Ad effectum verò succedendi in Jurepatronatus gentilitio minùs rigorosè sumpto, sufficit probare descendentiam in genere; & quòd quis habeat qualitatem sanguinis descendentalem, nulla habita ratione proximioritatis, cùm in eo succedant remotiores æquè ac proximiores *Rot. decis.255. nu.6. par. 10. & decis. 422. n.10. & seq. pat.18. tom.2. rec.*

3 Præsuppositа hujusmodi distinctione, cùm in casu præsenti agatur de Jurepatronatus gentilitio minùs rigorosè, seu lato modo sumpto, nimirum reservato à Fundatore simpliciter pro *ejus descendentibus*, & *consanguineis*, Titius ad effectum concurrendi cum aliis descendentibus ad præsentandum, & succedendi in dicto Jurepatronatus, tenetur probare ejus descendentiam à Fundatore in gene-
4 re; ad quam probandam cùm admitti soleant indicia, conjecturæ, & aliæ leviores probationes, juxta *Garz. de Benefic. par.7. cap.15. nu.28. Rot. decis.145. nu. 1. par.10. & decis.511. nu.12. par. 5. tom. 2. rec. & decis.309. n. 3. coram Peutinger. & decis.154. nu.13. coram Bich., & in dicta Tuden. Parochialis de Reverteme §. Nec obstat*, poterit illam probare.

5 Primò per fidem Baptismatis, in qua enuncietur Titium esse filium ejus, qui est de sanguine, & descendens à Fundatore. *Surd. cons.1. nu.45. Rot. decis. 162. n.12. par.12. rec. & decis.70. n.3. coram Buratt. & in Romana, seu Parmen. jurispatronatus 9. Junii 1700. §. Lucidissimè coram Reverendiss. Molines Decano*, & *in Spoletana fideicommissi 6. Februarii 1702. §. Minùs adversatur coram R. P. D. Lancetta, & in Ferrarien. Primogenituræ 4. Februarii 1709. §. De hac descendentia vers. fidium Baptismatis coram Reverendiss. Molines Decano*, & *in Faventina successionis 22. Aprilis 1712. §. Siquidem coram R.P.D. Crispo*, & *in Cassanen. Beneficii 2. Martii 1714. §. Et quidem coram R.P.D. Ansaldo*, & *in Fossanen. jurispatronatus 12. Martii 1703. §. Quod verò coram clar.mem. Card. Caprara*.

6 Secundò, per testamentum, dummodo sit in forma publica, & non sit simplex copia carens requisitis *cap. 1. de fid. Instrum.* juxta *Rot. coram Ubald. decis. 66. n.6. & decis.90. num.7. coram Cerro, & in dicta Cassanen. Beneficii 2. Martii 1714. §. Et quidem*, & *§. Hujusmodi cum seq. coram R.P.D. Ansaldo, & in Gerunden. jurispatronatus 4. Februarii 1715. §. De hac, & prima Julii ejusdem anni §. Benè etiam coram R.P.D. Lancetta*. Etenim si sit simplex copia confecta absque solemnitatibus à jure in exemplatione scripturarum requisitis, nimirum absque interventu Judicis, absque causa exemplationis, citatione interesse habentium, & absque subscriptione Notarii nihil probaret, & nullam fidem mereretur *Menoch.cons.107. n.14. Pax Jordan. var. elucubrat. tom.3. lib. 14. tit. 20. n. 288. & 297.*, & alii relat. à *Rot. in Pampilonen. Beneficii, seu Portionis de Licdena 23. Martii 1703. coram Omanna*.

7 Tertiò, Poterit illam probare ex Capitulis matrimonialibus, in quibus asseratur ejus Patrem, aut matrem descendere, & esse de sanguine fundatoris, *Rot. decis.148. n.6. coram Comitulo, & decis. 755. n.7. coram Buratt. & decis.219. n.5. coram Coccin. & decis. 347. n.3. coram Celso*, & *in Neapolitana, seu Civitatis Castelli descendentiæ 14. Junii 1700. §. Cùm enim coram Eminentissimo Priolo*, & *in Mediolanen. Beneficii 1. Aprilis 1707. §. Quod autem cor. R.P.D. Ansaldo*.

8 Quartò: Per declarationes, seu confessiones factas ab aliis de familia Fundatoris, qui semper habuerunt, tenuerunt, ac reputarunt Titium de dicta familia. Quæ quidem declarationes, & confessiones præcellunt cuicumque alteri probationi, & probant descendentiam etiam in præjudicium tertii utpotè factæ, ab illis qui præsumuntur scire jura sanguinis *ad Text.*

in cap. per tuas de probat. Rot. decis. 264. *n.*6. *coram Priolo, & decis.*488. *n.*9. *coram Merlin.*, *& in Neapolitana, seu Civitatis Castelli descendentiæ* §. *Quo verò, & §. ad comprobandum* 14. *Junii* 1700. *coram Eminentissimo Priolo, & in Oveten. Beneficii* 21. *Januar.* 1707. §. *Præterquamquod coram Omanna, & in Romana Successionis* 9. *Martii* 1707. §. *Solumque coram R.P.D. Ansaldo.*

9 Quintò, Ex enunciativis emissis à Principe in ejus Diplomate, quibus enuncietur Titium esse descendentem, & de sanguine Fundatoris, *Rota in d. Neapolitana, seu Civitatis Castelli descendentiæ* 14. *Jun.* 1700. §. *Sed quatenus coram Eminentissimo Priolo, & in Ferranen. Primogenituræ* 4. *Februarii* 1709. §. *De hac coram Reverendis. Molines Decano.* Ex enunciativis emissis in aliis Instrumentis probari quidem potest descendentia, dummodo tamen illæ sint adminiculatæ aliis publicis documentis, *Rota decis.* 359. *n.* 2. *& seqq. par.*6. *& decis.*145. *n.*4. *& seq. par.*10. *& in Cassanen. Beneficii* 27. *Martii* 1713. §. *Verùm coram R. P. D. Crispo.*

10 Sextò, Ex Identitate Patriæ, Insignium, & cognominis cum illo Fundatoris; sed hujusmodi idemtitas non est sufficiens argumentum conjunctionis sanguinis, & descendentiæ à Fundatore, nisi concurrant alia adminicula; fieri namque potest, quod quis habeat agnominationem, & tamen, quod non habeat veram sanguinis conjunctionem cum Fundatore, ea ratione, quia assumptio nominis, & cognominis est unicuique libera, *Capyc. Latr. consul.* 50. *num.* 27. *Card. de Luca de fideicom. disc.* 50. *n.*17. *&* 21. *Capon. cons. forens.* 52. *num.*19. *Rota decis.* 511. *n.* 8. *par.* 2. *rec. & in Ferrarien. primogenituræ* 4. *Febr.* 1709. §. *Ex illis coram Reverendis. Molines Decano, & in Faventina successionis* 27. *Aprilis* 1712. §. *Quin subsistat coram R.P.D. Crispo, & in Vaden. Canonicatus* 14. *Martii* 1712. *coram R. P. D. Lancetta.*

11 Septimò, Ex libris Decimarum, & Mortuorum, & Catastri, in quibus singulis gradus, & personæ reperiantur descriptæ, & ex libris publicis extractionis officialium, ubi omnes, qui nascuntur propter distributionem officiorum deligenter adnotantur, *Rota decis.*90. *n.*2., *& dec.*84. *n.*8. *& decis.*232. *n.*16. *par.* 5. *tom.*1. *rec.*, *& decis.*133. *n.*12. *par.*12. *rec.*

12 Octavò, Ex Epistolis, in quibus enuncietur Titium esse de familia, & descendentem à Fundatore, *Rota in d. Ferrarien. Primogenituræ* 4. *Febr.* 1709. §. *Nil autem coram Reverendis. Molines Decano, & in dicta Faventina Successionis* 22. *Apr.*1712. §. *Addito coram R.P.D. Crispo.*

13 Nonò, Per publicam vocem, & famam, *Rota decis.* 276. *n.*7. *par.* 3., *& decis.* 331. *n.*2. *& seqq. par.*6. *rec.*

14 Decimò, Denique probare poterit Titius eamdem descendentiam per Testes, cum hac tamen distinctione, quod si non versemur in antiquis, idest supra centum annos, admittendi sunt Testes, qui deponant de scientia, seu qui cognoverint Titium, & eum esse descendentem à Fundatore, si verò versemur in antiquis, sufficit admittere Testes, qui deponant de auditu, & fama *Lotter. de re benef. lib.* 2. *quæst.*11. *n.*100. *& seq.*, dummodo tamen deponant cum omnibus aliis requisitis, *Textus in cap. licet de attestat. enumeratis à Sac. Rota in dicta Tuden. Parochialis de Reverteme* §. *Requisita inferiùs legen. n.*22. Et dummodo eorum attestationes conquassatæ, & conflictatæ non reddantur à contrariis testibus deponentibus Titium non descendere, nec cognationem sanguinis habere cum Fundatore, *Rota in d. Tuden. Parochialis* §. *non omittendo, & in Cassanen. Beneficii* 27. *Martii* 1713. §. *Verùm coram R.P.D. Crispo.*

15 His omnibus, quibus probari potest descendentia, & conjunctio sanguinis cum Fundatore beneficii ad effectum succedendi in Jurepatronatus Gentilitio activo, probari etiam potest eadem descendentia ad effectum succedendi in Jurepatronatus Gentilitio Passivo lato modo sumpto, seu reservato a Fundatore pro ejus *Consanguineis, & Descendentibus*, nullo habito respectu ad gradum proximioritatis, & agnationis. Ad hoc enim, ut quis succedere valeat in hujusmodi Jurepatronatus Passivo non requiritur, quod probet ejus descendentiam à Fundatore in gradu proximioritatis, aut agnationis, sed sufficit eam probare in genere. Ratio

16 est, quia in Jurepatronatus Gentilitio Passivo lato modo sumpto omnes consanguinei, & descendentes Fundatoris per modum unius generis, & Collegii Personarum censentur vocati vocatione

me-

mediata, seu censetur data libera, & ampla facultas Patrono præsentandi, quem maluerit intrà dictum genus personarum, sive sit proximior, sive remotior, *Garz. de benef.par.7. cap.14. n.18. Card. de Luca de jurepatr. disc.45. n.3. Amostaz. de caus. piis lib.3. cap.7. num. 37. Rota in Civitatis Castelli Canonicatus 12. Martii 1714. §.Conciliari coram Eminentissimo Scotto* in-
17 feriùs legen. *num. 31.* sicuti reservato Jurepatronatus passivo favore Clerici de cognomine Fundatoris, vel de ejus Parentela, ad effectum, ut Clericus validè præsentari possit ad Beneficium, non tenetur probare copulativè qualitatem cognominis, & qualitatem Parentelæ, sed sufficit, quòd unam, vel alteram probet se habere, quia in hoc casu Patronus habet liberam facultatem præsentandi alternativè, vel Clericum de parentela, vel Clericum de cognomine Fundatoris, *Rot. in Majoricen. Beneficii 26. Januar. 1703. §.Idque coram R. P. D. Lancetta.*

18 Ad effectum verò succedendi in Jurepatronatus Gentilitio Passivo rigorosè sumpto, utì esset, quando fuissent vocati consanguinei, aut descendentes Fundatoris vocatione directa, aut fuisset reservatum pro *Consanguineis Fundatoris*, aut pro *Consanguineis Consanguineorum*, aut fuisset reservatum pro familia effectiva Fundatoris, tunc non sufficeret probare descendentiam in genere, sed probari deberet in specie nimirum in gradu proximiori-
19 tatis, aut agnationis. Ea ratione quia si fuissent vocati consanguinei, & descendentes Fundatoris vocatione directa; Proximior deberet præferri, quia vocatio dirigeretur ad Judicem, & facta censeretur cum relatione ad dispositionem juris præferentis proximiorem juxta distinctionem, quam supra insinuavi in *Apparatum n.11.* firmatam à D. Advocato Pitoniomeo Præceptore in ejus novo *tract. de contr. Patr. alleg.1. & secutam à S. Rota in d. Civitatis Castelli 12. Martii 1714. §.Conciliari cor. Emo Scotto.* Si verò Juspatronatus pas-
20 sivũ fuisset reservatum pro *consanguineis Fundatoris*, aut *consanguineis consanguineorum*, consanguineus ipsius Fundatoris præsentari deberet prælativè quoad omnes alios consanguineos consanguineorum, itaut si Patronus existente consanguineo Fundatoris habili ad obtinendum beneficium, præsentasset consanguineum consanguineorum, huic non deberetur institutio, sed esset adjudicandum beneficium consanguineo Fundatoris, licèt non præsentato à Patrono, quia in hoc casu haberetur pro præsentato ab ipso Fundatore, ut expressè resolutum fuit *à S. Rota in Valentina Beneficii 6. Decembris 1713. §.Clara cum sequentibus coram R.P.D. Lancetta confirmata 27. Apr. 1714. coram R.P.D. Crispo §.Cum juxta.* Et si Jus-
21 patronatus passivum fuisset, reservatum pro familia effectiva Fundatoris, deberet præsentari ille, qui est de hujusmodi familia, & non posset Patronus præsentare alium licèt consanguineum, & de linea contentiva Fundatoris, itaut se hunc præsentasset præsentatio esset nulla, & institutio esset concedenda illi de familia effectiva licèt non præsentato à Patrono, sicuti vocato certo genere personarum ad Juspatronatus passivum, si Patronus præsentaret extraneum, & non illum de genere vocato, institutio esset huic concedenda ad exclusionem præsentati à Pa-
22 trono; quia passivè vocatus nullis indiget Patronorum suffragiis, dum præsentatus dicitur ab ipso Fundatore; & consequenter, ut quis succedere valeat in hujusmodi Jurepatronatus passivo stricto modo sumpto, non sufficit probare qualemcumque descendentiam, & conjunctionem sanguinis cum Fundatore, sed est probanda descendentia cum eo gradu proximioritatis, & agnationis à Fundatore designato, ut docent *Abb. in cap. cum in cunctis §.Inferior n.10. & seqq. de elect. Lambertin. de jurepat. lib.2. par.1. quæst.8. art.4. n.15.* Et decisum fuit *à S. Rota in Sutrina Canonicatus 21. Junii 1706. §.Cùm enim coram Eminentissimo Priolo, in Asten. Beneficii 10. Decembris 1714. §.Et è contra coram R. P. D. Ansaldo, & in Tridentina Cappellaniæ 5. Aprilis 1715. §.Verumtamen coram R.P.D. Cerro.*

R. P. D. FALCONERIO

Tuden. Parochialis de Reverteme.

Vener. 17. Junii 1712.

POst tres Sententias Rotales, totidemque decisiones editas coram R. P. D. meo Ansaldo sub die 25. Junii 1708. coram

ram R.P.D. meo Lancetta die 7. Decembris ejusdem anni, & coram R. P. D. meo Polignac die 11. Martii 1709. discussa in devolutivo, ac in gradu restitutionis in integrum causa coram Eminentiss.Priolo sub die 7. Aprilis 1710. canonizata fuit res judicata cum taxatione expensarum; at quia Petrus ad effectum probandi suam descendentiam à Fundatore controversæ Parochialis obtinuerat coramR.P.D.Lancetta Remissoriam,& Compulsoriam cum clausula *non retardata*; Processus verò remissorialis, nonnisi post judicatum Eminentissimi Prioli ad Urbem delatus fuit, idcirco Signatura justitiæ iterum in devolutivo causam appellationis mihi delegavit cum clausula S. *P. rei judicatæ*, unde opus fuit ad tenorem commissionis denuò ad trutinam revocare dubium -- *An constet de causis restitutionis in integrum, seu potius de re judicata*, super quo DD.--*non constare de causis mihi præbuere responsum*.

23 Quotiescunque enim à Sacra Rota jam fuerat semel denegata restitutio in integrum coram Eminentissimo Priolo non videbatur Petrum posse amplius in gradu restitutionis in integrum audiri, nè admittatur restitutio restitutionis contra Signaturæ stylum, & juris determinationem expensam à *Saliceto in l. quamquam sub n.3.C.si sæpius in integrum restit.postul.*, sed quia secunda restitutio non fuit incoloratè petita, ut ait *Textus in l.Minor autem §.Denique ff.de minor.25.annorum*,sed ex novis defensionibus à processu remissoriali resultantibus in præcedentibus instantiis non discussis, juridicè à Signatura justitiæ iterum delegata fuit restitutionis in integrum cognitio, & cum iterato dubio coram me disputata juxta *Textum in dicta l. quamquam, & l.final. C.si sæpius in integr. restit. postulat.*, ubi latè Salicetus *Rota in Calaguritana restitutionis in integr. 12. Febr. 1590. §. Nullo verò coram Orano impress. apud Marches. de commiss. part.2. §.Primo fol. 118.* Cùmque aliud sit, quòd quis restituatur ad appellandum, aliud verò, quòd restituatur ad totam causam; Cùm in primo casu sufficiat nova causa oriens ex novis defensionibus;in secundo autem casu oporteat, ut ex dictis novis defensionibus plenè, concludenter, ac plenariè probetur læsio, & injustitia præcedentium Sententiarum,sive illarum gravamen ab initio latens, ut distinguendo probat *Gloss. in l. prima verbo restituimus C.si sæpius in integrum restitut.postulat., ubi Salicetus sub num.5. cap.fin.* ibique pariter *Gloss.de in integrum restitut. ubi Innoc. in vers. Sed dices, & Panormit. sub n. 5.* Ideo DD. dd. novis defensionibus rimatis, ac plenè discussis nullam causam invenerunt concedendi petitam restitutionem, cùm nulla ex eis læsio probata remaneat, sinè qua præclusa est omnis via, ut illa concedi possit ad *Text.in cap.primo, & ibi Abbas num. 2. de restitut. in integrum l. si verum §.Sciendum, & l.quod si minor. ff. de minor. Rota in Romana, seu Januen. Legati 7.Junii præteriti in fine principii cor.R.P.D.meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore*, & passim alibi.

Controversia sanè inter Collitigantes versatur circa institutionem ad beneficium Parochiale S.Jacobi de Reverteme, ad quod Petrus aspirabat utì præsentatus à veris, & legitimis Patronis,Hyacinthus verò utì de genere Fundatoris suam prælationem adstruebat in verbis ipsius Fundationis Instrumenti ibi -- *con questo, che sempre nelle tali vacanze siano preferiti alcun Chierico, ò Chierici, che saranno nella mia generazione; e che essendovene, & avendosi opposto ad esso non possino presentare altro*--Quorum efficaciam idem Petrus agnoscens geminas proposuit exceptiones, alteram scilicet,quòd dictum Instrumentum est minùs legale, utì sumptum de sumpto:Alteram verò quòd ipse est de eodem genere Fundatoris; ideoque tamquam habens præsentationem Patronorum, & qualitatem descendentiæ à Fundatore dicto Hyacintho præferendus sit, & præsertim in casu dubio,nè Patroni remanerent privati suo jure præsentandi, *Modern.Roman.discept.Eccles.7.n.14. Rota in Valentina Beneficii 7.Junii 1694. §.Addebatur in fine coram Eminentissimo Priolo impress. post discept.7.*

Ast prima exceptio respiciens illegalitatem Instrumenti fundationis non quidem coadjuvata, sed penitùs destructa visa fuit à novis defensionibus: nam vigore litterarum compulsorialium servatis servandis compulsato prædicto Instrumento cum originali existente in Protocollo Notarii rogati, recognitum fuit in omni sui parte legale,& nec in syllaba ab

eo

eo diſcordare, ac proinde de illius fide nequit amplius in judicio hæſitari juxta ſtylum Sac.Rotæ, de quo ipſa teſtatur in *dec.43. de probat. in antiq.*

Secunda verò, quod idem Petrus ſit de genere Alvari Fundatoris, etſi hæc qua-
24 litas fuiſſet coram Ordinario articulata examinatis etiam deſuper quatuor teſtibus, attamen quia depoſuerunt de ſolo auditu abſque ullo fulcimento aliorum requiſitorum, quæ dinumerat *Textus in cap.licet ex quadam de Teſtibus*, eo merito fuerunt à Sacra Rota inſufficientes reputati, ut in deciſione R. P. D. mei Anſaldi *Non ſic dici poterat de Petro*, & in altera R. P. D. mei Lancettæ §. *Poſita; Verſ. qui licet ad probandum*, & in ultima R. P. D. mei Polignac §. *Nec quidquam*.

Nec obſtat, quòd diſpoſitio *d. Textus in cap.licet* ex quadam habeat tantummo-
25 do locum in cauſis matrimonialibus, in quibus Sacri Canones magìs rigorosè proceſſerunt *Aretin. conſ. 37. num. 3. Dec. conſ. 595. num. 8. verſ. non obſtant alia, Maſcard. de probat. concluſ. 410. num. 9. Garzias de benef. part. 7. cap. 15. nu. 35.*, præſertim quando non agitur de probanda deſcendentia per gradus diſtinctos, cum à Fundatore non fuerit vocatus proximior, ſed de ea probanda in genere, in quo caſu tot requiſita non requiruntur, ſed ſufficiunt leviores probationes etiam per indicia, & conjecturas *Paxiordan. elucubrat. lib. 10. tit. 27. nu. 38. Garzias de benef. par. 7. cap. 15. nu. 28. Rota deciſ. 145. nu. 1. par. 10. rec. & coram Bichio deciſ. 154. n. 13., & ſeq.*; Quia dicto objecto individualiter reſpondent *Lotter. de re benef. lib. 2. quæſt. 11. nu. 97. & ſeq., & Rota coram Mantica deciſ. 307. ſub num. 3. verſ. neque obſtat* ajentes ex identitate rationis diſpoſitionem dicti Textus vindicare ſibi locum, quotieſcumque agitur de gravi præjudicio, ut in materia ſucceſſionis, & fortiùs in illa Juriſpatronatus, in qua nè præjudicium inferatur Eccleſiæ, non ſufficit generica, & qualiſcumque deſcendentia, ſed exigitur deſcendentia legitima, quæ aliter non poteſt conſtitui, quam ex poſitione graduum, ut ad verbum tradit idem *Lotter. loc. cit., & nu. 99.*, & cum hac opinione proceſſit *Rota in dicta deciſ. diei 25. Junii 1708. §. Non ſic coram R.P. D. meo Anſaldo*; ubi concordantes, & in altera diei 7. Decembris ejuſdem anni §. *Fin. coram R.P.D. meo Lancetta*, ac in ultima diei 12. Martii 1709. §. *Pariter fin. coram R. P. D. meo Polignac in cauſa editis*.

Et abſque ullo dubio in hypotheſi, in qua Hyacinthus de ſua deſcendentia, & parentela docuerat per gradus diſtinctos publicis mediantibus Inſtrumentis, ac ſententiis in judicatum tranſactis; Ideoque in concurſu cum dicto Hyacintho nullo modo ſuffragari poteſt Petro generica ejuſdem deſcendentiæ probatio: *Rota coram Bichio deciſ. 232. nu. 16. coram Royas dec. 254. nu. 17.* cum aliis latè congeſtis in *Marſicen. Cappellaniæ 4. Julii 1698. §. Non tamen coram R. P. D. meo Anſaldo*.

Et quamvis vigore Litterarum remiſſorialium fuerint examinati alii ſex Teſtes, attamen Domini perſcrutando illorum depoſitiones non ſolùm eas denudatas agnoverunt requiſitis *dicti Textus in cap. licet ex quadam*, ſed inſuper illas inveneruntotaliter repugnantes, & deſtruentes depoſitiones dd. quatuor Teſtium coram Ordinario examinatorum, nec non etiam continentes inveriſimilia, ac ultro patientes quamplura in oppoſitum adminicula.

Requiſita quippe prædicti Textus in *Cap.licet, ex quadam* de Teſtibus ſex ſunt,
26 quæ reſpiciunt perſonas, & alia ſex, quæ ad earum dicta pertinent. Ex iis, quæ perſonas reſpiciunt, primum eſt, ut ſint perſonæ graves, quibus meritò fides ſit adhibenda: Secundum, ut ante litem motam teſtificata didicerint: Tertium ab antiquioribus quidem ſuis: Quartum non utique ab uno, cùm non ſufficeret ille, ſi viveret, ſed à duobus ad minus: Quintum non ab infamibus, & à ſuſpectis, ſed à fide dignis, & omni exceptione majoribus: Sextum nec tamen ſi unus à pluribus, vel infames ab hominibus bonæ famæ acceperint, quod teſtantur. Quæ verò reſpiciunt dicta: Primum, eſt, quod proprio juramento affirment ad ferendum teſtimonium in cauſa ipſa odio, amore, timore, vel commodo non procedere: Secundum, ut perſonas expreſſis nominibus, vel demonſtratione, vel circumlocutione ſufficienti deſignent: Tertium, ut ab utroque latere ſingulos gradus clara computatione diſtinguant: Quartum, ut ſuo juramento concludant ſe accepiſſe à ſuis majoribus,

bus, quod deponunt: Quintum ipsos credere ita esse: Sextum, quòd cum juramento affirment se vidisse personas, vel saltèm in uno prædictorum graduum constitutas pro consanguineis se habere; quæ omnia requisita simul concurrere debent, aliàs testimonium de auditu nil prodest, ut optimè ex ipso Textu colligitur, & ferè omnes Canonistæ concordant.

Descendendo modò ad scrutinium Te-
27 stium, eis deficere visum fuit primum requisitum, quòd sint personæ graves, quibus meritò fides sit adhibenda; quia ultra contrarietates, & exceptiones infra examinandas quinque ex eis nec ipsi Judici Subdelegato, nec pariter Notario erant noti, dum nomen, cognomen, & habitatio, uniuscujusque ex eis à propria tantùm assertione habebatur ibi -- *il quale così disse chiamarsi, & essere abitante &c.*, ideoque in eis verificari non possunt sancita à *Textu in leg. Testium fides* §. *Ideoque ff. de Testibus*, in quo Imperator Adrianus Junio Varo Legato Provinciæ Ciliciæ ita scripsit -- *Tu magis scire potes, quanta fides habenda sit Testibus, quinam, & cujus dignitatis, & cujus existimationis sint*-- nec ullo modo ad testificandum admitti poterant, ut ait *Textus in authent. de Testib.* §. *si verò ignoti, ibique Gloss. in eisdem verbis si verò ignoti* ibi--*Nota ignotum non admitti*, & concordat *Gloss. in leg. fin. vers. cognoscant C. de jure deliber.* Insuper neutiquam dici possunt personæ graves; nam à Testibus reprobatoriis pecuniis, & muneribus asseruntur corrupti à patruo Petri, & redarguuntur ulteriùs de paupertate, ebrietate, & vilissima conditione: Quocirca cùm illis tot levitates imputentur, haud quaquam graves reputari possunt, cùm illi Testes dicantur graves, qui non sunt leves, sed antiquiores, ac bonæ famæ, & opinionis *Gloss. in d. cap. licèt ex quadam verbo Personæ, ibique Hostien. num.* 4. & 5., & *cæteri Scribentes*.

Secundum, tertium, quartum, quintum,
28 & sextum requisita non indigent particulari examine, cùm de medio sublata remaneant ab inferius discutiendis super Testium contrarietate, super inverisimili eorum depositione, & super aliis exceptionibus, quibus gravati reperiuntur; itaut ab eis convicti, improbabile reddatur testificata audivisse à fide dignis, & omni exceptione majoribus, cùm isti tale nomen non mereantur, nisi longè ab eis absit quælibet umbra exceptionis *Gloss. in* §. *Item verbor. vers. idoneos instit. de inutil. stip. & in cap. primo verb. majores de consanguin. & affin.*, *Alex. consil.* 18. *nu.* 6. *lib.* 1. & *consil.* 70. *n.* 14. *vers. sed Testis ille lib.* 2. & *consil.* 146. *nu.* 29. *versic. præterea lib.* 5. & *consil.* 180. *sub nu.* 5. & *consil.* 183. *sub n.* 11. *lib.* 6. *Dec. cons.* 162. *n.* 12.

Progrediendo nunc ad examen requisitorum respicientium dicta Testium, deficit primum requisitum, quòd proprio juramento affirment ad ferendum testimonium in causa, odio, amore, timore, vel commodo non procedere; dum dicti Testes unicum præstiterunt juramentum de veritate dicenda, & nihilominus tenebantur ad duplicatum juramentum. Alterum scilicet circa dictum, & alterum, quòd non deponebant odio, amore, timore, vel commodo, prout de utroque juramento adest literalis dispositio *Text. in cap. quoties, ubi Gloss. vers. duplici juramento de Testib. & attest. Can. de Parentel. il* 2. 35. *quæst.* 6. *Hostien. in d. cap. licèt ex quadam sub n.* 10. *eod. tit.*

De secundo, & tertio requisito, nempe, quòd personas expressis nominibus, vel demonstratione, vel circumlocutione sufficienti designent, & ut ab utroque latere singulos gradus clara computatione distinguant, inferius itidem erit agendum, cùm de contrarietate, & variatione in primo gradu erit sermo; qua de re inutilis redditur discussio aliorum requisitorum, dum aliquo ex eis absque dubio ex præmissis deficiente inanis extat integra Testium depositio, ut probat summa dicti *Text. in cap. licèt ex quadam de Testib. & attestat.* ibi--*Ponit Concilium duodecim res, sinè quibus ad probandam consanguinitatem in causa matrimoniali non valet testimonium de auditu*, & in verbis concordant *Panormitan. in princ. & cæteri Scribentes*.

Probato, quòd Testes non deponant servata forma dicti *Textus in cap. licèt ex quadam*: Quamvis absoluta videatur omnis quæstio, nihilominus Domini nè quid intactum remaneat percurrendo contrarietates, eas tam in Petro articulante, quàm in testibus invenerunt; In Petro quippe articulante, dum primo loco coram

ram Ordinario articulavit Petrum Gil suum tritavum fuisse fratrem Alvari Gil Abbatis,& Rectoris Parochialium Ecclesiarum Sancti Jacobi, & Sancti Cypriani, fundatoris Cappellæ *del Remedio*, & Majoratus: Successivè Testes induxit, qui dictam articulatam descendentiam deposuerunt. Secundo loco in Rota exhibuit novos articulos, quibus probare prætendebat Alvarum Gil fuisse suum avum, ac pariter avum Alvari junioris patris Hyacinthi: Tertio loco coram Judice Remissoriali, cum supposito, quòd fuisset erratum in dictis articulis in Curia exhibitis diversos produxit articulos, in quorum sexto articulavit Petrum, quem in prima instantia articulaverat, & Testium depositione probaverat fuisse suum tritavum, & fratrem Alvari fundatoris fuisse quidem suum tritavum, sed non amplius fratrem, sed filium Alvari fundatoris, prout Testes conati sunt concludere.

Inexcusabilis idcirco est Petri contrarietas in modo articulandi, & à jure im-
29 probata; Quoniam licèt articulans non fateatur, tamen quando articulos judicialiter reproduxit, & Testes super eis examinavit, tunc nequit amplius sibi contradicere, neque contrariam confessionem in judicio emittere, cùm in isto casu articulans habeatur pro confesso, *Jo. Andreas in cap. cum impositionibus n.1. de jur. jur. in 6. Scacc. de judic. lib.2.cap.7.n.687. Michelor. de posit. cap.4. n.24.* quos sequitur *Rota in Firmana Salviani 4. Februarii 1711. sub §. final. coram me*, & licèt aliquando admittatur inconstantia in articulis, attamen hæc procedit vel quando probatur error, vel quando veteres attestationes fuerunt deperditæ absque dolo, & culpa Partis, vel quando Testes in prima instantia non fuerunt ritè, & legitimè recepti, vel demum quando altera Pars consentiat;sed numquam in casu quo primi articuli fuerunt judicialiter producti, Testes legitimè super eis examinati, & Causa super eorum depositione fuit coram Judice discussa; cùm in his terminis illicita sit inconstantia, & contraria articulans non audiatur, ut latè probat *Card. Albit. de inconstan. in judic. qu. 23. per tot.* & ratio videtur esse, quia non solùm per productionem articulorum approbata censetur materia articulata, sed etiam quia Testes super eis examinati plenè probant contra inducentem, & contra eum, qui pluries usus fuit eorum depositionibus in judicio, *idem Card.Albit.q.36. per tot. Rot. decis.669. n.10. par.19. to. 2. rec.*, & in his terminis *in dicta Firmana Salviani 4. Februarii 1711. §. finali coram me*.

Concomitans est altera Testium contrarietas, dum illi in prima instantia examinati deposuerunt Petrum Gil fuisse fratrem Alvari Gil Abbatis, & Rectoris Parochialium Ecclesiarum Sancti Jacobi, & Sancti Cypriani, & fundatoris tam Cappellæ S. Mariæ *del Remedio*, quàm dicti Majoratus: Illi verò examinati coram Judice Remissoriali concordando cum inconstantia Interrogatoriorum deposuerunt eumdem Petrum fuisse filium Alvari fundatoris; Unde cùm isti Testes non solùm conquassentur ab ipsis Testibus ab ipso Petro in prima instantia examinatis, qui omnes utì ab ipso producti nullo modo valent ad concordiam revocari, ut latè probat *Farinac. de Test. quæst.65.n.96.*, sed etiam à Testibus in eadem pariter prima instantia examinatis à Hyacintho, qui diversam genealogiam per gradus distinctos probant, indigitando ascendentes Petri provenire à diverso stipite, atque è diversa familia Guilli, & per consequens nullam habere consanguinitatem cum hac familia nuncupata Gil del Barro, prout pariter concordant alii Testes coram Judice Remissoriali ab eo examinati, qui optimè contradistinguunt utramque familiam, nempe illam Guilli,à qua descendere testantur Petrum ab illa Gilli, à qua suam originem trahit Hyacinthus, qui possidet Domum, & Turrim del Barro ad veram familiam Gil pertinentem, qua de re cùm à tot contrariis Testibus eorum depositiones conquassatæ remaneant,nullum probationis gradum de jure constituunt *Rota coram Coccin. decis.1087.n.89.* & passim cum cæteris relatis à *Rota in Valentina Beneficii 7. Junii 1694. §. Verùm sicuti coram Eminentiss. Priolo impress. apud Modern. Roman. post discept. Eccles.7.*

Inconstantia igitur Petri in articulando, atque contrarietas Testium ab ipso inductorum in deponendo, & probando suam descendentiam, quamcumque pro-
30 bationem elidunt; quia quotiescumque

descendentia probatur per Testes de auditu,& per famam: oportet,ut omnis exulet varietas, sive contrarietas, cùm testimonium debeat esse constans apud omnes, perpetuum, ac perpetuo tenore, sinè variatione, sinè contrarietate, & sinè repugnantia consistens *Can. de parentela il secondo 35. quæst. 6. Valenzuel. consil. 92. n. 193. & seqq. Garz. de Nobilit. glos. 18. §. 1. n. 13. Menoch. de arbitr. cas. 475. n. 13. & seqq.*

Nec Testium contradictio conciliari potest cum supposito, quòd illi in prima instantia examinati loquantur de Alvaro uno ex Primogenitis nominatis in Instrumento anni 1552., & Testes examinati coram Judice Remissoriali deponant de Alvaro fundatore; quia primi Testes sermonem faciunt de illo Alvaro, qui fuit Abbas, & Rector Ecclesiarum Sanctorum Jacobi, & Cypriani, cujus qualitates non verificantur in Alvaro Primogenito; imò iste non fuit unicus Patronus dictarum Ecclesiarum, sed pro medietate cum Ferdinando altero Primogenito: Ulterius ajunt Alvarum, de quo testantur fuisse fundatorem Cappellæ del Remedio, & hic fuit Alvarus senior, qui dictam Cappellam dotavit de anno 1552. non autem Alvarus Primogenitus. Insuper iidem Testes eumdem Alvarum asserunt fundatorem Majoratus, qui pariter fuit Alvarus senior, cùm Alvarus junior fuerit unus ex Primogenitis ab eo nominatis: Quo circa apertè conjicitur, depositiones Testium non esse conciliabiles, dum una destruit alteram, *Rota in Valentina Beneficii 7. Junii 1698. §. Verùm sicuti coram Eminentiss. Priolo impress. apud Modernum Romanum post discept. Eccles. 7.*

Insuper dictorum Testium depositiones prosternuntur ab inverisimilitudine, & à publicis documentis: Nimis inverisimile videtur, Alvarum fundatorem Abbatem, & Rectorem Parochialium Ecclesiarum Sanctorum Jacobi, & Cypriani potuisse habere Petrum filium, nisi susceptum dicatur ex sacrilego coitu,& quamvis Testes conentur asserere,eumdem Petrum fuisse filium legitimum,& naturalem dicti Alvari, qui deinde dissoluto matrimonio per obitum uxoris ad sacros ordines ascendit, & fuit Abbas, & Rector dictarum Parochialium, & quòd tunc ex sacrilego coitu susceptit Alvarum juniorem, & Ferdinandum, ad quorum favorem idem Alvarus senior erexit Primogenituram, seu Majoratum de anno 1552.; tamen quia de anno 1554. Alvarus prædictus condidit pariter testamentum,in quo hæredes instituit Franciscum Gil extraneum, proinde ab omni verisimilitudine aberrat, Petrum fuisse suum filium legitimum, & naturalem, & non fuisse à patre consideratum nec in erectione Majoratus, nec in testamento, atque illum voluisse acquiescere paternæ dispositioni, nec umquam eam contratabulare curasse,quę omnia cùm repugnent juris dispositioni, & ipsa juris dispositio sit vera, & propria probatio, eo ipso, quòd dispositio dicti Alvari non est juri conformis, ab ipso jure remansit elisa, ex traditis per *Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 37. n. 6. & seqq.*

Tanto magìs, quia juxta Canonicas sanctiones Alvarus fundator nil potuisset suis filiis sacrilegis, & ex damnato coitu susceptis relinquere, aut donare, nisi ex sola alimentorum causa *cap. perven. in fin. qui fil. sint legit. Alex. cons. 202. nu. 9. lib. 6. Surd. de alim. tit. 1. qu. 10. num. 1. & seqq.* ideoque ipsa sola inverisimilitudo Testes de falsitate redarguit, vel saltèm de falsitate suspectos reddit. *Bald. in leg. prima n. 16. C. de serv. fugit. Rot. coram Pania decis. 446. sub nu. 7. & in rec. decis. 79. nu. 18 par. 11. & decis. 619. n. 5. & 6. par. 18.*

Addito præsertim, quòd paulò post obitum Alvari orta fuit lis super pertinentia Jurispatronatus Ecclesiæ Parochialis Sanctæ Christinæ, quod supponebatur annexum Cappellæ del Remedio inter Basilium Donatarium Francisci hæredis dicti Alvari, & Primogenitos Majoratus ab illo erecti, & nihilominus neque dictus Petrus,neque ejus filius se opponere ausi fuerunt sub prætextu, quòd legitimam à dicto Alvaro traherent descendentiam, ut constat ex decisionibus in dicta Causa emanatis coram Ubaldo 29. 48. & 62., & ulterius nullus umquam ex ascendentibus Petri,atque descendentibus à dicto Petro ejus tritavo habuerunt aliquam possessionem tam super isto Patronatu, quàm super altero Sanctæ Christinæ, non obstante, quod uterque deberetur illis de genere Fundatoris, prout in terminis Patronorum,qui numquam præsen-

sentaverant, firmavit *Rota in Sorana juris patronatus super institutione 27. Januarii §. Non attenta, & 10. Decembris 1710. §. Ex quibus coram R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore.*

Neque aliquod fundamentum constitui valet super assertiva Testium coram Judice Remissoriali examinatorum, quòd Progenitores Hyacinthi, & Progenitores Petri pro consanguineis se habuerint; Nam ultra quod neque in ista parte concordant cum primis Testibus, qui nil penitùs de hujusmodi tractatu deposuerunt, & regulare est, quòd conquassati in parte, remaneant conquassati in totum, quatenus etiam iste tractatus fuisset legitimè probatus, adhuc nil prodesset, cùm esset unus ex duodecim requisitis præscriptis à *dicto Textu in cap. licèt ex quadam de testibus, & attest.*, quando omnes concurrere debent, ut supra fuit ostensum in §. *Requisita quippe, & in §. De secundo.*

Minusque vis fieri potest in depositione Alvari patris Hyacinthi exarata de anno 1698. occasione, qua Thomas frater consanguineus Petri ingredi intendebat in Collegium Studentium S. Clementis, & indiguit probare suam puritatem sanguinis; quæ dicta depositio supponitur concluса stante assertione, quòd idem Thomas descendebat ab Alvaro Gil avo ipsius deponentis: Quoniam licèt dicta depositio fuisset de falsitate redarguta, attamen vigore literarum compulsorialium non fuit formiter compulsata: quinimò ipse Alvarus habita de ea notitia in mortis articulo, præsente Confessario, Notario, & Testibus, publico mediante Instrumento declaravit dictam depositionem numquam emisisse. Et revera valde inverisimile videtur eum voluisse dictam parentelam testificari favore fratris consanguinei Petri, quando jam super ea pendebat lis inter proprium filium, & dictum Petrum; ideoque ista sola inverisimilitudo præsefert speciem falsitatis, juxta jam firmata in §. *Insuper*, & dixit *Rota in decis. 3. n. 10. decis. 114. n. 6. & dec. 305. n. 18. par. 18. rec.*

Et ita utraque &c.

R. P. D. SCOTTO.

Civitatis Castelli Canonicatus.

Lunæ 12. Martii 1714.

COmmunis pietas Annibalis, & Camillæ conjugum fundavit de anno 1678. ex communibus bonis patrimonialibus videlicet, & respectivè dotalibus in Ecclesia Cathedrali duos Canonicatus, reservando communiter illorum Juspatronatus activum Capitulo, & Canonicis mox dictæ Ecclesiæ; passivum verò primo loco favore natu majoris de familia Vincentii de Fuccis, & illius descendentium; qua extincta Patronis injunxerunt legem præsentandi, seu nominandi ad antedictos Canonicatus *un congiunto per cognazione, o affinità de i Signori Erettori*, inter quos eligi voluerunt illum, qui esset Civis Nobilis, aut Patritius dictæ Civitatis.

Sequuta nuper vacatione alterius ex dictis Canonicatibus per obitum Caroli de Fuccis; ideoque defectis personis in primam spem ad Juspatronatus passivum vocatis, gemini comparuerunt Oppositores in vim ulterioris vocationis præsentationem, & electionem petentibus, videlicet *Scipio de Marchesanis* per vinculum non minùs cognationis, quàm affinitatis dictis conjugibus, & fundatoribus conjunctus, necnon *Sebastianus de Longinis* agnatus Annibalis viri, & respectivè etiam affinis; Cumque Sebastianus fuerit rejectus, non solùm ex judicio Capituli Patroni, qui capitulariter congregatus præelexit per votorum pluralitatem Scipionem;

Sed etiam ex judicio Reverendissimi Episcopi pronunciantis eidem Scipioni dandam esse institutionem; reclamante propterea ab hujusmodi rejectione antedicto Sebastiano, mihique commissa ulteriori discussione Causæ, dubitavi in hodierna audientia apud Dominos-- *An, & cui sit adjudicandus Canonicatus?* & responsum accepi--*Canonicatum esse adjudicandum Scipioni.*

Ratio fuit, quia Scipio docuit, se ip-
31 sum esse qualificatum ad formam Juris patronatus passivi; videlicet conjunctum per cognationem, & affinitatem Fundatoribus, ut ex arbore plenè justificata, & in contrarium non impugnata, & inter No-

biles Civitatis adscriptum, & ulterius probavit se præelectum à Capitulo vero & legitimo Patrono, & judicio Ordinarii etiam approbatum, ex quibus visa fuit eidem debita adjudicatio Canonicatus in concursu Sebastiani nullam præsentationem habentis, & non minùs à Patrono, quàm etiam ab Ordinario rejecti *Rota decis. 37. par. 15., & in Majoricen. Beneficii 1. Februarii 1709. §. Illi enim coram R.P.D.meo Falconerio, & in Camerinen. Beneficiatus 10. Maji 1709. §. primo coram Reverendissimo D. meo Decano, & alibi passim.*

Absque eo, quòd visa fuerit, suffragari posse Sebastiano duplex qualitas, ut prætendebatur præponderans, nempe, quòd esset agnatus, & proximior; neutram enim ex dictis qualitatibus crediderunt Domini esse præponderantem, inspecta voluntate Erectorum, ac litera fundationis Juris patronatus, in qua data fuerat Patrono absoluta libertas præeligendi quem maluerit inter cognatos, & affines ibi -- *congionto per cognazione, o affinità delli Signori Erettori* -- sub quibus verbis non potest inferti ad prædilectionem agnationis, cùm ad summum omnes æqualiter dicantur vocati tam agnati, quàm cognati, & omnes per naturalem sanguinem, sive per affinitatem conjuncti, ut dixit *Rota in Sutrina Canonicatus 21. Junii 1706. §. finali coram Eminentiss. Priolo*, quando aliàs juxta strictam juris interpretationem appellatione *cognationis*, & minùs affinitatis non comprehenditur agnatio, ut *in l. Juris consultus ff. de grad. affinitat.*

Minusque juvare poterat altera qualitas proximioritatis, quia ubicumque in lege fundationis non est refrænatum absolutum arbitrium Patrono datum ad præsentationem Proximioris; sed libera, & ampla eidem tributa legitur facultas præsentandi quem maluerit intra certum genus Personarum; sufficit, quòd Præsentatus sit de genere designato, non attento an sit proximior, vel remotior *Garz. de Benef. par. 7. cap. 15. n. 18. Card. de Luc. de jurepatr. disc. 45. n. 3.*, & articulo ex professo examinato *Amostaz. de cauf. piis lib. 3. cap. 7. n. 37. Rota in Hortana Beneficii prima Junii 1708. §. Hinc coram Eminentiss. Priolo, & in Majoricen. Beneficii prima Februarii 1709. §. Post ita coram R. P. D. meo Falconerio*, & quamvis aliquando dd. qualitates agnationis, & proximioritatis expressè non consideratæ, tacitè tamen subintelligantur de jure inesse, & eminenter contineri sub nomine collectivo, & comprehensivo certi generis Personarum, ut *in Valentina Beneficii 6. Decembris 1713. §. Prælationem cum seqq. coram R.P. D. meo Lancetta, aliisque auctoritatibus in contrarium adductis.*

Conciliari nihilominus visa fuit Domini quælibet opinionum antimonia, & contrarietas, ac objectum subverti ex fœdere distinctionis communiter receptæ, quòd scilicet aut sumus in vocatione directa, puta si Fundator vocet personas de certo genere, & tunc proximior debet præferri; quia vocatio dirigitur ad Judicem, & facta censetur cum relatione ad dispositionem juris præferentis proximiorem, in quibus terminis intelligendæ sunt auctoritates in objecto allegatæ. Aut verò, ut in præsenti, agitur de vocatione mediata, videlicet, ubi Fundator verba non dirigit directè in vocatos, sed in Patronum, eidem committendo facultatem præeligendi unum de certo genere, & tunc censetur data Patrono libertas præeligendi quem maluerit de illo genere etiam remotiorem, ut distinguendo tradit *Carol. Anton. de Luca de lin. legal. artic. 24. n. 16. & Modern. Roman. in parergon. ad discept. Eccles. n. 12. tom. 2.* ratione illa à priori deducta, quia aliàs libertas concessa Patrono eligendi intrà certum genus remaneret frustratoria, & de vento, si teneretur proximiorem eligere, adeòut non posset utendo sua facultate præeligere remotiorem intrà genus comprehensum, & forsan magis qualificatum, ac magis dignum, quàm sit proximior, ut prosequuntur *Amostaz. de cauf. piis lib. 3. cap. 7. n. 37., & Rota in dicta Hortana Beneficii coram Eminentiss. Priolo, aliique supra allegati.*

Animadvertentibus DD. quamcumque removeri amaritudinem in præsenti ex eo, quòd Fundatores primo loco Juspatronatus passivum reliquerunt favore familiæ Vincentii de Fuccis, vel extraneæ, vel saltèm simpliciter cognatitiæ, & remotæ in ordine ad Annibalem confundatorem, & ex quo excludi videbatur, & remo-

removeri quælibet prædilectio ex volun-
34 tate Fundatorum favore agnati, vel proximioris; cùm prima vocatio, quæ solet semper in prædilectos dirigi, fuerit directa ad familiam, vel extraneam, vel per remotam cognationem dumtaxat conjunctam, & quidem quod magis, magisque urget de tempore quo aderant agnati, ut præcisè respondit *Rota in dicta Sutrina Canonicatus* 21. *Junii* 1706. §. *final. coram Eminentiss. Priolo*, & *in Interamnen. jurispatronatus* 10. *Decembris* 1706. §. *final. coram me*, & 15. *Martii* 1709. §. *Tollitur coram Eminentiss. Polignac*.

Levioris roboris apparuit postremum objectum, quòd Canonicatus fuerit dotatus ex bonis Annibalis viri, non autem Camillæ vxoris; unde Sebastianus tamquam illius agnatus esset præferendus: perlustrato enim Instrumento fundationis, agnoverunt Domini erectionem fuisse factam de bonis communibus, videlicet patrimonialibus Annibalis, & dotalibus Camillæ, quæ contulit propriam dotem scutorum 2000. pro qua habebat obligata omnia bona viri in qualibet gleba, ut literaliter exprimitur in dicto Instrumento, in quo semper Conjuges dicuntur in solidum Erectores, & apertè, ac indefinitè vocantur in genere omnes
35 conjuncti cognatione, & affinitate *delli Signori Erettori*; unde frustraneum visum fuit inquirere, an unus, vel alter contulerit majorem bonorum partem ad effectum præferendi magis conjunctum uni, quàm alteri; quando nimis aperta resistebat voluntas, quòd erectio fuerit communis, & quòd communis esset vocatio omnium cognatorum, & affinium utriusque, inter quos Patronus libertatem haberet præeligendi quem maluerit *Garz. de Benef. par.*7. *cap.* 15. *n.* 22., & magis præcisè deinde finita vocatione Conjunctorum utriusque Erectoris, conjuges videlicet & viri, *Amostaz. de caus. piis lib.*3. *cap.*8. *n.*24. & 36.

Et ita utraque &c.

ARGUMENTUM.

Filius naturalis, aut adoptivus an succedere possit in Jurepatronatus Gentilitio, & quando constare dicatur de filiatione naturali?

SUMMARIUM.

1 *Reservato Jurepatronatus pro Consanguineis, an sub nomine Consanguineorum comprehendantur illegitimi, aut spurii?* & num.5.

2 *Investitis à Testatore certis Personis in feudo, præsumuntur solùm investitæ Personæ Nobiles, non verò ignobiles.*

3 *Valet arguere à feudo, aut emphyteusi ad Juspatronatus.*

4 *Illegitimi, aut spurii sunt inhabiles ad ea, quæ in honore, & decore consistunt.*

6 *Vocatio eorum de sanguine ad Juspatronatus fieri potest vel per verba civilia, vel per verba naturalia, & quando sic fieri dicatur.* Vide num.7. & 10.

7 *Vocatis ad Juspatronatus eis de sanguine per verba civilia non succedunt in eo illegitimi, aut spurii, secus si illi de sanguine essent vocati per verba naturalia,* ut n.8. sed limita ut n.9. & n.14.

11 *Vocatis à Fundatore ad Juspatronatus ejus Consanguineis in eo succedere possunt per posteriùs illegitimi; Et quare?* n.12.

13 Lambertinus lib. 1. par.2. q.2. art.26. n.11. *quo sensu loquatur?*

15 *Filii spurii sunt odiosissimi, nec merentur filii appellare.*

16 *Filii spurii, licèt odiosissimi, an, & quando succedere possint in Jurepatronatus Gentilitio?* & n.17.

18 *Quæ sint conjecturæ exclusivæ filiationis tam respectu patris, quàm respectu matris?*

19 *Finis procreandi tam in masculis, quàm in fœminis, qui sit?* & n.35.

20 *Ad probandam filiationem respectu patris admittuntur præsumptiones, & conjecturæ.*

21 *Filiatio probari potest ad tres effectus, & qui sint isti effectus?* Vide ibi.

22 *Probatio filiationis naturalis ad effectum excludendi legitimos, & naturales à successione Jurispatronatus debet esse rigorosa, & concludens, secus ad effectum succedendi per posterius in defectum legitimorum, aut ad effectum excludendi Fiscum,* & n.26.

23 *Arcta custodia ventris prægnantis ad hunc effectum est probanda, & ex quibus non probetur?* Vide n.24.

25 *Filiatio ad prædictum effectum ex quibus non probetur?*

27 Fi-

27 *Filiatio naturalis ex quibus probari possit?* Vide ibi, & n. 28. usque ad 34.

36 *Filius adoptivus succedere non potest in Jurepatronatus Gentilitio.*

37 *Consanguineus Fundatoris an, & quando possit adoptare extraneum in filium, aut illum aggregare in parentelam, & ei communicare Juspatronatus?* & n. 38.

CASUS X.

FUndator Beneficii A. reservavit Juspatronatus ad illud pro ejus *Consanguineis*, quibus deficientibus substituit nonnullos de certa familia omnino extranea. Vacante Beneficio cùm non adesset ullus consanguineus legitimè descendens à Fundatore, sed solùm adesset unus filius illegitimus, & naturalis consanguineus ejusdem Fundatoris, illi de familia substituta prætendere cœperunt esse factum locum substitutioni favore sui ipsorum, & ad se spectare Juspatronatus, non verò in eo posse succedere præfatum illegitimum, & naturalem, seu bastardum. Quæritur proinde in hoc casu, an, & ad quem spectet hujusmodi Juspatronatus.

1 Et videtur spectare ad eos de familia substituta, & non ad bastardum, seu illegitimum, aut spurium; tum ex præsumpta mente Fundatoris, tum ratione; Et quidem inspecta mente Fundatoris, hic reservando Juspatronatus pro ejus consanguineis, nullam expresè mentionem fecit de illegitimis, aut spuriis; nec præsumitur de hujusmodi personis turpibus, & infectis cogitasse, adeòque non sub nomine *consanguineorum* comprehendere voluisse illegitimos, aut spurios, & eos succedere in Jurepatronatus *Bald. cons.* 207. *n.* 7. *vol.* 2. *Menoch. cons.* 85. *n.* 86. *& seq. Rot. in Januen. juris patronatus penès Vivian. de jurepat. lib.* 4. *cap.* 2. *vers. quòd autem.*

2 Sic investitis à Testatore certis personis in feudo, aut in emphyteusi honorifici Castri præsumuntur in eis investitæ solùm Personæ Nobiles, non verò ignobiles, *Bald. d. cons.* 207. *n.* 7. *vol.* 2. Ergo etiam investitis à Fundatore in limine fundationis Beneficii ejus consanguineis in Jurepatronatus, præsumuntur in eo investiti solùm consanguinei legitimi, &
3 naturales, non verò illegitimi, bastardi, aut spurii; Valet enim arguere à feudo, aut emphyteusi ad Juspatronatus, cùm hujus materia reguletur secundùm terminos feudi, & emphyteusis *Ciarlin. contr.* 172. *n.* 71. Et ita sentire videtur *Lambertin.* qui non solùm tuetur illegitimum non posse succedere in Jurepatronatus gentilitio, sed nec in hæreditario, nisi sit institutus hæres, ut *in lib.* 1. *par.* 2. *quæst.* 2. *art.* 26. *n.* 11. ibi — *Et sic ex omnibus suprascriptis posset fieri unica conclusio generalis, ut ita demum filii illegitimi succedant patri, vel matri si sunt illorum hæredes, aliàs nullo modo eis succedunt in jurepatronatus* — Et *art.* 27. *n.* 1. ibi — *Tamen contrarium est veritas, quia tales illegitimi non dicuntur, nec sunt de parentela* — *Ciarlin. d. controv.* 172. *n.* 41., & fuit resolutum *à Sac. Congregatione Concilii in Mutinen. Beneficiorum* 6. *Junii* 1687.

4 Ratio autem videtur esse, quia Juspatronatus est jus honorificum, vigore cujus Patrono debentur honores, & præeminentiæ, ut dixi *Par.* 1. *Can.* 1. *&* 2. *Cas.* 1. Illegitimi autem cùm sint indecori, & spurii, cùm sint personæ inhonestæ, & infames, sunt inhabiles ad ea, quæ in honore, & decore consistunt, ad *Text. in cap. Indecorem de fil. Presbyter. præposit. in cap. Per Venerabilem, qui filii sint legitimi*; Ac proinde Fundator in reservatione Juris patronatus favore ejus consanguineorum, non censetur umquam vocasse ad Juspatronatus hujusmodi personas indecoras, inhonestas, & infames, & has constituere Patronos Ecclesiæ, cùm omnino inverisimile sit personas inhonestas, & infames voluisse ab Ecclesia honorari, & ibi præesse, ut ratiocinatur *Bald. cons* 373. *vol.* 1. *n.* 4. ibi — *Item, quia etiam Patronatus Ecclesiæ est quædam prærogativa, & præeminentia, & honor, qui non congruit spuriis in Ecclesia Dei habere talem supra verticem, & in loco honesto inhonestas avocare personas.*

5 Sed his minimè obstantibus, censeo in hoc casu præfatum Juspatronatus spectare ad filium illegitimum, aut spurium consanguinei Fundatoris, & non ad eos
6 de familia substituta omnino extranea; Distinguendum est enim inter vocationem eorum de sanguine ad Juspatronatus per verba civilia, & vocationem per verba naturalia, juxta distinctionem, quam insinuare videntur *Ciarlin. controv.* 172. *n.* 22.

n.22. Palma alleg.241. n.3. Rot. in Comen. Cappellaniæ 4. Maji 1703. §. Minoris coram Eminentiss. Priolo.

7 Vocatis ad Juspatronatus eis de sanguine per verba civilia, nimirum sub nomine *Domus*, aut sub nomine *Familiæ*, non succedunt in eo illegitimi, & naturales, aut spurii; quia isti non dicuntur nec de domo, nec de familia, *Præposit. in cap. Per Venerabilem qui fil. sint legit. nu.9. Ancharan. cons.389. n.2. Rocch. de Curt. de jurepatr. verb. Competens nu. 19. Ciarlin. controv.172. n.23. Gratian. discept.218.n.13. Rot. decis.395. n.2. tom.1. recen., & decis. 251. n.6. par.2. rec., & in Comen. Cappellaniæ 18. Aprilis 1701. §. Fruſtràque coram*

8 *Eminentiss. de la Tremoille*; Vocatis verò eis de sanguine per verba naturalia ad Juspatronatus, in eo succedere possunt bastardi, spurii, & alii illegitimi *Lotter. de re benef. lib.2. q.11. n. 91. Rot. in dicta Comen. Cappellaniæ 4. Maji 1703. §. Minoris coram Eminentiss. Priolo, & in Mediolanen. Cappellaniæ 23. Martii 1703. §. Neque obstat coram Reverendiss. Molines Decano, & in Mediolanen. Archipresbyteratus 27. Januarii 1710. §. Quod autem, & §. Non adversante coram R. P. D. Falconerio.*

9 Nisi adesset consuetudo, aut Statutum particulare exclusivum spurii, illegitimi, & naturalis, aut nisi Juspatronatus competeret ex mero privilegio, aut nisi fuisset requisita aliqua qualitas exclusiva illegitimitatis, videlicet fuisset reservatum Juspatronatus pro *consanguineis Clericis*, aut denique nisi aliud constaret de mente Fundatoris, tunc enim etiamsi illi de sanguine in reservatione Juris patronatus vocentur per verba naturalia, adhuc in eo succedere non possunt illegitimi, aut spurii, ut docent *Bald. cons.207. n.1. volum.2. Gratian. discept.218. nu.11. Rot. decis.112. n.2. tom.1. rec.*

10 Dicuntur autem vocati illi de sanguine per verba naturalia, si vocentur sub nomine *Consanguineorum*, aut *eorum de Parentela*, aut *Descendentium*, aut *Proximiorum*, aut quando essemus in dubio, & deficeret Instrumentum fundationis, tunc enim, quia mens hominis naturalis est, & de facili naturam sequitur, Fundator præsumeretur vocasse eos de sanguine potiùs per verba naturalia, quàm civilia, *Rocch. de Curt. de jurepatr. verb. Ipse n.80. Lambertin. eodem tractatu lib.1. q.2. art.9. n.9.*, & alii quos refert *Rot. in Comen. Cappellaniæ 31. Martii 1702. §. Jam verò coram Eminentiss. de la Tremoille*; Quod procederet, etiamsi concurrerent enunciativæ, quibus enuncietur ad Juspatronatus esse vocatos eos de sanguine per verba civilia, nimirum Juspatronatus esse reservatum pro eis de familia; quoniam optimè stare potest, maximè si enunciativæ sint antiquæ, quòd in illis enuncietur verbum *Familia*, & quòd in Instrumento fundationis Juspatronatus reservetur per verba naturalia comprehensiva etiam naturalium *Rot. dec.262. n.6. & seqq. par.8. & decis.241. n.10. par.16., & decis. 867. n.2. coram Emerix jun.*

11 Præmissa hac distinctione in casu præsenti Fundator vocavit ad Juspatronatus eos de sanguine per verba naturalia significantia potiùs jus naturæ, quàm jus scriptum, nimirum sub nomine *Consanguineorum*, reservando Juspatronatus pro ejus consanguineis, ex quo sequitur, eumdem Fundatorem comprehendere voluisse non solùm consanguineos legitimos, & naturales, sed etiam illegitimos, & sanguine infectos, & consequenter isti succedere valent in hujusmodi Jurepatronatus, maximè cùm non concurrant ad ejus successionem legitimi, sed personæ extraneæ familiæ substitutæ, juxta auctoritates superius relatas, quibus addo *Bald. in l. eam, quam C. de fideicom. in fin. Paul. de Citad. de jurepat. par.9. nu.9. Præposit. in cap. Per Venerabilem, qui fil. sint legitim. n. 11. in fin.* ibi -- *Ubicumque sumus in tali materia, in qua attenditur potiùs jus sanguinis, vel naturæ, vel verba significant jus naturæ potiùs, quàm jus scriptum, tunc in illa dispositione comprehenduntur bastardi ita sicut legitimi--Gratian. discept.218. n.1. & 16. Palma allegat.241. num.3. & seqq. Rot. decis.126. n.1. & 2. par. 1. rec. & decis.11. n.7. par.16. & decis.615. n.3. par.3. recent., & Rot. penès Ciarlin. controv.172. num.77., & in dicta Comen. Cappellaniæ 4. Maji 1703. §. Hæc autem coram Eminentiss. Priolo.*

12 Ratio verò deducitur ex præsumptamente Fundatoris, quia iste vocando ad Juspatronatus eos de sanguine per verba naturalia, sub nomine *Consanguineorum*, aut *Posterorum &c.* præsumitur sic eos vocasse ex affectione erga proprium sanguinem;

nem ; cùm autem proprius sanguis sit etiam in venis illegitimorum ; sequitur respectu horum esse etiam eamdem affectionem Fundatoris , & sic præsumuntur etiam illi vocati ad hujusmodi Juspatronatus ; De jure enim naturæ nulla est differentia inter legitimos , & illegitimos , cùm hæc differentia procedat solùm à jure positivo, *Palma allegat.*241. *n.*9.

13 Non obstat authoritas *Lambertini* superius in contrarium deducta ; ea enim procedit in vocatione eorum de sanguine adJuspatronatusper verba civilia,seu, quod idem est,in Jurepatronatus gentilitio rigorosè sumpto, reservato pro eis de *domo* , *& familia*,in quo quidem juxta distinctionem supra insinuatam succedere

14 non possunt naturales,illegitimi,aut spurii, nisi adsit generalis consuetudo,& usus loquendi , juxta quem filii illegitimi dicantur de domo,& familia,aut nisi filii illegitimi agniti sint tamquam de domo,& familia,aut nisi sint legitimati:Quoniam si adesset hujusmodi consuetudo,& usus loquendi, si filii illegitimi agniti essent de domo , & familia , aut essent legitimati, succedere possent in Jurepatronatus , etiamsi essent vocati illi de sanguine per verba civilia ; ea ratione , quia tunc Fundator præsumeretur se conformare voluisse cum dicta consuetudine , & usu loquendi , ut tradunt *Præposit. in cap. per Venerabilem §. Quod autem qui fil. sint legit. n.*99. ibi -- *Tales naturales non dicuntur de domo , nec de sanguine &c. nisi communi usu loquendi alicujus Civitatis , vel loci tales sic vulgo conceptos accipiant , & affirmant illi de domo -- Menoch. cons.* 754. *n.*16. *Fusar. de substit. q.*361. *n.* 16. *Palma alleg.*241. *n.*8. *& alleg.*242. *nu.*13. *Rot. in dicta Comen. Cappellaniæ* 31. *Martii* 1702. *§. Applicando coram Eminentiss. de la Tremoille, &* 4. *Maji* 1703. *§. Minoris,& §. In casu coram Eminentiss. Priolo, & in Mediolanen. Archipresbyteratus* 27. *Januarii* 1710. *§. Eòque magìs coram R. P. D. Falconerio* .

15 Nec replicare valet , quòd filii spurii sint odiosissimi, nec mereantur filii appellari , adeòque isti tamquam species magìs qualificata succedere non possint in Jurepatronatus reservato per verba naturalia , licèt admittatur in eo succedere posse illegitimos naturales. *Auth. licet C. de natural. lib. Jason. cons.*102. *n.*8. *lib.* 4.

16 Quoniam hæc replicatio nullam vim habere potest in casu præsenti, ubi Juspatronatus fuit reservatum pro eis de sanguine per verba naturalia universalia, nimirum sub nomine *consanguineorum*,quod est aptum comprehendere omnes sanguine conjunctos , sive spurii sint , sive merè naturales, *Lotter. de re benef. lib.*2. *qu.*11. *nu.* 71. *&* 145. *Fusar. de substit. quæst.*405.

17 *n.*2. *& sub n.* 10. Imò nec obstare posset , etiamsi vocatio eorum de sanguine esset facta per verba naturalia minùs universalia , ex. gr. sub nomine *liberorum* , aut *descendentium* . Etenim distinguendum est, aut disponens de Jurepatronatus favore eorum de sanguine per verba naturalia est vinculo naturæ conjunctus cum spuriis , & tunc licèt isti sint odiosissimi , & species magìs qualificata, quàm merè naturales , tamen succedere possunt simul cum eis in Jurepatronatus ; quia affectio, quæ oritur à vinculo naturæ intercedente inter disponentem , & spurios , purgat illud majus odium , quod de ipsis prædicatur . *Abb. in cap. nonnulli nu.* 11. *de rescript. Lotter. de re benef. lib.*2. *q.*11. *n.*145. *Garz. de benef. par.*7. *c.*15. *n.* 36. *& seqq.* Aut disponens per verba naturalia de Jurepatronatus favore eorum de sanguine est omnino extraneus , & nullo naturæ vinculo cum spuriis conjunctus , & tunc regulariter spurii non dicuntur comprehensi tamquam species magìs qualificata, sed soli naturales , nisi concurrant circumstantiæ ostendentes mentem Disponentis fuisse comprehendere etiam spurios , ex. gr. si ipse Disponens esset spurius , aut in dispositione primo loco esset ab eo vocatus filius alicujus spurii , quo casu non diceretur abhorruisse naturalia similia suis , juxta distinctionem , quam eruditè conciliando Doctorum opiniones tradit *Palma alleg.*241. *n.*6. *& seqq.*

Patet igitur ex supradictis , quòd filius naturalis , illegitimus , aut spurius consanguinei Fundatoris succedere debeat in hujusmodi Jurepatronatus reservato pro *consanguineis* ad exclusionem eorum de famllia substituta extranea ; sed si isti objicerent, quòd ille, qui prætendit esse filius illegitimus consanguinei Fundato-

18 ris, revera non sit ejus filius , & afferrent conjecturas exclusivas filiationis tam re-

spectu

ſpectu patris, quàm reſpectu matris, nimirum ſi dicerent, quòd ille abſque ulla neceſſitate, utpote non natus ex adulterio, legatur deſcriptus in libro Baptiſmatum ex patre incerto, & non ex conſanguineo Fundatoris; quòd conſanguineus Fundatoris præterierit illum in teſtamento, non relinquendo ei alimenta, nec legitimam, ſed potiùs inſtituendo in omnibus ejus bonis hæredem extraneum; quòd ipſe conſanguineus habuerit modicam curam, & ſollicitudinem illius tam in pueritia, quàm in adoleſcentia; & probarent ex Teſtibus bonos mores, & vitam ejuſdem conſanguinei; ſi dicerent, quòd mater, reſpectu cujus aſſeritur filius, de tempore conceptionis, fuerit in longæva ætate conſtituta, ex. gr. in anno ferè quinquageſimo; mirabile enim eſt, & rariſſimè contingit mulierem ea ætate concipere, ad *Text. in l. ſi major 12. C. de legit. hæred. Zacch. quæſt. Medico legal. lib. 1. tit. 1. q. 9. n. 6. tom. 1.* (dum finis procreandi pro vi-
19 ris eſt annus ſexageſimus quintus, pro fœminis verò annus quadrageſimus quintus, juxta *Ariſtotel. lib. 5. Hiſtor. Animal. c. 14. Albert. Magn. lib. 5. de Animal. tract. 2. c. 1. Tiraquell. ad leg. connub. par. 6. gloſ. 1. n. 48.*) Ex his omnibus conjecturis excluderetur filiatio tam reſpectu patris, quàm reſpectu matris *Rot. deciſ. 317. n. 2. par. 9. & deciſ. 100. n. 28. & ſeqq. & deciſ. 544. n. 10. par. 19. rec. & in Romana filiationis 21. Novembris 1710. §. Fortius, & §. Quæ veritas §. Quantum, & §. Plus quoque coram R.P.D. Aldrovando.* Si, inquam, illi de familia extranea ſubſtituta id objicerent; qui prætendit eſſe filius illegitimus, & naturalis præfati conſanguinei Fundatoris, an, & quomodo probare teneretur hujuſmodi filiationem?

20 Cùm filiationis probatio reſpectu patris ſit ferè impoſſibilis, dum hominum conceptio ſub certo ſenſu non cadit, ideo laxato juris rigore admittuntur ad eam probandam præſumptiones, & conjecturæ. *Gonzal. in cap. Per tuas n. 10. de probat. Rot. deciſ. 830. nu. 12. par. 5. & deciſ. 310. n. 1. par. 11.* Et quidem filiationis probatio diverſimodè requiri poteſt, modò nempe magis concludens, modò minus, prout diverſi ſunt effectus, ad quos pro-
21 bari poteſt filiatio. Hujuſmodi enim filiatio probari poteſt ad tres effectus. Primò, ad effectum excludendi Fiſcum à ſucceſſione Juriſpatronatus (ſuppoſita vera ea ſententia, quòd extinctis omnibus de familia Patronis abſque hærede, Fiſcus ſuccedit in Jurepatronatus, ſicuti ſuccedit in tota eorum hæreditate, & Eccleſia non fiat libera, quam ſententiam veritati conſonam non exiſtimat *Vivian. de Jurepat. par. 1. lib. 4. c. 2. n. 79.*) Secundò, ad effectum excludendi extraneos. Tertiò, ad effectum excludendi legitimos, & naturales.

22 Si filiatio illegitima, & naturalis probari debeat ad effectum excludendi legitimos, & naturales à ſucceſſione Juriſpa-
23 tronatus, probatio debet eſſe rigoroſa, & concludens, & probari debet ad hunc effectum arcta cuſtodia ventris mulieris prægnantis in propria domo, aut alibi (quando agitur de perſona privata, ſecus ſi agatur de perſona Potente; quia Præpotentes ſola protectione domus limites cuſtodiunt) itaut ad ipſam non potuerit habere acceſſum, niſi ille, reſpectu cujus probare contenditur filiationem, aliàs ob plurium hominum acceſſum deſignari non poſſet quiſnam verè filium concepiſſet, ad *Text. in l. vulgo conceptus ff. de ſtatu homin. §. ſi adverſus inſtit. de nupt. Rot. in Romana filiationis ſuper bono jure 8. Aprilis 1707. §. Suntque, & §. Contrariis coram Omanna, & in Romana filiationis 21. Novembris 1710. §. At, & §. Non obſtante coram R.P.D. Aldrovando.*

24 Quæ arcta cuſtodia ventris mulieris prægnantis, & excluſio interventus aliorum in domo mulieris non probatur ex monitionibus factis mulieri à Parocho, ut relinqueret concubinatum cum illo, reſpectu cujus prætenditur filiatio, nec ex præcepto expedito contra eumdem à Curia Epiſcopali de non converſando cum dicta muliere; fieri namque poteſt, quòd non obſtantibus hujuſmodi monitionibus, & præcepto mulier habuerit commercium cum aliis hominibus *Rot. in dicta Romana filiationis ſuper bono jure 8. Aprilis 1707. §. Abſque eo quod coram Omanna.*

Non probata arcta cuſtodia ventris, imò conſtito de publico meretricio mu-
25 lieris. Filiatio ad effectum excludendi legitimos, & naturales à ſucceſſione Juriſpatronatus, probari non poteſt per tra-

ctatus, & agnitiones in filium, nec per simplices, & privatas denominationes, nec per subministrationem alimentorum, nisi hujusmodi agnitiones, & denominationes essent emissæ in actibus seriis, & proportionatis, nimirum in legitimatione partus, donatione, aut institutione cum expressione paternitatis. Quoniam ista omnia licèt haberent vim probandi filiationem, præsuppositа arcta custodia ventris, tamen, posita latitudine mulieris peccandi, ex eis probari non potest filiatio, dum tractatus, & agnitiones in filium præfatæ provenire potuerint ex falsa credulitate viri, & privatæ denominationes perfunctoriè emissæ, ac subministratio alimentorum derivare potuerint ex causa amoris, vel ex motivo pietatis, vel pro mercede concubinæ extra titulum filiationis *Paris. cons.29. num. 13. lib. 2. Cravet. cons.249.n.10. Gratian. discept.forens. 562. nu.24.* cum aliis plenè relatis *à Rota in dicta Romana filiationis super bono jure §. Atque hinc, & §.Præsertim, & §.Contrariis coram Omanna, & in d. Romana filiationis 21. Novembris 1710. §.Nec aliquod, & §. Non obstante coram R. P. D. Aldrovando.*

26 Si verò filiatio probari debent ad effectum excludendi Fiscum, aut ad effectum excludendi extraneos à successione Juripatronatus, aut ad effectum succedendi in Jurepatronatus in defectum filiorum legitimorum, aut unà cum filiis legitimis; Probatio non debet esse ita rigorosa, & concludens, sed admittitur probatio levior, & minùs concludens, maximè si concurrat temporis antiquitas. *Felin. in cap. Pastoralis sub n.6. de rescript. Menoch. de præsumpt. lib.2. præsumpt.72.n.5. Redenasch. cons.62. nu.22. & seqq. Peregrin. de fideicom. art.43. sub n.68. Gratian. discept. forens.157. n.11. Rot. coram Bich. dec. 79. n.8. & decis.981. n.4. coram Dunozett. & decis.155. n.11. & decis.725. nu.15. coram Buratt.*

In casu præsenti filiatio probari non debet ad effectum excludendi à Jurepatronatus consanguineos legitimos, & naturales; Quoniam in tota collectiva consanguineorum, pro qua fuit reservatum à Fundatore Juspatronatus, non adest, nisi iste filius naturalis, & illegitimus consanguinei Fundatoris, sed probari debet ad effectum excludendi à successione in eodem Jurepatronatus eos de familia substituta omnino extraneos; Unde si isti ei objicerent, quòd ipse non sit filius illegitimus prædicti consanguinei Fundatoris, idem probare poterit hanc filiationem.

27 Primò, ex tractatibus ipsi factis à consanguineo Fundatoris tamquam filio *Burs. satt. cons.17. num.1. & cons.88. n.8. lib.1. Barbos. vot. decis.22. n. 25. lib. 2. Ciarlin. controv.forens. cap.23. n.28. & seqq. lib.1. Rot. in Neapolitana, seu Civitatis Castelli descendentiæ penès Balduc. decis.11. n.10.*

28 Secundò, ex tractatibus ipsi factis à consanguineis, amicis,& cognoscentibus ejusdem consanguinei *Paris.cons.10.n.61. lib.2. Ferrett. cons.49. nu.3. Mascard. de probat. conclus.790. n. 12. Rot. decis. 155. n.10. coram Buratt. & decis.672. n.18.coram Cerro.*

29 Tertiò, ex eo, quòd consanguineus Fundatoris illum educaverit *Rot. in Romana, seu Perusina filiationis 13. Martii 1690. coram cl. me. Card. Caprara, & in Mediolanen. Cappellaniæ 23. Martii 1703. §. Minusque coram Reverendiss. Molines Decano.*

30 Quartò, ex subministratione alimentorum ei facta ab eodem consanguineo per longum tempus; quia hæc subministratio, quando dignoscitur continuata per longi temporis spatium, non est referibilis ad titulum simplicis charitatis, aut largitionis *Spad. cons.26. n.16. to.3. Posth. de manuten. observ.53. n.20. Rot.dec.162. n.15. coram Gregor.*

31 Quintò, per fides Baptismatis, per retentionem ejusdem cognominis, & insignium, per sententias,& per confessiones Partis *Rot. in Comen. Cappellaniæ 4. Maji 1703. §. Nec ad evertendum coram Eminentiss. Priolo.*

32 Sextò, ex literis scriptis ab eo cum expressione filiationis eidem consanguineo Fundatoris, & ab hoc retentis, ea ratione, quia recipiens, legens, & retinens literas missivas,fateri dicitur omnia in eis contenta, quoties illis positivè non contradicit, ut expressè docet *Iason in l.Admonendi n.142. in repetit. ff. de jur.juran.* cui concordant *Bart. in l. Titius Sejo 24. n.2. de constit. pecun. ibique Bald. nu.2. in fin.Barbos.vot.decis.22.n.28.& seq.lib.2.*

33 Se-

33 Septimò, ex publica voce, & fama, & communi opinione *Everard. jun. conſ.24. n.8. lib.1. Gozadin. conſ.13. nu. 20. & 30. Barboſ. vot. deciſ.24. nu.32. Rot. in dicta Mediolanen. Cappellaniæ 23. Martii 1703. §.Minuſque coram Reverendiſs. Molines Decano.*

34 Octavò denique idem filius illegitimus conſanguinei Fundatoris, licèt probare non poſſit hanc ſuam filiationem per Teſtes ſuſpectos de mendacio, & de ſubornatione, aut criminaliter inquiſitos, aut in ſubſtantialibus contrarios, juxta *Rot. in dicta Romana filiationis ſuper bono jure 8. Aprilis 1707. §.Et quidem coram Omanna, & in dicta Romana filiationis 21. Novembris 1710. §. Ex quibus coram R.P.D. Aldrovando.* Tamen probare eam poſſet per Teſtes etiam non formiter examinatos, dummodo ſint in magno numero, aut ſint Nobiles. *Bald. in l. Teſtium n.36. C.de Teſtibus. Cravett. conſ.6. n.28. Gratian. diſcept.forenſ.95. n.4. Rot. deciſ.92. n.10. coram Cavaler. & deciſ. 351. n. 14. coram Gregor. & deciſ.775. n.3. coram Buratt.*

Probata autem his conjecturis, & probationibus à filio illegitimo conſanguinei Fundatoris ejus filiatione, reſolutæ, & conquaſſatæ remanerent conjecturæ contrariæ excluſivæ filiationis ſuperiùs inſinuatæ §. *Patet.* ſi allegarentur, & afferrentur ab eis de familia extranea ſubſtituta, maximè illa excluſiva filiationis reſpectu matris deſumpta ab hujus lon-

35 gæva ætate; Quoniam fœminæ uſque ad ætatem 50. annorum ſunt capaces concipiendi, ut teſtantur *Fagnan. in cap. cùm ſis ſub nu.6. & ſeqq. de converſ. conjugum. Menoch. de præſumpt. lib.5.præſumpt. 24. n.4. & lib.6. præſumpt.42. nu. 29. Rot. deciſ.360. n.15. & ſeqq. par. 18.* adeòque cùm revera potuerit concipere filium in dicta ætate, ex raritate caſus conceptionis in eadem ætate argui, & præſumi non poteſt, quòd illum non conceperat, cùm quælibet præſumptio ſemper debeat veritati cedere. *Pariſ. conſ.29. n.44. & 82. lib.2. Rot. coram Cerro deciſ.672. n.20.*

Et hic etiam quærere congruum duxi, an ſicuti in Jurepatronatus reſervato à Fundatore pro *ejus conſanguineis*, quibus deficientibus ſubſtituti fuerint illi de quadam familia extranea, poteſt ſuccedere filius naturalis, ſpurius, aut illegitimus conſanguinei Fundatoris, ita etiam poſſit in eo ſuccedere filius adoptivus.

36 Reſpondeo in hoc caſu non poſſe ſuccedere filium adoptivum conſanguinei Fundatoris in hujuſmodi Jurepatronatus, tum attenta diſpoſitione, & mente ejuſdem Fundatoris, tum attenta diſpoſitione conſanguinei adoptantis; Et quidem inſpecta diſpoſitione Fundatoris hic reſervavit Juſpatronatus pro *ejus Conſanguineis*, nomine autem *conſanguineorum* non veniunt filii adoptivi, qui naturaliter ſunt omnino extranei, & nullatenus de ſanguine, adeòque inſpecta mente Fundatoris non poteſt ſuccedere in dicto Jurepatronatus filius adoptivus; Et patet in feudo, emphyteuſi, aut fideicommiſſo; vocatis ad feudum, emphyteuſim, aut fideicommiſſum, agnatis, cognatis, & aliis conſanguineis, in eis ſuccedere non poſſunt, nec ad ea admittuntur filii adoptivi, juxta authoritates, quas refert, & ſequitur *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.316. nu. 1.* Ergo nec vocatis conſanguineis ad Juſpatronatus, vigore hujus vocationis ſuccedere poterunt in eo filii adoptivi, ut expreſsè tuetur *Rocch. de Curt. de Jurepat. verb.Ipſe, vel Is n.74. & ſeqq.*

37 Attenta verò diſpoſitione conſanguinei adoptantis, per quam ab ipſo adoptatus fuit in filium extraneus, nec vigore hujus diſpoſitionis iſte filius adoptivus poteſt ſuccedere in dicto Jurepatronatus; Ratio eſt, quia licèt reſervato Jurepatronatus abſolutè, & ſimpliciter pro conſanguineis, aut pro eis de parentela, unus ex his de communi omnium conſanguineorum conſenſu poſſit adoptare aliquem extraneum in filium, & ei communicare omnia jura tam activa, quàm paſſiva parentelæ, adeòque etiam juſpatronatus, quando non adeſt præjudicium aliorum vocatorum; quia in hoc caſu ſicuti Juſpatronatus poteſt transferri de communi omnium conſenſu in extraneum, ita poterit transferri in filium adoptivum *Lambertin. de Jurepat. lib.1. par. 2. qu. 2. art.9. n. 13.* Tamen quando adeſt præjudicium aliorum, prout in caſu præſenti, in quo conſanguinei Fundatoris fuerunt ab eo ſubſtituti illi de certa familia extranea, tunc unus de conſanguineis, aut parentela, nec de communi omnium conſanguineorum conſenſu poteſt, adoptan-

do extraneum in filium eum admittere ad Juspatronatus, & præjudicium inferre illis de familia substituta venientibus ex propria persona, & jura sua à Fundatore metientibus *Molin. de primogenit. lib. 1. cap. 23. n. 31. Garz. de benef. lib. 5. cap. 9. n. 7. Rot. in Tridentina Jurispatronatus 26. Martii 1703. §. Respectu, coram Eminentiss. Scotto.*

38 Sicuti reservato Jurepatronatus à Fundatore pro *ejus consanguineis* cum taxativa *tantùm*, isti nec de communi omnium consensu possunt aggregare in parentelam aliquem extraneum, & hunc aggregatum perpetuò admittere ad Juspatronatus in præjudicium libertatis volitæ à fundatore in defectum eorum de sanguine, vigore dictæ taxativè *tantùm*, *Lambertin. ubi supra dicto art. 9. nu. 12.* Ergo neque reservato Jurepatronatus pro consanguineis, & in eorum defectu substitutis aliis de familia extranea, poterunt iidem consanguinei de communi consensu adoptare extraneum, & huic perpetuò communicare Juspatronatus in præjudicium vocatorum de familia substituta.

ARGUMENTUM.

Vocata à Fundatore familia sua ad Juspatronatus activum, aut passivum, an nomine *familiæ suæ* veniat solùm familia effectiva Disponentis, vel potiùs etiam alii de familia contentiva.

SUMMARIUM.

1 *Beneficium de Jurepatronatus adjudicandum est Præsentato à veris, & legitimis Patronis.*

2 *Nomine* familiæ suæ *propriè venit familia effectiva, & propria Disponentis, non autem cententiva, concurrentibus præcipuè conjecturis, de quibus* n. 3. usque ad 6.

7 *Juspatronatus familiare effectivum spectare debet ad habentes qualitatem sanguinis, & familiæ effectivæ.*

8 *Una, & eadem cognominatio* familiæ *potest habere diversas derivationes, & descendentias, & vocata à Testatore* familia, *venit illa, quæ est propria ipsius Testatoris.*

9 *Nomine* familiæ *venit fœmina etiam nupta in aliena familia.*

10 *Juspatronatus pluribus reservatum, inter quos nullus cadit dispar ordo successionis, censetur eis relictum æqualiter, & pro virili.*

11 *Passivè vocatus ad Juspatronatus non indiget præsentatione Patroni.*

12 *Juspatronatus passivum relictum à Fundatore pro eis de* familia sua, *dicitur restrictum, & coarctatum ad eos de familia effectiva*, & num. 13.

14 *Non existentibus capacibus in linea effectiva Fundatoris, præsentari potest, & debet à Patrono ille de familia contentiva.*

15 *Cappellania an, & quando dicatur Sacerdotalis actu, vel habitu*, & num. 16. 17. & 18.

CASUS XI.

QUidam Fundator in limine fundationis Beneficii reservavit Juspatronatus pro eis de *sua familia*, ac voluit, ut isti succederent in Jurepatronatus gradatim, & ordine successivo, nimirum prius masculi de sua familia, & postmodum fœminæ; deinde in ejus testamento quo decessit, instituit universalem hæredem proprium filium, qui vita functus reliquit post se unicam filiam, quæ se nupsit in aliena familia. Vacato nuper Beneficio, hæc fœmina unica de familia effectiva Fundatoris præsentavit ad Beneficium Titium Sacerdotem; verùm quia contemporaneè ad idem Beneficium præsentatus etiam fuit Cajus à filio fratris ejusdem Fundatoris. Hinc quæro, an, & cui sit adjudicandum dictum Beneficium?

Censeo esse adjudicandum Præsentato à præfata fœmina, ea ratione, quia Beneficium de Jurepatronatus adjudicandum venit Præsentato à veris, & legitimis Patronis, ad *Text. in cap. Decernimus 16. quæst. 7. de quo supra Par. I. Can. V. Glos. in cap. vnic. de jurepat. in 6. Bero. in cap. Illud de jurepat. num. 3. Lambertin. eodem tract. par. 1. lib. 2. quæst. 1. art. 4. Ventrigl. in praxi annot. 1. §. 3. nu. 12. Lotter. de re benefic. lib. 2. q. 14. n. 49.*

Quòd autem prædicta fœmina descendens, & de familia effectiva Fundatoris sit vera, & legitima Patrona, clarè colligitur ex testamentaria dispositione ejusdem Fundatoris, qui reservavit Juspatronatus favore suæ familiæ, sive sint masculi,

2 li, ſive fœminæ : Nomine autem *familiæ ſuæ* intelligitur ſolùm familia effectiva directa, & propria Diſponentis, non autem contentiva, & inflexa; & veniunt illi, qui ſunt de propria familia, & proſapia Teſtatoris, non autem alii de cognomine, qui ſub alia familia propriè ſunt, ut docent *Bart. in l. Peto* §. *Fratre n.* 1. *de leg.* 2. *Pariſ. conſ.* 51. *n.* 5. *& ſeqq. lib.* 2. *Surd. conſ.* 247. *nu.* 12. *Menoch. conſ.* 106. *nu.* 226. *& ſeqq. Ruin. conſ.* 153. *n.* 10. *lib.* 2. *Rota dec.* 362. *n.* 6. *par.* 5. *rec. & in Mediolanen. Beneficii* 30. *Januarii* 1711. §. *Quid plus coram R.P.D. Anſaldo, & in Alexanen. Beneficii* 11. *Aprilis* 1712. *coram R.P.D. Aldrovando* §. *Nec ſubſiſtere*.

Sicuti reſervato Jurepatronatus à Fundatore pro deſcendentibus à ſua linea; nomine *lineæ* intelligi debet de linea directa, non de inflexa, ſeu tranſverſali, juxta *Bald. conſ.* 171. *volum.* 3. *Caſtrenſ. conſ.* 199. *nu.* 2. *Lotter. de re benefic. lib.* 2. *q.* 11. *n.* 61. Et ut quis habere poſſit Juſpatronatus, non ſufficit, quòd ſit de eodem cognomine, ſeu familia Fundatoris, *Ruin. conſ.* 153. *n.* 10. *lib.* 2. *Cuman. conſ.* 2. ſed neceſſe eſt, quòd deſcendat à dicta linea Fundatoris, *Roland. conſ.* 23. *nu.* 39. & 40. *lib.* 4. *Vivian. de jurepat. lib.* 4. *cap.* 2. *n.* 33. *& ſeqq.* Et ſicuti ſi fuiſſet reſervatum Juſpatronatus paſſivum à Fundatore pro illis de ejus familia, & diſpoſuiſſet, quòd iſti præſentarentur ad Beneficium Juſpatronatus paſſivum diceretur reſtrictum, & coarctatum ad familiam effectivam, adeòut illi de hac familia præſentari, & præferri deberent à Patrono ad excluſionem eorum de familia contentiva, ut deciſum fuit à Sacra Rota *in Tridentina Cappellaniæ* 5. *Aprilis* 1715. §. *Facilè*, & §. *Vel ſaltèm coram R. P. D. Cerro inferius impreſs.*

3 Et quidem, quòd Fundator voluerit hujuſmodi Juſpatronatus conſervare, & pertinere ad eos de familia effectiva manifeſtè deſumitur ex eo, quia magìs dilexit familiam effectivam, quàm contentivam, & tranſverſalem, dum illam inſtituit hæredem in omnibus ſuis bonis, ac proinde reſervando Juſpatronatus *familiæ ſuæ*, nomine *familiæ* præſumitur intellexiſſe potiùs de familia effectiva, quam amavit, quàm de familia contentiva, & illam huic præferre voluiſſe, ut docet *Pariſ. conſ.* 51. *num.* 20. *tom.* 2.

4 Eòque magìs, dum Fundator reſervavit Juſpatronatus *familiæ ſuæ*, & uſus eſt dictione *ſuæ*, quæ utpote ambigua, & referibilis ad diverſas perſonas, referenda eſt potiùs ad perſonam Teſtatoris, & ad ejus deſcendentes, quàm ad tranſverſales *Pariſ. conſ.* 51. *n.* 34. *tom.* 2. Sicuti ſi Teſtator relinqueret uxori Juſpatronatus, & poſt ejus mortem vellet illud pervenire ad *ejus* hæredes, & ſucceſſores; dictio *ejus* potiùs intelligenda eſſet de ſucceſſoribus Teſtatoris, quàm uxoris, juxta *Text. in l. ex pacto in princip. cum gloſſ. ff. de aur. & arg. leg. Alexand. conſ.* 56. *n.* 2. *vol.* 1.

5 Inſuper idem Fundator voluit, quòd ſua propria familia ſuccederet in Jurepatronatus gradatim, & ordine ſucceſſivo, & priùs maſculi de ſua propria familia, & poſtmodum fœminæ : Ergo intellexit de familia propria, & ſpecifica, non autem de generali cognominatione familiæ, ut maſculi de propria, & ſpecifica familia excluderent fœminas, & fœminæ ſuccederent, & admitterentur talibus maſculis non extantibus, ut arguit *Pariſ. conſ.* 51. *n.* 18. *tom.* 2.

6 Hancque voluntatem Fundatoris, quòd ſolùm familiam effectivam admiſerit ad hujuſmodi Juſpatronatus benè ſuadet obſervantia ſubſecuta, dum ſolus filius, quem inſtituit hæredem, & non illi de familia tranſverſali ſui fratris, præſentavit Rectorem controverſi Beneficii, qui Beneficium pacificè poſſedit uſque ad diem obitus; quæ quidem obſervantia eſt optima interpres voluntatis ejuſdem Fundatoris, nimirum, quòd voluerit Juſpatronatus ſpectare ad eos de familia effectiva, ſive ſint maſculi, ſive ſint fœminæ, non verò, his extantibus, ad eos de familia contentiva, & tranſverſali, *l. ſi de interpret. ff. de leg. Rom. conſ.* 271. *n.* 4. *Surd. conſ.* 140. *n.* 43. *& conſ.* 362. *n.* 10. *Rota deciſ.* 362. *n.* 12. *par.* 5. *rec.*

7 Probato igitur hujuſmodi Juſpatronatus eſſe familiare effectivum, & eſſe reſervatum eis de familia effectiva, non autem eis de familia contentiva, & tranſverſali; ſequitur per neceſſariam conſequentiam, quòd, cùm præfata fœmina, quæ præſentavit Titium ſit deſcendens, & de familia effectiva Fundatoris; ad eam per-

pertineat hujusmodi Juspatronatus, utpote habentem qualitatem sanguinis, & familiæ effectivæ requisitam à Fundatore, juxta *Decium cons.*208. *n.*4. *Paris. cons.*48. *nu.*9. *lib.*4. *Surd. cons.*63. *nu.*15. *lib.*1., & alios relatos per *Rotam decis.*267. *num.*6. *par.*6. *rec.*, ac ejus Præsentato concedenda venit institutio ad exclusionem Caji præsentati à filio fratris Fundatoris.

Hic namque aspirare non potest ad hujusmodi Juspatronatus, quia non est de linea effectiva dicti Fundatoris, cui reservatum fuit Juspatronatus, sed de linea transversali,& contentiva; & licèt habeat eamdem cognominationem cum Fundatore, tamen dici non potest de linea, &
8 familia effectiva illius. Ratio est, quia una, & eadem cognominatio *familiæ* potest habere diversas derivationes, & descendentias, unam specialem,& propriam de domo ipsius Testatoris, aliam generalem de agnatione, familia, & cognominatione, & vocata à Fundatore familia ad Juspatronatus; illa tantùm specialis venit, quæ concernit propriam, & specialem familiam Testatoris, non autem illa generalis, ut præter supra relatos, testatur *Paris. cons.*51. *n.*10. *tom.*2.

Non obstat, quòd sæpedicta fœmina sit nupta in aliena familia, & consequenter, cùm dici non possit amplius de familia Fundatoris, sequitur, quòd saltem per posterius succedere debeat filius fratris Fundatoris tanquam de cognominatione, & de familia: Quoniam licèt hoc procedat, stante Statuto excludente fœminas dotatas, quo casu appellatione *familiæ* non veniunt filiæ nuptæ, ut docet
9 *Curt. cons.*39. *n.*11. tamen secluso præfato Statuto, terminus *familia* continet omnes, qui ex eodem sanguine procreati sunt, & ex masculis nati, adeòque venit fœmina nata ex masculo, & virili sexu, quæ de familia Testatoris dicitur, etiamsi sit nupta,& maritata, juxta *Alex.cons.*161. *vol.*2. *& cons.*56. *nu.*4. *vol.* 1. *Soccin. cons.* 84. *Rot. decis.*166. *nu.*15. *par.*6. *rec. & in Lunen. Sarzanen. juris patronatus* 1. *Februarii* 1715. §. *Vocatio coram R.P.D.Scotto*, & alias auctoritates inferiùs relatas *Cas. XIII. num.*9.

R. P. D. CERRO.

Tridentina Cappellaniæ.

Ven. 5. *Aprilis* 1715.

DImicantibus inter se Leonardo Sigismundo, ac Constantino Felice super adjudicatione Cappellaniæ erectæ ab Antonia Saracena; post tertium, acremque conflictum sub die 14. Maji anni proximè præteriti ob suffragiorum præponderantiam prævaluerunt jura Leonardi Sigismundi, ex fundamentis expensis in mea decisione, iis tamen revocatis ad censuram die 11. Januarii mox elapsi eædem redierunt difficultates, quæ sicuti sub dicta die obicem præbuerunt Causæ resolutioni, sic in hodierno iterato examine DD. in contrarium sensum deduxerunt pro recessu à decisis.

Juxta enim piæ Fundatricis dispositionem nullo pacto subsistere videbatur privilegium illud, quod in præterita decisione adstruebatur Leonardo Sigismundo ex nominatione reportata ab Antonio,utpote seniore Leonardo Compatrono; Nam collatis invicem testamento, & codicillis ejusdem Antoniæ Saracenæ, constitit, quòd licèt in testamento Juspatronatus activum relictum fuerit seniori ex familia Saracena in genere ibi -- *lasciando il jus di nominare &c. al più vecchio della famiglia Saracina*, adhuc in postremo codicillo de eodem Jurepatronatus honorati noscuntur-- *Antonio, e Leonardo, e lo-*
10 *ro descendenti maschi, sin tanto durerà essa loro famiglia*, quare cùm istorum vocatio facta fuerit propriis,& appellativis nominibus, nec inter vocatos ullus cadat dispar ordo successionis, nequaquam compatibilis est cum prælatione senioris,juxta id, quod dispositum fuerat in testamento, sed Juspatronatus relictum ambobus censetur æqualiter, & pro virili, ut optimè tenent *Rip. consil. to.* 2. *tit. de jurepat. cons.*6. *n.*1. *&* 6. *Lotter. de re benef. lib.* 2. *q.*12. *n.*128., & testatur *Rot. coram Burat. decis.*481. *n.*1. *& ibi Adden. lit.A. & in recen. decis.*248. *n.* 2. *& seq. par.* 16. *& in Mediolanen. juris patronatus* 3. *Julii* 1684. §. *Verùm coram bon.mem. Paulutio impress. apud Modern.Roman.discep.Eccl.*38. *n.*9. *& in Bononien.Beneficiorum de Castello* 9. *Junii* 1713. §. *Id ipsum cor.R.P.D.meo Ansaldo.*

Ve-

Verumtamen inutilis reddebatur inſpectio iſta, an nempe Juſpatronatus activum ſpectaret ad utrumque juxta ordinem ſenioritatis, vel pro virili; quia quomodocumque res accipiatur Patroni ædes liberas non habebant nominandi, quem maluerint; ſed præcisè præſentare tenebantur unum de propria ipſorum familia: unde eis integrum minimè fuerat nominationem explere in perſonam Leonardi Sigiſmundi, poſthabito Conſtantino Felice exiſtente in eadem familia Patronorum, utpote filio Leonardi, & nepote Antonii, cui propterea debita eſt adjudicatio Cappellaniæ controverſæ, tametſi à Patronis præſentatus non fuerit, ex ea regulari juris propoſitione, quòd paſſivè ad

11 Juſpatronatus vocatus nullus indiget Patronorum ſuffragiis, dum præſentatus, & præelectus dicitur ab ipſo Fundatore, de qua paſſim *Rot. antiqua coram Creſcent. deciſ.7. de jurepatr. & moderna coram Bich. deciſ.661. nu.1. & in rec. deciſ. 122. nu. 2. par.11. & in Valentina Beneficii 9. Januarii 1693. §. Moti, & 3. Aprilis ejuſdem anni §. In nihilo, coram Reverendiſs. D. meo Molines, impreſs. apud eumdem Modernum Roman. diſcept. Eccleſ.7. ſub n. 31., & in Nullius, ſeu Orbitellen. juriſpatronatus 13. Januarii 1696. §. primo coram R. P. D. meo Scotto Urbis Gubernatore, & in Sutrina Canonicatus 21 Junii 1706. §. Cùm enim coram Eminentiſs. Priolo.*

12 Facilè autem fuit oſtendere Juſpatronatus paſſivum reſtrictum, ac coarctatum fuiſſe ad familiam effectivam, & deſcendentiam dictorum Patronorum ex contextu ultimi codicilli, in quo Teſtatrix relicto jure nominandi, ſeu præſentandi prædictis Antonio, & Leonardo, eorumque deſcendentibus in infinitum -- *ſin tanto durerà eſſa loro famiglia* -- eiſdem præcepit -- *ma ritrovandoſi della ſteſſa loro famiglia Sacerdoti, venghino preferiti* -- ſubdendo poſtea -- *ed eſtinta tal loro famiglia, vuole, ordina, e comanda, che il detto jus di nominare, e preſentare caſchi ſotto le condizioni, come ſopra, al prenominato Signor Giuſeppe Franceſco Saracino, figliuoli, e deſcendenti da loro maſchi in infinitum*: Quibus ex verbis vel arguendum eſt Fundatricem pari modo, quo Juſpatronatus activum priùs in teſtamento omnibus de familia Saracina indefinitè conceſſum reſtrinxit ad perſonas Antonii, & Leonardi, eorumque deſcendentium, ac ſolùm in iſtorum defectum voluit ſubſtituere Joſephum Franciſcum, ac ejus lineam maſculinam, coercuiſſe etiam eodem ordine Juſpatronatus paſſivum, cùm nulla ſit aſſignabilis ratio prædilectionis, ob quam diverſimodè in uno, ac in altero immutare intellexerit, per ea, quæ in ſpecie notavit *Rot. in recent. deciſ. 374. n.20. par. 11. & in Auximana Juriſpatronatus 27. Junii 1701. §. Minuſque cum ſeqq. coram R. P. D. meo Anſaldo, & in Interamn. Juriſpatronatus 22. Martii 1706. §. Ulterius coram R.P.D. meo Scotto, & in Hortana Beneficii 1. Junii 1708. §. Taliſque coram Eminentiſs. Priolo.*

13 Vel ſaltèm exiſtente in deſcendentia Leonardi alterius ex Compatronis Conſtantino Felice, iſtum cogebantur Patroni præcisè ad Cappellaniam anteferre, attentis mox relatis verbis -- *ma ritrovandoſi della ſteſſa loro famiglia Sacerdoti, venghino preferiti a qualunque altro* -- cujus familiæ appellatione ex vi dictionis *loro*, latinè *ipſorum* dubitari non valet, quin veniat familia tantùm effectiva in deſcendentia dictorum Patronorum, juxta tradita per *Gratian. diſcept. 645. nu.5. Card. de Luc. de jurepatr. diſc.24. n.2. Vivian. de jurepatr. lib.4. cap. 10.*, & docuit *Rot. coram Emerix jun. deciſ.1335.n.4. & in Mediolanen. Beneficii 30. Januar. 1711. §. Quid plus coram R.P.D. meo Anſaldo, & in Alexanen. Beneficii 11. Decembris ejuſdem anni §. Non attento, & 11. Aprilis 1712. §. Nec ſubſiſtere coram R.P.D. meo Aldrovando*; Itaut illo neglecto haud queat ſubſtineri præſentatio Leonardi Sigiſmundi, qui uti filius Joſephi Franciſci exiſtit in linea prorſus poſtpoſita, & ſolùm invitata per poſterius, ubi familia dictorum Antonii, & Leonardi penitùs perimeretur -- *ed eſtinta tal loro famiglia &c.* quique propterea admitti non debet in concurſu alterius deſcendentis à linea prædilecta, ad *Text. in l. cùm ita §. In fideicommiſſo, ubi Gloſs. in verbo nominati ſunt ff. de legat. 2.* & dixit *Rot. in Aſten. Prioratus ſuper inſtitutione 20. Januarii 1708. §. Maximè cum duob. ſeqq. coram R.P.D. meo Lancetta, & 7. Decembris ejuſdem anni §. Eoque magis coram R. P. D. meo Aldrovando, & in Faventina Juriſpatronatus 12. Maji 1710.*

§. *Stante*

§. *Stante igitur coram R.P.D. meo Ansaldo.*

14 Absque eo quòd urgeat animadversio illa, quòd si prima vocatio limitata sic fuisset ad solos descendentes de familia effectiva; sequeretur, quòd istis non existentibus, liberum esset Patronis nominare etiam extraneum, quamvis in concursu, & ad exclusionem illius, qui existeret in linea contentiva. Siquidem, omissis aliis responsionibus, satis esset ad submovendum hujusmodi absurdum ipsa providentia, qua usa fuit Antonia Testatrix, dum extincta eorum familia, scilicet Antonii, & Leonardi, præcepit, ut idem Juspatronatus devolveretur sub prædictis conditionibus ad Josephum Franciscum, illiusque filios, & descendentes masculos, ac propterea quoties in linea dictorum Patronorum non adsint passivè vocati capaces nominationis, non ideo est in illorum facultate præsentationem explere in personam extranei, sed subingreditur linea Josephi Francisci immediatè substituta, non quia istius descendentes comprehensi intelligantur in prima vocatione Jurispatronatus passivi, sed quia peremptis lineis antecedentibus, fit locus substitutioni descendentium ejusdem Josephi Francisci, cùm in jure æquiparetur lineam esse extinctam, ac in ea non adesse capacem, ad firmata per *Surd. cons.* 237. *n.* 3. *Card. de Luc. de fideic. disc.* 90. *n.* 3. cum aliis per *Rot. in Romana fideicommissi de Massiolis* 20. *Januarii* 1702. §. *Ut minùs coram R.P.D. meo Scotto.*

Negocium minimè facescente, quòd supra relata verba codicilli -- *ma ritrovandosi della stessa loro famiglia Sacerdoti venghino preferiti a qualunque altro* -- nil aliud importent, quàm prælationem Sacerdotis ubicumque existat in dictis lineis, nec ideo excludant, quòd per posteriùs vocati non censeantur alii de familia, licèt contentiva, unde subsumebatur in præterita contraria decisione §. *Quod si cum seq.* quòd dum Constantinus Felix, licèt de linea antelata, non erat actu Sacerdos de tempore sequutæ vacationis, impedimenti esse non poterat, quominùs aperiretur vocatio favore Leonardi Sigismundi jus sibi nanciscentis, æquè ex substitutione lineæ Josephi Francisci patris facta in eodem codicillo, ac ex appellatione Sacerdotis indefinitè concepta in testamento pro omnibus de fami-

15 lia Saracena. Nam Domini iterum perpensis prædictis verbis, non propterea ex sola nuncupatione *Sacerdotis*, quem mandavit præsentari, ac præferri ubi adessent de linea Patronorum, authumarunt Cappellaniam constitutam fuisse in statu Sacerdotali, in modum, ut requireret qualitatem Sacerdotalem actu, cùm juxta constantem nostri Tribunalis sententiam frequentissimis Sac. Congregationis Concilii oraculis comprobatam, ubi desint verba præceptiva celebrandi per seipsum, vel prohibitiva nè Missæ per alium celebrari valeant, nominatio Sacerdotis, seu Presbyteri sub certo Missarum onere adjecta præsumitur ad demonstrandum Instrumentum, non autem qualificativè ad personam Sacerdotis pro celebratione Missarum, in qua plus attenditur opus operatum, quàm operantis, ut ex originali doctrina *Lap. alleg.* 35. pluribus adductis *Rot. decisionibus, ac Sac. Congregationis resolutionibus, & præ cæteris in una Nepesina Cappellaniæ* 16. *Novembris* 1708. ubi per septem vices dictum fuerat ab uno Sacerdote de familia, quatenus adsit, sin minùs ab aliis Sacerdotibus, qui quidem Sacerdotes sint Cappellani, videre est *in Cremonen. Beneficii* 9. *Martii anni præteriti coram R.P.D. meo Lancetta, & 4. Februarii nuper elapsi* §. *Ex Instrumento, coram me.*

16 Quòd si ex ipsa juris censura, ubi contrarium non exigat Fundatoris voluntas, desiderata non intelligitur qualitas Sacerdotalis actu, sed habitu tantùm sufficiat, libentiùs adhærendum est legali huic præsumptioni in hypotesi, in qua illi non solùm non resistit, sed potiùs Fundatricis mens famulatur. Ea quippe in testamento cogitando, quòd non adessent Sacerdotes in familia, impartita fuit Patrono facultatem -- *di far dire esse Messe per mezzo d'altro Sacerdote, sinche alcun altro d'essa famiglia Saracina ne sarà capace da poter esser nominato* -- & successivè in primo codicillo Patronis, quando justificari contigisset, permisit -- *di celebrare, o far celebrare per il detto tempo le sudette Messe per qualsivoglia Sacerdote tanto presentato a detto Beneficio, quanto non presentato* -- quamobrem perspicuè declaravit non requisivisse pro adimplemento

injuncti

injuncti Miſſarum oneris Sacerdotium actuale, ſed ſolùm habituale, & in potentia, cui optimè congruit elargita permiſſio celebrandi per interpoſitam alterius Presbyteri perſonam, ut in ſpecie adnotavit *Rot. coram Celſ. deciſ.367.n.14. & 15., & in Farſen. Canonicatus 11. Decembris* 1711. §. *In prædictorum coram R.P.D. meo Criſpo, & in Melphicten. Beneficii 21. Junii* §. *Quin potius, & 5. Decembris* 1712. §. *Incontrovertibilis coram R.P.D. meo Lancetta*.

17 Quin oppoſitum ſuaderi queat ab eo, quod ſervavit Fundatrix, dum in ſecundo codicillo prælegit pro primo Cappellano Conſtantinum, poſtquam ad Preſbyteralem aſcenderat ordinem, tametſi ab Antonio, & Leonardo non deſcendentem, ut inquit antedicta mea Deciſio §. *Neceſſarium*. Quandoquidem cùm ex aliis teſtamenti, & codicillorum locis non ſolùm deſumi non poſſit requiſiviſſe Sacerdotium actuale, quinimo colligatur permiſiſſe celebrationem Miſſarum fieri per alium; non ex eo, quod prælegit Sacerdotem, referri hoc debet ad prærogativam Sacerdotii, quando non probatur, quòd de eodem tempore adfuerint Clerici capaces iſtius Cappellaniæ in lineis Antonii, & Leonardi; ſed tribuendum eſt privilegio conſanguinitatis, ac vinculo ſanguinis cum ipſa Teſtatrice, quo adſtrictus reperiebatur Conſtantinus primus nominatus, utpote de familia prædilecta Antonii, & Leonardi, quorum erat frater germanus; unde non rectè ex prima nominatione Cappellani collata in perſonam Conſtantini, licèt Sacerdotis, deduci valet fuiſſe qualificatam Cappellaniam in ſtatu Sacerdotali, ut ſenſiit *Rot. in Ortonen. Beneficii 23. Martii* 1708. §. *Parum relevante coram R.P.D. meo Scotto, & dicta Melphicten. Beneficii 26. Junii* 1711. §. *Minùs coram Eminentiſs. Priolo, confirmata die 21. Junii* 1712. §. *Inſubſiſtens coram R.P.D. meo Lancetta*.

28 Eòque faciliùs Cappellania adjudicanda eſt Conſtantino Felici, quia intrà annum, & longè ante quàm ſuperaccederet ſententia Ordinarii favore Leonardi Sigiſmundi Sacerdotali charactere fuerat inſignitus, atque ideo eò minùs ille contemnendus erat, licèt de tempore ſequutæ vacationis ea qualitate non polleret; nam cùm eſſet de genere à Fundatrice prædilecto, ſat erat potentiæ dictæ habilitationis, nè tranſitus fieri debuerit ad deſcendentes Joſephi Franciſci ſubſidiariè ſubſtitutos, per ea, quæ in propoſito cenſuit *Card. de Luc. de Jurepat. diſc. 82. num. 5.* Potiſſimum quia linea Joſephi Franciſci non aliàs invitata legitur, quàm extincta familia Leonardi, & Antonii; unde exuberat ſola ſpes, quòd adeſſe potuerint Sacerdotes in illorum deſcendentia, ut interim repellerentur alii de linea minùs dilecta, qui concurrere non poſſunt, niſi in caſu deſperatæ exiſtentiæ Sacerdotis prius vocati, ut benè concludit *Carol. Ant. de Luc. de lin. legal. reſp. 22. n. 5. Add. ad Greg. dec. 338. n. 16. verſ. & in ſimili*, & conferunt deciſa per *Rot. in rec. dec. 325. n. 5. par. 17.*

Et ita omnibus DD. ſuffragium ferentibus reſolutum fuit utraque &c.

ARGUMENTUM.

Reſervato Jurepatronatus à Fundatore favore *Primogeniti* de ejus familia, quis in eo ſuccedere debeat, Primogenitus juris, vel potius Primogenitus facti? Etſi unico partu naſcantur duo gemelli de dicta familia, quis eorum dicendus ſit Primogenitus ad effectum ſuccedendi in Jurepatronatus Primogeniali?

SUMMARIUM.

1 *Quæ, & quot ſint cauſæ efficientes Juſpatronatus Primogeniale?*

2 *Juſpatronatus Primogeniale quotuplex ſit?*

3 *Ad cognoſcendum, an in reſervatione Juriſpatronatus favore Primogeniti veniat Primogenitus facti, vel Primogenitus juris, attendenda eſt voluntas Teſtatoris,* & num. 32.

4 *Fundator reſervando Juſpatronatus favore* Primogeniti, *aut* Majoris natu, *in dubio, an præſumatur intellexiſſe potiùs de Primogenito naturali, quàm civili?* & num. 15., & num. 26. uſque ad 30.

5 *Reſervato Jurepatronatus favore* Majoris natu *familiæ, an in eo ſuccedere debeat Patruus, excluſo Nepote? Et an idem ſit* Major natu, *aut* Primogenitus, & num. 16., & num. 29. & 35.

6 *Juspatronatus præsumitur reservatum favore illius, erga quem Fundator majorem affectionem habuit.*

7 *Juspatronatus, attentis ejus fructibus, an magis congruat Primogenito facti, quàm Primogenito juris?* & num. 9., & 18. 19.

8 *Jus retinendi claves, scripturas, custodiendi Castrum, ac distribuendi eleemosynas spectat ad Natu maiorem, & seniorem familiæ.*

10 *Reservato Jurepatronatus favore Primogeniti familiæ, in eo succedere debet Prigenitus juris, & non Primogenitus facti, seu nepos ad exclusionem Patrui,* & n. 31. 33. & 34. *Et quare?* Vide n. 13. Amplia, ut num. 14.

11 *In Jurepatronatus Primogeniali, quæ sint consideranda?*

12 *Juspatronatus radicatum in linea Primogeniali non potest transire ad secundam lineam, nisi prima penitùs evacuata.*

17 *Proximior in Primogenituris quis dicatur?*

20 *Referuntur plures casus, & conjecturæ, quibus dignosci valet, quando Fundator reservando Juspatronatus favore* Primogeniti *voluerit comprehendere potius Primogenitum juris, quàm facti. Vel è contra,* & n. 21. usque ad 24., & n. 35. usque ad 43.

25 *Natis duobus gemellis unico partu, quis eorum dicendus sit Primogenitus ad effectum succedendi in Jurepatronatus Primogeniali?*

41 *Juspatronatus activum rectiùs convenit facienti primam figuram in familia, quàm simpliciter habenti majorem ætatem. Passivum verò è contra.*

44 *Observantia erronea, aut æquivoca nihil operatur.*

CASUS XII.

PRæter alia laudabiliter disposita in suo postremo, quo decessit elogio, quidam Patronus reservavit Juspatronatus ad Beneficium propriis bonis à se fundatum favore *Primogeniti* ejus familiæ, consistentis in tribus fratribus, & ingresso Jurepatronatus vigore hujus dispositionis in uno ex tribus fratribus Primogenito ad exclusionem secundo, & tertio geniti, ac per eum emissis quampluribus præsentationibus in successivis vacationibus Beneficii; tandem idem frater Primogenitus vita functus, reliquit post se filium, qui prætendit succedere in hoc Jurepatronatus, excluso altero fratre secundogenito, seu Patruo. Quæro proinde quis succedere debeat in hujusmodi Jurepatronatus primogeniali filius Primogeniti præmortui, an ejus Patruus, seu Primogenitus juris, vel potius Primogenitus facti?

Celebris, & antiqua hæc controversia, nimirum, an Nepos excludat Patruum à jure primogenituræ, adeò Doctorum ingenia contorsit, ut in duas ipsi sese classes contrarias diviserit, ut videre est apud *Tiraquell. de Jure Primogen. q.* 40. *Fusar. de substit. par.* 2. *q.* 387. Ego verò in hac materia Primogenituræ, & Majoratus, quæ mare magnum à Doctoribus nuncupatur, seligendo solùm ea, quæ ad decisionem præsentis casus conducere possunt, remittendo in reliquis Lectorem ad proprios Authores, qui de illis specificè, ac diffusè pertractarunt; pro clariore re-
1 solutione quæstionis, præmittendum duxi: Primò, quòd tres possunt esse causæ efficientes, & reddentes Juspatronatus Primogeniale, videlicet Statutum, Consuetudo, & Dispositio Fundatoris. Juspatronatus potest esse Primogeniale ex *Statuto*, si adsit Statutum, quòd Primogenitus familiæ succedat in hæreditate defuncti, tunc enim si Juspatronatus sit annexum hæreditati; sicuti vigore Statuti hæreditas transit ad Primogenitum, ita vigore ejusdem Statuti Juspatronatus hæreditati annexum transibit in Primogenitum, ad *Text. in cap. ex literis, & cap. cùm sæculum de jurepatr.* de quibus infra *Can. XIV. & XV. Tiraquell. de jure Primog. q.* 36. *n.* 1. Potest esse Primogeniale ex *Consuetudine*, si adsit Consuetudo deferendi hæreditatem, cui adsit annexum Juspatronatus ad Primogenitum familiæ; aut si adsit Consuetudo deferendi Juspatronatus de per se sumptum ad eumdem Primogenitum. *Tiraquell. ubi supra q.* 36. *&* 38. *Vivian. de jurepat. lib.* 4. *cap.* 2. *n.* 58. *& seq.* Denique potest esse Primogeniale ex *Dispositione Fundatoris*, si Fundator in limine fundationis disponat, quòd Primogenitus solus familiæ succedat in Ju-
2 repatronatus *Lambertin. de jurepat. lib.* 1. *par.* 2. *q.* 2. *art.* 10. *n.* 10. Secundò, præmittendum est, Juspatronatus Primogeniale dividi posse in Primogeniale facti, seu

seu saltuarium, & irregulare, & Primogeniale juris, seu regulare, quorum primum est, quando pro ejus successione in tota collectiva personarum familiæ, seu descendentiæ, cui fuit reservatum, habetur ratio ad solam majorem ætatem, nullatenus ad lineam; Secundum est, quando habetur ratio ad lineam, non verò ad ætatem, nisi in linea, ad similitudinem distinctionis Majoratus, de qua *Torr. de Majorat. cap.6. §.1. & 3. tom.1.*

3 His præmissis; Pro resolutione hujus quæstionis attendenda venit voluntas Fundatoris, nimirum, an reservando Juspatronatus favore *Primogeniti* ejus familiæ, voluerit anteferre lineam, vel ætatem, quòd si voluerit anteferre ætatem; certum est, quòd in Jurepatronatus primogeniali succedere debeat Primogenitus facti, seu ille, qui in tota collectiva vocatorum reperitur constitutus in majori ætate, & sic patruus ad exclusionem nepotis; si verò voluerit præferre lineam, succedere debet Primogenitus juris, cùm linea vincat gradum, ætatem, & sexum. *Torr. de Major. & Primog. par.1. cap. 41. §.7. n.14. & in par.3. decis.6. n.20. & seq. Card. de Luc. de fideic. disc.4. n. 4. & disc. 15. n.4. & disc.16. n.6.* Et quidem prima facie in casu præsenti dicendum videtur voluntatem Fundatoris in reservatione Jurispatronatus favore *Primogeniti* ejus familiæ fuisse præferre ætatem, seu Primogenitum facti, Primogenito juris, ac in eo succedere voluisse patruum ad exclusionem nepotis.

4 Plures enim concurrunt conjecturæ, quæ suadere videntur hujusmodi voluntatem. Prima est ipsum nomen *Primogeniti*, quod cùm sit aptum comprehendere Primogenitum tam naturalem, quàm civilem, Fundator reservando absolutè, & simpliciter Juspatronatus favore *Primogeniti* ejus familiæ, præsumitur in dubio potiùs intellexisse de Primogenito naturali, quàm civili, dum verba, quæ intelligi possunt de actu naturali, & civili, semper de naturali sunt intelligenda. *Alex. cons.4. nu.3. lib.4. Mans. consult.95. n.2. Gratian. discept.834. n.2.* Eodem mo-

5 do, quo si Fundator reliquisset Juspatronatus favore *Majoris natu* familiæ ex vi hujus verbi præsumeretur relictum favore illius, qui in dicta familia reperiretur in majori ætate constitutus, & sic favore patrui, excluso nepote: ergo etiam relinquendo Juspatronatus favore *Primogeniti*, præsumendum est, illud reliquisse favore habentis majorem ætatem in tota collectiva vocatorum, & in eo succedere voluisse patruum, excluso filio Primogeniti defuncti, idem enim est Maior natus, ac Primogenitus, *Card. de Luc. de fideic. disc.1. n.14. Rot. dec.92. n.8. & seq. apud Balduc. ad cons. Ramon. tom.4.*

6 Secunda conjectura eamdem voluntatem suadens est ipsa major affectio Fundatoris erga patruum, quàm erga nepotem; Patruus enim, seu frater Primogeniti defuncti est proximior, seu in gradu proximiori conjunctus cum Fundatore, quàm sit nepos, seu filius ejusdem Primogeniti defuncti; Unde Fundator vocando ad Juspatronatus Primogenitum, præsumitur nomine *Primogeniti* comprehendere voluisse fratrem Primogeniti defuncti, & non hujus filium, & illum succedere in hoc Jurepatronatus, ita dictante naturali affectione, quæ semper in consanguineos strictioris sanguinis vinculo sibi conjunctos, quàm in remotiores descendit, ad *Text. in l. Publius §. primo ff. de condict. & demonstr. Rot. in Valentina Beneficii 27. Aprilis 1714. §. Maximè coram R.P.D. Crispo.*

7 Tertia denique conjectura in idem tendens est ipsa qualitas, & natura Jurispatronatus, quæ attentis ejus fructibus magis congruit Primogenito facti, seu seniori, & habenti majorem ætatem veram, & realem, quàm Primogenito juris, qui tantùm jure repræsentationis dicitur Primogenitus; Patrono enim vigore Jurispatronatus competit præsentatio Rectoris Beneficij, ut dixi *Parte I. Can.V.* Præsentatio autem requirit in Præsentante prudentiam, cognitionem, & capacitatem discernendi aptum ab inepto, habilem ab inhabili pro regimine ejusdem Beneficii, adeòut cùm major prudentia, cognitio, & capacitas sit in habente majorem ætatem, quàm in juniore, ratione cujus melius providetur Beneficium de Rectore; sequitur Fundatorem, cui semper præsumitur esse in optatis optimus status Beneficii, reservando Juspatronatus favore *Primogeniti*, nomine *Primogeniti* comprehendere voluisse Primogenitum facti, &

illum, qui in tota familia contemplata habet prærogativam ætatis naturalis, & veram majorem ætatem. *Bero. conf.* 71. *lib.* 1. *Tiraquell. de Primogen. in præfat. n.*79. *& q.*40. *nu.*203. *Card. de Luca de fideic. disc.*1. *n.*9. *& disc.*4. *n.*6., & in terminis Juriſpatronatus *Gratian. diſcept. forenſ.*645. *n.*7.

8 Et ob hanc rationem majoris prudentiæ, & capacitatis in ſeniore, quàm in juniore videmus, quòd competente pluribus fratribus in cõmunione viventibus jure retinendi claves, ſcripturas, cuſtodiendi Caſtrum, adminiſtrandi feudum, ac diſtribuendi eleemoſynas; exercitium iſtorum jurium, nimirum, retentio clavium, ſcripturarum, cuſtodia Caſtri, ac diſtributio eleemoſynarum ſpectat ad fratrem natu majorem, & ſeniorem ex tota collectiva eorumdem fratrum, nec ingreſſis hujuſmodi juribus in fratre primogenito, hoc defuncto poteſt in illis ſuccedere ejus filius ad excluſionem alterius fratris, ſeu patrui ſenioris. *Honded. conf.* 70. *lib.*2. *Michalor. de fratr. par.*3. *cap.*37. *n.*3. *& ſeqq. Tiraquell. de Primogen. in præfat. n.*147. *Card. de Luc. de fideic. diſc.*3. *nu.*4. *& ſeq. Manſ. conſult.*96. *n.*35. *& ſeq.*

Ergo etiam competente Jurepatronatus ex diſpoſitione Fundatoris Primogenito ejus familiæ, præſumitur Fundator vigore hujus diſpoſitionis voluiſſe, quòd in tota collectiva perſonarum familiæ, faciendo tranſitum de una linea ad aliam ejuſdem familiæ, ille ſuccedere debeat in dicto Jurepatronatus, qui pollet prærogativa majoris ætatis, ac contemplaſſe propriam familiam ad inſtar Capituli, Collegii, aut Civitatis, quibus ſi competit jus explendi aliquem actum, iſte ſemper expletur à primo, & digniore, ac antiquiore de Capitulo, Collegio, aut Civitate. *Card. de Luc. de præem. diſc.*19. *num.*11.

9 Competunt etiam Patrono vigore Juriſpatronatus alii duo fructus, nimirum defenſio Eccleſiæ, & honor, ut latè probavi *Prima Parte Can.* 1. *&* 2. *Caſ.* 1. *& Can. IV.* Eccleſia autem melius defenditur per ſeniorem, quàm per juniorem, dum juxta commune dicterium, plus valet umbra ſenis, quàm gladius juvenis, *Lara de Anniverſ. & Cappellan. lib.*1. *cap.*7. *n.*7., & ſemper de jure naturæ, ac civili eſt in honoribus juniori præferendus. *Jaſon. conſ.*192. *tom.*2. *Tiraquell. de Jure primog. in præfat. n.* 165. Ac proinde ex hoc ipſo, quòd Juſpatronatus quoad ejus fructus congruentius conveniat ſeniori, quàm juniori, arguitur voluntas Fundatoris in reſervatione Juriſpatronatus favore Primogeniti fuiſſe comprehendere Primogenitum facti, non verò Primogenitum juris, & in eo ſuccedere voluiſſe patruum ad excluſionem nepotis.

10 Quibus minimè obſtantibus, cenſeo in hoc caſu ſuccedere debere in præfato Jurepatronatus Filium Primogeniti defuncti, ſeu Nepotem, non verò ejus Patruum, ſeu ſuccedere debere Primogenitum juris, & non Primogenitum facti.

11 Certæ enim, & elementares ſunt in jure hæ propoſitiones, nimirum, quòd in Jurepatronatus primogeniali, ſicuti in quacumque alia Primogenitura quatuor ſint conſideranda, Linea, nempe, Gradus, Sexus, & Ætas, & qui habet prærogativam, ſeu potioritatem lineæ primogenialis, ſive ſit filius, ſive nepos, ſive ulterior deſcendens, ſemper antecellit patruum, & quemlibet alium tranſverſalem exiſtentem in linea ſecundo, & tertiogeniti, nullatenus attento gradu, niſi in eadem linea; nec ſexu, niſi in eodem gradu; nec ætate, niſi in eodem ſexu: *Fuſar. de ſubſtitut. par.*2. *q.*387. *n.*55. *Rot. deciſ.*18. *n.*4. *&* 5. *par.*18. *rec. & in Fulginaten. Primogenituræ* 14. *Junii* 1700. §. *Sic præmiſſis coram Reverendiſs. Molines Decano.*

12 Et quòd Juſpatronatus radicatum in linea primogeniali ſemper deferatur de Primogenito in Primogenitum uſque ad totalem ejus conſummationem, nec per antea ab ea evelli poſſit, niſi fuerit penitùs evacuata. *Altograd. conſ.* 89. *num.*56. *lib.*2. *Tiraquell. de jure primog. q.*10. *n.*21. *Molin. eod. tract. lib.*3. *cap.*4. *n.*14. *& cap.*6. *n.*29. *Torr. de Majorat. cap.*10. §. 2. *n.*16. *tom.*1. *Card. de Luc. de fideic. diſc.* 1. *n.*14. *& diſc.*15. *n.*7. *Andreol. controv.*254. *n.*43. *Rot. deciſ.*622. *n.*1. *coram Bich.* Unde cùm in caſu præſenti vocato per Fundatorem ad Juſpatronatus Primogenito ejus familiæ conſiſtentis de tempore vocationis in tribus fratribus, unuſquiſque eorum conſtituat propriam lineam, videlicet Primogenitus primam, Secundogenitus ſecundam, & Tertio genitus tertiam: *Al-*

tograd.

tograd. controv.73.n.8. tom.2. & cùm Juſpatronatus ingreſſum, & radicatum fuerit in linea Primogeniti,& hujus filius habeat prærogativam, & potioritatem lineæ, ſequitur juxta præfatas propoſitiones, quòd iſte ſuccedere debeat in hujuſmodi Jurepatronatus ad excluſionem patrui, & aliorum conſtituentium ſecundam, & tertiam lineam; nec poſſit idem Juſpatronatus tranſire ad ſecundam lineam, niſi penitùs evacuata prima ad ſimilitudinem Juriſpatronatus libertorum, quòd competit filio patre mortuo. *Tiraquell. de jure primog. q.40. nu.1. & nu.20. Molin. de primogen.Hiſpan. lib.3. cap.4.nu. 13. Fuſar. de ſubſtit. par.2. q.387. n.1. & ſeqq. Torr. de Majorat. cap.7. §. 5.nu. 48. Tondut. quæſt. & reſol. civil. cap.89. nu.1. Altograd. controv.73. nu.7. & 29. tom. 2. Manſ. conſult.97. n.28. Vivian. de jurepat. par.1. lib.4. cap.2. n.59. Card. de Luca eodem tract. diſc.21. n. 8. verſ. Attamen, & de feud. diſc.13. n.9. & de fideic. diſc.1.nu. 24. & diſc.2. n.2.* & reſolutum fuit à Sac. Rota *in Aſten. Prioratus de Coſta ſuper pertinentia 6. Martii 1711. coram R.P.D. Anſaldo*, inferiùs impreſſa num. *26. & in Lunen. Sarzanen. juriſpatronatus 1.Februarii 1715. §. E conſpectu, coram Eminentiſſimo Scotto.*

13 Ratio autem eſt, quia præfatus filius Primogeniti defuncti, ſeu reſpectivè nepos, verè, & propriè dicitur Primogenitus, dum Primogenitus non tantùm dicitur ille, qui primò natus eſt in ipſa linea, quam conſtituit, ſed eo defuncto, nomen *Primogeniti* convenit etiam deſcendentibus ab eodem, licèt ætate junioribus, & iſti reputantur una,& eadem perſona cum Primogenito, à quo deſcendunt; Forma enim,& origo, quæ à radice deducitur in quolibet derivato experitur, ad *Text. in l.ratione §. ſi filio ff. ad leg. falcid. Bald. conſ.309. lib.2. Abb. conſ.85.n.6.lib.1. Molin. de primog. Hiſpan. lib.3. cap.6.n.9. Rota in Salisburgen. Primogenituræ de Lodron 8.Junii 1711. §. Ratio, coram Eminentiſs. Scotto.*

14 Eòque magìs Filius Primogeniti defuncti, aut alius ab hoc deſcendens ſuccedere deberet in hujuſmodi Jurepatronatus ad excluſionem Patrui, & aliorum de linea ſecundò geniti, ſi concurreret obſervantia, ſeu ſi per plurium annorum decurſum Juſpatronatus, quod fuit ingreſſum in linea Fratris Primogeniti ſemper ſteterit in illa, & numquam fuerit ullus admiſſus de linea Fratris ſecundogeniti, quamvis in hac extiterit perſona conſtituta in majori ætate, ex quo ſequeretur, quòd prærogativa lineæ in hoc Jurepatronatus omnes qualitates vinceret, & antecelleret, itaut, qui in illa non exiſteret haberetur pro excluſo, & merè extraneo. *Tiraquell. de jur. primog. quæſt.40. n.228. Palma Nep. alleg.101. n.15. Rot. in Spoletana juriſpatronatus 19. Junii 1705. §. Hæc quæ coram R.P.D.Omanna,& in Lunen. Saezanen. juriſpatronatus 1. Februar. 1715. §. Potentiores, coram Eminentiſſimo Scotto.*

15 His omnibus minimè nocent conjecturæ ſuperiùs in contrarium deductæ; licèt enim nomen *Primogeniti* aptum ſit comprehendere Primogenitum tam naturalem, quàm civilem,tamen cùm Juſpatronatus primogeniale ſaltuarium reputetur odioſiſſimum, ut evitetur hæc ſaltuaria ſucceſſio,in dubio præſumendum eſt Fundatorem nomine *Primogeniti* intellexiſſe de Primogenito civili, non verò de Primogenito naturali, ſeu facti; *Torr.de Major. & primog. Ital. par. 1. cap. 41. Manſ. conſult.97. n.25. Rot. deciſ.165. n.1.par.8. & in Spoletana juriſpatronatus 19. Junii 1705. §. Et quamvis coram R.P.D. Omanna, & in dicta Lunen. Sarzanen.juriſpatronatus 1. Febr.1715. §. Super accedebat coram Eminentiſs. Scotto.*

16 Paritas autem deducta ex reſervatione Juriſpatronatus facta favore *Majoris natu* familiæ nullatenus officere poteſt;quoniam aut ſumus apud Hiſpanos, & tunc licèt ſit idem Major natu, ac Primogenitus, tamen reſervato Jurepatronatus favore Majoris natu, apud ipſos intelligitur non de Majori natu naturali, ſed de Majori natu civili, & lineali; *Torr.de Majorat.Ital. cap.41. §.1. n.6. tom.1. Card. de Luc. de fideic. diſc.1. nu.4. Rot. in Fulginaten. Primogenituræ 14. Junii 1700. §.Cùm enim coram Reverendiſs. Molines Decano, & in Compoſtellana Parochialis de Pardenoa 22. Junii 1711. §. Minuſque coram R.P.D. Anſaldo.* Aut ſumus in noſtra Regione, & apud Italos, & tunc diſtinguendum eſt, aut ſermo eſt de uno filio ex pluribus ejuſdem gradus,& reſpectu fratrum ſuo-

suorum, & tunc Major natu, & Primogenitus sunt inter se synonima; & juspatronatus reservatum favore *majoris natu* ex pluribus ejusdem gradus, & respectu fratrum suorum diceretur reservatum favore habentis majorem ætatem, sed tamen in eadem linea, ita ut ætas non consideraretur nisi in eodem sexu, & in eadem linea juxta auctoritates superiùs relatas in §. *Certæ*: Aut sermo est de uno respectu plurium transversalium ulterioris gradus existentium in diversis lineis collateralibus; & hoc casu juspatronatus reservatum favore *Majoris natu* familiæ, diceretur reservatum favore majoris natu naturalis, seu habentis majorem ætatem in tota collectiva dictarum personarum; *Rot. in Spoletana jurispatronatus* 19. *Junii* 1705. §. *Et quamvis coram R. P. D. Omanna*; sed non ex hoc argui posset, quòd etiam reservato jurepatronatus favore *Primogeniti*, intelligendum sit de Primogenito naturali, quia in hoc casu major natu, ac Primogenitus apud nostros differunt inter se: *Fusar. de subst. quæst.* 387. *num.* 48. *Attolin. resol.* 81. *nu.* 9. *Mans. consult.* 95. *num.* 3. §. *Et pro tutiori*; *Rot. in dicto Fulginaten. Primogenituræ* 14. *Junii* 1700. §. *Cum enim coram Rmo Molines decano*.

17 Nec obstat secunda conjectura deducta ex majori affectione Fundatoris erga patruum, quam erga nepotem, seu filium primogeniti; quia in hoc casu verum non est, quòd Patruus dicatur proximior: Ratio est, quia proximior in primogenituris dicitur, qui est in linea potiori, & proximiori cum defuncto, non vero qui in gradu proximior est; *Torr. de Majorat. cap.* 12. §. 3. *num.* 22. *tom.* 1. *Altograd. controv.* 73. *num.* 8. *& seqq. lib.* 2. Cùm autem filius fratris Primogeniti defuncti sit in linea potiori, & proximiori cum defuncto, non verò frater secundogenitus, seu patruus, sequitur quod filius Primogeniti defuncti, qui consideratur tanquam portio patris, & non tanquam persona separata à patre, jure repræsentationis dicatur proximior, non verò patruus. *Fusar. de subst. quæst.* 387. *n.* 26. *part.* 2. *Card. de Luc. de Fideic. disc.* 15. *num.* 5. *Tondut. quæst. civil. cap.* 89. *nu.* 19. *tom.* 1. Ac proinde Fundator reservando Juspatronatus favore *Primogeniti* familiæ, ex ejus verisimili mente præsumitur prædilexisse omnes existentes in linea Primogeniti, non verò eos, qui essent ætate majores, & proximiores in gradu. *Amat. resol.* 1. *sub num.* 29. *Palm. nepos alleg.* 91. *num.* 6. *Rot. decis.* 622. *coram Bich.*

18 Denique tertia conjectura deducta ex qualitate, & natura Jurispatronatus non adversatur, quoniam non est absolutè verum, quod Juspatronatus, attenta ejus qualitate, & natura, congruentius conveniat seniori naturaliter, quam Juniori, seu seniori civiliter juxta prærogativam lineæ, immò indecorum, atque incongruum esset, si negleto seniori civiliter juxta prærogativam lineæ, in quo splendor, & decor familiæ conservari solet, admitteretur senior solùm juxta prærogativam ætatis, dum quam sæpe experimur, quod iste, qui habet prærogativam ætatis, & non lineæ in familia, tractu temporis juxta casuum contingentiam efficiatur vilis, ac pauper, ac proinde fieri posset, quòd iste vilis, ac pauper familiæ, habens solùm prærogativam ætatis, honoraretur ab Ecclesia patronali, & hanc defenderet ad exclusionem senioris civiliter de familia juxta prærogativam lineæ, quod est inconveniens, dum honores, & defensio Ecclesiæ congruentius conveniunt personæ diviti & conservanti decorem familiæ, licet juniori, quam personæ pauperi, & vili, licet seniori; *Card. de Luc. de Jurepat. disc.* 21. *num.* 8.

19 Et quidem ex eo, quod major cognitio, & prudentia sit in seniore naturaliter, quam in juniore, seu seniore civiliter, non exinde sequitur, quod Juspatronatus, & præsentandi congruentius conveniat primo, quam secundo; etenim videmus, quod Juspatronatus non solùm competit Mulieribus, sed etiam Infantibus, ut notavi *Prima part. Can.* 4. *Cas.* 12. Nec beneficium meliùs providetur de Rectore, si Jus præsentandi spectet ad seniorem, seu Primogenitum facti potius, quàm ad Primogenitum Juris; quoniam provisio beneficii non dependet totaliter à Patrono, sed ab ordinario habente instituere; itaut æquè bene provideretur beneficium, sive præsentatio spectaret ad seniorem naturaliter, sive ad seniorem,

seu

ſeu Primogenitum civiliter; nam aut Primogenitus civilis, ſeu Juris præſentaret ad beneficium perſonam idoneam, & hoc caſu bene eſſet proviſum beneficium, aut præſentaret perſonam inhabilem, & non idoneam ſcienter abſolutè, aut inhabilem ignoranter juxta legem fundationis; & tunc talis perſona inhabilis non admitteretur ab Ordinario; Primogenitus Juris privaretur pro ea vice Jurepræſentandi, & beneficium liberè provideretur ab eodem Ordinario de perſona idonea, ſi Primogenitus Juris intrà terminum datum ad præſentandum non corrigeret proprium errorem: *Lambertin. de jurepatron. lib.2. part.1. quæſt.* 10. *art.* 4. *num.* 16. *& ſeqq. Paxjordan. tom.2. lucubr. lib.*10. *tit.* 7. *num.* 370. *Card. de Luc. de jurepat. diſc.* 43. *num.*11. *& diſc.*47. *ſub num.* 4. *Rot. in Regien. jurispat.* 16. *Januar.*1708. §. *Tantum coram Reverendiſſimo Molines Decano; & in Volaterrana beneficii* 7. *Decem.*1708. §. *Nec voluit coram R. P. D. Criſpo*: & dicam infra *Can.* 3. *Caſ.* 3. Aut præſentaret perſonam inhabilem ſcienter non abſolute, ſed ſub conditione, & ſpe habilitatis (ut fieri poſſe teſtantur *Card. de Luc. de jurepat. diſc.*45. *num.*7. *& diſc.*64. *num.*27. *Vivian. eod. tract. lib.* 6. *cap.* 6. *num.* 19. *Rot. deciſ.* 1173. *num.* 1. *coram Seraph.*) Et hoc caſu ſuperveniente habilitate perſonæ inhabili ſic præſentatæ intus quadrimeſtre, hæc eſſet inſtituenda, & bene provideretur beneficium; non ſuperveniente verò habilitate intrà dictum terminum, Primogenitus Juris poterit aliam perſonam idoneam præſentare intrà tamen eundem terminum, non verò intrà novum à die notitiæ non obtentæ habilitatis, ut docet *Carol. Anton. de Luc. ad Ventrigl. in praxi part.*2. *annot.*6. §.1.*n.*7. *in fin. & de linea legal. par.*1. *art.*24.*n.*10. Ex quibus patet, quòd jus præſentandi ſive ſpectet ad Primogenitum facti, ſive ad Primogenitum juris, non meliùs, ſed æquè bene providetur beneficium.

20 Sed quia, ut prænotavi *in* §. *His præmiſſis*, totum hoc negotium dependet à voluntate Fundatoris, congruum duxi hìc diſtinguere plures caſus, ad cognoſcendum quando Fundator in reſervatione Jurispatronatus voluerit comprehendere Primogenitum facti, & quando Primogenitum Juris.

Primus caſus eſt ubi Juspatronatus fuiſſet reſervatum à Fundatore favore Primogeniti abſolutè, & ſimpliciter, dicendo e. g.-- *Voglio, che il juſpatronato ſpetti al Primogenito maſchio*, aut -- *che il juſpatronato vadi de primogenito in primogenitum* -- quo caſu præſumitur illud fuiſſe reſervatum favore Primogeniti juris, ſeu habentis qualitatem lineæ primogenialis, nullatenus attenta qualitate majoris ætatis, niſi in eadem linea, ſeu reſpectu eorum, qui ſint de eadem linea: *Torr. de Major. cap.* 10. §. 2. *num.* 12. *& ſeqq. tom.* 1. *Ciarlin. controv. forenſ. lib.* 3. *cap.* 222. *ſub num.* 59. *& ſeqq. Palma nep. alleg.* 48. *num.* 23. *& alleg.* 50. *num.* 1. *& ſeqq. Card. de Luc. de fideic. diſc.*5. *num.*9. *Andreol. controv.*218. *num.*1. *tom.*2.

21 Secundus caſus eſt, ſi à Fundatore fuiſſet reſervatum juspatronatus favore *Majoris natu* primi filii, ejuſque lineæ, & deſcendentiæ de majori in majorem natu, & ea extincta favore *Majoris natu* ſecundi filii, ejuſque lineæ, & deſcendentiæ, pariter de majori in majorem natu; tunc juſpatronatus diceretur reſervatum favore Primogeniti, ſeu majoris natu juris, quia ut ſuperius dixi §. *Paritas* idem eſt Primogenitus, ac Major natus, quando ſermo eſt de uno filio ex pluribus ejuſdem gradus, & reſpectu fratrum ſuorum. *Torr. de Major. cap.*11. §.1. *tom.*1.

Tertius caſus eſt, ſi in reſervatione jurispatronatus Fundator dixiſſet -- *Voglio, che ſempre quello di più tempo abbia da ſuccedere in detto juspatronato* -- Quo caſu juſpatronatus diceretur reſervatum favore Primogeniti facti, itaut nullatenus attenta linea, & deſcendentia primogeniti ſemel admiſſi, ille in eo ſuccedere deberet, qui reperiretur major ætate. *Gratian. diſcept.* 695. *num.* 6. *Card. de Luc. de fideic. diſc.* 4. *num.* 7. *Rot. deciſ.*66. *num.* 3. *part.*14. *rec.*

22 Quartus caſus eſt, ſi Fundator diſpoſuerit, quòd *duo*, *vel tres ſeniores*, *ſeu majores natu de familia habeant juspatronatus*, tunc ſub nomine *majoris natu*, vel *ſenioris* venit ille, qui naturaliter eſt major natu, nullatenus attenta linea. *Card. de Luc. de jurepat. diſc.* 21. *num.*8.

23 Quintus caſus eſt, ubi fundator vocaſſet ad juspatronatus -- *il più anziano, il più antico, o il più vecchio della famiglia*

glia -- tunc præsumeretur vocasse primogenitum facti, seu illum, qui verè habet majorem ætatem, & iste admitteretur ad præsentandum, exclusis aliis junioribus de familia; illa enim verba Italico idiomate prolata, juxta communem loquendi usum conveniunt illi, qui naturaliter est ætate major. *Fusar. de subst. qu.* 358. *n.*24. *Lotter. de re benef. lib.*2. *qu.* 11. *n.*93. *Gratian. discept. forens.* 645. *nu.* 13. *tom.*4. *Card. de Luc. de fideic. disc.* 5. *nu.* 7. *Rot. dec.*362. *n.*11. *par.*5. *rec.*

24 Sextus denique casus est, si Fundator reservasset Juspatronatus favore *Majoris natu pro tempore* de familia: e. g. si dixisset-- *debba succedere il Maggior nato, che sarà allora*-- aut favore *Majoris natu* absolutè, & simpliciter; tunc præsumeretur constituere voluisse Juspatronatus primogeniale facti; dum verbum *Major natu* respectu plurium etiam transversalium simpliciter prolatum, naturaliter est intelligendum pro eo, qui major est ætate successionis tempore, ita exigente natura, & indole verborum-- *che sarà allora*-- *Alex. cons.*4. *n.* 13. *lib.* 4. *Bero. cons.* 120. *n.*55. *lib.*2. *Amat. resol.*1. *n.* 4. *& seqq. & resol.*81. *n.* 21. *& seqq. Rot. in Romana fideicommissi de Alveris super reservatis* §. *Quæ fortius coram R. P. D. Crispo.* Et notavi superiùs §. *Paritas.*

25 Quæro etiam in hoc casu, si unico partu nascantur duo gemelli de eadem familia, quis eorum dicendus sit primogenitus, ad effectum succedendi in Jurepatronatus primogeniali?

Quæstio hæc cùm sit, ut ait *Textus in l. Idem erit* 10. *de stat. homin.* potiùs facti, quàm juris, pro ejus resolutione distinguendum est: Aut certum est quis ex Gemellis priùs exierit ex utero materno; & tunc ille, qui priùs exiit, & præcessit in nativitate alium, etiam in momento, dicendus est primogenitus, & succedere debet in Jurepatronatus primogeniali, ad exemplum Esau, qui ex eò, quòd priùs exivit à ventre matris, quàm Jacob, dictus fuit primogenitus, & obtinuit jus primogenituræ. *Tiraquell. de jure primogen. q.*2. *per tot. Merlin. de Primogen. lib.*3. *cap.*1. *n.*17. *& seq. Lara de vita homin. cap.* 12. *n.*17.

Aut est incertus, & ignoratur quis ex dictis Gemellis priùs exivit è ventre matris, eo quia hæc peperit sola, aut in loco obscuro, aut ex eo, quia iidem Gemelli sint adeò similes, ut revera dici, & discerni non possit quis eorum fuerit priùs natus, & in hoc casu quis ex dictis Gemellis dicendus sit primogenitus, variè sunt opiniones Doctorum, quas videre poteris apud *Tiraquell. de jure peimogen. q.* 17. Ego autem veriorem existimarem sententiam illam, quæ dicit in hoc casu, illum dicendum esse Primogenitum, qui ut talis tractatur, & reputatur à Patre; aut qui est in possessione denominationis Primogeniti, & juris primogenituræ; Et hunc in hoc casu dicerem succedere debere in Jurepatronatus reservato favore Primogeniti, ad exclusionem alterius Gemelli, qui à Patre, & ab eis de familia non tractatur, nec reputatur ut Primogenitus, nec est in possessione Juris primogenituræ; Pater enim in suis filiis, cùm habeat liberam potestatem, in dubio poterit potiùs denominare Primogenitum unum, quàm alium ex duobus Gemellis, sicuti potest, quòd in suis bonis potiùs succedat unus, quàm alius, per ea, quæ tradit *Tiraquell. ubi supra in decima, & undecima opinione.*

R. P. D. ANSALDO.

Asten. Prioratus de Costa super pertinentia.

Ven. 6. Martii 1711.

26 FAmosa quæstio nedum ab antiquo exagitata, sed etiam quotidiè apud Tribunalia exardescens, utrum per Testatorem, vel alium Disponentem vocato majori natu de aliqua descendentia, seu familia, iste sit intelligendus de majori natu naturaliter, vel de majori natu civiliter, id est de illo, qui descendens à linea recta primogeniali repræsentativè ad suos Ascendentes, major æquè dici potest; Censentibus nonnullis inspiciendum esse subjectum, de quo agatur, & Regionem, in qua disputari contingat, quòd scilicet in Hispania, sive Regnis, & Feudis dignitatum individuis præpolleat qualitas civilis, seu linealis, aut primogenituræ cuicumque prærogativæ gradus, vel ætatis naturalis, ut in celebri contentione Regni Neapolis inter Patruum, & Nepotem celebre non minùs

est

eſt *conſilium* 10. *Barbatii tom.* 2., qui ſub *num.*2. teſtatur etiam de prædicta conſuetudine in tota Hiſpania, *Gratian. conſ.* 6. *&* 7. *Menoch. conſ.* 886. *n.* 25. *& ſeqq. & conſ.*981. *ex n.*1. *& per tot. Molin. de primog. Hiſpan. lib.*1. *cap.*3.*n.*10.*&* 12. *Card. de Luc. de fideic. diſc.* 1. *n.* 5. cum cæteris relatis *in deciſione Tribunalis Siciliæ* regiſtrat. *penès eumdem Card. de Luc. de feud. art.*1. *ſub n.*29.

27 Cenſentibus idcirco aliis, quòd extra Regna Hiſpaniarum, & reſpectivè cætera quoque Regna, & feuda Dignitatum in ſucceſſionibus privatis bonorum indifferentium diverſimodè,& præſertim in Italia capeſſendus veniat intellectus, ut ſcilicet prævaleat ille, qui ſit naturaliter ætate præcellens,ſeu major;variato, quatenus opus ſit, tenore ſuccedendi de una linea ad alteram cum antelatione ſemper favore illius, qui exiſtat in qualibet linea primo natus, & conſequenter major naturalis ætate; unde hunc modum ſuccedendi compellavere *Doctores*, ſive dixere *Majoratum ſaltuarium*, juxta alterum *conſilium* 4. *Alexandri n.*2.*lib.*4., *& conſil.Soccin.*88. *Surd. conſ.*455. *n.*14. *Menoch.conſ.* 886. *Mangil. de imputation. q.*77. *nu.* 169. *Gratian. diſcept.forenſ.*456.*num.*82. *& diſcept.*695. *n.* 1. *&* 2. *Amat. var. reſol. c.*1. *n.*12. *&* 27. cum quampluribus aliis congeſtis per *Card. de Luc. in tract. de fideic. diſc.*1. *ſub n.*4. & aliis, quos refert, & ſequitur *Rot. in celebri voto Seraph. & Pamphil. emanat. in illa Januen. Majoratus de Grimaldis impreſſ.penès Manſ.conſult.*201. *nu.*39. *& apud Torr. de Primog. & Major. Ital. deciſ.*19. *ſub n.*2.*& in Florentina Majoratus de Griffonibus* pariter regiſtrata penès *prædictum Torr. dec.*20. *n.*127., *& in dec.*66. *n.*2. *par.*14. *rec.*

28 Aliis verò ex oppoſito pro regula exiſtimantibus, ut etiam in Italia odioſa ſit hujuſmodi ſaltuariatio,& ob id in eadem ſubjecta materia bonorum indifferentium linea vincat gradum, ætatem, & ſexum, ſemperque Primogenitus civilis, ſive linealis admittendus veniat ad ſucceſſionem, quæ ob id dicitur regularis, ad differentiam alterius irregularis, teſte *Surd. in conſ.*241. *n.*28. *Valenzuol. conſ.*69. *n.* 7. *Abb.Panorm. in conſ.*85. *n.*5. *Caſtill.quotid. controv. lib.*2. *cap.*22. *nu.* 16. *Alciat. penès Gratian. reſponſ.*8. *lib.*1. *n.*2. *& ſeq. Simon de Præt. de interpret. vltim. volunt. lib.* 3. *interpr.*3. *dub.*1. *ſolut.*10. *n.* 20. *verſ. Hæc autem*, quorum verba in puncto refert, & approbat *idem Torr. in Tractatu de quo ſupra q.*43. *n.*55. *&* 67.

29 Quodque dictum eſt in terminis vocationis majoris natu, idem & ſub eiſdem diſtinctionibus decidendum eſſe reputarunt,plerique in vocatione etiam Primogeniti, quaſi quòd ſtante perpetuitate, & ſucceſſivitate fideicommiſſi idem in ſubſtantia præſeferat vocabulum *Primogeniti*, ac vocabulum *Majoris natu*, ex quo ille, qui reperitur ætate major in qualibet deſcendentia, vel familia collectivè tamen vocata ſit etiam Primogenitus, hoc eſt Primò natus, ut adductis *Bald. in leg. cùm in antiquioribus n.* 11. *verſ. quòd præmitto C. de jur. delib. Menoch. conſ.* 981. *in princ. & ſupra dicta deciſ.Sicil.penès Card. de Luc. de feud. ſub n.*185. firmat *Rot. in præcitata Florentina Majoratus de Griffonibus ſub n.* 129. cum cæteris ibi copiosè relatis, & abundè etiam videre eſt penès *d. Torr. de ſucceſſ. in Primogen. & Major. Ital. par.*1. *cap.*40. *n.* 143. *& Ciarlin. controv.forenſ. lib.*3.*n.*9. *cap.* 222. ubi plures cumulantur, & in *Tiburtina fideicommiſſi coram Arguell.* quæ eſt *deciſio prima n.* 12. *par.* 10. *rec.* ubi quòd in Italia Primogenitus, & Major natu pro ſynonimis habentur.

30 Verùm præciſivè à materia ſucceſſoria bonorum indifferentium, quatenus tractetur de interpretando uno, vel altero vocabulo in propoſito alicujus ſucceſſionis in aliquo jure, & ſignanter honorifico, vel adminiſtratorio, in quibus requiratur major intellectus,ſive prudentia in ſucceſſore adminiſtrare, vel actum exercere debente, à contrario videtur indiſtinctè receptum, quòd vincat prærogativa ætatis naturalis,ſive vera major ætas, ſicuti tenent *Bero. in conſ.* 71. *lib.* 1. *Onded. conſ.*70. *lib.* 2. *Tiraquell. de Primogenit. in præfat. à nu.*79. *uſque ad nu.*217. *Gratian. diſcept.forenſ. cap.*645. *n.*7. *& diſcept.*695. *à n.* 5. *& ſeq. Card. de Luc. de fideicom. diſc.*1. *n.*9. *& in Piſauren. Majoratus*, de qua *in eius diſc.* 4. *pariter de fideicom. n.* 6. ubi dicitur, quòd in eademmet Cauſa reſolutum fuerat per *Rot.* ad favorem Majoris natu, eo quia ageretur de Caſtro juriſdictionali exigente admi-

nistrationem justitiæ, ac regimen vassallorum, ut videre pariter est in *decis. 66. par. 14. rec.*

31 Ast ab hisce generalibus theoriis, & propositionibus descendendo ad jus activum Patronatus, in quo conspicimus de jure, & praxi admitti ad hujusmodi exercitium præsentandi non solùm mulieres, sed etiam infantes; idcirco sive vocetur ad idem Juspatronatus activum Major natu, sive Primogenitus, probabiliùs videtur, quòd amplius non intrent mox insinuata circa jura honorifica, & administratoria prudentiam desiderantia, sed procedatur cum prælatione lineæ promogenialis, sive qualitatis majoris natu civilis, sicuti proceditur communiùs in cæteris bonis indifferentibus; maximè quia etiam illud decus, quod regulariter repræsentatur in omni familia per Primogenitos attrahere ad se quoque promeretur hunc actum cujusdam majoris decoris, qui inest in induente, seu repræsentante patronalem qualitatem, ut in specie Jurispatronatus affirmarunt *Rebuff. super concordat. rubr. 3. de collat. §. Movemus ad fin. fol. 250. & de nominat. q. 4. nu. 3. & 4. Gratian. discept. forens. cap. 834. n. 10. Card. de Luc. de fideic. disc. 1. n. 8. & 11.* ubi sic in similibus ex memorata causa majoris conspicuæ figuræ pro Primogenito concludit.

Omnes tamen Scribentes in hac mate-
32 ria, aut amplexantes unam, aut alteram opinionem, ac respectivè unam, vel alteram distinctionem fatentur unanimiter, quod postea revera tota definitio in utroque casu particulari dependeat à particularibus facti circumstantiis, & verbis adhibitis per Testatorem, aut alium Disponentem, cujus uti voluntas obtineatur, aliud non sit genericè inquirendum, nisi ad effectum, ut majores conjecturæ, & clariora verba exigantur, & demonstrentur ab eo, qui juxta præmissas propositiones communiorem habere videtur sensum, & opinionem, seu regulam contra se, quàm ab eo, qui in oppositum fulciatur communiori sensu, & opinione, sive regula pro se, quemadmodum videre est apud *Gabriel. in conf. 93. n. 38. & 46. lib. 2. Cephal. conf. 517. nu. 65. & seqq. lib. 4. Decian. conf. 26. n. 87. lib. 2. Mansf. consult. 311. n. 18. Card. de Luc. de fideic. disc. 127. n. 13.* & in proposito inducendi Majoratum saltuarium *Palma Nep. alleg. 86. n. 12. & apud Rot. in decis. 587. n. 13. coram Coccin. decis. 274. n. 5. par. 18. tom. 1. & decis. 638. nu. 4. eadem par. 18. tom. 2. rec.*

His itaque fortasse non inopportunè
33 prænotatis, atque præmissis, eamdem utique abstractivè amaritudinem, & quæstionem in hodierna audientia excitavit Instrumentum fundationis Cappellæ, seu Prioratus sub titulo Sanctissimæ Mariæ *della Pietà* exaratum à Petrino Costa, qui cùm in reservatione Jurispatronatus genericè antepositisset semetipsum, suosque hæredes, & successores masculos *della Casata de Costa*, magis deinceps se explicavit, seu implicavit disponendo, *che ogni volta, e sempre verrà a vacare detto Priorato, che doppo se, e suoi successori maschi della medema linea abbino ragione di nominare, e provvedere, spettando però al Primogenito maschio, e servata però sempre la prerogativa della masculina età, talmente che il sudetto juspatronato sia sempre appresso ad una sol persona di detta linea.* Vacato siquidem nuper hujusmodi Prioratu sub anno 1709. exorta est contentio inter Joannem Baptistam suffultum prærogativa lineæ primogenialis ex una, & Franciscum ejus Patruum ætate naturali majorem ex altera super pertinentia, & consecutivo exercitio præfati juris præsentandi, sed in ea prætulit Ordinarius Io: Baptistam; quod & approbavit hodie Sacrum Tribunal resolvendo *Constare de pertinentia ad favorem Io: Baptistæ.*

Basis resolutionis stabilita fuit nedum
34 super aliquibus propositionibus generalibus, ut supra insinuatis, & communiori calculo receptis, quod cùm in jure præsentandi sive in vocatione Primogeniti, seu Majoris natu ad Juspatronatus ambuletur, ut communiùs receptum est etiam respectu bonorum indifferentium, favore Primogeniti, sive Majoris natu civilis, indubitanter talis erat Io: Baptista, qui juxta arborem non controversam continebatur sub linea primogeniali, & ob id assistentia, sive regula juris præmissa indubitanter pro eodem Jo: Baptista pugnabat, juxta collaudatas superiùs in §. *Aliis verò*, & præcisiùs sub §. *Ast descendendo*, quibts addi possunt in terminis Jurispatronatus *Vivian. de jurepatr. par. 1. lib. 4. cap. 2. num. 59.* qui plurimos refert, & *Card. de Luc.*

Luc. eodem tract. diſc.21. num. 8. verſ. Attamen.

Cæterùm progrediendo quoque ad con-
35 jecturandam mentem Fundatoris, à quo totam in ſubſtantia, ut præmiſimus, pendet, longè urgentiores viſæ ſunt conjecturæ, ſeu demonſtrationes militantes pro Joanne Baptiſta, quàm ea, quæ videbantur opitulari Franciſco, licèt de cætero ſecundùm ſuperius ponderata quoque ſuffeciſſent debiliores fortaſſe conjecturæ ex parte ejuſdem Jo: Baptiſtæ tamquam habentis regulam, vel communiorem ſenſum pro ſe, juxta firmata per *Mantic. de conject. lib.3. tit.5. n. 3. & Card. de Luc. de fideic. diſc. 123. n. 3. §. Adhuc*, & alibi quotidie.

Et ſanè in primis per Dominos ponderabantur illa verba--*ſpettante però al Primogenito maſchio*. Nam quamvis, ut ſupra innuimus ſub §. *Quodque*, multi Scribentes parum reſpiciant ad ſolam marerialitatem vocabuli, nempe *Primogeniti*, vel *Majoris natu*, nihilominus denegari non poterat, quòd prædictum verbum materiale, & inſimul literale *il Primogenito* magìs congrueret ad incluſionem Joannis Baptiſtæ ſuffulti qualitate lineæ primogenialis, quàm Franciſci illa deſtituti, & tantummodo veſtientis illam Majoris natu, inſpecto etenim ſtricto, & literali modo loquendi, aliud eſt *Primogenitus*, aliud eſt *Major natu*, ut appoſitè conſiderant *Bellon. jun. in conſ.11. n. 48. Menoch. conſ. 442. n.20. & ſeqq. Gratian. diſc.95.* cum cæteris relat. per *Ciarlin. controv. forenſ. lib.3. cap.222. ſub nu.59. 60. & 61. Palm. Nep. alleg.48. n.23. & alleg.50. n.1.2. & 3. & de Luc. de fideic. diſc.5. n.9.*

Deinceps quando etiam hæc ſola ma-
36 terialitas loquutionis non admodum perſtringeret, urgebat tamen admixta, & copulata mentio facta de linea, ut ibi --*ſucceſſori maſchi della medema linea*, & inferius--*una ſol perſona di detta linea*, quoties quippe Fundator vocationi *Primogeniti* bis adjunxit vocabulum, & terminos lineæ, nempe tam ſupra, quàm infra in ipſismet viſceribus controverſæ diſpoſitionis, quis dicat non fuiſſe in mente ipſius Fundatoris invitare verum, & proprium Primogenitum civilem, præſertim in hac ſucceſſoria materia, quæ penitùs regulatur à jure civili ad differentiam Majoris natu, qui naturaliter dumtaxat vocatur, ſeu vocari poteſt Primogenitus, cùm Scribentes in hac cæteroquin nodoſa altercatione pro diſſolvenda quæſtione in concreto toti deſudent ad inquirendum, An Diſponens voluerit anteferre lineam, vel ætatem; Præcognito autem, quòd voluerit præferre lineam; jam, ut enunciavimus, hæc vincit gradum, ætatem, & ſexum, ex congeſtis per *Giurb. de feud. §.2. gloſ.10. nu. 28. & ſeq. & gloſ. 2. n.70. Card. de Luc. de fideic. diſc.15. nu. 4. & diſc.16. nu.6. Torr. de ſucceſſ. in Major. & Primog. par.2. cap.41. §.7. nu. 14. & in par.3. dec.6. n.20. & 21.*

Evidentius, quia progrediendo ad ver-
37 ba, ſeu modum adhibitum per Fundatorem circa Juſpatronatus paſſivum, à quo ſive inferatur in ſuis caſibus ad activum, ſive non, non tamen ambigi valet, quin illud tamquam pars ejuſdem diſpoſitionis admodum non inſerviat pro eruenda magìs voluntate, vel intentione ejuſdem Diſponentis, ſicuti quotidie dicimus, quòd una pars teſtamenti alteram declarat, ad *Text. in l. qui filiabus ff. de leg. 1. Mantic. de conject. lib.6. tit.13. n.10. Rot. coram Dunoz. jun. dec.611. n. 5. & in rec. dec.410. n.7. & 8. par.14. & in Cæſenaten. ſucceſſionis nu. 8. inter impreſſas la 34. coram me.*

Utique liquebat, quòd Fundator in eodem Jurepatronatus paſſivo invitando deſcendentes maſculos de linea, mandaverat præferri in concurſu eos, qui forent majoris ætatis, videlicet *il più Anziano*. Quapropter ex hac patefacta voluntate in Jurepatronatus paſſivo, duæ emergebant ulteriores demonſtrationes; altera, quòd ubi voluit diſtinguere Primogenitum à Majori natu, videlicet *dall' Anziano*, ſcivit ſe planè explicare, dando prælationem *Majori natu*, ſive *all' Anziano*; Cùmque proinde tale vocabulum *Majoris natu*, ſive *dell' Anziano* minimè uſurpaverit in Jurepatronatus activo: Ecce, quòd ab hac diſcretiva formula loquendi, diſcreta, & omnino diverſa coruſcabat voluntas, ſive intentio, ex conſueta vi, & efficacia diſcretivæ loquutionis, de qua generaliter argumento *Text. in l. unica §. ſin autem ad deficientis C. de caduc. tollen. Rot. in dec.12. n. 4. inter impreſſas coram me*, & in ſpecie Juriſpatronatus acti-

vi contradistincti per Fundatores à passivo *Card. de Luc. de jurepatr. disc.* 28. *n.* 11. *& disc.* 29. *per tot. & signanter nu.* 7. *& in Asten. Prioratus* 7. *Decembris* 1708. §. *Idque magis, & 20. Martii* 1709. §. *Concurrente coram R.P.D. meo Aldrovando*.

38 Altera non minùs præpotens exoriebatur demonstratio, quòd si voluisset Juspatronatus passivum, quemadmodum effectivè voluit deferri majori natu, & insimul quoque voluisset (utì prætendebat Franciscus) Juspatronatus, sive exercitium activum præsentandi spectare ad majorem natu, non daretur distinctio inter præsentantem, & præsentatum, quando tamen vix *Sacri Canones* permittunt, quod Patronus volens præsentare se ipsum contra legis resistentiam, vix possit exaudiri, non per viam ullo modo præsentationis, sed per viam supplicationis porrectæ ordinario, vel Summo Pontifici ut hi dignentur eidem supplicanti concedere hujusmodi beneficium, quemadmodum sancitur per *Innocentium III. in cap. per nostras sive, ut alii legunt per vestras de jur. pat. ubi Abb. num.* 2. *vers. Credo posse num.* 4. cum quo procedunt *Ugolin. de Offic. Episc. par.* 2. *cap.* 51. §. 2. *n.* 1. *in fin. Vivian. de jurepatr. par.* 2. *lib.* 6. *cap.* 8. *num.* 4. *Lambertin. de jurepatr. part.* 1. *lib.* 2. *quæst.* 8. *art.* 3. *Ciarlin. controv. forens. cap.* 69. *num.* 16. *Barbos. de pot. Episcopi par.* 3. *alleg.* 72. *num.* 85. *Card. de Luc. de jur. pat. disc.* 31. *num.* 6. *Add. ad Buratt. decis.* 316. *litt. A. Rot. coram Celso decis.* 20. *num.* 3., *& decis.* 430. *num.* 39. *part.* 9. *recent.*

39 Ostenso igitur ex hucusque deductis, quod Juris regulæ, & propositiones assisterent etiam in abstracto Joanni Baptistæ, quodque eamdem assistentiam roborarent tot circumstantiæ, seu demonstrationes, restabat unicè dispungendum, quid in contrarium adduci prætenderetur per Franciscum; verùm demonstrationes per eum allatæ nullius coæquiponderis ad lancem appensæ compertæ sunt; Adducebatur quippe pro prima in oppositum demonstratione mox ponderata declaratio Fundatoris in invitando majorem natu ad juspatronatus passivum, quasi quod idem præsumendum foret in ordine ad juspatronatus activum; sed quam manifestam hæc animadversio retorsionem pateretur, jam vidimus, & proinde in nihilo prorsus veniebat attendenda, ut ad propositum inquit *Rocch. in tract. de jurepatr. in verbo ipse, vel is à quo nu.* 37. *quæst.* 20., *Lambert. de jurepatr. in prima parte* 2. *lib. quæst.* 8. *art.* 9. *Card. de Luc. de jurepatr. disc.* 31. *num.* 7. *vers. Et quoad alteram, & Rot. in decis.* 185. *num.* 1. *part.* 2. *divers.*, & generaliter de conjectura æquivoca, & retorquibili, *Rot. in decis.* 377. *num.* 4. *coram Manzanedo, decis.* 104. *num.* 7. *coram Emerix Jun.* cum aliis in *Reatina juris spiscandi* 13. *Januarii* 1710. §. *Verùm nihil, cor. Me*, & alibi sæpissimè.

40 Quatenus verò adjiciebatur, quod vocationi majoris natu Fundator apposuisset dictionem illam -- *anche* -- ut ibi -- *il più Anziano resti anche preferito* -- non per hoc ex subjecta materia hujusmodi dictio censeri poterat explicativa superioris dispositionis, quando vix eadem dictio est implicativa, quin etiam sæpe sæpius restrictiva, & ut notat cum aliis *Barbos. dict.* 112. *num.* 10., præsertim dum in subjecta materia ea facilè referri poterat oculariter ad concursum inter descendentes masculos de linea à principio vocatos; cùm enim Fundator descendentes masculos de linea vocasset pariter ad Juspatronatus passivum, voluit ulteriùs per hanc dictionem -- *anche* -- explicare, sese non solùm reservasse juspatronatus passivum inter præfatos Descendentes, sed etiam mandavit, quod præferretur *il più Anziano*, & in his terminis, sive sensu talis dictio *anche* conservabat suam magis propriam, & germanam naturam augmentativam adjacentem veteri, & proximè immediatæ dispositioni, sicuti regulariter importat ipsa dictio *anche*, latinè *etiam* ut habemus in *l.* 2. *C. de Testib.*, *l. etiam, ff. de verb. signific.*, *l. etiam, Cod. de Tutorib. & Curat.*, *Archidiac. in cap. in illis de Præbend. in* 6., *Surd. cons.* 445. *num.* 28., cum aliis per *Rot. in decis.* 2221. *num.* 3. *coram Coccino, & decis.* 762. *nu.* 10. *par.* 18. *tom.* 2. *Rec.*

41 Rationabilius autem ad rem applicando, quia ad normam eorum, quæ tetigimus superiùs, Juspatronatus activum tamquam importans quemdam majorem decorem rectiùs adaptatur facienti figuram Primogeniti in Familia, quàm simpliciter habenti majorem ætatem, passivum verò è converso magis convenit seniori

niori ſubſtinere debenti gradum Beneficiati, & Rectoris Eccleſiaſtici, unde conſpicimus, quòd etiam ad mentem *Sacrorum Canonum* in quibuslibet concurſibus, cæteris paribus præferri debet provectior, & majoris ætatis, ſicuti monent *Text. in cap. cum in cunctis*, ibi -- *Maturitas de elect. & in cap. ult.*, ibi -- *Maturiores ætate 74. diſtinct.*, *Barbat. conſ.23.poſt num. 13. vol. 1.*, *Tiraquell. de Primog. in præfat. num. 182.*, *Lambert. de jurepatr. part.2. lib.2. quæſt.2. princ. art.26. nu. 4.*, & *Barboſ. de Paroch. part. prima cap. 2. num. 109.*

Quare præcognita hac palmari differentia rationis in jurepatronatus activo, ac paſſivo amplius non aptabatur eadem diſpoſitio, & voluntas explicata in paſſivo -- *il più Anziano reſti anche poi preferito* -- per ea, quæ quotidie habentur apud *Bonden. collect. leg.35. nu. 45.*, *Palm. Nep. alleg.50. num.39.*, *Rot. coram Emerix Jun. deciſ.602. num.3.*, & *in Senogallien. Canonicatus de Luchis 23. Junii 1710. §. Validius*, *cor. R.P.D. meo Aldrovando*.

42 Minus ad adſtruendam aliquam probabilem conjecturam ſuffragabatur, quòd Fundator in ſuo Teſtamento deputaſſet in Exequutores Antiquiores Domus: Siquidem ad tenorem propoſitionum, quæ fuerunt ab initio præmiſſæ, hìc adamuſſim erat caſus contradiſtinctus, vel à ſucceſſione in bonis indifferentibus, vel à jure activo præſentandi; nam cum munus Exequutoris ſuapte natura exigat majorem prudentiam, ſolicitudinem, & capacitatem, ut ait *Bald. in conſ.165. relat. per Tiraquell. de jure primogen. in præfat. num.163.*, & *Card. de Luc. de fideicommiſſ. diſc.1. num.7.*, opportunum profectò erat, quòd Antiquiores pro hoc munere implendo eſſent majores natu, & ſeniores ex jam allatis ſupra in §. *Verùm præciſive*.

43 Ejuſdemque pariter irrelevantiæ viſum eſt, & præcipuè correſpectivè ad regulas, & demonſtrationes pro Joanne Baptiſta militantes, quòd Fundator in jurepatronatus activo poſt vocationem Primogeniti maſculi, in continenti ſubjunxerit -- *oſſervata però ſempre la prerogativa della maſcolina età* -- perindè, ac ſi Teſtator præ oculis habuiſſet in prælatione ætatem; nihil enim commune habebat terminus, *di maſcolina età*, cum termino *di maggior età*, dum ſexus, ſive illius differentia, quam præbet vocabulum *maſculina* eſt ultimus, qui habeatur in conſideratione in his ſucceſionibus Primogenialibus, dum, ut diximus linea vincit ætatem, gradum, & ſexum, ſed adhuc ponderabant *Domini*, quod hæc verba *maſculina età* pro lapſa fuerint oſcitanter de calamo Notarii, vel amanuenſis, cum ſolum exinde colligi poſſet, quòd maſculineitatem unà cum Primogenitura, non verò majorem ætatem cum maſculina ætate prædilexit; & de facto, ſicuti accipiendo verbum *maſculina età*, pro duplici verbo, ſonaret in nimiam improprietatem, dum ætas nihil habet commune cum ſexu, nec ſexus cum ætate, ut rectè contradiſtinguunt enunciati Auctores tractantes de Primogenituris, & Majoratibus; ita talem modum loquendi accipiendo pro unico dumtaxat verbo *maſculinità* relativa ad ſolum ſexum intrabant minus quidem Grammaticales, ſed explicatiores modi, quibus utuntur Logici & Philoſophi, & quandoque etiam Juriſtæ, & Theologi, inter quos ſæpe ſæpius *D. Bonaventura*, nempè *ecceitas*, *corporeitas*, & latinè *maſculinitas*, quæ ſinè aliàs neceſſaria prolixiori phraſe explicaretur in Italica verſione *maſculinità*, ut non abs re videre eſt apud *Palm. Nep. alleg.61. n.14.*, & *alleg. 63. num. 20. 21. & 23.*, *Odd. in conſ.46. num.51. & 52.* relat. in propoſito per *Rot. in dec.454. n.3. cor. Buratt.*

44 Denique parum cenſuere *Domini* immorandum ſuper prætenſa per Franciſcum obſervantia practicata in præcedenti vacatione de anno 1681. ex quo Petrus Vincentius, qui vigore hujuſcemet fundationis tunc devenit ad præſentationem, ſeſe expreſſerit, quòd triplici polleret qualitate, nempe, quòd eſſet Patronus hujuſce Jurispatronatus, ac ſenior de familia, & proximior Fundatoris; quia non idcirco dixit, aut dicere ſomniavit, quòd ideo eſſet Patronus, quia erat ſenior, ſed contradiſtinctè priùs expreſſit Patronalem qualitatem, & poſtea in quamdam abundantiam, nè dicamus jactantiam, expreſſit quoque ſenioritatem, & denique finaliter proximioritatem, ibi *Patrono dicti juriſpatronatus, ac ſeniore dictæ familiæ, & proximiore Fundatori* -- ex quo nimirum in eo caſualiter verificaban-

bantur omnes hæ tres prærogativæ inter illos de familia, primò tamen præferendo in nominando qualitatem magis importantem, quòd esset Patronus; Quinimo sicut de proximioritate nulla fuit habita mentio in fundatione; oporteret, si quoquo modo argumentum procedere posset, inferre, quòd Fundator desideraverit etiam proximioritatem, de qua nullum, ut diximus, verbum in fundatione; Unde talis expressio, & subextorta observantia, vel tamquam in semetipsa non existens, vel tamquam erronea, vel saltèm tamquam æquivoca nequibat in aliquo attendi, aut quidquam operari, ex passim collectis quoad observantiam non existentem, & erroneam, per *Palm. Nep. alleg.* 153. *n.* 66. *& Rot. in decis.* 16. *n.* 16. *par.* 6. *rec.*, & quoad observantiam æquivocam *Card. de Luc. de Regal. disc.* 68. *n.* 5. *& de jurepatr. disc.* 60. *n.* 12. *Rota coram Buratt. dec.* 464. *nu.* 6. *& dec.* 414. *nu.* 22. *par.* 19. *tom.* 1. *rec.* & alibi passim.

Et ita utraque &c.

ARGUMENTUM.

Reservato Jurepatronatus favore Primogeniti de familia, an, & quando in eo succedere possit fœmina?

SVMMARIUM.

1 *Fundator reservando juspatronatus favore Primogeniti familiæ videtur respexisse ad agnationem.*

2 *Observantia declarat qualitatem juris patronatus.*

3 *Fœmina succedere potest per posterius, & in defectum masculorum lineæ Primogeniti in jurepatronatus Primogeniali. Et quare?* Vide num. 4. Amplia, ut nu. 6. 7. & 8.

5 *Fœmina est capax succedendi in jurepatronatus gentilitio, aut mixto.*

9 *Fœmina est capax succedendi in jurepatronatus primogeniali, etiamsi esset nupta in aliena familia; & quare?* Vide ibi.

10 *Et etiamsi professionem emisisset in aliqua Religione capaci acquirendi, & retinendi bona.*

11 *An fœmina succedere possit per posterius in jurepatronatus primogeniali, si occasione matrimonii, aut professionis in Religione validè renunciaverit omnia bona, & jura tam paterna, quàm materna.* Vide ibi, & num. 12. usque ad 14.

15 *Fœmina quousque vivit dicitur de agnatione, & in ea conservatur juspatronatus agnatitium.*

16 *Ex unico actu, an, & quando induci possit observantia interpretativa?*

17 *Fœmina succedere non potest in jurepatronatus primogeniali, nec per posterius concurrentibus conjecturis*, de quibus num. 18. 19. & 20.

CASUS XIII.

INgresso Jurepatronatus Primogeniali in linea Primogeniti, si contingat in ea deficere omnes masculos, & supereresse solùm fœminam, in sequelam præcedentis Casus, quæro an hæc succedere possit in Jurepatronatus favore Primogeniti Familiæ, seu Domus reservato, defectis omnibus masculis lineæ Primogeniti. Vel potius fieri debeat transitus ad secundam lineam, & in eo succedere debeat filius masculus Primogenitus de linea secundogeniti, ad exclusionem fœminæ de linea Primogeniti?

In hac quæstione respondendum videtur fœminam, defectis masculis de linea Primogeniti, succedere non posse in hoc

1 Jurepatronatus. Quoniam Fundator in reservatione Juris patronatus favore Primogeniti Familiæ, seu Domus, videtur respexisse ad Agnationem; cùm nomen *Primogeniti*, sicuti nomen *Senioris*, *& Antiquioris de Domo*, *Familia*, *Cippo &c.* sit nomen significans veram, & propriam Agnationem, & ejus mens fuisse conservare Juspatronatus in Agnatis, inter quos connumerari non videtur fœmina, quæ non conservat propriam, sed alienam Agnationem. *Gratian. discept. forens.* 645. *n.* 1. *Ciarlin. controv. forens.* 107. *nu.* 76. *& seqq. Andreol. controv.* 218. *n.* 2. *Rot. decis.* 313. *n.* 4. *coram Pamphil.*

Quodque hanc fuisse mentem Fundatoris non comprehendendi fœminam sub nomine *Primogeniti de Familia, seu Domo*, satis resultaret, si defectis omnibus masculis primæ lineæ masculus Primogenitus secundæ lineæ præsentasset, & ejus

2 præsentatus institutus fuisset. Observantia enim utpote cujuscumque dispositionis interpres non solùm declarat qualitatem Juris patronatus, sed etiam quales per-

perſonæ in eo comprehendantur . *Gratian. diſcept.521. n.7. & 19. Rot. dec.563. n.9. & ſeqq. coram Merlin.*

3 At his nullatenus attentis cenſeo in hoc caſu fœminam per poſterius,& in defectum maſculorum lineæ Primogeniti ſuccedere debere in Jurepatronatus primogeniali, ſeu reſervato favore Primogeniti de Familia , Domo, aut Cippo &c. ad excluſionem maſculi Primogeniti ſecundæ lineæ. Quoniam, vt dixi in Caſu præcedenti §.*Certe*,ingreſſo Jurepatronatus in linea Primogeniti non poteſt fieri tranſitus ad ſecundam lineam, niſi prima penitùs evacuata, & defectis omnibus in ea contentis , juxta auctoritates ibi relatas, quibus addo *Rot. in Romana juriſpatronatus 3. Junii 1705. §. Ex lectura coram Reverendiſs. Molines Decano , & 20. Junii 1707. §. Juſtitia coram Eminentiſs. Scotto, & 1. Junii 1708. §. Sententiarum coram R.P.D. Anſaldo* , ac proinde defectis omnibus maſculis lineæ Primogeniti, ſi in hac reperiatur fœmina deſcendens ab ultimo maſculo , cùm hæc dicatur de linea Primogeniti,& quouſque vivit,conſervet Agnationem , non poterit ab ea evelli Juſpatronatus primogeniale ; ſed hoc ad ipſam ſpectabit , ad excluſionem maſculi Primogeniti . *Molin. de Primog. lib,3. cap.4. nu.4. & ſeqq. Torr. de Primog. tom.1. cap.25. §.4. n.36. Tondut. quæſt. benef. par.3. cap.157. nu. 33. Rot. in Comen. Cappellaniæ 4. Maji 1703. §.Sublata coram Eminentiſs. Priolo, & in Romana Cappellaniæ 25. Novembris 1705. §. Quoniam , & 16. Martii 1708. §. Stabilita , & 3. Junii 1711. §. Certè, & §.Profectò coram R.P.D. Anſaldo , & in Balneoregien. Beneficii 21. Januarii 1707. § Quatenus coram R.P.D. Kaunitz*, & in terminis *Rot.in Spoletana juriſpatronatus 19.Junii 1705. §. Pugnantibus cum ſeqq. coram R.P.D.Omanna, & in Lunen. Sarzanen. juriſpatronatus 1. Febr. 1715.§.Super accedebat coram Eminentiſs. Scotto.*

4 Ratio eſt, quia in caſu præſenti reſervatio Juriſpatronatus fuit à Fundatore concepta ſub nomine collectivo apto comprehendere, & includere etiam fœminas , nimirum ſub nomine *Primogeniti de Domo, Familia, aut Cippo &c.* quod comprehendit etiam fœminas , dum iſtæ deſcendentes ab ultimo maſculo de familia dicuntur de Domo, & Familia. *Molin. de Primog. lib.3. cap.4. nu.8. & ſeqq.* Quo caſu licèt fœmina extantibus maſculis lineæ primogenialis remaneat in ſuſpenſo , prohibeatur, & ſit excluſa à Jurepatronatus primogeniali. *Rot. in Comen.Cappellaniæ 4. Maji 1703. §. Subſiſtere coram Emi-*
5 *nentiſs. Priolo* . Tamen maſculis defectis eſt capax ſuccedendi in Jurepatronatus non ſolùm primogeniali, ſed etiam gentilitio, aut mixto. *Rot. deciſ.69. num.2. poſt Vivian. de jurepat.* , *& in Mantuana Beneficii coram Urſin. impreſs. apud meum Præceptorem poſt diſcept. Eccleſ. 14.per tot.* , *& deciſ.527. n.3. par.14. rec.* , *& deciſ. 313. n.16. coram Pamphil.* Quidquid ſecus eſſet ſi reſervatio non fuiſſet concepta ſub nomine apto comprehendere etiam fœminas , juxta diſtinctionem , quam tradit *Gabriel. conſ.132.q.5. per tot.*

6 Fœmina igitur de linea Primogeniti excludi non poteſt ab hoc Jurepatronatus primogeniali à Tranſverſalibus maſculis ſecundæ, & tertiæ lineæ , & multò minùs ab aliquo extraneo , nimirum ab Ordinario , ſi iſte in caſu , quo in tota familia nullus adeſſet maſculus , & unica reperiretur fœmina , prætenderet illam excludere à ſucceſſione hujuſmodi Juriſpatronatus,& Beneficium eſſe liberæ collationis , tunc enim fœmina in eo omnino ſuccedere deberet ad excluſionem extranei Collatoris , juxta præſumptam mentem Fundatoris, qui ſemper de jure præſumitur admittere voluiſſe eos de propria familia , & de ſanguine in excluſionem extraneorum. *Lambertin. de jurepat. lib.1. par.1. q.1. art.4. nu. 11. Rot. in Balneoregien. Beneficii 21. Januarii 1707. §. Quod ita coram R.P.D. Kaunitz .*

7 Et quidem fœmina ſuperſtes in linea Primogeniti ſuccedere poteſt in Jurepatronatus primogeniali ad excluſionem maſculi Primogeniti ſecundæ, aut tertiæ lineæ, etiamſi Juſpatronatus fuiſſet reſervatum Primogenito cum dictione *filii* . Ex. gr. diſpoſitum fuiſſet , quòd in Jurepatronatus ſuccedere debeat *filius Primogenitus*, cùm ſub nomine *filii* comprehendatur etiam fœmina, ad *Text. in l. filii appellatione ff. de verb. ſignif. Fuſar. de ſubſtit. q.311. per tot. Rot. deciſ. 122. nu. 22. cum ſeqq. par. 19.* , *& in Ferrarien. fideicommiſſi 18. Martii 1707. §. Minùs urgere*

coram

8 *coram Eminentiſs. Priolo*. Et etiamſi idem Juſpatronatus fuiſſet reſervatum favore *Laici Primogeniti de Domo per lineam maſculinam*, dum fœmina immediatè deſcendens à maſculo verè dicitur de Domo, & per lineam maſculinam deſcendens; hæc namque verba *per lineam maſculinam* important maſculinitatem in Generante, non verò in Generato: *Text. in l. duodecim tabularum C. de legitim. hæred. Palm. alleg.* 101. *nu.* 20. *Rot. in Lunen. Sarzanen. juriſpatronatus* 1. *Februar.* 1715. §. *Vocatio coram Eminentiſs. Scotto*.

9 Immo fœmina de linea Primogeniti ſuccedere poſſit in eodem Jurepatronatus primogeniali, etiamſi eſſet nupta in aliena familia. Ratio eſt, quia licèt ejus filii, ſive maſculi, ſive fœminæ ab ea deſcendentes non conſervant, ſed deſtruant agnationem, ac proinde iſti ſuccedere non poſſint in dicto Jurepatronatus, ſed defectis omnibus tam maſculis, quàm fœminis lineæ Primogeniti fieri debet tranſitus ad maſculum Primogenitum ſecundæ, aut tertiæ lineæ. *Rodulph. alleg.* 34. *n.* 1. *Peregrin. de fideic. art.* 25. *ſub num.* 47. *Fuſar. de ſubſtit. q.* 352. *n.* 9. *& q.* 499. *n.* 1. *Rot. in Foroſempronien. legatorum ſuper fideicommiſſo Antonii* 2. *Maji* 1712. §. *Jure, & §. Et omnem coram R.P.D. Aldrovando.* Tamen ipſa fœmina, licèt translata in aliam familiam quouſque vivit retinet jura agnationis. *Surd. conſ.* 140. *n.* 63. *Cyriac. controv.* 271. *nu.* 89. *Palma alleg. jur. tom.* 2. *alleg.* 101. *n.* 28. *Card. de Luc. de jurepat. diſc.* 30. *n.* 3. *Rot. in Romana Cappellaniæ* 16. *Martii* 1708. §. *Applicando coram R.P.D. Anſaldo, & in Valentina juriſpatronatus* 4. *Decembris* 1713. §. *Litera, & ſeq. coram R.P.D. Anſaldo, &* 26. *Junii* 1715. §. *Ratio coram R.P.D. Falconerio, & in dicta Lunen. Sarzanen. juriſpatronatus* 1. *Februar.* 1715. §. *Quibus coram Eminentiſs.*

10 *Scotto*. Et denique etiamſi profeſſionem emiſiſſet in aliqua Religione capaci acquirendi, & retinendi bona; ea ratione, quia eo ipſo, quòd fœmina profeſſionem emiſit in Monaſterio capaci acquirendi, & obtinendi bona, dicitur ſervare jura proximioritatis agnationis, & ſanguinis, ad effectum ſucceſſionis *Bald. in l. prima n.* 55. *C. de Summa Trinit. & Fid. Catholic. Molin. de Primog. lib.* 1. *cap.* 13. *n.* 73. *Card. de Luca de jurepatr. diſc.* 20. *ſub n.* 8. *Rot. in Bononien. fideicommiſſi* 28. *Januarii* 1707. §. *Accedendo coram Kaunitz, & in dicta Valentina juriſpatronatus* 4. *Decemb.* 1713. §. *final. coram R.P.D. Anſaldo*.

11 An autem eadem fœmina ſuperſtes in linea Primogeniti ſuccedere poſſit per poſterius in Jurepatronatus primogeniali, ſi occaſione matrimonii, aut profeſſionis in Religione validè renunciaverit omnia bona, & jura tam paterna, quàm materna?

Reſpondeo dupliciter fœminam occaſione conjugii ſive temporalis, ſive ſpiritualis renunciare poſſe, nimirum vel *realiter* renunciando abſolutè, & ſimpliciter bona, nulla habita ratione, & contemplatione ad perſonas, vel *perſonaliter*, renunciando bona favore certæ perſonæ juxta duplicem ſpeciem renunciationis realis, & perſonalis, quam diſtinguunt Doctores, præſertim *Card. de Luc. de renunciat. diſc.* 1. *n.* 8. *Palm. Nepos alleg.* 293. *n.* 8. *Rot. deciſ.* 48. *n.* 18. *poſt Merlin. de legit. & deciſ.* 641. *n.* 32. *coram Dunoz. jun. & deciſ.* 23. *n.* 4. *par.* 15. *rec.* Quomodocumque fœmina renunciaverit omnia, & ſingula bona, & jura tam paterna, quàm materna, ſive realiter, ſive perſonaliter, poteſt per poſterius ſuccedere in ſupradicto Jurepatronatus à Fundatore reſervato favore Primogeniti de Familia, aut Domo, vel etiam in Jurepatronatus Gentilitio, attentis tum mente Renunciantis, tum verbis.

12 Et quidem attenta mente fœminæ renunciantis, hæc non fuit renunciare etiam Juriſpatronatus. Quoniam renunciatio ſupradicta aut fuit ſubſequens, aut antecedens ad reſervationem Juriſpatronatus favore Primogeniti de familia. Si fuit ſubſequens, cùm de tempore renunciationis extarent maſculi in linea Primogeniti, non poterat fœmina cogitare de ſucceſſione in dicto Jurepatronatus, quæ ſolùm locum habet in caſu inopinato deficientiæ maſculorum de eadem linea, adeòque renunciando bona, & jura paterna, & materna, non cenſetur renunciaſſe ſucceſſioni Juriſpatronatus, de qua non cogitavit. *Bardellon. conſ.* 30. *nu.* 43. *lib.* 1. *Saminiat. controv.* 73. *ſub n.* 27. §. *Removetur tom.* 1. *Rot. in Ariminen. ſucceſſionis* 16. *Januar.* 1708. §. *Concurrit coram R.P.D. Aldrovando*.

Si

13 Si verò fuit antecedens multo minùs in ea comprehendi poteſt dictum Juſpatronatus ; quia cùm de tempore renunciationis ſucceſſio in Jurepatronatus nec erat in re, nec in ſpe; Fœmina renunciando bona paterna, & materna, ſicuti non poterat cogitare de Jurepatronatus , ita nec ei renunciare , *idem Bardellon. ubi ſupra n.45. Rocc. reſponſ.87. n.4. tom.1. Rot. in Romana renunciationis 23. Januarii 1708. per tot. coram Eminentiſs. Scotto .*

14 Attentis verò verbis renunciationis cùm hæc reſtricta ſit ad bona , & jura paterna, & præfatum Juſpatronatus non dicitur de bonis, & juribus paternis , dum non competit fœminæ ex perſona patris, ſed ex perſona Fundatoris;ſequitur,quòd illud comprehendere non poſſit , cùm in materia renunciationis procedi debeat reſtrictivè, nunquam verò ampliativè eas intelligendo, itaut tantùm capiant,quantùm verba de neceſſitate ſonant . *Rot. in Melevitana fideicommiſſi 21.Februar.1710. §. Poſita coram Eminentiſs. Priolo , & in Ferrarien. fideicommiſſi 18. Martii §.final. & 1. Julii §.Præterea 1707. coram eodem, & in dicta Romana renunciationis 23.Januar.1708. §.Siquidem , & 15. Junii ejuſdem anni §. Nihilominus coram Eminentiſs. Scotto .*

Probato ex his , quòd fœmina de linea Primogeniti per poſterius ſuccedere poſſit in Jurepatronatus,non obſtant ſuperiùs in contrarium deducta . Etenim Fundator , licèt in reſervatione Juriſpatronatus favore Primogeniti de familia , aut domo , reſpexerit ad veram , & propriam agnationem, non proinde ſequitur excluſiſſe per poſteriùs fœminam deſcendentem ex maſculo de linea Primogeniti ,

15 cùm hæc verè dicatur de agnatione,&in ea conſervari Juſpatronatus agnatitium primogeniale, ex auctoritatibus ſuperiùs relatis §. *At his* , quibus addo *Rot. in Romana Cappellanie 16. Martii 1708. §. Aſt etiam, & 3. Julii 1711. §. Certè, & §. Eòque fortius coram R.P.D.Anſaldo,& in Valentina juriſpatronatus 4. Decemb. 1713. §. Nihilominus coram eodem .*

16 Nec adverſaretur , ſi defectis omnibus maſculis primæ lineæ , non fœmina ibi exiſtens , ſed maſculus Primogenitus ſecundæ lineæ præſentaſſet , & ejus præſentatus inſtitutus fuiſſet . Ex hoc enim actu nulla deduci poteſt obſervantia , & interpretatio mentis Fundatoris non comprehendendi fœminas, nec per poſteriùs: Quoniam aut fœmina habuit ſcientiam exiſtentiæ hujus Juriſpatronatus, ejuſque purificationis ad ſui favorem , aut non ; Si non habuit ſcientiam,contra ipſam nulla inducta eſt obſervantia , ſi ſcientiam habuit, debet hoc probari , ad hoc , ut contra eam ex hac taciturnitate induci poſſet obſervantia , illique præjudicium irrogari , & etiam hoc probato non relevaret , cùm vigore ſupradictæ reſervationis Juriſpatronatus clarè comprehendatur fœmina , itaut non poſſit eſſe locus obſervantiæ interpretativæ in contrarium . *Fattinell. reſponſ.16. n. 4. Rot. in Melevitana fideicommiſſi 21. Februar.1710. §.Vis nulla coram Eminentiſs.Priolo .*

17 Hæc omnia procedunt attenta diſpoſitione juris communis , cæterùm ſi concurrerent conjecturæ relevantes in contrarium, aut Statutum, ſeu lex municipalis , ex quibus argui poſſet Fundatorem recedere à diſpoſitione juris communis , & omnino fœminas excludere , tunc fœmina non eſſet capax ſuccedendi nec per poſteriùs in Jurepatronatus primogeniali, ſed defectis omnibus maſculis de prima linea fieri deberet tranſitus ad ſecundam lineam *Torr. de Majorat.cap.25. §.5. n.53. Rot. in Melevitana fideicommiſſi 21. Febr.1710. coram Eminentiſs. Priolo .*

18 Prima autem conjectura eſſet ſi Fundator reſervaſſet Juſpatronatus *pro ſe , & filio Primogenito per rectam lineam maſculinam deſcendente*,qua defecta ſubſtituiſſet *Primogenitum maſculum lineæ ſuarum filiarum* ; tunc enim ſi in prima linea vocata adeſſet fœmina , aut maſculus deſcendens ex fœmina , nec illa , nec iſte ſuccedere poſſet in Jurepatronatus primogeniali , defectis maſculis per lineam rectam maſculinam deſcendentibus , ſed fieri deberet tranſitus ad maſculum ſecundæ lineæ ſubſtitutæ ; ea ratione , quia cùm in ſubſtitutione Fundator excluſerit proprias filias, præſumitur etiam in inſtitutione excluſiſſe neptes , aut proneptes , & quia nec fœmina, nec maſculi deſcendentes ex fœmina ſunt de linea recta maſculina , dum hæc ſolùm efformatur per maſculos ex maſculis, *Molin.de Primog.Hiſpan.lib.3. cap.5. n.69. Fuſar. de ſubſtit. q.346. n. 17.*

32. & *seq. Rot. in Faventina juris patronatus* 12. *Junii* 1711. *per tot. coram R. P. D. Ansaldo*.

19 Secunda, si Fundator reservasset Jus patronatus favore *Primogeniti familiæ, fœminis semper exclusis*, tunc fœmina, defectis masculis primæ lineæ, succedere non posset in Jurepatronatus, *Rodulph. alleg.* 34. *n.* 5. *Rot. in Forosempronien. legatorum super fideicommisso Antonii* 2. *Maji* 1712. §. *At respectu coram R. P. D. Aldrovando*.

20 Tertia conjectura esset. Si Fundator reservasset Jus patronatus favore *suorum descendentium masculorum de primogenito in primogenitum*, tunc fœmina non posset succedere in hoc Jurepatronatus nec per posterius, quia non comprehenditur sub nomine masculorum, *Rot. in Mediolanen. Cappellaniæ* 23. *Martii* 1703. §. *Fundatorem coram Reverendiss. Molines Decano*. An autem hoc casu succedere possit in eo Primogenitus masculus ex fœmina, vel solùm Primogenitus masculus ex masculo, dicendum est succedere posse non solùm Primogenitum masculum ex masculo, sed etiam Primogenitum masculum ex fœmina; cùm nomen *masculorum* sit æquè prædicabile tam de masculo ex fœminis, quàm de masculo ex masculis, *Fulgos. cons.* 58. *per tot. Castiil. cap.* 129. *nu.* 5. & *seqq. lib.* 5. *Card. de Luc. de fideic. disc.* 24. *n.* 5. nisi constaret de contraria mente Fundatoris, seu nisi hic nomine *Descendentium masculorum* intellexerit vocare solos masculos ex masculis. *Gabriel. cons.* 116. *n.* 1. *lib.* 2., & alii, quos refert *Rot. in dicta Mediolanen. Cappellaniæ* §. *Prima*, & §. *Verumtamen* 23. *Martii* 1703. *coram Reverendiss. Molines Decano*.

ARGUMENTUM.

Reservato Jurepatronatus activo, vel passivo à Fundatore pro ejus *Nepotibus*, an illud censeatur reservatum tantùm pro nepotibus ex fratre, vel pro nepotibus tam ex fratre, quàm ex sorore?

SUMMARIUM.

1 *Juspatronatus relictum pro* filiis, *an censeatur etiam relictum pro nepotibus?*

2 *Verbum* nepos *est collectivum, & aptum comprehendere omnes nepotes tam ex filio, quàm ex fratre, quàm ex sorore*; Et num. 19.

3 *Vocatis à Fundatore ad juspatronatus nepotibus priùs sunt admittendi nepotes ex filio*.

4 *Nomine* nepotum *ex communi usu loquendi veniunt nepotes ex fratre*; Et n. 19.

5 *Testator præsumitur se conformasse communi usui loquendi*.

6 *Reservato jurepatronatus tam activo, quàm passivo pro* nepotibus *æqualiter sunt admittendi tam nepotes ex fratre, quàm ex sorore. Et quare*. Vide n. 8. Amplia ut n. 9. & 10. Limita ut n. 11. 20. 21. & 22.

7 *Relicto jurepatronatus absolutè à Fundatore pro* ejus descendentibus *indistinctè in eo succedunt tam descendentes ex masculis, quàm ex fœminis*.

10 *Referuntur conjecturæ pro æquali comprehensione utriusque generis nepotum*.

12 *Numerantur conjecturæ ex quibus argui potest Fundatorem voluisse prospicere solùm nepotibus ex fratre, aut prælativè ad nepotes ex sorore*. Et num. 13. usque ad 17.

18 *Cappellania est adjudicanda habenti qualitates à Testatore volitas*.

23 *Beneficiorum incompatibilitas operatur, ut retineri non possit utrumque Beneficium, non verò quod obtinens primum non valeat secundum assequi*.

24 *Incompatibilitas an, & quando obstet retentioni, non autem assecutioni Beneficii*.

CASUS XIV.

QUæstionem movet D. Advocatus Pitonius Præceptor meus in ejus novo Tractatu *de Controv. Patron. alleg.*

1 An Juspatronatus relictum pro *filiis* censeatur etiam relictum pro *nepotibus*, & concludit affirmativè saltèm subsidiariè in defectum filiorum, ductus ex dispositione *Textus in l. Liberorum* §. *Sed & Papirius*, ubi sic habetur-- *Filii enim appellatione sæpe, & nepotes accipi multifariam placere* -- quem secuta est *Rota in Romana fideicommissi de Alveris super reservatis* 19. *Junii* 1711. §. *Sed quæstionis coram R. P. D. Crispo*; & ex multis rationibus, quas ibi eruditè deductas legere poteris. Ego verò in hoc casu quæro, si Fundator Beneficii reservet Juspatronatus ad illud non pro *filiis*, sed pro ejus *nepotibus*, an illud censeatur reservatum tantùm pro nepotibus ex fratre, vel pro nepotibus tam ex fratre, quàm ex sorore?

Ut

Ut clariùs procedatur, præſupponendum
2 eſt verbum *nepos* eſſe æquivocum, generale, & collectivum, & aptum comprehendere nepotes tam ex filio, quàm ex fratre, & ex ſorore, ſive maſculi ſint, ſive fœminæ, immò etiam pronepotes, & trinepotes, niſi in contrarium eſſent conjecturæ, juxta *Fulgoſ. conſ.68. nu.* 4. *Fuſar. de ſubſtit. q.323. nu.*1. *& ſeqq. & qu.*324. *n.*1. *Tuſch. concluſ.jur.*54. *lit.N. n.*1. *Manſ. conſult.*258. *nu.* 103. *Card. de Luca de emphyt. diſc.*16. *nu.* 7. *Barboſ. de appellat. appell.*163. *n.*6. *&* 10. *Rot. deciſ.*6. *num.* 37.
3 *par.* 5. *rec.* Certum eſt, quòd ſi Fundator de tempore reſervationis Juriſpatronatus favore nepotum haberet filios, nomine *nepotum* intelligerentur nepotes ex filiis, & iſti ſuccederent in Jurepatronatus tam activo, quàm paſſivo, ad excluſionem nepotum ex fratre, & ex ſorore, dum *nepotum* appellatione ex proprietate ſermonis veniunt nepotes ex filio, & cùm in dubio non ſit recedendum à proprietate ſermonis *l. non aliter ff. de leg.* 3. *Menoch. conſ.*215. *n.*9. *& ſeqq.* ſequitur, quòd vocatis à Fundatore ſimpliciter nepotibus ad Juſpatronatus priùs admittendi ſunt nepotes ex filio *Rot. deciſ.*534. *n.*1. *par.*4. *tom.*1. *rec. & deciſ.*291. *n.*14. *&* 15. *par.*4. *tom.*2. *& deciſ.*53. *par.*12. *rec.*

Quæſtio igitur procedit in caſu, quo Fundator non habeat filios, ſed habeat nepotes ex fratre, & ex ſorore, an reſervando Juſpatronatus ſimpliciter pro nepotibus, cenſeantur comprehenſi indiſtinctè, & æqualiter utrique nepotes ex fratre, & ex ſorore, itaut æqualiter in eo ſuccedere poſſint, vel potiùs ſint comprehenſi nepotes ex fratre prælativè ad nepotes ex ſorore?

Et videtur dicendum eſſe comprehenſos nepotes ex fratre, & iſtas ſuccedere in Jurepatronatus prælativè ad nepotes
4 ex ſorore; Etenim nomine nepotum ex communi uſu loquendi veniunt nepotes ex fratre, ut teſtantur *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.*324. *num.* 4. *Rot. deciſ.*534. *num.*1. *par.* 4. *tom.*1. *recent. & deciſ.*72. *num.*1.
5 *poſt Vivian. de jurepatronat.* Teſtator autem voluntatem ſuam ſemper præſumitur communi uſui loquendi accommodaſſe, & ſic nomine *nepotum* non omnes nepotes indiſtinctè tam nepotes ex fratre, quàm ex ſorore vocaſſe, ſed ſolùm nepotes ex fratre, & ita ſentire videtur *Rota in Sabinen. Cappellaniæ inferiùs legen. num.* 18. 21. *Januarii* 1707. *coram Emo Scotto* §. *Et quidem*, ibi -- *Quia licet ſub generali appellatione nepotum venire valeant non minùs nepotes ex fratre, quàm ex ſorore, tamen juxta magis commune votum diſponentium, ac uſum loquendi in concurſu prælativè potius cenſentur comprehenſi nepotes ex fratre, quàm ex ſorore.*

6 Verùm re maturè perpenſa cenſeo in hujuſmodi Jurepatronatus ſive activo, ſive paſſivo ſuccedere æqualiter, & indiſtinctè tam nepotes ex fratre, quam ex ſorore, & utroſque nepotes æqualiter poſſe præſentare ſuccedente vacatione Beneficii, aut æqualiter præſentari, ſi ſint ejuſdem Beneficii capaces. Quoniam ex diſpoſitione juris naturalis, ac civilis nulla eſt differentia inter fratres, & ſorores, & inter nepotes ex fratribus, & nepotes ex ſororibus *l. maximum vitium Cod. de liber. præter.* Unde Fundator reſervando Juſpatronatus ſimpliciter pro *nepotibus* includere præſumitur æqualiter tam nepotes ex fratre, quam nepotes ex ſorore, nullamque facere inter eos differentiam, cum voluntas Teſtatoris in dubio præſumatur ſemper eſſe conformis diſpoſitioni juris, & talis, qualis de jure eſſe debet. *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 311. *num.* 2.

7 Sic videmus, quòd relicto Jurepatronatus abſolutè, & ſimpliciter à Fundatore pro ejus conſanguineis, aut deſcendentibus, indiſtinctè in eo ſuccedant tam deſcendentes ex maſculis, quam deſcendentes ex fœminis. *Fagnan. in hoc cap. Perlatum num.*13. *&* 14. *de jurepatr. Garz. de Benef. par.*7. *cap.*11. *num.*21. *Lotter. de re Benefic. lib.* 2. *quæſt.*11. *num.* 70. *& ſeqq. Vivian. de jurepatr. lib.* 4. *cap.*2. *num.* 44. *Rot. deciſ.*755. *num.*11. *coram Buratt. & in Lauretana Canonicatus* 13. *Februarii* 1693. *coram Urſino apud. Bertachin vot. deciſ.*89. *num.* 22. *&* 35. Ergo etiam relicto Jurepatronatus ſimpliciter pro *nepotibus* in eo ſuccedent æqualiter tam nepotes ex fratre, quàm nepotes ex ſorore, dum, ut ſuperiùs præſuppoſui verbum *nepos* eſt univerſale, & collectivum, tanta autem eſt vis verborum univerſalium, ut per ea comprehendatur in diſpoſitione, id quod aliàs non contineretur. *Maſcard. de probat.*

*bat. concluſ.*1252. *& concluſ.*1264. *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.*311. *num.*105.

8 Ratio autem potiſſima mihi videtur eſſe, quia tam nepotes ex fratre, quam ex ſorore ſunt æquali ſanguinis vinculo conjuncti cum Fundatore, nec inter ipſos datur ordo charitatis, cùm non ſint nec proximiores, nec remotiores, ſed æqualiter proximi. Unde ſicuti ex ſtrictiori, vel latiori ſanguinis vinculo arguitur major, vel minor affectio Teſtatoris, quæ cauſat, ut in uno magis pendere dicatur diſpoſitio, quam in altero, quando illa eſt dubia, & ex qua dicitur præſumpta voluntas Teſtatoris excluſiva æqualitatis in ſucceſſione. *Rot. in Lauretana Canonicatus* 13. *Februarii* 1693. *coram Urſino apud Bertachin. vot. deciſ.* 89. *num.* 24. Ita ex ſanguinis vinculo æquè ſtricto argui debet æqualitas affectionis, ex qua elicietur præſumpta voluntas Teſtatoris incluſiva æqualitatis inter vocatos, ſeu quòd nomine *nepotum* voluerit comprehendere æqualiter tam nepotes ex fratre, quàm ex ſorore; Ubi enim viget eadem ratio dilectionis tam in nepotibus ex fratre, quàm in nepotibus ex ſorore, ibi vigere debet eadem diſpoſitio, & dicendum eſt ſuccedere in hujuſmodi Jurepatronatus æqualiter utriuſque generis nepotes.

9 Quòd nullam admitteret difficultatem, ſi adeſſet obſervantia ſubſecuta, nimirum ſi in vacationibus Beneficii fuerint admiſſi indiſtinctè ad præſentandum utrique nepotes, aut ſi indiſtinctè fuerint præſentati ad Beneficium, quæ obſervantia clarè demonſtraret mentem Fundatoris fuiſſe nomine nepotum vocare æquè omnes nepotes, & quæ cùm non ſit inductiva novi juris, ſed merè interpretativa, ſatis eſſet pro ea concludenda etiam unicus actus remotus à fundatione, quando alius præcedens contrarius non exhiberetur. *Caſtren. conſ.*347. *ſub num.* 4. *lib.*1. *Rot. deciſ.*316. *num.*15. *par.*9. *& deciſ.*647. *n.*12. *& ſeq. coram Buratt. & in Gerunden. Beneficii de Olor* 7. *Maji* 1703. §. *His omnibus coram Eminentiſs. Priolo, & in Oppiden. Beneficii* 7. *Maji* 1703. §. *Iſtaque omnia coram Muto.*

10 Aut ſi concurrerent conjecturæ pro æquali comprehenſione utriuſque generis nepotum, videlicet ſi de tempore vacationis extaret unus nepos ex fratre, & unus nepos ex ſorore, tunc vocatis nepotibus in numero plurali intelligerentur vocati indiſtinctè utrique nepotes. *Cephal.conſ.*262. *num.*11. *Mantic. de conject. ultim. volunt. lib.*8. *tit.*8. *num.*22. *in fin. Fuſar. de ſubſtit. quæſt.*320. *num.*62. Vel ſi Teſtator vocaſſet ad Juſpatronatus ejus nepotes in infinitum, & in perpetuum, tunc venirent tam nepotes ex fratre, quam ex ſorore ob vim verborum denotantium perpetuitatem, quæ operatur, ut Juſpatronatus extendatur ad omnes nepotes in infinitum. *Pariſ. conſil.*37. *num.*23. *& ſeqq. lib.*4. *Fuſar. de ſubſtit. dicta quæſt.*320. *num.*74. *& ſeq.* Vel quando nepotes ex ſorore una cum nepotibus ex fratre erant ſucceſſuri Teſtatori, nam tunc ex illius præſumpta mente æqualiter debent admitti ad Juſpatronatus, ut in terminis fideicommiſſi, quod eiſdem regulis cum Jurepatronatus terminatur. *Rot. deciſ.*71. *num.*3. *poſt Vivian. de jurepatronat. & in Aretina Beneficii* 23. *Aprilis* 1703. §. *Quod autem coram R.P.D. Anſaldo*, loquuntur *Aretin. conſ.*145. *col.*2. *circa fin. verſ. Eſt autem. Alexand.conſ.*5. *num.*4. *lib.*3. *Mantic. de conject. vlt. volunt. lib.*8. *tit.*8. *num.*15. *Menoch. præſumpt.*94. *num.*30. *lib.*4. Vel quando aliàs ſequeretur abſurdum, ſi nepotes ex ſorore non continerentur æqualiter ſub nomine *nepotum* nimirum, quia non admiſſo nepote ex ſorore extraneus admitteretur. *Roland. conſ.* 93. *num.* 25. *Barboſ. de appellat. appell.*99. *num.*109. Vel denique, & fortius ſi nepotes eſſent vocati cum dictione univerſali *quicumque*, aut *omnes*, cujus natura eſt includere indiſtinctè, & æqualiter omnes vocatos.

11 Nec aliter cenſerem recedendum eſſe ab hac ſententia, quam ſi ex conjecturis, & concludenti argumento appareret Fundatorem voluiſſe proſpicere ſolùm nepotibus ex fratre, aut nepotibus ex fratre prælativè ad nepotes ex ſorore. Concurrentibus namque hujuſmodi conjecturis in dicto Jurepatronatus non ſuccederent æqualiter nepotes ex fratre, & ex ſorore; Conjecturæ autem ex quibus argui, & apparere poſſit, Fundatorem voluiſſe proſpicere ſolùm nepotibus ex fratre, aut prælativè ad nepotes ex ſorore præcipuè poſſunt eſſe:

12 Prima: Si in Civitate extaret Statutum ex-

excluſivum nepotum ex ſorore, extantibus nepotibus ex fratre, tunc nomine *nepotum* non venirent æquè, ac indiſtinctè tam nepotes ex fratre, quàm ex ſorore, ſed ſolùm nepotes ex fratre; ex ratione, quia in eo caſu voluntas Teſtatoris præſumeretur fuiſſe conformis Statuto, & Teſtator præſumeretur potius ſe conformare voluiſſe cum Statuto municipali, quàm cum diſpoſitione juris communis. *Soccin. jun. conſ.168. num. 88. lib. 2. Menoch. conſ.95. num.93. lib.1.*

13 Secunda: Si Fundator implicitè, vel explicitè agnationem contemplaſſet. *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.311. num.28. Rot. deciſ.144. num.6. par.7. recent.*

14 Tertia: Si vocando nepotes Fundator appoſuiſſet aliquam qualitatem, quæ non conveniret nepoti ex ſorore. Ex. gr. ſi vocaſſet nepotem cum qualitate Archipresbyteratus ad Juſpatronatus, tunc ſi non extaret ullus nepos ex ſorore, qui eſſet Presbyter, non ſuccederent nepotes ex ſorore. *Menoch. conſ.938. num.12. lib.10. & conſ.1075. num. 7. lib.11. Rot. deciſ.270. num.1. coram Otthobon.*

15 Quarta: Si tempore vocationis non adeſſent nepotes ex ſorore, ſed ſolùm nepotes ex fratre, tunc enim præſumerentur ſolùm iſti priùs vocati. *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.321. num. 51. & quæſt. 324. num. 6. Barboſ. de appellat. appell. 163. num. 4.*

16 Quinta: Si Fundator diſcretivè loquutus fuiſſet in eadem diſpoſitione de nepotibus ex fratre, & ex ſorore, tunc enim, quia ſpecialitas circa res, vel perſonas derogat generi, nomine *nepotum* potius venirent nepotes ex fratre, quàm nepotes ex ſorore. *Decian. conſ. 29. num. 26. lib.1. & conſ. 47. num.16. lib. 3. Menoch. conſ.110. num.26. conſ.321. num.4. & præſumpt.94. num.6.*

17 Sexta: ſi Teſtator vocaſſet ad Juſpatronatus fratres, & nepotes ſuos, tunc intelligeretur de nepotibus ex fratre propter copulam *et*, cujus natura eſt copulare ea, quæ ſunt de eodem genere, & qualitate *Corn. conſ.139. & conſ.140. lib.2. Fuſar. de ſubſtit. q.324. nu.9. & ſeqq. Barboſ. de appellat. appell.163. n.5.*

Non obſtat *Rota in dicta Sabinen. Cappellaniæ* ſuperius allegata; quia, ut inferiùs legi poteſt §. *Attenta*, & §. *Altera*, ibi concurrebant duæ conjecturæ, ex quibus deducebatur, voluntatem Teſtatoris fuiſſe ſub nomine *nepotum* comprehendere nepotes ex fratre, prælativè ad nepotes ex ſorore, non verò *Sac. Rota* ibi firmavit, quòd ſecluſis hujuſmodi conjecturis Fundator reſervando Juſpatronatus abſolutè, & ſimpliciter pro nepotibus, noluerit æqualiter ſuccedere in eo tam nepotes ex fratre, quàm ex ſorore.

R.P.D. SCOTTO.

Sabinen. Cappellaniæ.

Ven.22. Januarij 1707.

IN ultimis tabulis, quas de anno 1668. exaravit Columba de Maggis, ex omnibus ejus bonis erigi mandavit ad Altare S. Præſepis in Eccleſia Cathedrali Malleani perpetuam Cappellaniam conferendam Sacerdoti, qui per ſeipſum quotidie celebraret, per hæc verba-- *qual Cappellano io per la prima volta nomino il Signor D. Marco Antonio Panfili, e venendo queſto à morire, nomino il Signor D. Giuſeppe Panfili fratello, e dopo di queſti un loro nipote, & indi in poi la denominazione ſpetti a Monſignor Suffraganeo.*

Vacante nuper dicta Cappellania per obitum Marci Antonii, cui jam prædeceſſerat Joſeph frater, & concurrentibus ad illius aſſequutionem Philippo Panfilo ex Joanne Baptiſta fratre, ac Canonico Antonio Sebaſtiano ex Anna Maria ſorore nepotibus, Eminentiſſimus Urbis Vicarius, etiam utì Epiſcopus Sabinen. ad quem delata fuit controverſia, per ejus ſententiam pronunciavit inſtituendum eſſe Philippum, excluſo Antonio, ad cujus inſtantiam commiſſa mihi appellationis Cauſa, cùm hodie dubitaverim *An, & cui ſit adjudicanda Cappellania*, Domini reſponderunt -- *Adjudicandam eſſe Philippo.*

18 Ipſe enim probat ſe actu Sacerdotem, & nepotem ex Jo: Baptiſta fratre prædicti Joſephi, & Marci Antonii à Teſtatrice nominatorum, unde concurrentibus in eodem qualitatibus à dicta Teſtatrice volitis Cappellaniæ adjudicatio denegari non poterat. *Rot. deciſ.209. nu.6. par. 17. rec. in Hydruntina Cappellaniæ ſuper confirmatione ſententiæ 9. Maji 1698. §. Primo coram bo.me. Pio, & in Barchinonen. Be-*

ne-

neficii 26. Martii 1703. §. Nulla quippe coram R.P.D. meo Lancetta.

19 Et quidem etiam in concursu, & ad exclusionem Antonii ex sorore nepotis, quia licèt sub generali appellatione *nepotum* venire valeant non minùs nepotes ex fratre, quàm ex sorore, tamen juxta magìs commune votum Disponentium, ac usum loquendi in concursu prælativè potius censentur comprehensi nepotes ex fratre, quàm ex sorore. *Bald. in l. si Curiæ n. 3. C. de succeff. edict. Mandell. Alb. conf. 83. n. 2. Barbos. appell. 163. n. 5. Rot. decis. 176. n. 6. par. 1. rec. & decis. 737. n. 9. & 10. coram Pamphil.*

20 Attenta præsertim duplici circumstantia in hypothesi concurrente, altera videlicet, quòd Testatrix præcedenter ad Cappellaniam nominaverat Marcum Antonium, & Josephum de familia Pamphila; unde dum postmodum nominavit *un loro nipote*, censetur voluisse nepotem ex fratre, qui sit de eadem familia Pamphila *Felin. in cap. per tuas sub nu. 6. vers. & tenendo de probat. Alex. cons. 49. nu. 8. lib. 1. Tusc. verbo Nepos conclus. 44. n. 18.* ponderata signanter dictione prædicta *un loro*, latinè *eorum*, de cujus natura est repetere omnes qualitates superiùs expressas, *Barbos. dict. 103. n. 3. Menoch. præsumpt. 173. n. 20. lib. 4. Rota in Romana fideicommissi 2. Junii 1698. §. Ex his coram R. P. D. meo Lancetta.*

21 Altera verò circumstantia ostendens verisimiliter Testatricem intellexisse potius de nepote ex fratre, quàm ex sorore, ea est, quia de tempore conditi testamenti Anna Maria soror erat innupta, & quod magìs est, domi vitam cælibem, seu sanctimonialem ducebat; quapropter de illius filiis Testatrix verisimiliter cogitare non potuit; è converso autem Philippus de tempore testamenti jam natus erat, & Testatrici cognitus, & consequenter de illo potius Disponentem sensisse credendum est, argumento ducto à verisimili, quòd in interpretandis ultimis voluntatibus præcipuè attendendum esse dixit *Rota decis. 1153. la prima n. 12. coram Emerix jun. in Perusina fideicommissi 11. Decembris 1702. §. Præsertim quia coram me, & in Camerinen. Immissionis 13. Martii 1705. §. Attamen coram R. P. D. meo Ansaldo.*

22 Cæterum ubi etiam sub vocatione *nepotum* æquè venire possent, ac concurrere nepotes ex fratre, & ex sorore, adhuc semper præferendus erat Philippus in adjudicatione Cappellaniæ ob majores, & præponderantes qualitates, quæ in illo concurrunt, ad *Text. in Can. Decernimus Can. Monasterium 16. quæst. 3. cap. si ex insinuatione de jurepatr. Rot. decis. 68. n. 2. par. 10. coram Emerix jun. decis. 125. n. 1. & 2. & in Hildesimen. Vicariæ 6. Junii 1703. §. finali coram me.* Est enim major ætate annorum quindecim *Vivian. de jurepat. lib. 12. cap. 9. n. 25. Rot. decis. 458. n. 2. coram Cerr. & coram Emerix jun. decis. 821. n. 3.* Antiquior in Sacerdotio per multos annos *Rot. decis. 123. n. 9. coram fa. me. Alexandro VIII. & coram Emerix jun. decis. 125. sub nu. 3. & decis. 815. §. Ex his autem.* Actu Animarum Curam exercet, Confessiones audit, & Sacramenta ministrat. *Rot. decis. 371. nu. 19. coram Bich. d. decis. 815. §. Ex his autem coram Emerix jun. & decis. 175. sub n. 4. par. 18. rec.* Et est in dignitate Archipresbyterali constitutus, *Lambertin. de jurepatr. lib. 2. par. 3. q. 4. art. 13. Vivian. eodem tractat. lib. 12. cap. 6. n. 26.* Et demum habet pro se sententiam super institutione latam ab Ordinario, cujus judicio in hac materia pro adjudicatione Beneficii plurimùm deferri debet, ut dixit *Rot. decis. 415. nu. 3. coram Peutinger. decis. 467. nu. 9. coram Cerr. & decis. 356. n. 9. par. 10. rec.*

Neque hujusmodi qualitatibus contraponi posse visæ sunt illæ, quæ afferebantur pro Antonio, ex quo scilicet studiis legalibus in Urbe per nonnullos annos operam dederit, sit Sacerdos, Canonicus, & Protonotarius, quia hæc non sunt tanti ponderis, ut suffragari valeant ad obtinendam prælationem adversùs Philippum, qui ultra qualitates longè præstantiores, ac eminentes superiùs enunciatas, habet ulteriùs pro se judicium Ordinarii, ut respondit *Rot. dec. 564. n. 8. & dec. 699. num. 4. & 5. coram Emerix jun.*

23 Minùs relevat, quòd Philippus tamquam addictus exercitio Curæ Animarum in Diœcesi Narnien. sit incapax controversæ Cappellaniæ, quæ est incompatibilis cum altero Beneficio requirente residentiam in altera Diœcesi, ex quo

juxta

juxta legem fundationis Cappellanus tenetur per ſeipſum celebrare in Eccleſia Cathedrali Malleani; Nam Beneficiorum incompatibilitas operatur ſolùm, ut retineri non poſſit utrumque Beneficium, non autem ut obtinens primum, non valeat ſecundum aſſequi *Rot. deciſ.* 101. *n.* 5. *par.*4. *deciſ.*131. *num.*8. *par.*11. *deciſ.*116. *n.*11. *par.* 36. *rec.*, *& in Colonien. Canonicatus primæ Gratiæ* 17. *Februarii* 1696. §. *Minuſque obreptio coram Reverendiſs.D. meo Decano*.

Non ſubſiſtente, quòd voluntas Teſtatricis injungentis celebrationem per ſeipſum, reſiſtat principio acquiſitionis in Philippo, qui coactus alibi reſidere vigore Beneficii cum Animarum cura non poteſt dictam celebrationem per ſeipſum explere, ex firmatis per *Rot. in Aſculana Cappellaniæ* 26. *Junii* 1693. *coram bo.me. Benincaſa*. Etenim cùm Teſtatrix non
24 excluſerit expreſsè Poſſidentes alia Beneficia reſidentialia, & de jure, ut mox dictum eſt, incompatibilitas obſtet retentioni, non autem aſſequutioni, non habet Philippus obicem ullum, per quem, vel ex voluntate Teſtatricis, vel ex juris diſpoſitione arceri valeat ab ac quiſitione dictæ Cappellaniæ, & inapplicabilis remanet mox dicta deciſio coram bo. mem. Benincaſa, quia in illius caſu Teſtatrix literaliter, & expreſsè excluſerat ab aſſequutione, ejuſdem Priorem, & Canonicos tam præſentes, quàm futuros; unde habentes hujuſmodi qualitatem reddebantur incapaces Cappellaniæ ob reſiſtentiam voluntatis Teſtatricis impeditivam cujuſcumque juris etiam in actu primo, quod non concurrit in præſenti, ut bene explicat eadem deciſio §. *Allata verò diſtinctio*.

Et ita utraque &c.

ARGUMENTUM.

Subſtituta à Fundatore in Jurepatronatus Eccleſia Cathedrali in defectum eorum de familia, iſtis deficientibus, Juſpatronatus ad quem ſpectare dicatur ad Epiſcopum, vel potiùs ad Capitulum? & ſi ſpectaret ad Epiſcopum, an eo defuncto, ſeu ſede vacante Juſpatronatus tranſiret in Capitulum?

SVMMARIUM.

1 *Nomine Eccleſiæ Cathedralis an veniat ſolùm Capitulum, vel Capitulum ſimul & Epiſcopus?* Et n.4. & 8.

2 *An Epiſcopus poſſit habere jus præſentandi ſimul, & inſtituendi reſpectu unius ejuſdem Beneficii?* Et n.9.

3 *Juſpatronatus relictum Epiſcopo an cenſeatur relictum Eccleſiæ Cathedrali?* Et n.10. & 12.

4 *Juſpatronatus relictum Eccleſiæ Cathedrali ſpectat ad Epiſcopum ſimul & Capitulum, & quare*. Vide n.6. *Et quidem ſpectat ad Epiſcopum ſimul & Capitulum per modum unius Collegii, ſecus ſi eſſet relictum Epiſcopo, & Capitulo*. Vide n.7.

5 *Legatum factum Eccleſiæ Cathedrali extenditur ad Epiſcopum*.

11 *Juſpatronatus relictum Capitulo, ſeu Canonicis, non dicitur relictum Epiſcopo*.

13 *Relicto jurepatronatus Eccleſiæ Cathedrali, ſi de tempore diſpoſitionis eſſent duæ Eccleſiæ Cathedrales æquè principaliter unitæ ſub uno Epiſcopo, de qua ex dictis Eccleſiis eſſet intelligendum?*

14 *Sede Epiſcopali vacante, an juſpatronatus ſpectans ad Epiſcopum tranſeat in Capitulum?*

CASUS XV.

IN limine erectionis Beneficii reſervatum fuit Juſpatronatus à Fundatore pro omnibus de ejus familia, quibus deficientibus, ſubſtituta fuit Eccleſia Cathedralis A. Cùm in præſenti evacuata ſit prima vocatio per defectum omnium de dicta familia, & factus ſit locus ſubſtitutioni favore Eccleſiæ Cathedralis, Epiſcopus prætendere cœpit ad ſe ſpectare hujuſmodi Juſpatronatus; cui ſe oppoſuit Capitulum Cathedralis pro ſe eamdem prætentionem fovens. Quæritur proinde, An Juſpatronatus relictum Eccleſiæ Cathedrali ſpectet ad Epiſcopum, vel potiùs ad Capitulum; Et quatenus ſpectet ad Epiſcopum, An eo defuncto, ſeu ſede Epiſcopali vacante, Juſpatronatus tranſeat in Capitulum?

1 Quoad primam partem hujus Dubii reſpondendum videtur ſpectare ad Capitulum, & nullatenus ad Epiſcopum; Quoniam nomine *Eccleſiæ Cathedralis* abſolutè

tè loquendo, comprehendi videtur solum Capitulum, adeòque Juspatronatus relictum Ecclesiæ Cathedrali, censetur relictum soli Capitulo, ad quod dumtaxat spectabit jus præsentandi Rectorem in vacatione Beneficii, non verò ad Episcopum; sub hac enim significatione sumitur illud nomen *Ecclesia Cathedralis* à Textu *in cap. cùm Clerici de verb. signific.* ibi-- *Cùm Clerici Placentini juramentum præstant sub hac forma verborum*-- Ego talis ab hac hora in antea fidelis ero, & obediens Placentinæ Ecclesiæ, & Domino meo Episcopo; *Nos consulere voluistis, utrum intelligi debet Clerus totius Diœcesis, An Capitulum Ecclesiæ Cathedralis. Nos igitur taliter respondemus, quòd per Ecclesiæ Placentinæ vocabulum in forma juramenti præscripti non debeat intelligi totius Diœcesis Clerus, etsi Capitulum intelligatur Ecclesiæ Cathedralis*-- quem sequuntur *Federic. de Sen. conf. 296. n. 2. Bero. conf. 148. n. 2. vol. 3. Costa de ratione ratæ q. 199.*

2 Nec est verisimile, quòd Fundator reservando Juspatronatus favore Ecclesiæ Cathedralis in defectum eorum de familia voluerit comprehendere Episcopum, dum Episcopus, cùm respectu præfati Beneficii habeat jus instituendi, non præsumitur Fundator ei concessisse etiam jus præsentandi ad idem Beneficium, aliàs ignoratur in hoc casu, coram quo Episcopus præsentare deberet; Præsentans enim debet esse persona distincta ab Instituente, juxta naturam præsentationis requirentis concursum trium personarum, nimirum Instituentis, Præsentantis, & Præsentati. *Lotter. de re benef. lib. 2. q. 6. n. 33. Rot. in Romana Cappellaniæ 25. Novembris 1707. §. Verùm coram Eminentiss. Scotto.*

3 Et probatur paritate; nam Juspatronatus relictum Episcopo, non censetur relictum Ecclesiæ Cathedrali, nec huic tenetur Episcopus illud communicare, ut in terminis legati tuetur *Imol. in cap. Requisisti de testam. num. 1.* Ergo nec relictum Ecclesiæ Cathedrali præsumi debet relictum Episcopo, sed soli Capitulo, ad quod spectabit præsentatio in successivis vacationibus Beneficii privativè.

4 Verùm his non obstantibus censeo Juspatronatus relictum Ecclesiæ Cathedrali spectare ad Episcopum simul, & Capitulum; Ecclesia namque Cathedralis est nomen collectivum comprehendens Episcopum tamquam caput, & Capitulum tamquam membra, & ejus appellatione venit Episcopus simul, & Capitulum, ut expressè docet *Glos. in cap. cùm Cleric. de verb. signif. verb. cùm Clerici*, ibi -- *Nota, quòd cùm dico, Ecclesia Cathedralis, nomine Ecclesiæ intelligitur Episcopus, & Capitulum; quia Episcopus est in Ecclesia, & Ecclesia in Episcopo*, ibique *Butr. num. 2.* ibi -- *Nota quòd appellatione Ecclesiæ comprehendi videtur Prælatus*-- *idem Butr. in cap. Requisisti de testam. n. 4. Imol. n. 27. in fin. Federic. de Sen. conf. 296. n. 2. Tusch. concl. 19. lit. E. n. 1. Barbos. de appellat. verb. Ecclesia n. 9.* Et consequenter Juspatronatus relictum Ecclesiæ Cathedrali, dicitur relictum Episcopo simul, & Capitulo, *Fagnan. in cap. Cùm Ecclesia Vulterana n. 20. & seq. de elect.* sicut juramentum præstitum Ecclesiæ Cathedrali, dicitur etiam præstitum Episcopo. *Butr. in d. cap. Cùm Clerici n. 7.* ubi dat rationem ibi-- *Quia in spiritualibus non est divisa administratio inter Episcopum, & Capitulum*-- Et sicuti legatum factum Ecclesiæ Cathedrali ex solo sono verborum extenditur ad Episcopum, & hic includitur, cùm Episcopus sit in Ecclesia, & Ecclesia non possit esse sinè Episcopo, *Text. in cap. Scire 7. q. 1. Butr. in cap. Requisisti de testam. nu. 18. ibique Barbat. n. 12. prope fin. & n. 17.* 5

6 Ratio autem videtur esse, quia inter Ecclesiam, & Episcopum datur spirituale conjugium, & Ecclesia Cathedralis constituitur ex Episcopo, & Capitulo tamquam unum corpus. Unde Fundator relinquendo Juspatronatus Ecclesiæ Cathedrali non potest contemplare Ecclesiam sinè Episcopo, cùm Ecclesia non possit esse Acephala. *Text. in cap. novit, & in cap. quanto de his, quæ fiunt à Prælat. Abb. in cap. Requisisti de testam. n. 6. ibique Barbat. n. 12. 18. & 32. Imol. n. 19.* sed dicendum comprehendere voluisse Episcopum simul, & Capitulum, & utrumque in 7 eo succedere. Et quidem crederem in dicto Jurepatronatus utrumque succedere per modum unius Collegii, seu præsentationem spectare ad Episcopum, & Canonicos omnes in solidum, non verò pro medietate ad Episcopum, & pro alia medietate ad Capitulum; ad differentiam

tiam alterius Caſus, ubi Juſpatronatus fuiſſet relictum Epiſcopo, & Capitulo, in quo pro medietate competeret Epiſcopo, & pro alia medietate Capitulo, eodem modo quo data poteſtate conſulendi Rectori, & Univerſitati Scholarium, tantam poteſtatem habet Rector, quantam Univerſitas Scholarium, per ea, quæ tradit *Barbat. in cap. Requiſiſti de teſtam. nu.* 11. *ibique Abb. n.*2.

8 Quæ autem ſuperiùs exadverſo objiciebantur, nullatenus officiunt; Conſtat enim ex ſupra deductis §. *Verùm*, quòd nomine *Eccleſiæ Cathedralis* non veniat ſolum Capitulum, & quòd Fundator relinquendo Juſpatronatus Eccleſiæ Cathedralis non præſumatur comprehendere voluiſſe ſolum Capitulum, niſi ex communi uſu loquendi Loci, ubi fuit facta diſpoſitio nomine Eccleſiæ Cathedralis veniret ſolum Capitulum, aut niſi Fundator haberet particularem affectionem erga Capitulum, aut niſi Canonici eſſent ejus Amici; tunc enim propter has circumſtantias diſpoſitio Juriſpatronatus favore Eccleſiæ Cathedralis præſumeretur facta à Fundatore favore ſolius Capituli, *Barbat. jn d. cap. Requiſiſti de teſtam. n.*13. *& ſeqq. ibique Abb. nu.*2. *Imol. num.*3. 10. *&* 18.

9 Nec implicat, quòd Epiſcopus habeat in hoc caſu jus præſentandi ſimul, & inſtituendi reſpectu unius ejuſdem Beneficii; Quoniã poteſt Epiſcopus, quando ei competit Juſpatronatus ratione Epiſcopatus, & adſunt alii Patroni, præſentare, ut Patronus, & inſtituere, ut Epiſcopus; & ſic repræſentare duplicem perſonam Inſtituentis ſcilicet, & Præſentantis, ſecus ſi non adſint alii Compatroni; quia tunc procedere debet per viam ſimplicis collationis, abſque præſentatione, ut expreſsè docet *Abb. in cap. Significaſti de jurepatr. n.*3. ibi-- *Cùm autem inſtitutio pertineret ad Epiſcopum, & de novo acquiſivit juſpatronatus, ſunt opiniones, qualiter Epiſcopus debeat providere Eccleſiæ, Goffredus dicit, quòd ipſe præſentabit ſibi ipſi tamquam Patronus, & tamquam Epiſcopus inſtituet &c. Hoſtienſis dicit, quòd præſentatio confunditur cum inſtitutione. Unde Epiſcopus providebit per viam collationis, ſicut facit in aliis Beneficiis non patronatis, & hæc opinio placet Joanni Andreæ, ſi Epiſcopus eſt ſolus Patronus, ſed ſi habet Compatronos, procedit opinio Goffredi, & hoc ſatis poteſt ſubſtineri -- Lambertin. de jurepatr. lib.*3. *q.*8. *art.*10. *per tot. Vivian. eod. tract. lib.*5. *cap.*2. *n.*8. Vide infra *Can. IV. V. VI. VII. VIII. Caſ. IV.*

10 Paritas autem ſuperiùs deducta non obſtat: Epiſcopus enim duplicem reſpectum habere poteſt, nimirum perſonæ privatæ, aut Dignitatis; ſi Fundator relinquendo Juſpatronatus Epiſcopo, illud reliquerit reſpectu, & contemplatione perſonæ, utì eſſet ſi Fundator eſſet propinquus, aut amicus Epiſcopi, aut dixiſſet-- *Relinquo juſpatronatus Epiſcopo tantùm-- Barbat. in d. cap. Requiſiſti de teſtam. num.* 13. *&* 36. *Imol. n.* 23. Tunc certum eſt, quòd Juſpatronatus relictum Epiſcopo, non cenſetur relictum Eccleſiæ Cathedrali, quia nomine Eccleſiæ Cathedralis non comprehenditur Epiſcopus

11 tamquam perſona privata; ſicuti Juſpatronatus relictum Capitulo, ſeu Canonicis non dicitur relictum Epiſcopo, quia Capitulum eſt quid diverſum ab Eccleſia, & non comprehendit totam Eccleſiam; non enim comprehendit Epiſcopum, & alios Clericos. *Barbat. ubi ſupra num.*23.

12 *ibique Abb. n.*27. *Butr. n.*25. Si verò Fundator relinquendo Juſpatronatus Epiſcopo, illud reliquerit intuitu, & contemplatione Dignitatis, tunc cenſeretur reliquiſſe ipſi Eccleſiæ, ad *Text. in l. Annua §. Attia ff. de ann. legat. Mantic. de conject. ult. volunt. lib.*8. *tit.*6. *nu.*20. *& ſub nu.*23. §. *Secundò reſpondeo*, *Rot. in Leodien. Beneficii* 29. *Novembris* 1706. §. *Non attento coram R. P. D. Omanna*, *& in Mediolanen. juriſpatronatus* 21. *Februar.* 1707. §. *Quòd autem coram Eminentiſs. Scotto.*

13 Sed ſi eſſent duæ Eccleſiæ Cathedrales æquè principaliter unitæ ſub uno Epiſcopo, & Fundator relinqueret Juſpatronatus Eccleſiæ Cathedrali, de qua ex dictis duabus Eccleſiis eſſet intelligendum? Reſpondeo, quòd in hoc caſu attendenda eſſent locus, & affectio Fundatoris, & præſumeretur intellexiſſe de illa Eccleſia Cathedrali illius loci, in quo Fundator eſſet de tempore diſpoſitionis, aut erga quam habuit affectionem, & ſi non appareat de qua Eccleſia intellexerit, dividi poterit exercitium Juriſpatronatus quoad illas, ut in terminis legati loquitur

Barbat. in d. cap. Requisisti de testament. num. 16.

14 Descendendo ad examen secundæ partis propositi dubii, nimirum, an defuncto Episcopo, seu sede Episcopali vacante, Juspatronatus, quod ad ipsum spectabat, transeat in Capitulum?

Respondeo affirmativè. Licèt enim quando Juspatronatus, seu præsentatio spectat ad solum Episcopum, eo defuncto, & sede Episcopali vacante, non transeat in Capitulum, tamen quando Juspatronatus, prout in casu præsenti, spectat ad Episcopum simul, & Capitulum, sede Episcopali vacante, transit in Capitulum, & consolidatur totum in illo, juxta distinctionem, quam tradit *Lambertin. de jurepatr. lib. 2. part. 1. q. 2. art. 14. n. 8. Lotter. de re benef. lib. 2. q. 2. n. 14. & seq.*

ARGUMENTUM.

Juspatronatus Gentilitium in ultimo de familia fit hæreditarium, & an fiat hæreditarium, quando, deficientibus eis de familia, à Testatore fuisset facta substitutio favore causæ piæ.

SVMMARIUM.

1 *Juspatronatus Gentilitium in ultimo de familia fit hæreditarium*. Limita, ut num. 2. & 3.

2 *Juspatronatus competens eis de sanguine ex mero privilegio, non transit ad illegitimos.*

5 *Substituta causa pia per vulgarem in jurepatronatus gentilitio, hoc existentibus eis de familia in ultimo fit hæreditarium.*

6 *Substituta causa pia per* fideicommissariam *absolutè, juspatronatus gentilitium in ultimo de familia non fit hæreditarium, sed transit ad causam piam. Secus si causa pia fuisset substituta conditionatè, & conditio non fuisset purificata, vel substitutio fuisset à Fundatore per codicillos adempta.*

CASUS XVI.

IN limine erectionis Beneficii reservatum fuit Juspatronatus à Fundatore pro eis de propria familia; quibus deficientibus substituta fuit causa pia, nempe Monasterium A. hinc quæro?

Primò, An Juspatronatus Gentilitium in ultimo de familia fiat hæreditarium?

Secundò, An fiat hæreditarium, quando deficientibus eis de familia, fuit substituta causa pia.

1 Quoad primum, celebre est, ac vulgatum *consilium Ancharani* 81. ubi firmatur Juspatronatus Gentilitium in ultimo de familia fieri hæreditarium, quod *consilium* nullatenus attentis deductis à *Geminiano cons.* 45. *n.* 7. fuit communiter à Doctoribus receptum, signanter à *Roch. de Curt. de jurepatronat. verb. ipse, vel is num.* 19. *Lambertin. eodem tract. lib.* 1. *par.* 2. *qu.* 2. *art.* 4. *nu.* 1. *& seq. Calderin. cons.* 4. *de jurepat. Card. de Luc. eodem tract. disc.* 35. *n.* 3. *Rot. decis.* 285. *n.* 1. *& seqq. par.* 1. *diversi. in Balneoregien. Beneficii* 21. *Januarii* 1707. §. *Quatenus coram R. P. D. Kaunitz, & in Granaten. Cappellaniæ* 27. *Novembris* 1713. §. *Regulare coram R. P. D. Falconerio, & in Nolana Beneficii* 23. *Febr.* 1714. §. *Minusque coram R. P. D. Crispo.*

2 Solùm tamen patitur limitationem in duplici casu. Primò in casu, quo in reservatione Jurispatronatus pro eis de familia fuissent à Fundatore appositæ clausulæ limitativæ, & restrictivæ ejusdem Jurispatronatus favore Ecclesiæ, secus si fuissent appositæ clausulæ limitativæ favore masculorum, aut agnatorum; Sciendum est enim, quòd aliæ sunt clausulæ limitativæ Jurispatronatus favore Ecclesiæ, seu quæ stant ad limitandum Juspatronatus, ut sunt istæ ex. gr. *& non ultra, non aliis*, ac etiam istæ *tantùm, solùm, dumtaxat* appositæ respectu omnium de sanguine. Et aliæ limitativæ Jurispatronatus favore masculorum agnatorum, seu quæ stant ad limitandas personas, ut sunt istæ *tantùm, dumtaxat* appositæ respectu eorumdem masculorum, & agnatorum. Si Juspatronatus gentilitium sit reservatum à Fundatore pro eis de familia cum clausulis limitativis favore Ecclesiæ. Ex. gr. pro eis de familia, *& non ultra, aut non aliis*, aut pro omnibus Consanguineis tam agnatis, quàm cognatis *tantùm, dumtaxat*, in ultimo de familia, aut de sanguine non fit hæreditarium, sed eo defuncto, Ecclesia evadit libera; Si verò Juspatronatus gentilitium sit reservatum cum clausulis limitativis favore masculorum agnatorum, ex. gr. pro masculis, aut agnatis *tantùm, dumtaxat* in ultimo

ultimo de masculis, aut agnatis sit hæreditarium, sicuti sit hæreditarium in ultimo de parentela, aut domo si Juspatronatus sit reservatum pro eis de parentela, domo, casata *tantùm*; quia illa taxativa *tantùm* non stat ad limitandum Juspatronatus, sed solùm ad limitandas personas, juxta *Lambertin. de jurepatronat. lib. 1. par. 2. q. 2. art. 4. n. 4. & seqq. & art. 6. n. 1. & seqq. Gratian. discept. Eccles. 218. n. 13.* & bene *Rot. decis. 581. n. 4. & seq.* quam sequitur *Præceptor meus discept. Eccles. 33. n. 5.* & novissimè *in Granaten. Cappellaniæ* 27. *Novembris* 1713. §. *Parum coram R.P.D. Falconerio*.

3 Secundam limitationem patitur idem Consilium *Ancharani* in casu quo Juspatronatus Gentilitium non competeret eis de sanguine, & familia titulo oneroso, nimirum ex Fundatione Constructione, aut dotatione, aut ex augmento dotis usque ad medietatem veri valoris beneficii, sed solùm ex mero Privilegio post Concilium Tridentinum (Privilegium enim Jurispatronatus concessum ante Concilium personis privatis fuit ab eo revocatum *in sess. 25. capit. 9.* ut dicam infra *par. 5.*) Si igitur Juspatronatus Gentilitium competat eis de Familia ex mero Privilegio in ultimo de Familia non fit hæreditarium sed Ecclesia consequitur libertatem; Ratio est, quia cùm privilegia utpote odiosa sint restringenda, tantum capiunt, quantum loquuntur *ad Text. in cap. Privilegium de reg. jur. in 6.* Unde cùm privilegium loquatur solùm de eis de sanguine, extendi non potest ad eorum Hæredes extraneos *Lambertin de jurepat. lib. 1. part. 2. quæst. 2. art. 6. num. 4.* Et est opinio *Ciarlini lib. 2. controv. 159. num. 13. & seqq.* quam refert, & sequitur idem Præceptor meus dicta *Discept. Eccles. 33. num. 9. & seqq.*

4 Et ob hanc rationem videmus quod licèt Juspatronatus Gentilitium, competens eis de sanguine titulo oneroso transeat ad illegitimos, & naturales, aut ad legitimatos in defectum legitimorum, ut superiùs probavi *Cas. X.* tamen competens eis de sanguine ex mero Privilegio deficientibus legitimis non transit ad illegitimos, nec ad legitimatos etiam authoritate Apostolica *Gratian. discept. Eccles. 218. n. 11. & seq. Ciarlin. dicta Contr. 119. n. 18.*

5 Quoad secundum Dubium procedendum est cum distinctione. Aut causa pia substituta fuit in Jurepatronatus per *Vulgarem*, idest instituta fuit in Jurepatronatus in casu, quo non extarent illi de sanguine, & familia, & in hoc casu Juspatronatus Gentilitium in ultimo de Familia fit hæreditarium, & non transit ad causam piam; quia illis de sanguine existentibus, & semel admissis, expiravit, & caducata dicitur substitutio causę pię juxta naturam *Vulgaris*, quæ expirat per existentiam primi vocati ad *Text. in l. 5. C. de Impuberum, & aliis substitutionibus. Rot. in Valentina jurispatronatus 26. Junii 1715. §. Nec dubitari coram R. P. D. Falconerio*.

6 Aut fuit substituta per *Fideicommissariam*, seu fuit gravatus ultimus de sanguine restituere Juspatronatus causæ piæ, & tunc aut fuit substituta per Fideicommissariam *absolutè* & Juspatronatus in ultimo de sanguine non fit hæreditarium, sed transit ad causam, & hæc in eo succedere debet juxtà *Rot. in Romana jurispatronatus 7. Junii 1705.* §. Ex lectura coram Reverendissimo Molines *Decano*, & alios, quos refert eadem *Rota in dicta Valentina jurispatronatus 26. Junii 1715.* §. *Ratio coram R. P. D. Falconerio*. Aut substituta fuit conditionatè E. G. substitutum fuit Monasterium Regularium casu, quo in eorum Ecclesia erigeretur Cappellania, aut sub alia conditione, & tunc aut conditio est purificata, & non fit hæreditarium in ultimo de sanguine, aut conditio non est purificata, vel substitutio Causæ piæ fuit per Codicillos adempta à Fundatore, & Jurispatronatus in ultimo de sanguine fit hæreditarium, & non transit ad Causam piam, ut resolutum fuit à Sac. Rota in *Mediolanen. jurispatronatus 21. Februar. 1707.* §. *Animadvertebant coram Emo Scotto*.

ARGUMENTUM.

Juspatronatus Gentilitium Lineale in ultimo de Linea non fit hæreditarium, obstante contraria Lege Fundationis. Et an Beneficiatus, qui simul sit Patronus, liberè resignando Beneficium, possit ad illud præsentare?

SUMMARIUM.

1 *Jurispatronatus Lineale in ultimo de linea fit hæreditarium, secus obstante Lege Fundationis* Num. 5.

2 *Juspatronatus quando possit esse, & quando non pro parte Gentilitium, & pro parte hæreditarium*; Et num. 3.

4 *In jurepatronatus familiari non consideratur distinctio linearum, & quotarum.*

6 *De natura jurispatronatus familiaris est, ut defecta una linea, consolidetur in altera.*

7 *Beneficiatus, qui simul sit Patronus resignando Beneficium, potest ad illud præsentare.*

8 *Quod Beneficiatus non possit sibi eligere Successorem, quo sensu procedat?*

CASUS XVII.

QUidam fundavit, & erexit auctoritate Ordinarii Beneficium reservando Juspatronatus activum favore Titii, & Caji de familia A. eorumque Filiorum in infinitum, & decedentibus Titio, & Cajo sinè Filiis, substituit Sempronium, ejusque Filios de eadem Familia in infinitum ac voluit, quod pro ea vice Rector dicti Beneficii esset Franciscus Frater prædictorum de Familia A. qui cupiens resignare Beneficium liberè in manibus Ordinarii, & simul præsentare ad illud quemdam Clericum prætendit ad se spectare Juspatronatus, non obstante, quòd existant Filii Sempronii substituti, eo sub fundamento quod defunctis Titio, & Cajo de Familia A. supradictis absque Filiis, isti instituerunt eum Hæredem Universalem, & sic cum hæreditate ad ipsum transiverit Juspatronatus.

Quæritur proinde in hoc casu Primo, An hujusmodi Juspatronatus spectet ad Franciscum Rectorem Beneficii, & quatenus affirmative.

Secundò, An resignando Beneficium liberè in manibus Ordinarii, possit ad illud validè præsentare.

Et prima facie primum dubium affirmativè resolvendum videtur. Agitur enim de Jurepatronatus gentilitio, lineali reservato nempe pro Titio, Cajo, & Sempronio, eorumque Filiis in infinitum. Unde deficiente linea Titii, & Caji, & instituto ab eis Hærede Francisco Rectore Beneficii ad hunc pro duabus vocibus spectare dicitur Juspatronatus, cùm de
1 natura Jurepatronatus linealis sit, quod in qualibet linea fiat hæreditarium, & transmisibile etiam ad Hæredes extraneos juxtam theoricas firmatas per *Car. de Luc. de jurep. disc. 35. n. 5.* & per *Rot. in Nolana Beneficii 4. Jun. 1685. §. Omisso & 1. Aprilis 1680. §. Nullam coram b. m. Rondanino, & in Balneoregien. Beneficii 21. Janua. 1707. §. Nec refert coram R. P. D. Kaunitz, & in Romana Capell., S. Nicolai 28. Junii 1709. §. Evanida coram R. P. D. Ansaldo, & in Imolen. jurispatronatus 27. Januarii 1710. §. Final. coram R. P. D. Lancetta, & in Alexanen. Beneficii 11. Decembris 1711. §. Nulla cum seqq. coram R. P. D. Aldrovando, & in Nolana beneficii 23. Febr. 1714. §. Final. coram R. P. D. Crispo.*

Non obstat, quòd adsint Filii Sempronii, & sic supersit hujus linea, in qua proinde deficientibus lineis Titii, & Caji consolidatum dicitur totum Juspatronatus, & nullatenus pro duabus vocibus transmissum ad præfatum Rectorem Beneficii titulo Hæreditario, cùm Juspatro-
2 natus non possit esse pro parte Gentilitium, & pro parte Hæreditarium, resistente regula, quòd una, & eadem res non debeat diverso Jure censeri *Roc. disput. jur. select. capit. 193. numer. 13. Rota decis. 102. num. 4. coram Cerro*; Quoniam hujusmodi repugnantia, quòd Juspatronatus sit pro parte Gentilitium, & pro parte Hæreditarium, consideratur tantummodo in Jurepatronatus Gentilitio familiari reservato pro una Familia, Domo, seu Casata, secùs in Jurepatronatus Gentilitio lineali diversis lineis relicto, quæ tot corpora distincta constituunt, quot sunt Lineæ, eo enim in casu non implicat quin ultimus de una Linea suam vocem transmittat ad suos Hæredes, & altera penès aliam lineam superstitem remaneat, & sic partim Hæreditarium, & partim Gentilitium efficiatur, ut in terminis firmavit *Rot. decis. 446. num. 10. coram Royas, & decis. 90. sub num. 16. coram Beninca sa, & decis. 667. num. 13., & 14. part. 18. tom. 2. rec.* & firmavit *D. Meus Pitonius Discept. Eccles. 33. num. 2. Rot. in Imolen. Beneficii 27. Januarii 1710. §. Final. coram Lancetta.*

His tamen non obstantibus contrarium verius

verius de jure censeo, nempe hujusmodi Juspatronatus nullatenus spectare ad
3 præfatum Rectorem Beneficii. Licèt enim vera sit supradicta theorica, quòd Juspatronatus gentilitium lineale possit esse pro parte hæreditarium, & pro parte gentilitium, secus Juspatronatus gentilitium familiare, ea ratione, quia in Jurepatronatus gentilitio lineali ab initio pluribus reservato, consideratur divisio, & distinctio linearum, & quotarum, seu ratarum,
4 quæ non consideratur in Jurepatronatus familiari, reservato pro domo, & familia per modum unius corporis, ut notat *Card. de Luc. de jurepat. disc. 54. n. 5. & seq. Rot. in Balneoregien. Beneficii 21. Januar. 1707. §. Nec refert coram R.P.D. Kaunitz, & in Alexanen. Beneficii 11. Decembris 1711. §. Agnoverunt, coram R.P.D. Aldrovando.*

5 Tamen hujusmodi theorica, seu regula limitatur, quando adest contraria lex fundationis tacitè, vel expressè, prohibentis Juspatronatus fieri hæreditarium in ultimo uniuscujusque lineæ, una ex eis superstite, *Lambertin. de jurepatronat. lib. 1. par. 2. q. 2. art. 2. num. 2.* In casu præsenti Fundator non solùm reservavit Juspatronatus pro Titio, Cajo, & Sempronio, eorumque filiis, sed prævidendo casum defectus Titii, & Caji absque liberis ulteriùs progressus fuit, eis substituendo Sempronium, ejusque filios in infinitum, itaut noluit fieri hæreditarium in ultimo de unaquaque linea Titii, & Caji, sed conservare voluit totum Gentilitium, donec supersit linea Sempronii: Quapropter hujusmodi Juspatronatus etiamsi sit in re, & substantia Gentilitium lineale, tamen quoad effectum juris ex præcipua Fun-
6 datoris dispositione, est familiare, cujus natura est, ut defecta una linea eorum consolidetur in altera, & in ultimo superstite de familia, juxta firmata per *Rot. decis. 217. num. 18. coram Bichio, & decis. 200. num. 4. & seq. par. 6. rec. & in Bononien. Beneficiorum 29. Januar. 1692. §. Et jure quidem coram bo. me. Ursino, & in Firmana juris patronatus 21. Aprilis 1704. §. finali coram bo. me. Muto, & in Asten. Beneficii 25. Junii 1708. §. In nihilo, coram R.P.D. Falconerio.* Unde præfatus Rector Beneficii, etsi sit institutus hæres à Titio, & Cajo defunctis absque filiis, non proinde ad eum titulo hæreditariæ successionis transitum fecit Juspatronatus, sed consolidatum remansit totum in linea Sempronii, ad quam spectabit præsentare, casu quo idem Rector voluerit liberè resignare Beneficium in manibus Ordinarii.

Quoad secundum Dubium: Admisso, quòd supradictus Rector sit Patronus, & quòd ad eum spectet Juspatronatus pro duabus vocibus; videtur, quòd resignando Beneficium liberè in manibus Ordinarii, non possit ad illud præsentare, quia Beneficiatus non potest sibi eligere, & designare successorem, ut patet in Episcopo, & Papa, quibus prohibitum est eligere sibi successorem, *Lambertin. de jurepatr. lib. 2. par. 1. q. 6. art. 21. num. 2. & seq.* sed tamen contrarium verius de jure censeo.
7 Etenim Rector Beneficii, qui simul sit Patronus, eo ipso, quod resignat Beneficium liberè in manibus Ordinarii, illud dicitur per simplicem resignationem vacare. Stante autem vacatione Beneficii Patronus habet liberam facultatem præsentandi, etiamsi sit Rector Beneficii, ad *Text. in cap. Decernimus 16. q. 7.*, & diximus supra *prima parte Can. V.* & in terminis firmavit *Barbos. in Collect. 650. verb. Resignans, Resignatio.*

8 Nihil obstante, quòd Beneficiatus non possit sibi eligere successorem; quia hoc procedit stante Beneficio pleno, ut evitetur votum captandæ mortis, ad *Text. in cap. fin. de concess. præben.*, & quando Beneficiatus non est simul Patronus; quia tunc nec solus, nec cum consensu Episcopi potest sibi eligere successorem, cùm hoc tenderet in præjudicium Patroni, *Lambertin. de jurepat. lib. 2. par. 1. q. 6. art. 21. n. 1. & seqq.* secus quando Beneficium per simplicem resignationem vacat, & Beneficiatus habet qualitatem Patroni, itaut ad ipsum spectet Juspatronatus, tunc enim non est, cur vacante Beneficio non possit præsentare.

ARGUMENTUM.

Juspatronatus reservatum à Fundatore pro hæredibus, ac successoribus alicujus ex affectione, & obligatione erga Familiam, aut Domum illius est Mixtum, concurrentibus præsertim præsentationibus factis utì *hæredes*, & *de familia*.

milia. Et in Jurepatronatus mixto qualitas hæreditaria non requiritur actu, sed sufficit in potentia.

SUMMARIUM.

1 *Juspatronatus reservatum pro* Descendentibus, & Successoribus, *aut pro* Hæredibus, & Descendentibus *est mixtum*; sed limita ut num. 2.
3 *Mens Fundatoris est habenda pro regula in materia juris patronatus.*
4 *Juspatronatus reservatum pro Hæredibus, & Successoribus alicujus ex affectione erga illius domum, & familiam, an sit hæreditarium, vel gentilitium, aut mixtum?* Vide ibi, & nu. 5. & 6. & nu. 19. usque ad 24. Amplia, ut n. 10.
5 *Verba debent servire intentioni, & non intentio verbis.*
7 *Ex affectione arguitur mens Disponentis.*
8 *Concurrentibus conjecturis hinc indè militantibus tam pro qualitate hæreditaria, quàm familiari est locus conciliationi constituendo tertiam speciem.*
9 *Juspatronatus quando dicatur mixtum.*
11 *Ad succedendum in jurepatronatus mixto præter qualitatem sanguinis requiritur etiam qualitas hæreditaria, & quomodo hæc qualitas hæreditaria requiratur.* Vide ibi, & n. 12. & 27. & 30.
13 *Qualitas hæreditaria in habitu an requiratur tam respectu primi acquirentis, quàm ultimi morientis, vel sufficiat solùm respectu primi acquirentis?*
14 *Qui non potest esse hæres, nec primi acquirentis, nec ultimi morientis, non potest succedere in jurepatronatus mixto.*
15 *In jurepatronatus mixto filii non admittuntur unà cum patre ad præsentandum.*
16 *Existentibus eis de familia juspatronatus mixtum transferri non potest ad hæredem extraneum.*
17 *Juspatronatus in dubio præsumitur hæreditarium.*
18 *Institutio debetur legitimè præsentato.*
25 *Juspatronatus mixtum an reddi possit simpliciter gentilitium?*
26 *Consulentes non attenduntur in eo, quod dicunt ad opportunitatem Causæ, sed unicè spectatur, quod fuerit subinde judicatum.*
28 *Repudiatio hæreditatis est nulla, non servatis solemnitatibus requisitis.*
29 *Juspatronatus non cadit sub hypotheca Creditorum.*

CASUS XVIII.

EXaminatis quampluribus Casibus respicientibus Juspatronatus tam hæreditarium, quàm gentilitium, restat in hoc *Canone* nonnulla pertractare de Jurepatronatus mixto, quod est tertia species, quam in *Apparatu n. 9.* præventivè distinxi, ac insinuavi.

1 Certum est, quòd Juspatronatus expressè reservatum à Fundatore pro *Descendentibus, & Successoribus*, aut pro *Hæredibus, & Descendentibus*, aut pro *sè, suisque Liberis, & Hæredibus*, aut pro *Posteris, & Successoribus* sit mixtum, ut docent *Paris. cons. 48. n. 11. cum seqq. lib. 4. Alex. cons. 44. nu. 1. lib. 1. Covaru. var. resol. lib. 2. cap. 18. n. 6. & seqq. Card. de Luca de jurepat. disc. 24. n. 6. Præceptor meus discept. Eccles. 4. n. 15. §. Non primum, Tondut. quæst. Benef. par. 3. cap. 153. n. 19. Rot. decis. 647. n. 2. coram Buratt.* nisi concur-
2 rant conjecturæ contrarium suadentes; fieri namque potest, quòd Juspatronatus, ut supra reservatum, sit merè gentilitium, & nomine *successorum*, aut *hæredum* veniant successores, aut hæredes sanguinis, & non bonorum, ex circumstantiis, & ex præsumpta mente Fundatoris, ut habetur apud *Rot. in Mediolanen. Prioratus super mixtura, & filiis familias 15. Junii 1705. per tot. coram Eminentiss. Priolo.*

3 Sed quia qualitas Juris patronatus desumitur non solùm ex expressa, verùm etiam ex conjecturata mente Fundatoris, quæ in hac materia haberi debet pro regula *Lotter. de re benef. lib. 2. q. 11. n. 2. Rot. decis. 155. n. 1. par. 1. rec.* Si contingat, quòd Fundator in limine erectionis Beneficii reservet Juspatronatus pro *hæredibus, & successoribus Titii*, exprimendo se ad hanc reservationem devenire ex amore, & affectione, qua prosequitur familiam, & domum ejusdem Titii, juxta Casum disputatum in *Sac. Rota in Romana Cappellaniæ 16. Martii 1708. & 3. Junii 1711. coram R. P. D. Ansaldo inferiùs registrata*. Quæro, An hujusmodi Juspatronatus ita reservatum sit hæreditarium, vel gentilitium, aut potiùs mixtum?

4 Quòd hujusmodi Juspatronatus sit merè hæreditarium suadere videtur ratio illa,

la, nimirum, quòd diſpoſitio ſimpliciter loquens, ſimpliciter, & generaliter debeat intelligi, ad *Text. in l. Item* §. *Generaliter ff. de injuriis.* In caſu præſenti Fundator diſpoſuit de Jurepatronatus ſimpliciter pro *hæredibus*, *& ſucceſſoribus Titii*, proinde dici debet ſimpliciter hæreditarium; tale enim cenſetur Juſpatronatus ita reſervatum, & tale in dubio ſemper præſumitur, juxta *Text. in Clement. Plures de jurepat.* de quo infra *Par. IV. Lambertin. de jurepat. lib.* 1. *par.* 2. *q.* 2. *art.* 1. *n.* 1. *Lotter. de re benef. lib.* 2. *q.* 11. *n.* 20. *&* 21. *Card. de Luca de jurepat. diſc.* 22. *nu.* 2. *& diſc.* 60. *nu.* 1. *Tondut. quæſt. benef. cap.* 32. *n.* 3. *Rot. deciſ.* 647. *nu.* 1. *coram Buratt. & in Imolen. juriſpatronatus* 27. *Januar.* 1710. §. *Satis coram R.P.D. Lancetta, & in Piſana Prioratus* 11. *Aprilis* 1712. §. *Hoc igitur coram R.P.D. Anſaldo.*

5 E contra videtur eſſe merè gentilitium, quoniam Fundator in reſervatione Juriſpatronatus favore hæredum, ac ſucceſſorum Titii motus fuit ex affectione erga ejus domum, & familiam. Regula namque eſt, quòd in omni ſermone priùs ad intentionem recurrendum ſit, & quòd verba debeant ſervire intentioni, & non intentio verbis, ad *Text. in cap. cùm olim de præben. ibique Gloſſ. in* 3. *notab. & in cap. Intelligentia de verb. ſignif.* ibi -- *Intelligentia dictorum ex cauſis eſt aſſumenda dicendi, quia non ſermoni res, ſed rei eſt ſermo ſubjectus* -- Cùm autem intentio Fundatoris primariò fuit reſpicere ad familiam, & ad eos de ſanguine Titii, ex cujus amore motus fuit relinquere Juſpatronatus pro ejus hæredibus, & ſucceſſoribus; ſequitur eamdem intentionem fuiſſe reddere Juſpatronatus merè gentilitium, prout nonnulli ex Auditoribus exiſtimarunt *in dicta Romana Cappellaniæ* 3. *Junii* 1711. §. *Et quidem.*

Nullatenus obſtantibus verbis pro *hæredibus, & ſucceſſoribus*; cùm enim iſta ſint de ſui natura indifferentia, & referibilia tam ad hæredes, & ſucceſſores bonorum, quàm ad hæredes ſanguinis, ex ſuperiùs notatis, potiùs attenta mente Fundatoris referenda ſunt ad hæredes ſanguinis, quàm bonorum.

6 Ego verò in hoc caſu abſolutè cenſeo hujuſmodi Juſpatronatus eſſe mixtum; Etenim concurrunt conjecturæ, militantes, & urgentes pro qualitate hæreditaria, ut clarè reſultat ex expreſſa mente Fundatoris expreſsè reſervantis Juſpatronatus pro hæredibus, & ſucceſſoribus Titii, ac etiam concurrunt ſimul conjecturæ urgentes pro qualitate familiari, & ſanguinis, dum Fundator motus fuit ad reſervandum Juſpatronatus pro dictis hæredibus, & ſucceſſoribus Titii, ex affectione erga hujus domum, & familiam, ex quo ſequitur, quòd ejus mens non fuit admittere quoſcumque hæredes etiam extraneos, ſed hæredes de domo, & fa-
7 milia Titii; ex affectione namque, & ratione movente arguitur, & colligitur mens Diſponentis, juxta *Angel. conſ.* 28. *n.* 2. *Ancharan. conſ.* 237. *num.* 2. §. *Contrarium, Soccin. Sen. conſ.* 26. *nu.* 4. *lib.* 4. *Cravet. conſ.* 62. *n.* 8. *Maſcard. de probat. concluſ.* 1422. *num.* 2. *&* 32. Concurrentibus
8 autem hujuſmodi conjecturis hinc indè urgentibus, & militantibus tam pro qualitate hæreditaria, quàm pro qualitate familiari, ipſæ conciliandæ ſunt, & reducendæ ad concordiam, conſtituendo tertiam ſpeciem participantem de utraque qualitate, per quam Juſpatronatus dicitur mixtum, juxta doctrinam *Card. de Luca de jurepat. diſc.* 60. *n.* 15. ibi -- *Quando verò adminicula fluctuent hinc indè, quòd ſcilicet nimis urgeant ea, quæ pro ſanguinis, vel agnationis qualitate faciunt, & è contra urgeant quoque ſuadentia qualitatem hæreditariam, tunc pariter pro facti qualitate locus fieri ſolet conciliationi, ſtatuendo tertiam ſpeciem de utraque participantem, per quam juſpatronatus mixtum dicitur. Unde omnia, quæ videntur incompatibilia, invicem compati poſſunt ob utramque qualitatem, quæ frequenter per Fundatores deſiderari ſolet eodem modo, quo in feudo, vel emphyteuſi habemus.*

Fundator igitur reſervando Juſpatronatus pro hæredibus, & ſucceſſoribus Titii ex affectione erga hujus domum, & familiam, non contentus fuit ſola qualitate hæreditaria, nec ſola qualitate familiari; ſed utrumque requiſivit, ac proinde
9 voluit Juſpatronatus eſſe mixtum; tale enim dicitur quando requiritur concurſus ſanguinis, & qualitatis hæreditariæ, ad tradita per *Pariſ. conſ.* 48. *num.* 9. *lib.* 4. *Lotter. de re benef. lib.* 2. *q.* 11. *nu.* 4. *Card. de Luc. de jurepat. diſc.* 24. *nu.* 6. *D. Piton. diſcept.*

discept. Eccles. 4. *n.* 1. *Rot. decis.* 207. *n.* 5. *& seq. par.* 6. *& decis.* 223. *n.* 16. *par.* 19. *rec. & in Romana Cappellaniæ* 16. *Martii* 1708. §. *Id itaque coram R. P. D. Ansaldo*. Quòd
10 absque difficultate procederet, si adesset subsequuta observantia, & concurrerent præsentationes factæ à successoribus Titii cum expressione, utì *hæredes, & de familia*, aut utì *filii, & hæredes*; ex his enim præsentationibus cum tali expressione factis inevitabile resultaret argumentum Jurispatronatus mixti. *Soccin. Sen. cons.* 57. *n.* 4. *lib.* 3. *Rot. decis.* 70. *n.* 5. *post Vivian. de jurepat. & decis.* 106. *n.* 10. *coram Celso, & in Romana Cappellaniæ S. Nicolai* 28. *Junii* 1709. §. *Tantum coram R. P. D. Ansaldo* superiùs impressi.

11 Firmato, quòd hujusmodi Juspatronatus sit mixtum, ad succedendum in eo licèt duplex requiratur qualitas, nimirum sanguinis, & hæreditatis *Lambertin. de Jurepat. lib.* 1. *par.* 2. *art.* 8. *quæst.* 2. *nu.* 1. *& seq. Lotter. de re benef. lib.* 2. *quæst.* 11. *num.* 41. *& seq. Card. de Luc. de jurepat. disc.* 30. *num.* 2. *Tondut. quæst. Benef.* 32. *num.* 2. *&* 16. *par.* 1. *& par.* 3. *quæst.* 157. *num.* 16. *Rot. decis.* 19. *par.* 2. *rec. & decis.* 267. *num.* 6. *par.* 6. *& decis.* 3. *num.* 9. *coram Otthobon. & decis.* 183. *num.* 24. *coram Buratt.* tamen qualitas hæc hæreditaria non requiritur in actu, seu quod, qui succedere prætendit in Jurepatronatus sit actu hæres, sed sufficit in habitu, & in potentia *Lotter. ubi supra num.* 48. *Rot. in Romana, seu Parmen. jurispatronatus* 13. *Decembris* 1700. §. *Ex his probata coram Reverendissimo Molines Decano, & in Balneoregien. Beneficii* 21. *Januar.* 1707. §. *Qualitas coram R. P. D. Kaunitz*. Nisi in limine fundationis esset appositum pactum actualis qualitatis hæreditariæ, juxta *Paris. cons.* 48. *num.* 8. 10. *& 23. lib.* 4. *& in Mantuana Beneficii* 3. *Junii* 1689. §. *Nec habitualis coram Ursino impress. post Piton.*
12 *discept. Eccles.* 14. Et non sufficit, quod sit qualitas hæreditaria in re certa, quia institutus in re certa non dicitur propriè hæres, sed requiritur qualitas hæreditaria in actu, vel in habitu universalis *Alex. cons.* 44. *num.* 2. *lib.* 1. & dixi superiùs *Cas.*
13 *III. & IV.* Et quidem qualitas hujusmodi hæreditaria in potentia requisita ad effectum succedendi in Jurepatronatus mixto sufficit respectu primi acquirentis, seu quod quis possit esse hæres in potentia respectu primi acquirentis & non requiritur respectu ultimi morientis in transversalibus, secus in immediatè Descendentibus, utì sunt filii; isti enim debent esse Hæredes saltèm in potentia ultimi morientis, quia isti non possunt esse hæredes in potentia primi acquirentis, nisi mediatè ultimi, nimirum Patris, per quem mediatè efficiuntur hæredes primi. *Card. de Luc. de jurepat. disc.* 30. *num.* 2. *& disc.* 60. *num.* 26. *Præceptor meus Discept. Eccles.* 4. *num.* 16. §. *Probatur Rot. decis.* 254.
14 *par.* 11. Itaut, qui non potest esse hæres non solùm actualis, sed nec in potentia tam primi acquirentis, quàm ultimi morientis, vel eo quòd renunciaverit, & repudiaverit hæreditatem utriusque; vel eo, quòd sit ineapax succedendi ex testamento, vel ab intestato non potest succedere in Jurepatronatus mixto. *Lotter. de re benef. lib.* 2. *q.* 11. *num.* 48. *Rot. decis.* 64. *n.* 16. *par.* 13. *rec.*

15 In hoc autem Jurepatronatus mixto filii non admittuntur unà cum patre ad præsentandum, cùm Juspatronatus mixtum exigat de sui natura, quòd præsentationes fiant in stirpes, & non in capita, & collegiativè. *Card. de Luc. de jurepatron. disc.* 60. *n.* 9. *Tondut. quæst. benef.* 32. *n.* 19. *par.* 1. *Rot. in Faventina Beneficii* 11. *Decembris* 1702. §. *Et nihilominus, & §. Ex his itaque coram bo. me. Card. Caprara, & in Mediolanen. Prioratus super mixtura, & filiis familias* 15. *Junii* 1705. §. *Certius, & §. Et demum coram Eminentiss. Priolo, & in Pisana jurispatronatus* 26. *Junii* 1709. §. *Verùm quamvis coram eodem*; Nec illud
16 transferri potest ad hæredem extraneum, nisi deficiente tota familia vocata. *Tondut. dicta quæst.* 32. *n.* 18. *par.* 1. *Rot. decis.* 166. *n.* 24. *par.* 6. *rec.*

R. P. D. ANSALDO.
Romana Cappellaniæ.
Merc. 3. *Junii* 1711.

Scalpri salubris ictibus,
Et tunsione plurima
Saxa polita malleo
Locantur in fastigio.

Quotannis canit *Ecclesia*; & quidam *Vates* subjunxit:

Se non percuote più d'un colpo crudo,
Dir non si puote adamantin lo scudo.

Qua-

QUapropter nil mirum, ſi in primæva hujuſce Cauſæ propoſitione ſequuta in ordine ad nudam manutentionem ſub die 12. Decembris 1707., ut ſolidiùs in illius reſolutione Domini procederent, demandarunt, quòd videretur de bono jure, eoque ſucceſſivè maturè deguſtato ſub die 16. Martii 1708. de bono jure Hippolytæ Principiſſæ Ludoviſiæ conſtare reſponderunt; deinceps verò ad majorem firmitatem ejuſdem captæ reſolutionis conceſſere novam audientiam Franciſco illam acriter expetenti, imò repropoſito negotio ſub die 13. Junii anni præter elapſi 1710. iteratam demandarunt diſcuſſionem adſcito (licèt in ipſa ſubſtantia major etiam eo tempore Dominorum pars foret concors) ſuffragio quinti, & ſexti Correſponſalis, donec illo quoque hodie peraudito, & comperta fundamentali conſiſtentia prioris Deciſionis, permanſerunt tandem in deciſis.

Facti theſis apparenter conſiſtebat in examine, ſive interpretatione paucorum verborum cujuſdam fundationis Cappellaniæ, quam in Liberiana Baſilica erigi deſideraverat Paulus Quagliatus; is enim inſtituerat hæredem clar. mem. Cardinalem Ludoviſium-- *con condizione però, che ſii obbligato aſſegnare ſempre, & in perpetuo ad un Sacerdote ſecolare un' entrata di annui ſcudi cento, quale &c. ſia eletto da detto Signor Cardinale, ſuoi eredi, e ſucceſſori, e ſia amovibile ad nutum &c. tanto di detto Sig. Cardinale, quanto de' ſuoi ſucceſſori;*

17 Prætendente enim Franciſco, quòd hæc formula præſeferret ſimplicem qualitatem hæreditariam, prout quoque de jure ſemper præſumitur, ad *Text. in Clement. Plures de jurepat. & ibi DD. Gonzal. in cap. Quæcumque eod. tit. Gabr. conſ. 126. nu. 1. lib. 2. Dec. conſ. 149. ſub n. 1. verſ. ſive etiam* cum aliis cumulatis per *Gratian. cap. 577. n. 44. in fine, Lotter. de re benefic. lib. 2. q. 11. n. 12. 20. & 21. Pax Jordan. tom. 2. lib. 10. tit. 7. Card. de Luc. de jurepat. diſc. 22. n. 2. Buratt. deciſ. 183. n. 1. Rot. coram Merlin. deciſ. 94. num. 7. & in deciſ. 185. nu. 1. & 2. par. 9. rec.* cum cæteris viden. *in Tridentina Cappellaniæ 11. Martii 1699. §. Innihilo, & 17. Junii ejuſdem anni §. Clariùs coram ho.me. Muto.*

Hinc ſubjungebat Franciſcus talem hactenus non extitiſſe Principiſſam Ludoviſiam, & ſi ſolam de hac præcelſa, & magnatitia familia ſuperſtitem; ſed è converſo mediatum Cardinalis hæredem remanſiſſe prædefunctum Principem Joannem Baptiſtam ejuſdem familiæ, poſteaque illius filium, qui paulò poſt fato cedens, reliquerat ſucceditricem ab inteſtato Principiſſam Arduinam ejus matrem, vigore illius luctuoſæ ſucceſſionis, quam matri ſuperviventi tribuunt jura in bonis filii, niſi aliud obſiſtat, ab inteſtato, juxta alterum *Text.* ſcilicet *in l. Nam & ſi parentibus ff. de inoffic. teſtam. & l. ult. C. de ſubſtit. & inſtit. Peregrin. conſ. 21. n. 2. Bald. conſ. 258. n. 3. lib. 3. Decian. conſ. 314. n. 4.* cum cæteris per *Gratian. diſcept. for. cap. 684. n. 7. & diſcept. 971. n. 49.* cum cæteris per *Rot. in deciſ. 8. n. 10. coram Emerix jun. Mart. de ſucceſſ. legal. par. 4. qu. 30. art. 2. n. 5.*

Hiſque præſuppoſitis concludebat idcirco Franciſcus, quòd cùm ipſe nactus fuiſſet ſuam præſentationem ad hanc Cappellaniam à memorata Principiſſa Arduina vera, & ultima mediata hærede Cardinalis Ludoviſii, ille procul dubio

18 fuiſſet manutenendus, & inſtituendus, quemadmodum Sacri Canones injungunt favore ejus, qui exhibet ſuam præſentationem obtentam à vero legitimo Patrono, ad paſſim affirmata ex *cap. Cùm Bertoldus de re judic. & cap. Quoniam de jurepat.* per *Rotam in Romana Cappellaniæ 8. Junii 1707. §. Siquidem coram R.P.D. meo Scotto, & in Anagnina Cappellaniæ 26. Januarii currentis anni §. Injuſtitia, & §. finali coram Reverendiſs. Molines Decano*, & recentius *in Aſten. Prioratus ſuper inſtitutione 6. Martii hujus anni §. Atque ad hujuſmodi, coram me.*

Et quidem utique quando res, ſive hypotheſis ita ſimpliciter ſtetiſſet, nego-

19 tium facilè vacaſſet omni difficultate ad commodum ejuſdem Franciſci, ſed plura tam reſpectu verborum fundationis ſupra recenſitæ, quàm circa facta poſtmodum ſubſequuta, variare adeò faciebant ſuppoſitum, ut contrarium omnino viſum fuerit ad lances juſtitiæ appenſa contentione judicandum. Quoniam incipiendo à verbis, illa in teſtamento per Paulum prolata ſic incipiebant -- *E perche in queſto Mondo non tengo maggior obbligo, che all' Eccellentiſſima Caſa Ludoviſia*, immediatè

subdendo, *però in tutte, e singole altre mie robbe &c. erede mio universale faccio l'Illustrissimo, e Reverendissimo Signor Cardinale Ludovisio &c. con condizione, che sii obbligato assegnare &c. un'entrata &c.* juxta verba à principio jam præmissa, frustràque ob id repetenda, quo sanè modo loquendi purè, & solùm absque ulteriori progressu considerato non deerant ex Dominis, qui reputarent, quòd citra alium discursum ex hoc tantùm fundamento jus præsentandi ad hujusmodi Cappellaniam foret formiter, vel sufficienter agnatitium. Cùm etenim ad eruendam mentem Testantis perpendenda veniat vera causa motiva expressa in verbis testamenti, ex quibus in omni materia elicitur voluntas, ad *Text. in leg. Cùm pater* §. *Dulcissimis ff. de leg.* 2. prout tradit etiam *Bart. in l. Pater filium* §. *Fundum in fine ff. de leg.* 3. *Cravett. cons.* 227. *n.*7. optimè *Mans. consult.* 299. *nu.* 18. & cæteris relatis *Rot. in decis.* 1323. *n.*9. *coram Emerix jun.*

Certè si eadem causa motiva unicè versabatur, ex quo-- *in questo Mondo non tengo maggior obligo, che all'Eccellentissima Casa Ludovisia*, absque ulla imaginabili restrictione ad personam dumtaxat solius Cardinalis; ecce, quòd objectum initæ dispositionis respiciebat totam Domum, & proinde etiam Principissam Hippolytam, quæ erat de hoc sanguine benemerito, &, ut præmisimus, unica superstes Domus Ludovisiæ, & sub ea licèt fœmina, verè, & propriè indubitanter comprehensa, ad passim connotata addicto *Textu in l. Cùm unus in principio*, ubi *Glos. in verb. Domus ff. de alim. & cib. l. Et Bart. in l. in princip. ff. ad Syllan.* per *Fusar. de substit. q.* 346. *n.* 19. *& Rota in decis.* 282. *n.*1. *in fine par.* 2. *rec. decis.* 1036. *n.*8. *coram Coccin. Adden. ad Ludovis. decis.* 293. *n.*23. cum aliis latè adductis *in meis Addit. ad decis.* 46. *inter impress. n.*16.

21 Evidentiùs autem stante illa immediata additione dictionis *però*, ibi -- *però in tutti, e singoli Beni &c. erede mio universale &c. faccio &c.* in tantùm quippe Testator scribebat hæredem Cardinalem Ludovisium, & consecutivè eidem relinquebat jus præsentandi, seu nominandi, in quantum obstrictus erga totam Domum ab uno debebat incipere, qui foret de eadem Domo Ludovisia, magìsque de cætero congruebat, quòd inchoaret ab eodem Cardinali, qui sublimiùs, & eminentiùs ipsam Domum Ludovisiam tunc temporis repræsentabat, quòd enim eadem dictio *però* explicet, & dilucidet causam motivam, & ad eam restringat concomitantem dispositionem, & signanter institutionem hæredis punctualiter demonstravit *Hercules Marescott. var. resol. lib.* 2. *cap.* 105. *n.* 18. *cum duobus seqq.* ubi examinat adamussim consimilia verba--*però istituisco, e nomino erede &c.*, & in specie etiam respectu ejusdem dictionis *però*, quòd ea denotet causam finalem, seu motivam dispositionis, eamque regulet, pleno ore consonant, & conveniunt *Soccin. sen. cons.* 159. *n.*21. *lib.* 2. *Ayman. cons.* 192. *n.*2. *vers. tertiò arguitur* cum reliquis adductis per *Barbos. dict.* 144. *n.*3. *& Rotam dec.* 1471. *n.*47. *coram Coccino*.

22 Agnito igitur ex his, quòd Paulus Testator dubio procul respexerit tantummodo ad sanguinem, ob prædictam causam finalem instituendi Cardinalem Ludovisium, eumque obligandi ad erigendam controversam Cappellaniam, & correlativè concedendam ipsi nominationem, & præsentationem, in nihilo amplius relevare posse videbantur illa subsequentia verba *Eredi*, *e Successori*, iam superiùs in objecto ponderata. Quoniam cùm talia vocabula *Eredi*, *e Successori* sint de sui natura indifferentia, & æquè referri possint tam ad hæredes, & successores bonorum, quàm ad hæredes, & successores sanguinis, ex plenè differtis per *Rimin. jun. cons.* 252. *num.* 22. *&* 47. *Gabr. cons.* 132. *num.*28. *lib.*1. *Menoch. cons.* 158. *n.* 11. *Peregrin. cons.* 64. *lib.* 5. cum aliis abundè relatis per *Bonden. collect. legal. collect.* 34. *concluf.* 2. *nu.*60. *vol.*1. latè *Fusar. de substit. q.* 339. *n.* 1. qui pariter innumeros cumulat *Card. de Luc. de fideic. disc.* 36. *n.* 2. *Rota decis.* 793. *n.* 5. *coram Emerix junior*.

23 Profectò posito prædicto principio, quòd Testator finaliter, & objectivè gratitudinem suam, atque dispositionem dirigere intellexerit ad illos de Familia, & de Domo Ludovisia pluìquam perspicuè consequebatur, quòd post eumdem Cardinalem semper invitati intelligerentur, & forent ad nominandum, & præsentandum

dum non jam quilibet hæredes extranei nihil commune habentes cum ſanguine, & domo Ludoviſia, ſed hæredes, & ſucceſſores ejuſdem ſanguinis, & domus, quemadmodum firmo remanente eodem principio cauſæ motivæ, & intentionis paſſim circa prædicta verba — *Eredi, e Succeſſori* videmus declarari, & interpretari in emphyteuſi Eccleſiaſtica, & in aliis ſimilibus diſpoſitionibus redditis ex facti circumſtantiis, vel ex ſubjecta materia differentibus, ſicuti patet ex deductis per *Rolan.conſ.96.num.60. & ſeqq.lib.1.Gabr. conſ.84.num.51.lib.2. Cald.de nominat.emphyt.lib.2.quæſt.23.nu.15. & ſeqq. Cardin. de Luc.de fideicomm. diſc.145.num.5. & de feud.diſc.111.ex nu.3.& de emphyt.diſc.31. n.14.*, & firmatis per *Rotam in deciſ.1150. num.3. deciſ. 1218. num.1. & deciſ. 1239. num. 2. coram Emerix Jun.* nec non *in deciſ.26.num.2.par.17.recent.*, & in terminis Jurispatronatus *Rota cor. Priolo deciſ. 48. num.28. coram Ubago deciſ.24. num.19. & in Mediolanen. Prioratus ſuper mixtura,& filiis familias 15. Junii 1705. §. Abſque eo, quod coram R.P.D. meo Priolo, & 29. Januarii 1706. §.Siquidem coram R.P.D.meo Caffarello Almæ Urbis Gubernatore.*

24 Cæterùm non hìc ſiſtebat ſolummodo baſis, & fundamentum captæ hodie de novo reſolutionis favore Principiſſæ Hippolytæ; nam millies etiam ad exuberantiam gratis conceſſo, quod inſpecta prima ordinatione Teſtatoris, jus præſentandi, ſeu nominandi ad hanc Cappellaniam vigore illorum verborum, *Eredi, e Succeſſori*, foret fortaſſe hæreditarium; Denegari tamen nullo modo poterat, quòd attenta prædicta contemplatione copulativa domus Ludoviſiæ non exiſteret ſimul, ac redderetur mixtum, ſicuti tale cenſetur, ac ſtabilitur à Scribentibus Juspatronatus, quoties eodem tempore præter qualitatem hæreditariam inſimul fuit habita ratio ſanguinis, & agnationis in Succeſſoribus ejuſdem ſanguinis ad tradita quotidie, & ſignanter per *Pariſ. conſ.48.lib.4. Lotter.de re benef.lib.2.q.11. num.4.Cardin.de Luc. de Jurepatr. diſc.24. num.9. Panimoll. deciſ. 127. num.21. Rota deciſ.267.num.3. par.6. & deciſ.254.n.16. par.11.deciſ.223.num.16.par.19.recent.& in addit.ad meam deciſion.impreſſ.la 38.ſub num. 28.*

25 In hoc igitur ſtatu, ſive hypotheſi jam latè fuit oſtenſum in præterita *deciſione*, quòd ea pars qualitatis hæreditariæ efficiens in omnem caſum mixturam, fuerat deinde penitùs abſumpta, atque redacta ad ſimplicitatem veræ agnationis per ſucceſſivum Teſtamentum tam Cardinalis, quàm Principis Nicolai illius fratris ab eo inſtituti, præmiſſa etenim illa infallibili propoſitione, quòd citra aliam mentionem, ſeu explicationem de ſui natura Juspatronatus tranſeat cum univerſitate bonorum; nec non ſuppoſita altera non minùs indubitata concluſione, quòd Patroni poſſeſſores, ſeu quaſi Jurispatronatus quomodolibet hæreditarii valent per ſucceſſivam ordinationem reddere idem Juspatronatus à principio hæreditarium merè poſtmodum agnatitium, & familiare, ita nedum exigente majori Eccleſiæ, ſive Beneficii favore, ſed etiam libera facultate ipſius Patroni, qui eodem modo, quo valet bona ſua libera, & hæreditaria ſupponere cuilibet fideicommiſſo agnatitio, ita non reſiſtente, imò beneficium reportante Eccleſia valet Juspatronatus hæreditarium ex ſui voluntate flectere in agnatitium, & familiare, ut tradunt *Vivian.de jurepatr.par.3. lib.14. cap.1.n.26. & 36. modern. Roman. in ejus diſcept. 53. n.19. Rota deciſ. 20. n. 10. & 11. poſt Antonell. de jur. & oner. Cleric. & in Majoricen.Beneficii 11. Junii 1705. §.Nullatenus refragante coram bon. mem. Muto*, ultra cæteros abunde relatos in eadem præterita deciſione *diei 16.Martii 1708.§.Nihilominus, & §.Verùm coram me.*

Profectò de voluntate ad præſens tam Cardinalis, quàm Principis Nicolai ejus fratris, & ſucceſſoris nequaquam ambigi poſſe liquebat, dum Cardinalis in ſua teſtamentaria diſpoſitione inſtituendo hæredem eundem Principem Nicolaum, ejuſque filios maſculos deſcendentes per lineam maſculinam declarare melius ſuam intentionem pollicitus fuerat in particulari Inſtrumento Primogenituræ, hortando, & exorando interim hæredem, ac poſteros, ut majorum ſuorum gloria amplificaretur,& creſceret ſecundum verba ulterius recenſita in prædicta *deciſione* §. *Quod autem*; Quapropter cùm idem Princeps Nicolaus hæres immediatus profitendo adimplere mentem, & ſervi-

tium (sunt verba præcisa) *di mio fratello Cardinal Ludovisio*, instituerit sibi hæredem Joannem Baptistam ejus filium, *per via di Primogenitura, & in maniera, che passi da lui alli suoi figliuoli, e descendenti in infinito, con prelazione sempre delli uomini alle donne*, quis dixerit, quòd prælatio hæc masculorum non supponat quoque vocationem fœminarum saltèm per posterius, ut latiùs fuit demonstratum in præfata præterita *decisione* ab enunciato §. *Absque eo quod* usque ad §. *Itaque*, maxime in Primogenituris, & Majoratibus ordinatis adinstar illorum, qui usu, & ratione invaluerunt apud Hispanos, à quorum Monachis hæc præclarissima Familia quampluribus feudis majoris dignitatis justè fuerat locupletata, admittendi scilicet semper subsidiariè fœminas *Molin. de Primogen. Hispan. lib. 3. cap. 4. num. 6. & seq.* & in individuo Jurispatronatus in ordine ad Primogenituram, idem *Molin. lib. 1. cap. 1. num. 26. & 27.* cum aliis inutiliter cumulandis, atque transcribendis, dum plenè hæc omnia in præcitata anteacta *decisione* cum responsione ad quælibet objecta enucleantur.

Addebatur ad super abundantiam tantummodò, quod tantum aberat Principem Nicolaum voluisse, quin etiam cogitare unquam valuisse fœminas immediatas à se descendentes arcere à sua successione, & Primogenitura, quantumvis Dominam Principissam in concursu masculorum temporaliter tacitasset, relinquendo ei, ejusque sorori Laviniæ scut. 40000., quin potiùs adeò allaboravit ad inclusionem earumdem propriarum filiarum, & fœminarum, ut non sinè magnis incommodis, & impensis curaverit, & obtinuerit, ut investituræ ab eodem reportatæ ad Principatum Plumbini, & Venusiæ etiam contra antiquam formam, & cancellos earumdem præcedentium investiturarum, amplecterentur quoque, & comprehenderent easdem suas filias, ac fœminas descendentes; Quapropter cùm præcisè etiam effectivè disposuerit de iisdem Principatibus in sua Primogenitura, illos subjugando eidem Primogenituræ, quomodo idcirco somniari poterat, quod illas postea ab eadem Primogenitura eliminare cogitaverit, cùm voluntas ex se citra distinctionem bonorum, & territorium semper sit individua, & unica, nisi diversimodè limitetur, & explicetur per disponentem ad ea, quæ in proposito *Tex. in l. nihil est aliud ff. de verbor. signific.* notat *Surd. in cons. 535. num. 19. & cons. 553. n. 11. Giovagnon. cons. 47. num. 2. lib. 1. Mantic. de tacit. lib. 6. tit. 8. num. 14. Bellon. de jur. accrescen. cap. 10. quæst. 2. num. 135. & seq. Donat. de Marin. resol. 141. num. 6.* cum cæteris per *Mans. in consult. 678. num. 13.*, & præcipuè *num. 15. Rota decis. 437. num. 2. coram Cavaler.*, *& decis. 497. num. 12. & seqq. coram Merlino*.

Et ob id irritus labor, & improbus visus est respondere ad ea, quæ quodammodo indigestè non ponderatis circumstantiis, omnibusque conjecturis, & verbis nostrarum dispositionum ad defensam sui Clientis in oppositum scribere tentavit *Turr. var. resol. tom. 3. tit. 12. quæst. 70.* exitus quippe ejus consultationis, ut fert adagium, acta comprobavit, dum nihil *Turres* potuit obtinere pro suo Cliente adversùs D. Principissam Hippolytam semper in positiva possessione Primogenituræ Ludovisiæ, ut tamen temporum vices patiuntur, juridicè remansam; non
26 enim in eo, quod dicant ad opportunitatem causæ, & in gratiam suscepti patrocinii attenduntur Consulentes, sed unicè spectatur, atque servatur, quod fuerit subindè judicatum, atque in substantia conclusum, juxta monitum *Card. de Luca de alienat. disc. 25. sub num. 13., & de succes. disc. 16. num. 15., & Franch. in decis. 260. num. 5. & 6.*

Eoque fortiùs quia alibi idem *Turres* extra Clientelæ studium, & affectionem materiam pertractans contrarium ex diametro substinuit *in suo tract. de succes. in Primogenit., & Majorat. Ital. par. 2. qu. 38.*, ubi expressè firmat, quod data contemplatione agnationis expressa in hisce Primogenialibus ordinationibus, successio defertur ad omnes de familia, & agnatione, non obstante quod Primogenitura appareat per simplicitatem verborum restricta ad aliquam descendentiam citra specialem nominationem, seu vocationem aliorum de agnatione, & familia, ideoque quid dicere debuisset, quando Testator, sive Princeps Nicolaus adimplens, & exequutioni demandans, ut diximus, mentem Cardinalis, & invitando

ex-

explicitè fœminas per poſteriùs, ſeſe tam enixè declaravit per illa verba -- *atteſo che la mia intenzione è che duri in perpetuo nelli miei Deſcendenti*, ut præter eumdem *Turrem* perpendendo conſimilem intentionem, & declarationem Teſtantis præcisè favore filii, ſeu filiæ immediatæ contra matrem extraneam ultimi maſculi in aſperiori, fortiorique caſu optimè deciſum fuit in jam allegata *Romana Primogenituræ de Fabiis &c. 12. Decembris 1707. cor. Reverendiſſimo Omaña Epiſcopo Giennenſi*, quibus in propoſito quoque concordant introſpecta natura Majoratuum Hiſpaniæ, cujus erat Prorex Princeps Nicolaus in Regno Sardiniæ de tempore conditæ Primogenituræ, in qua profeſſus fuerat Hiberiæ leges obſervare ſub illis verbis -- *Obſervandoſe en todos las leges del Mayoraſco* plenè relati per *Caſtill. quotid. quæſt.lib.5. cap.143. num.1. & 2.*

27 Conſtabilito itaque, vel ſeorſim alterutro, vel inſimul utroque palàm fundamento, nimirum, quod aut Juspatronatus à Paulo Teſtatore relictum foret in ſe merè, & veriſimiliùs agnatitium, vel quod data ſaltèm inevitabili neceſſitate mixturæ, mixtura hæc remanſerit penitùs ſublata per ſucceſſivas teſtamentarias diſpoſitiones Cardinalis, & Principis Nicolai, utique non oportuiſſet ulteriùs progredi pro aſſerenda firmitate perſiſtentiæ *in deciſis*, ſed adhuc *Domini* ulteriùs, ſolida ſemper de reliquo reſtante innegabili mixtura, minimè tertio loco ambegerunt, quod etiam in his terminis, quatenus oportuiſſet, ad abundantiam ſuffulta undique dici mereretur D. Principiſſa Hippolyta utraque qualitate, ſanguinis ſcilicet, de qua dubium non aderat, ac etiam altera hæredis Cardinalis Ludoviſii, ad hoc enim aſſumptum palpabiliter demonſtrandum ſat erat dicere, quod hujuſmodi qualitas hæreditaria in feudis, Beneficiis, & Patronatibus mixtis conjunctivè exoptata, non requiritur actu poſitivè, ſed pluſquàm ſufficit in potentia, itaut per concupiſcentem illa pollere ſatis exiſtat apud eum, per quem non ſtetiſſet, quominùs foret hæres, ut præter ad ſatietatem cumulatos in præſenti *Deciſione* §. *Nihil obſiſtebat*, dixerat etiam moderniùs *Rota in Balneoregien. Beneficii 21. Januarii 1707.* §. *Qualitas coram R.P.D. Kaunitz Epiſcopo Labacen.*, & aliàs in idem accumulavit *Modernus Romanus diſcept. Eccleſ. diſcep. 4. num. 4.*

28 Quin ullo modo ad everſionem hujuſce fundamentalis propoſitionis ullatenùs obſiſtere valeret, quod D. Principiſſa laceſſita in Tribunali Fabricæ ad declarandum, utrum vellet eſſe hæres Cardinalis Ludoviſii, paſſa fuiſſet deputari Curatorem hæreditati jacenti; prætermiſſo enim, quod omnia hæc geſta extiterunt, ignara ipſa D. Principiſſa, per quemdam Procuratorem nullo mandato procuræ conſtipatum, nihilominus ex multiplici capite ceſſabat quoque omnis amaritudo, & quidem primò, quia poſito etiam ſufficienti (prout non aderat) mandato procuræ in permittente iſta geri in Tribunali Fabricæ, utique talis repudiatio, vel renunciatio D. Principiſſæ tanquam fœminæ, reddebatur ipſo jure irrita prorsus, & nulla, dum nullæ adhibitæ apparebant ſolemnitates præſcriptæ per *Statutum Urbis in cap. 151.*, quas omnino deſiderari in repudiatione hæreditatum de veriori profitetur *Pic. ad idem Statutum Urbis in cap. 151. quæſt. 8. per tot.*, *modernus Aſculanus ad dictum cap. 151. annot. 44. art. 6. num. 615. & ſeqq.*, & individualiter ad finem evitandi præjudicium amiſſionis Juriſpatronatus firmavit quoque *Rota noſtra coram Celſo deciſ. 85. num. 8.*, parum curata, ſive applicabili limitatione, nimirum quando hujuſmodi renunciatio, ſive repudiatio emiſſa fuit in judicio, *ex Cardin. de Luc. de hæred. diſc. 14. nu. 6.*, nam *Card. de Luc. in ſeq. n. 7.* optimè ſe explicat id procedere in ſolo caſu, quo actus ſit quidem geſtus coram Judice, ſub opportuna tamen ſimul, & plena Cauſæ cognitione, de qua nihil in illo Fabricæ Tribunali.

Secundò validiùs, quoniam iſtæ recuſationes, & repudiationes, quæ quotidie fiunt à divexatis in præfato Tribunali, nuſquam acceptæ fuerunt pro veris recuſationibus, & repudiationibus, ſed tantummodo pro practicatis ad finem ſeſe eximendi à moleſtiis ejuſdem Tribunalis, & à conſequutiva conſequentiarum caterva, atque gravamine, quemadmodum in noſtris adamuſſim terminis Juriſpatronatus, exigentis qualitatem hæreditariam, eaque in Fabrica denegata per Patronum concluſum fuit ſub hac ratione

in

in prædicta *decis.* 85. *num.* 8. *coram Celso*, & *decis.* 16. *num.* 24. *par.* 19. *recent.*, & in fortioribus de eo, qui se negavit hæredem in judicio solùm præ timore solvendi debita, pro quibus conveniebatur *Rota in Perusina Dotis* 20. *Junii* 1701. §. *Quod actus coram clar. mem. Cardinali Caprara*, & *in Romana*, *seu Sabinen. Bonorum* 7. *Martii* 1704. §. *Fortiùs coram bon. mem. Muto*, & recentiùs *in Viterbien. Salviani* 18. *Junii* 1708. §. *Hæc demùm coram Reverendissimo Molines Decano*.

Tertiò non minùs robustè, quoniam si D. Principissa detrectavit in omnem casum sese hæredem declarare Cardinalis, id evenerat, ex quo præ multitudine Creditorum confluentium ad Congregationem Baronum, & omnia fermè Urbis Tribunalia, nec obulum ei reliquerat Cardinalis; Undè sicuti quotiescumque Cardinalis eamdem D. Principissam despexisset non relinquendo eam, sed alterum hæredem, parùm obfuisset pro auferendo indumento aliàs necessario hujusce qualitatis hæreditariæ ad finem ineundi præsentationem, ex quo per eam non extitisset non fuisse hæredem, dum ad hunc effectum præcisum distinguitur inter hæredem actu, & hæredem in potentia, ita eidem Principissæ nocere non poterat, si hæres desinebat esse, ex quo Cardinalis vice scribendi alium hæredem quodammodo per indirectum, & virtualiter illam in substantia excluderet, totam suam hæreditatem reliquendo, seu subjugando
29 Creditoribus, & æri alieno; Unde bene *Merlin. de pignor. lib.* 2. *quæst.* 22. *per tot.* ostendit, quod Juspatronatus non cadit sub hypotheca Creditorum, sed avulsis etiam per Creditores omnibus bonis hæreditariis, jus remanet penès legitimum hæredem, optimè pariter, & in simili omnino *Rota coram Coccino decis.* 351. *sub num.* 3. 4. & 6., ubi in proposito patronatus hæreditarii inquit sufficere, quod quis sit hæres sanguinis, nullusque alius de sanguine compareat, etiamsi fuerit Comparenti ad præsentandum ex aliquo facto, ut in eo casu per confiscationem, impedita illa successio æqualis bonorum cæteroquin competens potentialiter da normam juris, & sanguinis successori ab intestato.

30 Atque ex his supervacaneum effulsit quarto etiam loco respondere, quod vel satis sese ad effectum hodie juris præsentandi D. Principissa declarabat hæredem, dum actu præsentabat ex individualiter connotatis per *Rotam in dicta decis.* 85. *num.* 5. *coram Celso*, vel semper suppetebat D. Principissæ remedium reassumendi quamcumque potentiam succedendi, & existendi hæres, etiamsi eam millies ex subsequutis in fabrica deperdidisset, dum tanquam mulier poterat semper adire *Signaturam Principis* adversùs repudiationem quomodocumque, vel saltèm ad hunc effectum læsivam, & consequenter semper perdurabat in ea illa potentia, qua unicè contentantur *Scribentes*, & *Tribunalia* ex jam copiosè in præterita dicta mea *Decisione* congestis, & quibus addi possunt etiam firmata in *Romana seu Parmen. Jurispatronatus* 13. *Decembris* 1700. §. *Et reprobabat*, & 17. *Februarii* 1702. §. *Ex quibus coram Reverendissimo D. meo Molines Decano*.

Ad malleum itaque tam actis contradictionis asserta, & vindicata priori *decisione* in ordine ad bonum jus, supervacaneum remanserat discurrere amplius de manutentione, de qua ab initio tractabatur, dum ultra quod D. Principissa, sive ejus Præsentatus de tempore motæ litis existebat in actuali quasi possessione Cappellaniæ, & per consequens erat de natura hujus interdicti retinendæ manutenendus, hodie præcisivè à certis particularibus circumstantiis, in quibus bonum fortasse jus non extiterit tam clarum, manutentio semper est pedisequa boni juris ex constanti *Rotæ* opinione, de qua *in decis.* 228. *num.* 11. *coram Emerix jun.*, & *in Camerinen. Censuum* 23. *Januarii* 1698. §. *Non obstat coram Reverendissimo D. meo Molines Decano*, & *in Romana Communantiarum*, & *Fontanilis* 20. *Januarii* 1702. §. *Neque propterea coram Me*, & *in Beneventana manutentionis* 4. *Maji* 1703. §. *Nec obstat coram Reverendissimo Kaunitz Episcopo Labacen.*, & *in Perusina manutentionis* 21. *Junii* 1704. §. *Non attento coram R. P. D. meo Scotto*.

Utraque &c.

CA-

CANON III.

Ex Concilio Lateranensi.

QUoniam in quibusdam locis Fundatores Ecclesiarum, aut Hæredes eorum, potestate, in qua eos Ecclesia usque huc sustinuit, abutuntur, & cùm unaEcclesia unius esse debeat Rectoris, pro sua defensione, plurimos repræsentant: Præsenti Decreto statuimus, ut si fortè in plures partes Fundatorum se vota diviserint, ille præficiatur Ecclesiæ, qui majoribus juvatur meritis, & plurimorum eligitur, & approbatur assensu; Si autem hoc sinè scandalo esse nequiverit, ordinet Antistes Ecclesiam, sicut meliùs eam secundùm Deum viderit ordinandam, & id ipsum etiam faciat, si de Jurepatronatus quæstio emerserit inter aliquos, & cui competat infra quatuor menses, non fuerit diffinitum,

COMMENTARIUM.

EX hoc Canone sequentes deduco Conclusiones.

Prima: JUSPATRONATUS COMPETIT PATRONO EX GRATIA, ET TOLERANTIA ECCLESIÆ.

Secunda: PRÆSENTATUS A MAJORI PARTE PATRONORUM SI SIT IDONEUS EST INSTITUENDUS, ET PRÆFERENDUS PRÆSENTATO A MINORI PARTE.

Tertia: ORTA LITE INTER PATRONOS SUPER JUREPATRONATUS, SI HÆC NON FUERIT DEFINITA INFRA QUATUOR MENSES, COLLATIO ECCLESIÆ PATRONATÆ LIBERE DEVOLVITUR AD EPISCOPUM.

Quas Conclusiones probant *Innocent.*, *Abb.*, *Anania*, *Butrius*, *Berous num.* 23. §. *Plus placet*, *& num.* 34., *Gonzal.*, *& Fagnan. hìc Calderin. de Jurepat. conf.* 11. *Zacchias de Benefic.*, *& Pens. cap.* 12. *num.* 35. *Lambertin. de Jurepat. lib.* 2. *par.* 3. *quæst.* 4. *art.* 1. 4. 6., & alii apud *Vivian. par.* 2. *lib.* 12. *cap.* 8., *Garz. de Benef. par.* 9. *cap.* 2. *num.* 257., *Rota decis.* 3. *num.* 34. *coram Otthobon.*, *& decis.* 175. *num.* 15., *& decis.* 84. *num.* 1. *coram Priolo*, *& decis.* 294. *num.* 1. *coram Pamphil.*, *& in Valentina Beneficii* 16. *Januarii* 1704. §. *Quamvis*, *& in Mediolanen. Beneficii* 2. *Julii* 1708. §. *Dic itaque coram R. P. D. Lancetta*, *& in Comen. Parochialis super institutione* 23. *Junii* 1710. §. *Constitit*, *& in Comen. Archipresbyteratus* 17. *Junii* 1715. §. *Motique*, *&* 2. *Junii* 1716. §. *Et jure*, *coram R. P. D. Falconerio*, *& in Lucana Cappellaniæ* 2. *Martii* 1716. §. *Siquidem*, *coram R. P. D. Crispo*.

Laici fundando, construendo, ac dotando Ecclesias, de jure antiquo nullum jus acquirebant in illis, sed Ecclesiæ ab eis fundatæ, constructæ, & dotatæ spectabant ad liberam ordinationem Episcoporum; juxta *Text. in cap. Noverint* 10. *quæst.* 1. ibi-- *Noverint Conditores Basilicarum*, *in rebus*, *quas eisdem Ecclesiis conferunt*, *nullam se potestatem habere*, *sed juxta Canonum Instituta*, *sicut Ecclesiam*, *ita & dotem ejus ad ordinationem Episcopi pertinere*-- sed frigescente charitate, cùm Ecclesiæ non ampliùs construerentur, ac indotatæ remanerent, Sedes Apostolica ad alliciendos Christifideles ad construendas, & do-

& dotandas Ecclesias, eis concessit gratiam, & privilegium Jurispatronatus, ut patet ex quinque prioribus Canonibus in *Prima Parte* relatis. Agnovit Concilium Lateranense, quòd nonnulli Patroni abutebantur hujusmodi gratia, & privilegio, eo quia plures Rectores præsentabant ad unam Ecclesiam; ac eo quia litigantibus inter se super Jurepatronatus provisio Ecclesiæ differebatur. proinde disposuit hìc, quòd inter plures præsentatos à Patronis, ille instituatur ab Episcopo, qui pluribus juvatur meritis, & qui majorem partem vocum habet; & quidem optima ratione, quia habens majorem partem vocum, dicitur habere pinguius jus ad effectum prælationis in Beneficio, dum major pars suffocat, & absorbet minorem, *Lambertin. de jurepat. lib. 1. par. 1. quæst. 3. art. 8. num. 1. versic. sed quòd ejus fructus, & lib. 1. par. 2. quæst. 1. art. 24. num. 8. versic. dum dicit, & lib. 2. par. 3. quæst. 5. art. 16. num. 3. versic. Et ideo, Rota in Aprutina Parochialis 15. Januarii 1703. §. Non obstante coram Eminentiss. Priolo*; Ac insuper disposuit, quòd Episcopus liberè provideret Ecclesiam, si lis inter Patronos Laicos super jure præsentandi intrà quatuor menses non fuerit terminata, nè esset in libertate Patronorum, ob eorum particulares passiones, differre provisiones Ecclesiarum in tam grave earumdem præjudicium, quod oritur ex diutina vacatione.

Quoad tertiam Conclusionem agemus infra *in Can. XXII. XXIII. & XXIV.* Quoad verò primam, & secundam sequentes differuntur Casus.

ARGUMENTUM.

Juspatronatus an competat Patrono ex gratia, & tolerantia Ecclesiæ, quoad omnes suos effectus?

SUMMARIUM.

1 *Juspatronatus, quoad effectus honoris, oneris defendendi Ecclesiam, & juris alimentorum non competit Patrono ex gratia, secus quoad effectum juris præsentandi?* Et num. 2.

CASUS I.

QUæritur, An Juspatronatus competat Patrono ex gratia, & tolerantia Ecclesiæ, quoad omnes suos effectus?

1 Respondeò, quòd Juspatronatus, quoad effectus honoris, oneris defendendi Ecclesiam, & juris alimentorum non competat Patrono ex gratia, sed de jure communi; quia omnes Christi-fideles sive Reges, sive Principes sint, sive Personæ privatæ, etiamsi non sint Patroni, tenentur defendere Ecclesiam, ac ejus libertatem, immunitatem, & bona protegere, ad *Text. in cap. Principis, & cap. Rex 23. q. 5. cap. non liceat 12. q. 2. cap. si quis de rebus Eccles. non alienan. Abb. in cap. de hoc n. 10. de simon. Archid. & Gemin. in cap. lectis decis. 63. Lambertin. de jurepat. lib. 1. par. 1. q. 11. art. 2. n. 3. & 4. Rota dec. 436. n. 15. coram Pœnia.* Et unusquisque fidelis in casu inopiæ potest petere alimenta ab Ecclesia de eis, quæ supersunt, dum Rectores Ecclesiarum, & Beneficiorum, reditus superfluos, & superextantes propriæ substentationi erogare tenentur Pauperibus in eleemosynam, juxta auctoritates relatas à Sacra Rota *in Salernitana Alimentorum 12. Januarii 1712. coram Eminentiss. Scotto* superiùs impress. *Par. I. Can. III. Cas. III. num. 18.* Ac Ecclesia cuicumque Fidelium præstare debet honorem, licèt majorem præstare teneatur Patrono, ut dixi *Par. I. Can. I. & II.*, & ita in specie tenet *Berous* hìc *num. 7.*

Quoad effectum verò juris præsentandi Patrono competit Juspatronatus ex gratia; Tum quia hujusmodi jus est spirituale, aut spiritualitati annexum, cujus est incapax Patronus Laicus; Tum etiam, quia juxta *Text. in cap. Noverint 10. q. 1.* superiùs relat. *in Commentario*, de jure communi collatio, & ordinatio Ecclesiæ alicujus Diœcesis liberè spectat ad Ordinarium; cùm autem ratione Juspatronatus Ordinarius non possit liberè providere de Ecclesiis Patronatis, sed solùm ad præsentationem Patroni, ut firmavi *Par. I. Can. V.* sequitur, quòd jus præsentandi competat Patrono ex gratia, & tolerantia Ecclesiæ, ut sic alliciantur Christifideles ad fundandas, dotandas, & construendas Ecclesias: sed hodie cùm concessio juris præsentandi sit redacta in corpore juris, scilicet in *dicto cap. Decernimus*, de quo *d. Canon. V.* non dicitur ampliùs gratia, sed jus commune. Ita *Bero. ubi supra, Geminian. cons. 50. Ancharan. cons. 113. Abb. cons.*

conf.59.Fagnan. hìc *Archidiac.in Can.Hortamur dist.71. ibique Bellamer. num.5.*

ARGUMENTUM.

Ad effectum prælationis præsentati à majori parte Patronorum, an major pars desumatur respectu singularum partium, aut respectu omnium?

SUMMARIUM.

1 *Major pars Patronorum desumitur respectu singularum partium, si jus patronatus competat pluribus uti singulis; si verò competat pluribus uti universis, major pars desumitur respectu omnium.* Et num. 2.

3 *Major pars desumitur respectu vocum, & non respectu Personarum.*

4 *Major pars desumitur respectu omnium de Universitate vocatorum, & intervenientium, non verò vocatorum, & non intervenientium.*

CASUS II.

COmpetit Jus patronatus Ecclesiæ A. quatuor Personis, quarum duæ præsentarunt Titium, una Sempronium, & alia Cajum. Quæritur, an Titius in hoc casu dicatur præsentatus à majori parte Patronorum.

1 Respondeo ad effectum cognoscendi, quando quis dicatur præsentatus à majori parte Patronorum, distinguendum est inter Jus patronatus competens pluribus Patronis uti singulis, & inter Jus patronatus competens Collegio, Universitati, aut pluribus Patronis uti universis. Si Jus patronatus competit pluribus uti singulis, tunc major pars desumitur respectu singularum, & minorum partium. Et sic in isto casu, in quo Jus patronatus Ecclesiæ A. competit quatuor Personis uti singulis, Titius dicitur præsentatus à majori parte; quia duæ voces, quas habet Titius, sunt major pars respectu vocis, quam habet Sempronius, & respectu vocis, quam habet Cajus, licèt non sint major pars respectu harum duarum vocum simul sumptarum.

2 Si verò Jus patronatus competit pluribus uti universis, tunc major pars desumitur respectu omnium, & non singularum partium. Et sic, ex. gr. si Jus patronatus competeret centum personis uti universis, quarum quinquaginta præsentarent Petrum, triginta Paulum, & viginti Antonium; Petrus non diceretur præsentatus à majori parte; Quia licèt quinquaginta sint major pars respectu triginta, & respectu viginti singulariter sumptarum, tamen non sunt major pars respectu omnium. *Fagnan.* hìc *num.13.*, & ita resolutum fuit à Sacra Congregatione Concilii in *Pennen. juris præsentandi 12. Novembris 1689.* ubi sequuta vacatione Præposituræ Homines Communitatis Pennen. ad præsentationem convenerunt in numero 275. ex quibus 109. uni, 104. alteri, 50. alteri, 11. alteri, & unus alteri suffragati fuerunt. Instante Communitate Sacerdotem Pompilium, in quem 109. vota cessere, ab Episcopo institui tamquam præsentatum à majori parte, habita comparatione minorum, Episcopus ipsi institutionem denegavit; Habito proinde recursu ad Sacram Congregationem, & proposito dubio: *An Sacerdos Pompilius dici debeat præsentatus à majori parte, itaut instituendus sit?* Responsum fuit *negativè*, quia præsentatus ad Beneficium à Communitate, vel Collegio debet esse præsentatus à majori parte respectu totius, non autem respectu minoris numeri.

3 Insuper major pars desumitur respectu vocum, & non respectu personarum; fieri namque potest, quòd Jus patronatus pro duabus vocibus competat duabus personis, & pro una voce tribus personis; & tamen præsentatus à tribus personis habentibus unam vocem, non dicitur præsentatus à majori parte Patronorum, respectu præsentati à duabus personis habentibus duas voces; Ita *Berous* hìc *n.105. & n.24. Abb.* hìc *n.13. Butrius n.11. Gonzal.* hìc.

4 Ac etiam major pars desumitur respectu omnium de Universitate vocatorum, & intervenientium intrà terminum juris ad actum præsentationis, & persistentium in loco præsentationis, non verò respectu etiam eorum vocatorum, & non intervenientium, aut intervenientium, sed non persistentium in loco præsentationis; quia isti faciunt se alieni ab actu præsentationis, nec computantur in numero intervenientium, & per voluntarium eorum dis-

cessum integra potestas præsentandi consolidata remanet in Patronis persistentibus in loco præsentationis. Unde si ex eis de Universitate vocatis ad præsentationem interveniant intrà terminum juris solùm duæ partes, præsentatus à majori parte istarum duarum partium præferendus est, & instituendus. *Abb. in cap. cùm nobis de elect. n.3. & in cap. cùm Ecclesia eodem tit. Lambertin. de jurepatr. par. 2. lib.2. quæst.2. art.19. n.15. Palm. cons. 10. n.4. Passerin. de election. cap.11. num. 101. Lotter. de re benefic. lib.2. quæst.17.num.7. Rota jn Comen. Parochialis super institutione 23. Junii 1710. §. Parum, & §.Congregatis coram R.P.D. Falconerio.*

ARGUMENTUM.

Competente Jurepatronatus pluribus Personis, si major pars præsentet scienter absolutè non idoneum, aut indignum; Minor autem pars præsentet idoneum, & deinde eadem major pars variando præsentet alium idoneum, An iste secundus præsentatus à majori parte sit instituendus, excluso præsentato à minori parte.

SUMMARIUM.

1 *Major pars Patronorum præsentans scienter absolutè non idoneum, aut indignum, An, & quando jus præsentandi devolvatur ad minorem partem, vel devolvatur ad Episcopum jus liberè conferendi?* Et num.2. & 10.

3 *Collator conferens scienter Beneficium non idoneo, privatur pro ea vice jure conferendi, & quare?* Vide num.11.

4 *Patronus Ecclesiasticus præsentans scienter absolutè non idoneum, privatur statim pro ea vice jure præsentandi, & quare?* Vide num.11.

5 *Major pars Patronorum præsentans scienter non idoneum, An, & quando dicatur contemnere legem fundationis, & abuti jurepatronatus?* Et num.12. & 16.

6 *Major pars Patronorum præsentans scienter absolutè non idoneum non privatur statim pro ea vice jure præsentandi, sed durante termino potest alium præsentare, & iste est ab Episcopo instituendus, & quare.* Vide num.7. & 17.

8 *Contraria opinio fundari non potest* in cap. Cùm in cunctis de elect. §. Clerici, *nec* in Authentic. de Sanctiss.Episcop. §.Si quis Oratorii domum, *& quare?* Vide ibi, & num.9.

13 *Patronus præsentans ignoranter non idoneum contra legem fundationis non privatur pro ea vice jure præsentandi.* Amplia, ut num.14. & 15.

CASUS III.

Vacante Beneficio actu Sacerdotali de Jurepatronatus Laicali quamplurium Patronorum, major pars istorum scienter absolutè præsentavit ad illud simplicem Clericum; Minor autem pars præsentavit actu Sacerdotem; sed dum minor pars Patronorum instabat coram Ordinario pro institutione sui præsentati tamquam idonei; Major pars, durante adhuc termino à jure concesso, variando præsentavit aliam personam actu Sacerdotem: Quæritur in hoc casu, An Episcopus teneatur instituere secundò præsentatum à majori parte, vel potiùs debeat instituere præsentatum à minori parte?

1 Et videtur dicendum, Episcopum debere instituere Sacerdotem præsentatum à minori parte, excluso secundo præsentato à majori parte, licèt habili. Etenim major pars Patronorum præsentando scienter non Sacerdotem ad Beneficium Sacerdotale, caducata fuit à jure præsentandi, & totum jus consolidatum fuit in minori parte, quæ præsentavit Sacerdotem, & in ejus præsentato, itaut huic debetur institutio, non verò Sacerdoti secundò præsentato à majori parte; dum hæc, quæ priùs scienter, absolutè præsentavit simplicem Clericum non idoneum, & inhabilem ad secundam præsentationem devenire non poterat. Regula namque est, Juspatronatus vel competit pluribus utì singulis, vel utì universis; Competente Jurepatronatus pluribus utì singulis, si major pars Patronorum præsentat scienter non idoneum. Ex. gr. illiteratum, Clericum conjugatum, bigamum, Monachum; aut non habentem qualitates à Testatore requisitas, vel indignum. Ex. gr. simoniacum, laicum, puerum, illegitimum, & omnino illiteratum, totum Juspatronatus, & præsentandi consolidatur, & devolvitur ad minorem

partem

partem Patronorum præſentantem idoneum, & dignum, adeout major pars in hoc caſu perinde eſſet, ac ſi non præſentaret, & ſe haberet ad inſtar Patroni non præſentantis, qui elapſo termino amittit ſuum jus, & totum jus conſolidatur, & devolvitur ad Compatronum præſentantem, *Lambertin. de jurepat. lib.2.par.3. q.4. art.5. num.1. Bellon. de jur. accreſcen. cap.9. q.48. num.28. Tondut. queſt.benefic. tom.1. cap.118. num.33. Card. de Luca de jurepat. diſc.31. n.3. & diſc.47. nu.2. Rota deciſ.11. de jurepat. apud Creſcent., & deciſ.568. n.2. par.2., & deciſ.539. num.22. par.19. tom.2. recent., & deciſ.231. nu.2. coram Cavaler., & in Mediolanen. Præpoſituræ 3. Martii 1704. §. Amaritudo coram R.P.D. Anſaldo, & in Auguſtana Canonicatus, & Parochialis 10. Junii 1712. §. Non enim, coram R.P.D. Criſpo, & in Valentina Beneficii 29. Januarii 1717. §. Quamobrem coram R.P.D. Falconerio, nunc meritiſſimo Almæ Urbis Gubernatore.*

2 Competente verò Jurepatronatus pluribus utì univerſis ad inſtar Collegii, & Univerſitatis, ſi major pars præſentat ſcienter non idoneum, aut indignum, jus præſentandi non devolvitur ad minorem partem, ſed devolvitur ad Epiſcopum jus liberè conferendi; quia cùm jus præſentandi reſideat penès Univerſitatem, vel penès majorem partem Univerſitatis, aut Collegii, & nullatenus penès minorem partem, ſi major pars non præſentet, aut nulliter præſentet jure devoluto poterit Epiſcopus liberè conferre Beneficium, *Lambertin. de jurepatr. lib.2. par.3. qu. 4. art.5. num.1. Rota deciſ.568. num.2. par.2. recent.*

3 Et patet in collatione Beneficii, in qua ſi Collator illud conferat alicui non idoneo ſcienter, privatur pro ea vice jure conferendi, *Gonzal. ad regul.8.Cancell. §.3. gloſ.45. num.53.* Et in Patrono Eccle-
4 ſiaſtico, qui ſi præſentat ſcienter abſolutè non idoneum, aut indignum, privatur ſtatim pro ea vice jure præſentandi, *Fagnan. in cap. cùm vos de offic.Ordin. nu.28.* Ergo etiam Patronus Laicus, ſeu major pars Patronorum Laicorum, ſcienter præſentando indignum, privabitur pro ea vice jure præſentandi, & conſequenter ſecundò præſentatus ab eo inſtitui non poterit, ſed erit inſtituendus præſentatus à minori parte Patronorum tanquam dignus, & idoneus.

5 Ratio autem horum omnium videtur eſſe, quia major pars Patronorum præſentans ſcienter non idoneum, aut indignum, præſertim contra legem fundationis, non ſolùm contemnit voluntatem Fundatoris, verùm etiam quia cùm Juſpatronatus competat Patrono ex gratia, & privilegio, juxta primam propoſitionem, quam deduxi ex hoc Canone in *Commentario*, abutitur eadem gratia, & privilegio, ac proinde digna eſt, ut privatur pro ea vice jure præſentandi, & Juſpatronatus devolvatur ad minorem partem præſentantem idoneum, ſi Juſpatronatus competat pluribus uti ſingulis, aut devolvatur ad Epiſcopum jus liberè conferendi, ſi competat pluribus utì univerſis; Privilegium enim omnino meretur amittere, qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate, per *Text. in cap. Privilegium 11. q.3.*

Verùm his non obſtantibus cenſeo in hoc caſu Epiſcopum teneri inſtituere in dicto Beneficio vacante Sacerdotem ſecundò præſentatum à majori parte Patronorum, penitùs excluſo præſentatus à
6 minori parte. Quoniam major pars Patronorum Laicorum præſentans ſcienter abſolutè non idoneum, aut indignum, non privatur ſtatim pro ea vice jure præſentandi, ſed durante adhuc quatrimeſtre poteſt corrigere ſuum errorem, & ad iteratam præſentationem devenire, ac Ordinarius non debet inſtituere, niſi tranſacto priùs quatrimeſtri, juxta *Text. in c. Cum vos de offic. Ordin., ibique gloſ. verb. minùs idonei, gloſ. in cap. final. de jurepat. verb. ex vi circa finem* ibi -- *Propter hoc non puniuntur, quia correxerunt factum ſuum præſentando, prout debebant-- Abb. in d. cap. Cùm vos n.5. ibique Butr.n.4.& 13. Imol. n.6.* ibi -- *Nam Laicus ſcienter præſentans non erit privandus-- Bellamer. n.2. Fagnan. n.46. Beron. in cap. quod autem de jurepat. n.10. Vitalin. in Clement.1. de exceſs.Prælat. num.10.* ibi -- *Pro quo facit, quòd præſentatio facta per Patronum Eccleſiaſticum habetur loco electionis, & ideo ſcienter præſentans indignum, privatur illa vice jure præſentandi, ſecus in Laico --. Lambertin. de jurepat. par.1. lib. 2. qu. 10 art. 4. n. 16.* Licèt *num. 20.* de Patronò

præsentante scienter indignum aliud sentiat, quod tamen reprobatur à *Fagnan. in d. cap. Cùm vos n.56. Tondut. quæst. benefic.118. n. 3. par. 1. Amostaz. de cauſ. piis par.1. lib.3. cap.3. n.35. Rota deciſ.91.n.4. coram Priolo, & in Barchinonen. Beneficii 20. Junii 1701. §. Quæ ſanè, coram Eminentiſs. Priolo.*

7 Ratio verò hujus clarior mihi videtur esse illa, quæ resultat ex *Textu in cap. Cùm autem de jurepatr.* Iste enim Textus, vt dicam infra in *Can. IX. X. & XI.* concedit Patronis Laicis jus variandi, itaut Patronus Laicus postquam præsentavit unum etiam idoneum ad Beneficium Ecclesiasticum, potest alium durante quatrimestre præsentare; Si igitur major pars Patronorum Laicorum post præsentationem unius idonei potest ad præsentationem alterius idonei devenire, multò magis poterit præsentare alium idoneum, & habilem, quando primus præsentatus est indignus, aut non idoneus; nam jura faciliùs admittunt variationem contra actum nullum, ad *Text. in cap. Nosti de elect.* Et hæc videtur fuisse mens præfati Textus *in cap. Cùm autem* in concedendo Patronis Laicis facultatem variandi, nimirum, ut Laici, qui non sunt ita expertes in jure, nec ita exacti in perquirendo habilitatem præsentati, sicuti tenentur esse Patroni Ecclesiastici, si præsentaverint indignum, aut non idoneum possint corrigere errorem, & durante quatrimestre alium idoneum præsentare. *Butr. in d. cap. Cùm vos de offic.Ordin. num.13.* ibi-- *Et hæc fuit mens juris, ut Patronus accumulando emendare possit, quod malè fecit -- Imol. num. 5.* ibi -- *Et hæc videtur fuisse mens juris, ut Patronus accumulando possit emendare, quod malè fecit -- Fagnan. num. 37.* Unde cùm in casu præsenti major pars Patronorum postquam præsentavit ad Beneficium Sacerdotale scienter simplicem Clericum inhabilem, correxerit proprium errorem, & præsentaverit durante adhuc quatrimestri Sacerdotem, iste ab Episcopo est instituendus, excluso præsentato à minori parte, juxta dispositionem *præsentis Canonis.*

8 Et quidem eòque magis hæc sententia verior, & æquior mihi videtur tam in consulendo, quàm in judicando; reflectendo ad fundamenta, quibus innititur contraria opinio: Fundatur enim hæc in duplici Textu, nimirum *in cap. cùm in cunctis de elect. §. Clerici*, per quem Eligentes indignum ad dignitates Ecclesiasticas, privantur pro ea vice jure eligendi ibi -- *Clerici sanè si contra formam istam quemcumque elegerint, & eligendi tunc potestate privatos, & ab Ecclesiasticis Beneficiis triennio noverint se suspensos --* & *in Auth. de Sanctiss. Episcop. §. si quis Oratorii domum*, per quam decernitur devolutio liberè ordinandi Ecclesiam ad Episcopum, in casu quo Patroni eligunt indignum ibi -- *Si verò qui ab eis eliguntur tamquam indignos prohibent Sacræ Regulæ ordinari, cùm Sanctissimus Episcopus quoscumque putaverit meliores ordinari procuret.*

Sed in neutra utriusque juris dispositione validè, & inconcussè fundari potest contraria opinio, non quidem *in dicto cap. cùm in cunctis* hoc enim loquitur de electione, & cùm sit pœnale, & consequenter odiosum, restringi debet ad suos proprios limites electionis, de qu loquitur, & non extendi ad præsentationem, nec ex eo deduci, quod sicuti Eligentes scienter indignum ipso facto privantur pro ea vice jure eligendi, ita eodem modo privari debent Laici præsentantes scienter absolutè indignum, aut non idoneum jure præsentandi. *Card. de Luca de dote disc.109. sub num.3. de succes. disc. 15. n.5. de judic. disc.35. n.66. Mans. consult.165. n.30. & seqq. tom.2. Andreol. controv.138. n. 6. & seq.* Magna enim est differentia inter electionem, & præsentationem, & inter Eligentes, & Præsentantes, dum electio dat jus in re, præsentatio verò solùm jus ad rem; Eligentibus elargita fuit facultas eligendi, ut persona in dignitatibus præficienda esset ipsis accepta, & grata. Præsentantibus autem, seu Patronis concessum fuit jus præsentandi, ut sic Laici allicerentur ad construendas, & dotandas Ecclesias; Unde nè Laici retrahantur à fundationibus, & dotationibus Ecclesiarum mitiùs est cum eis agendum si præsentent scienter indignum, quàm cum Eligentibus, concedendo nimirum Patronis Laicis potestatem corrigendi durante termino, quod malè egerint, præsentando alium dignum, & idoneum. *Fagnan. in d.cap. cùm vos nu.50. & seqq. ibique Imol. n.6.*

Aliud

9 Aliud fundamentum contrariæ opinionis conſiſtens in *dicta Authentica de Sanctiſs. Epiſcop. §. ſi quis Oratorii domum* eſt valde debile, tum quia iſta Lex non dicit, quòd Epiſcopus ordinet, ſed quòd ordinari procuret, quod intelligi poteſt ſolicitando Patronum, quòd alium præſentet, juxta *Butr. in d. cap. Cùm vos n. 13. in fin. ibique Imol. num. 6.* tum quia eſt lex emanata à Principe Laico, qui nullam habet poteſtatem condendi Leges circa Eccleſias, & bona Eccleſiaſtica, ſive temporalia, ſive ſpiritualia, aut ſpiritualitati annexa, ad *Text. in cap. quæ in Eccleſiarum de Conſtit. ibique Fagnan. num. 25. Gonzal. n. 6. & in cap. cùm Eccleſia S. Mariæ, ibique idem Fagnan. n. 7.* In qua proinde Lege utpote nulla ex defectu juriſdictionis circa bona Eccleſiaſtica in Legislatore non eſt ſtandum, ſed potiùs eſt deferendum præfato *Canoni cùm vos de offic. Ordin.* diſponenti, quòd Patronus præſentans indignum, ſeu inhabilem non privatur jure præſentandi, *Fagnan. ibi num. 53. Imol. num. 6.*

10 Ea verò, quæ in contrarium ſuperiùs objiciuntur, non obſtant; nam quòd major pars Patronorum ſi præſentet ſcienter abſolutè indignum, aut non idoneum, totum Juspatronatus, & præſentandi conſolidetur, & devolvatur ad minorem partem præſentantem dignum; ſi Juſpatronatus competat pluribus uti ſingulis, aut devolvatur ad Epiſcopum Jus liberè conferendi; ſi competat pluribus uti univerſis, procedit in caſu, quo major pars perſiſteret per totum quatrimeſtre in ſua præſentatione indigni, aut inhabilis, & in hoc ſenſu intellige, quæ ſcripſi *Par. 1. Can. V. Caſ. VII. num. 11.*, & in hoc ſenſu dicendum eſt procedere, *Rota in dicta Auguſtana Canonicatus, & Parochialis §. Non enim coram R. P. D. Criſpo*. Secus ſi corrigeret durante adhuc quatrimeſtre proprium errorem præſentando alium dignum, & habilem, tunc enim iſte eſſet inſtituendus, non verò præſentatus à minori parte. *Butr. in cap. cum vos de offic. ordin. ſub num. 13. Imol. num. 5. Abb. nu. 5. Bellamer. num. 2. Lambertin. de jurepat. par. 1. lib. 2. quæſt. 10. art. 4. nu. 16. & 18.*

11 Et licèt collator ſi conferat ſcienter beneficium indigno privetur pro ea vice Jure conferendi, & Patronus Eccleſiaſticus, ſi præſentet ſcienter, & abſolutè indignum, aut inhabilem, privetur ipſo facto jure præſentandi, non proinde ſequitur, quòd eadem privatione ſit obnoxius etiam Patronus Laicus, in caſu ſimilis præſentationis. Conſiderabilis namque diſparitas eſt inter Collatorem beneficiorum, aut Patronum Eccleſiaſticum, & Patronum Laicum; Collator namque ſi malè conferat, & Patronus Eccleſiaſticus ſi malè ſcienter præſentat, non poſſunt corrigere proprium errorem, quia eis non competit Jus variandi, quod eſt proprium ſolius Patroni Laici; inſuper Patronus Eccleſiaſticus habet majus tempus ad deliberandum circa præſentationem Rectoris Eccleſiæ, quàm Patronus Laicus, dum ille habet ſex menſes, & iſte quatuor, ut dicam infra *Part. 3. Canon. Univ.* Unde ſi Patronus Eccleſiaſticus ſpatio tanti temporis non bene ſe deliberet in præſentando, juſtè punitur in hoc, quòd ſtatim pro ea vice privetur Jure præſentandi, maximè cùm Patronus Eccleſiaſticus teneatur ſcire, jura, & perquirere exactè circa habilitatem præſentati, ad quam non ſolent Laici advertere, utpote dediti ſæcularibus negotiis, *Butr. in d. cap. cùm vos de offic. ord. n. 13. ibique Imol. n. 6. Fagnan. n. 38.*

12 Nec major pars Patronorum in hoc caſu præſentando ſcienter abſolutè ad beneficium actu Sacerdotale, ſimplicem Clericum, & ſic non idoneum, dicitur contemnere voluntatem Fundatoris, & abuti Gratia, & Privilegio præſentandi, quia ipſa non continuavit per totum quatrimeſtre in hac præſentatione non idonei, ſed recedendo ab ea devenit intra eumdem terminum quatrimeſtris ad aliam præſentationem in Perſonam Sacerdotis habilem ad conſequendum dictum beneficium, ex quo manifeſtè reſultat ipſam noluiſſe contemnere voluntatem Fundatoris nèc abuti gratia, & Privilegio Juris præſentandi, quod reverà non dicitur ampliùs gratia, ſed jus commune, ut dixi ſuperiùs, *Caſ. I. num. 2. Rota in Barchinonen. beneficii 20. Junii 1701. §. Et eò libentiùs coram Eminentiſſimo Priolo* hìc immediatè legent multo quo minùs Major Pars privari poſſet jure præſentandi per inhabilitatem præſentati, ſi hæc contracta fuiſſet poſt præſentationem. *Capon. diſcept. 238. num. 41. tom. 4.*

R.P.D

R. P. D. PRIOLO.
Barchinonen. Beneficii.
Lunæ 20. *Junii* 1701.

AD Beneficium simplex sub invocatione S. Jacobi de Jurepatronatus laicali Franciscus Junyent, qui tanquam verus, & unicus Patronus reperiebatur in quasi possessione præsentandi, nominavit Raymundum filium Clericum primæ Tonsuræ, sed in actu, quo fuerunt per istum expedita consueta edicta, se opposuit Capitulum Cathedralis Barchinonæ, sub prætextu, quod ad ipsum jure hæreditario delatum fuisset Jus præsentandi; unde ad ejus instantiam exhibito in actis transumpto cujusdam testamenti conditi de anno 1268. per quemdam Jacobum Sebastianum, compertum fuit, quod juxta leges à fundatore præscriptas, non poterat præsentari ad controversum Beneficium, nisi unus Sacerdos, qui perpetuò celebraret pro anima sua, & omnium suorum Parentum. Et quamvis ex hoc transumpto non aliunde verificato non appareret usque adhuc concludenter probata voluntas Fundatoris, Franciscus tamen illi obsequendo, non expirato adhuc quadrimestri dato ad præsentandum, recedendo à prima præsentatione, devenit ad aliam nominationem in personam Josephi Villæ Sacerdotis, cui cùm Ordinarius denegasset institutionem, jure devoluto, contulit Beneficium ad favorem Didaci cum subsequuta etiam illius possessione, quæ fuit per Signaturam circumscripta; quocirca delata mihi causa in gradu appellationis hodie proposui Dubium: *An, & cui esset adjudicandum Beneficium*, quod favore Josephi fuit resolutum.

Ratio resolutionis in eo stetit, quòd cùm Franciscus existeret in quasi possessione præsentandi, & ex multiplicatis præsentationibus per ipsum expletis reputaretur verus, & unicus Patronus controversi Beneficii, quoties intrà tempus datum ad præsentandum, ad illud nominavit personam habilem, & idoneam, qualis erat Josephus, debebat illius præsentatio per ordinarium admitti, ad *Text. in cap. 3. de jurepatr.*

Nec ex præsentatione primo loco facta in personam Raymundi simplicis Clerici ob violatam legem Fundatoris requirentis actualem Sacerdotem, dici potest, Franciscum pro hac vice cecidisse à jure præsentandi, & consequenter potuerit Ordinarius Beneficium conferre jure devoluto.

Nam hoc objectum super quo toti erant Scribentes pro Didaco, facili negocio
13 submoveri visum est ex eo, quòd Franciscus non desumebat jus præsentandi à transumpto testamenti nuper exhibito; ipse enim per præsentationes plures expletas jam reperiebatur in quasi possessione præsentandi, & cum peranteà vidisset ad hoc Beneficium modo fuisse præsentatos simplices Clericos, modo verò actuales Sacerdotes, quatenus etiam testamentum fuisset in forma probanti, potuit tamen verisimiliter ignorare qualitates in illo præscriptas; & quia agitur de testamento non existente penès acta alicujus publici Notarii, sed solùm in privato Archivio Capituli, & quod magis est, conditio ante quatuor sæcula, & ultra, illius ignorantia in tanto temporis defluxu, eò magis redditur certa, & probabilis; unde ex hoc solo capite cessare videtur prætensa devolutio, quia ista non intrat ubi Patronus rationabiliter ignoravit qualitates à Fundatore requisitas, ad *Text. in cap. si electio de elect. in 6.* cùm aliis relatis per *Fagnan. in cap. cùm vos num. 27. cùm seqq. de offic. Ordin. Passerin. de elect. cap. 29. de elect. digni num. 78. Rochus de Curte de jurepatr. verb. is num. 16. Barbos. de potest. Episcopi allegat. 72. sub n. 105. & Rot. in Eugubina Canonicatus 10. Martii 1690. §. Ratio resolutionis coram cl. me. Card. Caccia.*

Et tanto magis cessare visa est prætenIn sa devolutio, quia totum illius fundamentum residet in abusu, & contemptu præcepti Fundatoris; iste autem abusus, & contemptus considerari non potest in Patrono, qui non solùm ignorabat leges fundationis, sed totum oppositum servatum viderat per suos Antecessores in anteactis vacationibus, nam ad illorum nominationem fuerunt plures præsentati, & etiam per Ordinarios instituti simplices Clerici, ut videre est in præsentationibus factis de annis 1384., 1499., 1534., 1549., 1527., & 1633., & datis *in Summ. Josephi num. 6.* Hæc autem observantia, quæ fuit etiam continuata usque ad hæc mo-

moderna tempora excuſare debet Franciſcum ab illa ignorantia craſſa, & ſupina, quæ requiritur ad inducendum contemptum voluntatis Fundatoris, & pœnam devolutionis, ad *Tex. in cap. commiſſa de elect. in 6. Rot. coram Mehodan. deciſ. ultim. de tranſact.*, *& in recent. deciſ.* 268. *ſub num.* 3. *par.*2., *& apud Vivian. de jurepatr. deciſ.* 139. *num.* 23. *cum pluribus ſeqq.*

Et ex his quoque ceſſare videtur illa neceſſitas perquirendi leges Fundatoris,
15 nam quando Franciſcus vidit non unica vice, ſed pluries ab Ordinariis inſtitutos, & admiſſos ſimplices Clericos, ex iſtorum facto non ſolùm remanet excuſatus, ſed potiùs credere debuit, quòd talis fuiſſet ab initio lex Fundatoris; quia cùm iſti ratione proprii muneris, ſoleant eſſe diligentiſſimi in perquirenda qualitate Beneficiorum, ſi fuerunt per ipſos admiſſi ſimplices Clerici de tempore magis proximo confectioni ipſius teſtamenti, præſumendum eſt, quod ex obſervantia perantea, & ſucceſſivè continuata talis fuerit lex præſentandi, ut tradit *Rot. coram Gregor. deciſ.*466.*num.fin.*, *& poſt Vivian. de jurepatr. deciſ.* 16. *num.* 10. *cùm ſeqq.*, *& in rec. deciſ.*290.*num.*20., *& deciſ.*302. *num.*7. *cùm ſeqq.par.*18., *& in Burgi S.Sepulchri jurispatronatus* 11. *Decemb.* 1690. §. *Atque*, *coram bo. me. Benincaſa*, *&* 6. *Martii* 1693. §. *Prædictaque coram Reverendiſs. Zamoren.*

Et eò libentiùs DD.inclinarunt in hanc ſententiam, quia ſtatim ac fuit exhibitum
16 Teſtamentum, licèt illud non fuiſſet obſervatum, & conſequenter Franciſcus non teneretur illi debitam fidem præſtare, recedendo tamen à nominatione præcedenter facta in perſonam ſimplicis Clerici, non elapſo adhuc quadrimeſtri, fecit aliam nominationem in perſonam Sacerdotis,quod manifeſtè convincit,ipſum noluiſſe contemnere præceptum Teſtatoris, & propterea ſi ipſe non fuit contumax, & durante adhuc termino quatuor menſium voluit corrigere ſuum errorem, faciendo præſentationem, juxta legem fundationis, debet illius nominatio omni jure ſubſtineri per *Text. in cap. cùm vos de off. & poteſt. Ordin.*, *ibique Gloſ. verb. minùs idonei*, *& Fagnan. num.*48., *& eadem Gloſ. in cap. fin. verb. ex vi de jurepat. circa finem* ibi -- *propter hoc non puniuntur, quia correxerunt factum ſuum præſentando, prout debebant*, & admittit etiam *Tondut. in contrarium allegat.reſol.benef.quæſt.*118. *num.* 32.; ubi loquens de præſentatione facta in perſonam ſimplicis Clerici monet Ordinarium, ne confeſtim de Beneficio patronato provideat, ſed expectare debeat finem quadrimeſtris, & clariùs probat *Rot. coram Caval. deciſ.* 231. *num.*3. in contrarium pariter allegata, ubi fuit admiſſa præſentatio Covi tanquam de perſona habili; quia Patroni poſt præſentatum Pirovanum inhabilem, durante quadrimeſtri, alium non præſentarunt, & dictum fuit *in dicta Eugubina Canonicatus* 10. *Martii* 1690. §. *Fin. coram clar. mem. Card. Caccia*.

Quæ ſanè correctio eò magis admitti
17 debet in caſu præſenti, quia quando agitur, de perſonis laicis præſentantibus non idoneum, prout hìc, facultas eligendi non devolvitur ad Ordinarium, nec Patroni privantur illa vice jure præſentandi, ſed infra quadrimeſtre poſſunt, emendato errore, ad iteratam electionem devenire,cùm non ſoleant Laici exactè perquirere habilitatem Præſentati, ad notata per *Butr. in cap. cùm vos ſub num.*13. *de offic. Ordin.*, *ibique Imol. num.*6. *Gonzal. ad Reg. Cancell. gloſ.*45. §.3. *n.*55. *& Rot. coram Priol. deciſ.*991.*num.*4. *cùm ſeqq.*

Et ita utraque &c.

ARGUMENTUM.

Competente Jurepatronatus quinquaginta Civibus, Loci A. utì Univerſis; Præſentatus à triginta, quorum aliqui præſentarunt eum per Procuratorem ſinè debitis requiſitis; alii per Epiſtolam, & alii qui propriè non erant Cives, ſed Territoriales loci A., & unus ex eis erat excommunicatus,an dicatur præſentatus à majori Parte Patronorum reſpectivè ad alium præſentatum à viginti Civibus.

SUMMARIUM.

1 *Reſervato jurepatronatus pro* Civibus, *an, & quando Territoriales præſentare poſſint*? Et num.7.

2 *Ad validitatem præsentationis faciendæ per Procuratorem an concurrere debeant requisita cap.* Quia propter de elect. *& quæ sint hujusmodi requisita*: Vide ibi & num.8.

3 *Patronus an possit præsentare per literas?* Et num.9.

4 *Præsentatio facta ab excommunicato an & quando sit irrita?* Et num.19.

5 *Præsentatio non dicitur concluſa, quando Patroni præsentantes jure Collegii se diviserunt in æqualia vota.* Sed limita ut ibi.

6 *Ad effectum ut quis dicatur præsentatus à majori parte sufficit quòd superet etiam unico suffragio.*

10 *Patronus præsentare potest per Nuncium, per Scripturam, aut per Apocam.*

11 *Consanguineus præsentare potest pro Consanguineo Patrono etiam sinè mandato, & præsentatio sustinetur.* Sed intelligе, ut ibi.

12 *Patronus præsentare potest in articulo mortis in voce mediante Confessario.*

13 *Patronus an, & quomodo præsentare possit in testamento?*

14 *Nominatio, aut præsentatio est fructus juriſpatronatus.*

15 *Patronus intrà terminum juris potest colligere fructum juriſpatronatus tam in vita, quàm in morte.*

16 *Patronus potest præsentare per literas; dummodo habeant literæ in se sua solemnia.*

17 *Ad validitatem præsentationis sufficit, quòd voluntas Patroni quoquo modo innotescat Ordinario.*

18 *Præsentatio in scriptura, in literis, in voce, in testamento, si non exhibeatur coram Ordinario, habetur pro simplici nominatione.*

CASUS IV.

AD effectum præsentandi Rectorem Ecclesiæ vacantis de Jurepatronatus quinquaginta Civium Loci A. prævia omnium intimatione, iidem Cives se congregarunt in loco consueto; quorum viginti præsentarunt Titium, & triginta Cajum. Sed inter hos triginta, qui præsentarunt Cajum; tres erant, qui propriè non erant Cives, sed solùm Territoriales, qui tamen in antecedentibus vacationibus præsentarunt. Tres præsentarunt eumdem Cajum per Procuratorem sinè debitis requisitis; Alii tres per epistolam; & unus erat occultè excommunicatus. Quæritur proinde in hoc casu, an Cajus dicatur præsentatus à majori parte Patronorum ad effectum, ut vigore hujus *Canonis* sit ab Ordinario instituendus prælativè ad Titium præsentatum à solis viginti Civibus?

1 In hac quæstione prima facie respondendum videtur Cajum dici non posse præsentatum à majori parte Patronorum. Licèt enim iste pro se numeret triginta suffragia; tamen ex his decem demenda videntur, nimirum tria illorum, qui non erant propriè Cives, sed solùm Territoriales Loci A. isti enim devenire non poterant ad præsentationem. Quoniam, cùm lex fundationis reservaverit Juspatronatus activum pro Civibus Loci A., & exegerit qualitatem Civilitatis in præsentante, Territoriales, qui hac qualitate non pollebant, præsentare validè non poterant. *Lambertin. de jurepat. lib. 2. par. 2. q. 2. art. 10. n. 3. in fin. & n. 4. Rot. in Comen. Parochialis super institutione 22. Junii 1710. §. Nil obstante coram R. P. D. Falconerio.*

2 Demenda sunt etiam tria suffragia illorum, qui præsentarunt per Procuratorem; isti enim constituerunt in Procuratorem ad præsentandum Cajum personam extraneam, & quæ non erat de Loco A. cui competit Juspatronatus; nec erant absentes, nec impediti; ex quo sequitur, quòd præsentatio ab eis facta mediante hujusmodi Procuratore taliter constituto sustineri non valeat; tum quia præsentatio, seu electio facienda est per eos solos de Universitate, & Collegio, cui competit præsentare, & eligere, nec alii sunt admittendi etiam tamquam Procuratores, nisi fuerint de eadem Universitate, & Collegio; tum quia fuit ab eis constitutus Procurator sinè debitis requisitis; Tria namque requiruntur ad validitatem præsentationis, seu electionis per Procuratorem. Primò, quòd habens præsentare, seu eligere sit absens in loco unde vocari possit; si enim sit absens, & commorans extra Provinciam, aut intrà Provinciam, sed in loco adeò distanti, ut commodè vocari non possit, aut ejus absentia fuerit affectata, non est vocandus,

juxta

juxta *Text. in cap. coram dilecto de elect. ibique Gloſſ. in verb. Provincia cap. cupientes de elect. in 6. Garz. de benef. par. 5. cap. 9. n. 227. propè fin. Rot. in Comen. Parochialis ſuper inſtitutione 23. Junii 1710. §. Neque etiam coram R. P. D. Falconerio.* Secundò, quòd juſto impedimento detentus venire non poſſit. Tertiò, quòd Procurator habeat mandatum ad jurandum ſuper dicto impedimento. *Abb. in cap. quia propter §. illud de elect. n. 1. & 2. ibique Bellamer. n. 2. Imol. n. 8. Barboſ. n. 28. & 37. Gonzal. num. 11. Archidiac. in cap. ſi quis de elect. in 6.*

3 Nec connumerari poſſunt alia tria ſuffragia illorum, qui præſentarunt Cajum per literas; quia præſentare, aut dare votum per literas videtur eſſe prohibitum, per *Text. in cap. ſi quis §. abſens de elect. in 6.* ibi-- *Abſens &c. non poterit aliquatenus per literas exprimere votum ſuum--ibique Gloſſ. in additione Gemin. nu. 5. Gonzal. in cap. quia propter de elect. n. 12.*

4 Et denique detrahendum videtur ſuffragium illius, qui erat excommunicatus; præſentatio namque ab iſto facta eſt irrita, & nullatenus conſiderabilis, per *Text. in cap. Poſtulaſti de Cleric. excommunic. Fagnan. in cap. Quòd à Prædeceſſore nu. 78. & 80. de ſchiſmat. Lotter. de re benef. lib. 2. q. 41. n. 15. & ſeq.*

Demptis igitur, ac detractis his decem ſuffragiis ex eis triginta, quæ pro ſe connumeravit Cajus, iſte dici non valet præſentatus à majori parte Patronorum, im-
5 mo nulla præſentatio dici poteſt in hoc caſu concluſa. Quoniam demptis ſupradictis ſuffragiis, tota poteſtas præſentandi conſolidata fuit in ſolis quadraginta Civibus Loci A. quorum viginti cùm præſentaverint Titium, & alii viginti Cajum, neutra præſentatio ſuſtinetur, nec ulla præſentatio dicitur concluſa. Ratio eſt, quia ad effectum, ut Patroni, quibus competit Juſpatronatus per modum unius Collegii, aut Univerſitatis, præſentaſſe dicantur; requiritur, quod vel omnes, vel ſaltèm major eorum pars conſentiat, ut tuentur *Abb. in cap. Poſtulaſti n. 14. de conceſſ. præben. Lotter. de re benef. lib. 3. q. 13. n. 170. & 176. Card. de Luc. de benef. diſc. 130. num. 3. & 7. Carol. Anton. de Luca ad Ventrigl. in prax. par. 2. annot. 2. §. 1. n. 3. Præceptor meus diſcept. Eccleſ. 4. n. 31. Rot. in Oſnabrugen. Canonicatus 10. Decembris 1714. §. Itidemque coram R. P. D. Criſpo.* Niſi fortè cum paritate vocum concurrerent inæqualia merita Præſentatorum; tunc enim non obſtante hujuſmodi paritate præſentatio diceretur concluſa favore illius, qui haberet majora merita; ea ratione, quia majoritas non ſolùm coaleſcit ex numero, ſed etiam ex meritis Electorum, & dignitate Eligentium, cum quibus in paritate numeri efficitur major pars; cùm illa cenſeatur major pars, quæ eſt juſtior, & majori nititur ratione, & æquitate. *Gloſſ. in cap. In Geneſi in verb. ad zelum de elect.* & his expreſſis verbis docet *Rot. deciſ. 26. n. 33. coram Cerro.*

At re ſeriò perpenſa cenſeo in hoc caſu Cajum dici præſentatum à majori parte Patronorum, & huic deberi inſtitutionem ab Ordinario in Beneficio, excluſo Titio præſentato à ſolis viginti Civibus, Cajus namque ſuperat Titium in decem ſuffragiis, & ſic nulli dubium eſſe poteſt, quin
6 dicatur præſentatus à majori parte Patronorum, quando omnibus notum eſt, quòd ad effectum, ut quis dicatur præſentatus à majori parte ſufficiat, quòd ſuperet etiam unico ſuffragio, juxta *Abb. in cap. Poſtulaſtis n. 14. de conceſſ. Barboſ. de poteſt. Epiſcop. alleg. 72. n. 198. Vivian. de jurepat. lib. 12. cap. 8. n. 3. Card. de Luca de Canon. diſc. 28. n. 2. Rot. deciſ. 809. n. 1. coram Buratt. & in Comen. Archipresbyteratus 17. Junii 1715. §. Quamobrem, & 12. Junii 1716. §. Et jure quidem coram R. P. D. Falconerio.*

7 Nec iſta decem ſuffragia, in quibus Cajus ſuperat Titium demi, ac detrahi debent propter defectus ſuperiùs in contrarium adductos. Et quidem demenda non ſunt tria ſuffragia illorum, qui non erant propriè Cives Loci A. ſed ſimplices Territoriales. Licèt enim juxta legem fundationis iſti præſentare non poterant tamquam deſtituti qualitate Civilitatis à Fundatore requiſitæ, tamen cùm in antecedentibus vacationibus fuerint admiſſi ad præſentandum, validè præſentare poterant etiam in hac ultima vacatione, utpote conſtituti in quaſi poſſeſſione præſentandi, ad *Text. in cap. cùm Eccleſia Sutrina de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Lambertin. de jurepatr. lib. 2. par. 1. qu. 3. art. 17. n. 9. & lib. 2. par. 2. q. 2. art. 16. n. 2.*

Rot. in Papien. Rectoriæ 10. *Decemb.* 1714. §. *Prædictus coram R.P.D. Cerro, & in Comen. Archipresbyteratus* 17. *Junii* 1715. §. *Contra coram R.P.D. Falconerio.*

8 Minusque delenda veniunt alia tria vota illorum, qui præsentarunt Cajum per Procuratorem extraneum, ac sinè debitis requisitis, *cap. quia propter* §. *illud de elect.* Quoniam hujusmodi Textus habet solùm locum in electione Canonica, non verò in præsentatione, quæ licèt impropriè sustinere possit nomen Electionis, tamen propriè dici nequit Electio, quæ valde differt à Præsentatione, juxta plures differentias, quas legere poteris apud *Vivian. de jurepat. par.* 2. *lib.* 5. *cap.* 1. *à n.* 7. *usque ad* 42. itaut Patroni Laici non arctantur præsentare ad formam præfati *cap. quia propter*, sed possunt constituere Procuratorem, & validè per eum præsentare etiam præsentes, & non impediti ad præsentandum, nisi lex fundationis, aut observantia aliud determinaverit. *Lambertin. de jurepat. lib.* 2. *par.* 2. *qu.* 2. *art.* 18. *per tot. Lap. alleg.* 8. *n.* 3. *& alleg.* 79. *nu.* 4. *Vivian. d. cap.* 1. *nu.* 22. *Tusch. conclus. jur.* 598. *n.* 3. *lit. P.*

9 Multoque minùs detrahenda sunt tria vota illorum, qui præsentarunt per epistolas. Etenim Patrono permissum est à jure nominare, aut præsentare per literas, ut expressè statutum fuit *in cap. Ea noscitur de his quæ fiunt à Prælat.* ibi-- *Eorum Abbates aut per se, aut per literas, personas idoneas Episcopis præsentant -- ibique Gloss. verb. per literas, Abb. n.* 3. *Anan. n.* 3. *& in Clement.* 1. §. *Præsentatos de excess. Prælat.* ibi-- *Præsentatos per Exemptos ad ordines, vel beneficia, quorum præsentatio ad eos pertinet nolunt admittere, nisi Præsentantes ponant obedientiam in salutatione literarum, quas pro hujusmodi præsentatione transmittunt* -- ibique *Gloss. verb. literarum, Vitalin. n.* 66. *Bonden. collect. legal.* 13. *n.* 14. *Card. de Luc. de jurepatr. disc.* 3. *n.* 18. *& disc.* 34. *n.* 23. *& disc.* 58. *n.* 8. *Rot. in Augustana Canonicatus, & Parochialis* 10. *Junii* 1712. §. *Minùs coram R. P. D. Crispo*. Nullatenus obstante Textu *in cap. si quis* §. *Absens de elect. in* 6. quia iste procedit in electione, secus in præsentatione.

10 Et quidem, quòd Patronus præsentare possit per literas, nulla adesse videtur difficultas, dum valet Patronus præsentare per Nuncium, per scripturam, per apocam ad Beneficium vacans intrà terminum juris. *Vitalin. in d. Clement.* 1. *de excess. Prælat. n. . . Rot. decis.* 239. *par.* 18. *tom.* 2. *recen.* Ac etiam præsentare potest

11 per alium absque alio mandato, dummodo iste sit persona sibi conjuncta, dum consanguineus præsentare potest pro consanguineo Patrono, & præsentatio valet etiam sinè mandato, & expressa ratificatione, dummodo non reclamet, nec contradicat alterum præsentando, quia in hoc casu Patronus diceretur tacitè præsentare, quæ tacita præsentatio sufficit ad obtinendam institutionem in Beneficio vacante. *Lambertin. de jurepat. lib.* 2. *par.* 1. *q.* 4. *art.* 7. *per tot. Rot. in dicta Comen. Archipresbyteratus* 12. *Junii* 1716. §. *Nec expungendum coram R. P. D. Falconerio*; Imò præsentare potest quacumque die etiam feriata, & etiam de nocte, ac etiam extra Diœcesim, *Vivian. de jurepat. lib.* 7. *cap.* 4. *per tot. & lib.* 8. *cap.* 1. *nu.* 5. *&* 10. *Bonden. collect. legal.* 13. *num.* 6. *& sequen. tom.* 1.

12 Præsentare etiam potest in articulo mortis tum in voce notificando proprio Confessario positivam voluntatem suam præsentandi certam personam, quo casu si Confessarius notificet habenti instituere intrà terminum juris hanc voluntatem Patroni defuncti, illa persona dicitur præsentata à Patrono, & instando coram Ordinario pro institutione debet institui, dum Confessario attestanti super hac voluntate Patroni est deferendum, juxta auctoritates superiùs relatas *Par. I. Can. III. Cas.* 8. *num.* 25.

13 Tum etiam in testamento, & per ultimam voluntatem absolutè, & simpliciter dicendo ex. gr. -- *nomino, e presento al Beneficio, o Cappellania Laicale vacante Tizio* - etiamsi post ejus mortem adessent alii substituti à Fundatore in Jurepatronatus, quia cùm de tempore testamenti sit Patronus, & ei competat jus præsentandi, potest validè præsentare, ad *Text. in cap. decernimus*, de quo *Par. I. Can. V.*, nec adesset ullum præjudicium vocatorum, quia istis non competit jus præsentandi, nisi in casu quo Patronus primò institutus intrà terminum juris decederet absque præsentatione. Non verò præsen-

ſentare poſſet in teſtamento tali modo. Ex. gr. *nomino, e preſento adeſſo per allora, e quando ſarò morto* -- tunc enim nulliter præſentaret, quia transferret præſentationem in tempus inhabile, nimirum poſt mortem, quando Diſponens non eſt amplius Patronus.

14 Non obſtat, quòd nominatio, aut præſentatio ſit fructus Jurispatronatus, juxta *Gall. de fructibus diſp.3. cap.11. n.5. Rot. in Salernitana Alimentorum 12. Januarii 1712. coram Eminentiſs. Scotto* ſuperiùs impreſs. *Par.I. Can.III.Caſ.III. n.15.* Fructus autem pendentes de tempore obitus ſpectant ad ſucceſſorem, & non ad eum, qui moritur, & conſequenter præſentatio de tempore obitus Patroni ſpectabit ad ſubſtitutos in Jurepatronatus, *Antonell.de jurib.Cleric. cap.10. n.2. & cap.35. n.10.*

15 Quia hoc procedit in fructibus pendentibus, & ante obitum non collectis, ſecus in fructibus pendentibus, & ante obitum collectis, prout eſt in caſu præſenti nominatio, aut præſentatio, quæ à Patrono ante obitum de tempore teſtamenti fuit collecta, ſeu facta; de iſtis namque fructibus poteſt quis diſponere tam in vita, quàm in morte. *Gloſ. in cap. præſenti §. porrò de offic.Ordin. in 6. Imol. in cap.final.de pecul.Cleric.* & alii apud *Antonell. de juribus Cleric. cap.10. n.10.* Unde ex hoc potiùs deſumitur argumentum, quòd Patronus etiam in articulo mortis per teſtamentum poſſit præſentare ad Beneficium vacans, durante termino juris: Etenim ſicuti Clericus poteſt ex ſupra adductis diſponere de fructibus Beneficii collectis tam in vita, quàm in morte, ita etiam Patronus poterit diſponere de hoc fructu Jurispatronatus tam in vita, quàm in morte. Et ita ſentire videtur *Pariſ. conſ.46. vol.4. num.21.* ibi -- *Eligendi poteſtas alicui conceſſa exerceri poteſt, & per actum inter vivos, & per actum ultimæ voluntatis*-- Et *num.34.* ibi--*Volentes, quòd ſi data eſt facultas eligendi quandocumque talis poteſt eligere uſque ad mortem.*

16 Igitur ſi Patronus præſentare valet per ſcripturam, per Nuncium, per perſonam ſibi conjunctam abſque mandato, tacitè ratificando hujus præſentationem in articulo mortis, tam in voce, quàm in teſtamento non eſt cur non poſſit etiam validè præſentare per literas, dummodo hujſmodi literæ non ſint ſuſpectæ de falſitate, ſint ſubſcriptæ ab eodemmet Patrono, contineant diem, menſem, annum, ac nomen Præſentati appoſitum ab ipſomet Patrono, aut ab alio de mandato ejuſdem Patroni, aliàs non eſſent attendendæ; quia actus, qui per literas exercetur non eſt approbandus, quando literæ non habent in ſe ſua ſolemnia. *Vitalin. in Clement. 1. de exceſs. Prælat. n.76. Rot.deciſ.739.n.9. par.18. tom.2. rec.*

17 Ratio autem horum omnium eſt, quia in hac materia non eſt præſcripta certa forma; ſed ſufficit, quòd voluntas Patroni circa præſentationem vacantis Beneficii quoquo modo innoteſcat Ordinario, ut his expreſſis verbis docet *Rot. dec. 30. n.5. coram Emerix jun. & deciſ.739. nu.2. par.18. tom.2. rec.* Unde præſentatio ſive fiat per literas, ſive per Nuncium, ſive in voce, ſive in teſtamento, dummodo innoteſcat Ordinario, ſubſtinetur, & taliter Præſentatus venit inſtituendus, ſecus ſi non innoteſceret Ordinario, eo quia literæ, ſcriptura, teſtamentum &c. continentia præſentationem Patroni non fue-

18 rint exhibita coram Ordinario; Etenim donec Patronus, vel Procurator ad præſentandum non exhibuerit præſentationem, vel perſonam nominatam oculis habentis inſtituere, ſola præſentatio in ſcriptura, in literis, in voce, in teſtamento habetur pro ſimplici nominatione, quæ nullum jus tribuit conſiderabile. *Abb. in cap. fin. n.2. de jurepat. Lotter. de re benef. lib.2. q.2. n.36. Rot. d. deciſ.739. n.14. & ſeq. par.18. tom.2. rec. & in Melevitana Beneficiorum 10. Junii 1712. §. His coram R.P.D. Aldrovando* ſuperiùs impreſs. *Par.I. Can.V. Caſ.XIV.*

19 Demum non eſt demendum votum illius, qui erat excommunicatus. Quoniam iſte non erat excommunicatus notoriè, nec excommunicatione majori, ſed tantùm minori; Licèt enim excommunicatus notoriè, aut excommunicatione majori, præſentare, & eligere non poſſit, poteſt tamen excommunicatus occultè, aut excommunicatione minori validè præſentare. *Engel. in Jus Canonic. lib.1. tit.7. §,1. n.7. verſ. demum de election. & elect. poteſt. Matta de Cauſ. Conſiſtorial. ſect.19. §.2. num.10. & 11. Gonzal. in cap. ſi celebrat num.5. de Cleric. excommunic.* & alii

quos refert, & sequitur *Rot. in Vvormatien. Canonicatus* 1. *Aprilis* 1715. §. *Ex literis*, & §. *Quia relevare coram R. P. D. Crispo*.

R. P. D. CRISPO.

Comen. Archipresbyteratus.

Ven. 5. *Martii* 1717.

INstitutionem ad Archipresbyteratum Ecclesiæ Collegiatæ S. Joannis Baptistæ Terræ Morbineide Jurepatronatus Communitatis, & Hominum illius Loci per obitum Raphaelis Paravicini ultimi illius Possessoris in partibus, & deinde ab hoc Supremo Tribunali per sententiam R. P. D. mei Falconerii reportavit Joannes Petrus, utì in Comitiis generalibus ejusdem Communitatis electus, & Ordinario præsentatus, excluso Francisco Delphino Competitore, ad cujus provocationem delegata mihi Causa in ulteriori instantia dubium proposui-- *An sententia Rotalis sit confirmanda, vel infirmanda*, & Domini pro illius confirmatione respondere non dubitarunt.

Validitas siquidem non controvertebatur; Justitia verò magìs clara resultare visa fuit ex luculenter deductis in decisionibus coram eodem R. P. D. meo Falconerio, quæ de more sententiam Rotalem præcesserunt, quarum fundamenta adeò solida, & juri consona apparuerunt, ut nec antiquis, nec noviter excitatis objectionibus concuti valerent, & proinde confirmationem promerentur, ad tradita per *Rot. coram Gregor. decis.* 176. *n.* 1. *& decis.* 218. *n.* 1. *& decis.* 165. *& decis.* 235. *nu.* 1. *par.* 13. *rec. & coram Royas decis.* 286. *in princip. & decis.* 423. *n.* 1. *& decis.* 471. *n.* 2. *par.* 19. *tom.* 2. *rec.*

Firmum namque in facto stetit, quòd in Consilio Communitatis ad hunc individuum electionis effectum, prævìis solemnibus publicationibus habito in eadem Ecclesia Collegiata die 13. Decembris 1713. ex centum viginti duobus suffragiis, septuaginta tres, & sic major pars Castello adhæserunt; Reliqua verò minor pars in numero quadraginta novem Delphinum elegit; Quapropter justè absque dubio concessa fuit institutio Castello, tamquam à majori Consiliariorum numero præsentato, juxta dispositionem *Text. in cap. Quoniam, ibique Gloss. in verb. Quæ majoribus de jurepatr. Panormit. in cap. postulastis nu.* 47. *de concess. præben. in rec. decis.* 129. *n.* 7. *par.* 19. *Rebuff. cons.* 89. *n.* 1. *&* 10. *Vivian. de jurepat. lib.* 12. *c.* 8. *n.* 3. *Barbos. de potest. Episc. alleg.* 72. *n.* 198. *Card. de Luca de Canon. disc.* 28. *nu.* 2. *Rota coram Buratt. decis.* 809. *n.* 1. *& in Comen. Parochialis super institutione* 23. *Junii* 1710. §. *Consistit coram R. P. D. meo Falconerio, & in altera Comen. jurispatronatus* 11. *Martii* 1715. §. *fin. coram R. P. D. meo Cerro*, ubi quòd major pars reputatur etiam unico tantùm superante suffragio.

Et licèt prædictum suffragiorum numerum Scribentes pro Delphino coarctare prætenderent tantùm ad quadraginta, & unum, rejectis aliis triginta duobus, sub prætextu, quòd lata fuerint ab hominibus non pollentibus quatuor qualitatibus, ut ajebant, necessariis, quòd nempe forent copulativè Cives, Habitatores, Capita familias, & subjecti eidem Archipresbyteratui; Attamen constitit hujusmodi suppositum in facto non subsistere, dum Juspatronatus, & præsentandi competit solùm Terrigenis Capitibus familias ejusdem Communis Morbinei, quòd componitur ex omnibus locis sparsis per dorsum Montis nulla alia requisita qualitate habitationis, aut subjectionis eidem Archipresbyteratui, ut liquidò resultare visum fuit ex præcedentibus statibus annorum 1595. 1636. bis anno 1645. 1676. & 1700. ac denique ex Bulla san. mem. Clementis VIII. erectionis Ecclesiæ Parochialis Terræ Morbinei in Archipresbyteratum, ac ex literis Apostolicis sa. me. Vrbani VIII. ubi facta fuit provisio Archipresbyteratus favore Christini Donati, in quibus omnibus semper illa habetur expressio de pertinentia Patronali ad Communitatem, & Homines loci Morbinei absque ulla alia superadditione alterius qualitatis, juncta præsertim observantia, juxta quas patet, & à Scribentibus pro Delphino non negabatur, quòd in omnibus statibus semper fuerint sinè contradictione ad eligendum admissi Habitatores de Artio, della Valle, de Camperbolo, aliarumque Villarum, & Locorum adjacentium immediatè subjectorum Parochiali Ecclesiæ S. Matthæi della Valle, & præcipuè in statu anni 1636. admissi leguntur cum effectu subsecuto Habitatores Locorum de Al-

Albaredo, & de Bema, *Summario Caſtelli n.6. lit.B. & C.*

Hinc deſcendendo ad examen illorum triginta duorum votorum, quæ à calculo Caſtelli deleri prætendebantur, compertum extitit non omnia triginta duo in universum ſpernenda fore, ſed quamplura ex illis extra omnem dubietatis aleam ſuperaddenda favore Caſtelli, & præcipuè undecim prolata ab Hominibus ex familiis *Petrella*, *Tarabina*, & *de Nigris* Loci de Albaredo, citra quod poſſet de eorum computatione dubitari, eo quia non eſſent de Communitate Terræ Morbinei, ad quem ſpectat electio; Communitas enim, & Homines de Albaredo, ac Contratæ Locorum della Valle, de Artio, de Tartuſellis, & de Camplano vicinantiæ Communitatis, & Montis Morbinei jam dudum ſubjecta Eccleſiæ Parochiali ejuſdem Loci de anno 1480. Supplicarunt quidem, & ab Ordinario obtinuerunt ab illa diſmembrari, attenta ipſius Eccleſiæ diſtantia, & in Parochialem erigi Eccleſiam S. Matthæi de Valle. Verùm ex ipſamet diſmembratione reſultat eamdem Eccleſiam Collegiatam, & Archipresbyteralem Morbinei remanſiſſe Matricem, & Eccleſiam S. Matthæi noviter in Parochialem erectam illius filialem, & ratione filiationis ei ſubjectam, ac per conſequens etiam Homines huic novæ Parochiæ ſubjecti reputari debent de eadem Communitate Morbinei, & tanquam tales dijudicari, ita quod poſſint ferre ſuffragium in electione Archipresbyteri, ut optimè obſervat ſecunda hujus Cauſæ deciſio §. *Et profectò*, & §. *Nihilque turbat coram R.P.D. meo Falconerio*.

Idque ipſum optimè conſtitit apud Dominos comprobatum ab obſervantia ſubſecuta in ſucceſſivis electionibus anni 1636. 1645. 1676., & 1700., in quibus admiſſi fuerunt inter Eligentes abſque ulla reclamatione Homines eorumdem Locorum, & præſertim ipſiusmet Loci de Albaredo, ac in individuo ex eiſdemmet familiis Tarabina, & de Nigris, ex qua admiſſione ipſi abſque ulla hæſitatione conſtituti remanſerunt in quaſi poſſeſſione eligendi, per *Text. in cap. cùm Eccleſia de cauſ. poſſeſs. & propriet. Lambertin. de jurepatr. lib.2.par.2. q.2. art.16. nu.2. Rota coram ſa.me.Gregor.XV. deciſ.* 517. *n.* 5. & *Rota poſt Vivian. de jurepatron. deciſ.* 110. *n.*7., & proinde cùm Habitatores prædicti habeant pro ſe ferè centenariam, inutiliter hodie eorumdem habilitas ad eligendum impugnatur, ſed debent in pervetuſta poſſeſſione confirmari, vt advertit *Rota in Bononien. Beneficiorum de Caſtello 2. Maji* 1712. §. *Hæc juris præſumptio coram me, & in illius confirmatoria ſub die 9. Junii* 1713. §. *Atque hæc coram Reverendiſs. D. meo Anſaldo*.

Fruſtrà autem hujuſmodi obſervantiæ efficacia elidi prætenditur ex juribus per Delphinum noviter exhibitis, quibus probari contenditur ab anno 1556. uſque ad annum 1636. etiam in dicto Loco Morbinii habitaſſe eaſdem familias *del Negro*, *de Petrellis*, *de Tarabinis*, & *de Tacchinis*, quæ in dictis ſtatibus enunciantur, ex quo Defenſores Delphini arguebant, quòd perſonæ de dictis familiis in eiſdem ſtatibus numeratæ reputari deberent potiùs de Habitantibus Morbinei, quàm de Incolis Albaredi: Quandoquidem quòd dictæ familiæ in dictis ſtatibus enunciatæ eſſent familiæ habitantes in Loco Albaredi, non autem Morbinei, ſatìs clarè colligitur ex ipſo ſtatu anni 1636. ubi poſt enumerationes omnium, qui ad votum ferendum acceſſerunt, enunciantur etiam omnes Habitatores partim Morbinei, partim Albaredi, *Summario Caſtelli n. 6. lit. C.* In aliis verò ſtatibus bis anni 1645., & 1676. facta fuit diſtinctio Hominum de Morbineo ab illis aliis Hominibus del Monte, mediante illa particula diſtinctiva appoſita poſt deſcriptionem Hominum de Morbineo, ibi-- *Omnes de Morbineo* -- ac etiam altera appoſita poſt deſcriptionem aliorum Hominum diverſorum Locorum Montis Morbinei, ibi: *Omnes del Monte dicti Communis Morbinei.* Cumque inter iſtos tantùm del Monte reperiantur deſcripti præcitati Homines dictarum familiarum del Negro, de Petrellis, de Tarabinis, & de Tacchinis, *Summario Caſtelli num. 5. litt. F. & G., ac num.8. lit.B. & C., ac num. 9. lit. D. & E.* Illico in conſequens naſcitur, quòd prædictæ familiæ del Negro, de Petrellis, de Tarabinis, & de Tacchinis, quæ votarunt in omnibus mox ſupra relatis ſtatibus, non potuerunt eſſe familiæ de hoc cognomento inhabitantes in Terra Morbinei, ſed

sed perneceſſe debuerunt eſſe illæ familiæ de hoc eodem cognomento exiſtentes in Loco de Albaredo, cùm in prædictis Inſtrumentis electionum deſcriptæ non reperiantur inter Homines de Morbineo, ſed inter Homines del Monte, ubi ſitus eſt Locus de Albaredo.

Certoque certius in hypotheſi, ubi impugnari nullatenus poteſt, quòd Eccleſia Parochialis Albaredi, ratione matricitatis ſit ſubjecta Eccleſiæ Archipresbyterali Morbinei, cùm ab eadem anno 1480. diſmembrata fuerit, & in ipſo actu diſmembrationis Ordinarius declaraverit id feciſſe ad inſtantiam Communitatis, & Hominum de Albaredo Locorum *della Valle, de Artio, de Camplano* vicinantiæ Communitatis, & Montis Morbinei, ex qua profectò declaratione optimè elicitur omnia ſuper enunciata loca comprehendi ſub dicta Communitate Morbinei.

In nihilo obſtantibus ſtatibus annorum 1645. 1676., & 1700., quia etſi in illis explicitè nominatus non appareat locus de Albaredo, deſignatus tamen extitit per æquipollens, & illi de Albaredo cenſeri debent comprehenſi ſub denominatione in illos del Monte, ibi — *Omnes del Monte* dictæ Communitatis Morbinei, & in omnem caſum cùm iidem ſtatus non ita ſint clari pro excluſione, ſicuti eſt clarus pro incluſione ſtatus anni 1636. utique iſte debet præferri, taliterque familiæ ibidem præſentantes ad præſentationem perpetuò admitti. *Adden. ad Gregor. deciſ.* 434. *n.* 20. *Buratt. deciſ.* 776. *n.* 12. *verſ. ex prædictis, Rota deciſ.* 423. *n.* 12. *par.* 14. *& dec.* 215. *n.* 7. *par.* 15. *rec.*

Accedente potiſſimè confeſſione ipſius met Delphini Collitigantis, qui ultro fatetur, Homines della Valle, & de Artio in eadem diſmembratione anni 1480. comprehenſos pacificè gaudere jure in hac electione votandi, unde ad evidentiam confirmatur pariter Homines de Albaredo conſimili jure frui debere, nè una, & eadem diſpoſitio diverſo jure regulatur, ad *Text. in l. nam hoc jure ff. de vulgari, & pupill. Rot. coram Priolo deciſ.* 176. *nu.* 7. *& in Romana donationis de Corſinis* 3. *Julii* 1711. §. *Nulliuſque coram R.P.D. Aldrovando.*

Neque obſiſtere viſum fuit, quòd in ultimo ſtatu non fuerint admiſſi ad præſentandum Homines de Albaredo, quia ex eodem palàm fit, expleviſſe præſentationem Paulum Tarabinum, Joannem, & Jacobum Tacchinum, quæ familiæ ſicuti reputantur de habitantibus in Loco Albaredi, ita innegabilis redditur eorumdem concurſus, & pſomiſcua admiſſio ad præſentandum.

Vindicatis igitur ab omnibus exceptionibus ſupradictis undecim vocibus illorum de Albaredo, eiſdemque adſcriptis catalogo Caſtelli, cenſuerunt Domini illos quoque de Talamona ejus favore eſſe adſcribendos, & ita alias quinque voces pro eo enumerandas; Neque pro delatione iſtarum vocum ſuffragantur exceptiones per Delphinum promotæ tam circa ſeparationem, & diſtinctionem formalem, quàm etiam circa illorum excluſionem in ſtatibus præcedentibus perperam elicitam, quia ultra proximè animadverſa circa illos de Albaredo, quæ coæquali jure procedunt reſpectu illorum de Talamona, urget inſuper validior circumſtantia, quòd dicti Homines de Talamona pluries exercuerunt munus Syndicatus Morbinei, *Summar. Caſtelli num.* 5. ex quo quidem civilitas dicti Loci manifeſtè eruitur, ut inquit *Text. in l.* 1. *ff. ad municip. Rebuff. in l. Municipes ff. de verb. ſignific. Cyriac. contr.* 13. *n.* 6. *Gobb. conſult.* 45. *n.* 33. *& conſult.* 113. *n.* 3.

Prædicta exuberant, at citra ullam neceſſitatem rigidè etiam proſequentes Domini examen aliarum vocum pro præſentatione Caſtelli, cenſuerunt iſtius favore eſſe addendas voces Antonii Guarinoni, & Franciſci Petrelli, qui, ut juſtificatur *Summar. Additionali Caſtelli num.* 7. ortum habuerunt à Morbineo, & licèt opponatur eorumdem habitationem extitiſſe extra Morbineum; nihilominus cùm iſta habitatio ſortiri potuerit accidentaliter, & ipſi ſint verè oriundi, exinde amittere civilitatem non potuerunt, prout inſpecta etiam juris cenſura, ille, qui in aliquo Loco naſcitur, dicitur Civis, & Terrigena ejuſdem Loci, licèt ibidem non commoretur, ad *Text. in l. aſſumpt. ff. ad municipal. leg. Civis C. de Incolis lib.* 10. *Surd. conſil.* 343. *nu.* 21. *Menoch. conſil.* 80. *nu.* 10. *Rota coram Merlin. deciſ.* 63. *n.* 19. *in rec. deciſ.* 647. *num.* 1. *par.* 1. *deciſ.* 137. *num.* 4. *par.* 5. *& deciſ.* 364. *num.* 3. *par.* 15. *recent.*

Ulte-

Ulteriùs connumeranda eſt vox Joſephi Vicedomini de Morbineo, cui licèt objiciatur, quòd non ſit caput familiæ, tollitur tamen objectum ex facto diviſionis ſequutæ de anno 1688., & ideo pro capite, & patre familias reputari debet, & recipi ad votum ferendum, prout etiam videtur adſcribenda vox Joannis Fontanæ, qui tamquam legitimè impeditus potuit per ſchedulam ritè nominare, & denique augendæ ſunt infallibiliter voces Matthæi Mariani, & Ambroſii Caſalis, quorum jus non controverſum, licèt elidi velit ſub obtutu, quòd illorum vota fuerint extorta per minas, quippe cùm de hoc non doceatur niſi per ſimplices, & informes probationes, utique in facti theſi, qua magis rigoroſa, & ſtricta requiruntur documenta, exceptiones hujuſmodi non poſſunt juvare; Taliterque hiſce omnibus vocibus, abſque dubio Caſtello adſcribendis, conſtituentibus pluralitatem, meritò illis ſuperaddita extitit vox Grierii, qui explicitè proteſtatus fuit concurrere velle cum pluralitate, ſive cum majori numero.

Ex his omnibus ad evidentiam conſtito, numerum ſuffragantium pro Caſtello eſſe longè majorem, authumarunt Domini tale quid ſatis eſſe ad convincendam juſtitiam ſententiæ Rotalis confirmantis inſtitutionem Caſtello delatam, abſque eo quod opus ſit inquirere ſuffragia lata pro Delphino, quibus tamen ad exuberantiam etiam rimatis, eò magis clarum apparuit jus Caſtelli; Quoniam Domini ex quadraginta ſex demendas eſſe exiſtimarunt voces Canonici Malaguzini, ac Damiani Ronconi, quorum votum, tanquam ſinè ullo mandato in Conſilio exhibitum, non videtur admittendum, non refragante ſuccedanea ratificatione, quia tanquam lata extra Conſilium nullius remanſit efficaciæ, ut firmatum fuit in antecedentibus deciſionibus, ac propterea ſemper ſubſiſtere majoritatem vocum pro Caſtello, & conſecutivè inſtitutionem ejus favore demandatam.

Et ita in reliquis approbando ea omnia deducta in antecedentibus deciſionibus coram R.P.D. meo Falconerio, & ad ea ſeſe remiſſivè habendo Domini reſponderunt. Vtraque parte acerrimè informante.

ARGUMENTUM.

Competente Jurepatronatus Parocho, & Parochianis, præſentatus à Parocho, & à nonnullis Parochianis, An dicatur præſentatus à majori parte Patronorum?

SUMMARIUM.

1 *Juſpatronatus reſervatum Parocho, & Parochianis, pro medietate ſpectat ad Parochum, & pro alia medietate ad Parochianos*; ſed limita, ut num. 2.

3 *Refertur ſententia* Hoſtienſis, & Gonzalez.

4 *Qui non eſt præſentatus ab omnibus Parochianis, An dicatur habere integram medietatem juriſpatronatus ad eos ſpectantem?*

5 *Præſentatus à Parocho, & à nonnullis Parochianis non dicitur præſentatus à majori parte Patronorum, ſed eſſe in paritate vocum cum præſentato à cæteris Parochianis.* Limita, ut num. 12.

6 *Electus ab Epiſcopo, & à nonnullis Capitularibus non dicitur electus à majori parte, reſpectu electi à cæteris Capitularibus.*

7 *Præſentatus ab una familia, cui competat una medietas, & à nonnullis alterius familiæ, cui competat altera medietas juriſpatronatus, non dicitur eſſe præſentatus à majori parte, ſed eſſe in paritate vocum cum cæteris alterius familiæ.*

8 *Minor pars unius vocis, quæ adhæret alteri voci, hanc non impinguat, nec auget.*

9 *Major pars ſuffocat, & attrahit ad ſe minorem.*

10 *Juſpatronatus relictum Parochianis cenſetur relictum utì ſingulis, non utì univerſis, ex juris præſumptione.*

11 *Juſpatronatus ſi ex obſervantia competat Parochianis utì univerſis, præſentatio eſt ab eis facienda collegialiter, & aliter facta eſt nulla.*

CASUS V.

REſervato Jurepatronatus à Fundatore in limine fundationis Parocho, & Parochianis Loci A. Parochus, & quatuor ex Parochianis in ſucceſſiva vacatione Beneficii præſentarunt Titium; Alii verò

rò Parochiani in numero sexaginta præsentarunt Cajum. Quæritur, An Titius præsentatus à Parocho,& ab istis quatuor Parochianis dicatur præsentatus à majori parte Patronorum ad effectum assequendi institutionem ab Ordinario vigore dispositionis præsentis *Canonis*.

1 Certum est, quòd hujusmodi Juspatronatus reservatum Parocho, & Parochianis pro medietate spectat ad Parochum, & pro alia medietate ad Parochianos utì universos, & per modum unius Collegii, & Universitatis, dum quando plures vocantur sub nomine collectivo, & alius sub nomine proprio; Vocati sub nomine collectivo, censentur vocati pro æquali portione cum vocato sub nomine proprio *l. si quis Titio, & hæredibus ff. de usufruct. accresc. Gonzal. in hoc cap. quoniam de jurepatr. Gonzal. super regul. 8. Cancell. glos. 3. n. 17. Card. de Luca de jurepat. disc. 34. n. 3. Barbos. vot. decis. 121. lib. 3. nu. 1. & seqq. Rota apud Crescent. decis. 4. de jurepat. & decis. 408. n. 1. & decis. 730. par. 1. diversi.* Cùm non concurrant hìc observantia, &
2 conjecturæ contrariam voluntatem Fundatoris suadentes. Etenim si concurreret observantia in contrarium, nimirum si Parochiani utì singuli cum ipso Parocho semper præsentassent,& unusquisque pro sua æquali voce; aut si Fundator relinquendo Juspatronatus Parocho, & Parochianis tacitè, vel expressè voluerit ad illos spectare collegialiter, & per modum unius Collegii Personarum, cujus caput sit Parochus, membra verò Parochiani, tunc etiam si Parochus sit vocatus sub nomine proprio, & Parochiani sint vocati sub nomine collectivo, non proinde censentur constituti duo distincti Patroni pro medietate, ita quod medietas Jurispatronatus spectet ad Parochum, & alia medietas ad Parochianos collectivè vocatos. *Dec. cons. 122. nu. 2. Card. de Luca de jurepat. disc. 34. n. 4. Rota in Cremonen. Beneficii 9. Martii* 1714. §. *Extranea coram R. P. D. Lancetta, &* 4. *Februarii* 1715. §. *Idque mirificè coram R. P. D. Cerro,* & plenè *in Lucana Cappellaniæ 2. Martii* 1716. *per tot. & signanter* §. *Efficacia cum sequentib. coram R. P. D. Crispo.*

3 Hoc posito. Dicendum videtur in hoc casu Titium esse præsentatum à majori parte Patronorum, ac instituendum esse ab Ordinario in Beneficio vacante ad exclusionem Caji præsentati à cæteris Parochianis. Vox enim Parochi constituens medietatem Jurispatronatus, & collimans in personam Titii,impinguata remanet à quatuor suffragiis quatuor Parochianorum, qui adhæserunt Parocho, itaut Titius non solùm dicitur habere integram medietatem spectantem ad Parochum, verùm etiam partem alterius medietatis spectantis ad Parochianos, & sic dicitur præsentatus à majori parte Patronorum, & præferendus venit Cajo præsentato à cæteris Parochianis, ut docere videtur *Hostien. in rubric. de concess. præben. num. 3. propè finem* ibi-- *Si verò invenias, quòd ipse solus (scilicet Episcopus) habito consensu unius Canonici, vel duorum vinceret omnes alios,tunc habet vocem tamquam Prælatus, sic fuit in Ecclesia Antipolitana, antequam esset Sedes translata apud Grassum, quia D. Bertrandus de Aquis, qui tunc præsidebat, ex quo habebat consensum unius, vel duorum Canonicorum in omnibus obtinebat* -- Et expressè tuetur *Gonzal. in hoc cap. Quoniam n. 2. in fine* ibi -- *quare si Rectori accedat unus ex Parochianis, ab eis præsentatus præfertur præsentato ab omnibus Parochianis.*

4 Ratio autem videtur esse, quia Cajus cùm non sit præsentatus ab omnibus Parochianis, non dicitur habere integram medietatem Jurispatronatus spectantem ad Parochianos, sed esse in disparitate vocis, ac in inferiori conditione constitutus cum Titio præsentato à Parocho,& à quatuor ex dictis Parochianis, ad effectum enim, ut quis dicatur habere integram medietatem Jurispatronatus Parochianorum requiritur, quòd in eo concurrant eorum omnium suffragia, juxta sententiam *Seraphini in Clement. Plures de jurepat.* relat. à *Lambertin. de jurepat. lib. 1. par. 2. quæst. 1. art. 27. num. 1. vers. & primam.*

5 Verùm opinionem hanc *Gonzalez* censeo insubsistentem, & contrariam sententiam magìs veritati consonam; Quoniam Cajus cùm habeat pro se majorem partem Parochianorum, qui eum præsentarunt, dicitur habere integram medietatem Jurispatronatus ad eos spectantem, & sic esse in paritate vocum cum Titio præsentato

tato à Parocho habente aliam medietatem Juriſpatronatus, itaut inter ipſos ſit locus gratificationi, ut dicam infra in *Can. IX. X. & XI. Rocc. de Curt. de jurepat. in verbo ipſe, vel is ſub num. 7. Angel. de impenſ. opuſc. 3. pag. mihi 335. num. 11. Rota deciſ. 519. n. 4. coram Cavaler. & deciſ. 424. n. 3. cum ſeqq. par. 18. tom. 2. rec.*, & nullatenus Titius dici poteſt præſentatus à majori parte Patronorum, non obſtante, quòd una cum voce Parochi habeat quatuor ſuffragia, quatuor ex Parochianis, quibus jure Collegii competit altera medietas Juriſpatronatus.

6 Quòd comprobatur paritate. Si Epiſcopus in electione ad Canonicatum habeat votum æquale voto totius Capituli, & ipſi eligenti ad Canonicatum adhæreant nonnulli Capitulares, non proinde electus ab Epiſcopo, & ab iſtis paucis Capitularibus diceretur electus à majori parte reſpectu electi à cæteris Capitularibus, ut rejecta opinione *Hoſtienſis ubi ſupra* firmant *Card. de Luca de Benefic. diſcurſ. 30. n. 8. Carol. Anton. de Luca ad Ventrigl. par. 2. annot. 2. §. 1. n. 3. Lotter. de re*

7 *benef. lib. 1. q. 15. nu. 36.* Si Juſpatronatus reſideat penès unam familiam pro medietate, & pro alia medietate penès aliam familiam, & una familia præſentaret. E.g. B., & altera diviſa in octo voces, quarum duæ adhærerent dicto B. præſentato ab alia familia, non ex hoc diceretur B. præſentatus à majori parte, ſed eſſe in paritate vocum. *Angel. de impenſ. d. opuſcul. 3. pag. 334. n. 10. Rota deciſ. 519. nu. 2. coram Cavaler. & deciſ. 153. n. 4. par. 18. tom. 1. recent.* Ergo etiam in caſu præſenti Titius præſentatus à Parocho habente medietatem Juriſpatronatus, & à quatuor ex ſexaginta quatuor Parochianis habentibus aliam medietatem, dici non poteſt præſentatus à majori parte Patronorum, ſed eſſe in paritate vocum cum Cajo præſentato à ſexaginta Parochianis.

8 Ratio eſt, quia illa quatuor ſuffragia eorum quatuor Parochianorum, qui ſe ſegregarunt à cæteris Parochianis, & adhæſerunt Parocho, non impinguant, nec augent vocem Parochi, nec ei aliquid addunt, ſed abſorta, ſuffocata, & attracta remanſerunt ab aliis Parochianis, juxta

9 naturam majoris partis alicujus Univerſitatis, aut Collegii, quæ eſt ſuffocare, & attrahere ad ſe minorem. *Abb. in cap. Poſtulaſtis de conceſſ. præben. num. 14.*, & expreſsè docent *Lambertin. de jurepat. lib. 1. par. 2. q. 1. art. 27. n. 2. verſic. non omittam, Card. de Luca de jurepatr. diſc. 32. num. 6. & 7., & de Benefic. diſc. 30. n. 9. Lotter. de re benefic. lib. 2. q. 11. n. 136. Rota deciſ. 21. n. 1. & dec. 436. n. 1. coram Cavaler. & in Aprutina Parochialis 15. Januarii 1703. §. Non obſtante coram Eminentiſs. Priolo* inferiùs legen.

Multoque magìs hujuſmodi quatuor ſuffragia, quæ adhæſerunt Parocho, nullatenus adaugere poſſent vocem Parochi, & tribuere Titio aliquod jus ad effectum, ut dicatur præſentatus à majori parte Patronorum, ſi ipſi quatuor Parochiani non collegialiter, ſed ſingulariter, & ſeparatim, & in locis diverſis deveniſ-

10 ſent ad actum præſentationis unitim cum Parocho. Etenim licèt ex juris præſumptione Parochiani ſeparatim, & utì ſinguli præſentare poſſint, eo quia cùm ſint homines particulares, & non habentes ullam notam Univerſitatis, vel Collegii, jus præſentandi cenſetur eis conceſſum utì ſingulis, non utì univerſis, *Abb. conſ. 76. n. 1. lib. 2. Calderin. de jurepat. conſ. 9. n. 1. & 2. de jurepatr. Lambertin. de jurepatr. par. 2. lib. 2. q. 2. art. 9. nu. 15. Barboſ. vot. deciſiv. 125. nu. 23. lib. 2. Rota in Hippo-*

11 *regien. Parochialis 21. Junii 1700. §. In hypotheſi coram Reverendiſs. Molines Decano.* Tamen in caſu præſenti, ubi concurrit conſuetudo, & obſervantia explendi præſentationem ab omnibus præfatis Parochianis jure Collegii, illi quatuor Parochiani debebant præſentationem exarare cum aliis 60. Parochianis per ſcrutinium utì univerſis, & non poterunt abſque vitio nullitatis præſentare ſeparatim, & conſequenter eorum præſentationes, & ſuffragia tanquam nulla, & irrita computari non poſſent, & in nulla conſideratione haberi mererentur, nec vocem Parochi augere, & impinguare valerent, juxta *Abb. in cap. ſcriptum num. 6. in fine de elect. Fælin. in cap. Paſtoralis num. 9. verſic. duo corpora de reſcript. Lambertin. de jurepatr. par. 2. lib. 2. q. 2. art. 9. nu. 2. Vivian. eodem tract. lib. 8. cap. 3. n. 15.* & alios, quos refert, & ſequitur *Rota in Bononien. Parochialis 26. Januarii 1711. §. Verùm coram R.P.D. Caffarello.*

12 Cæterùm si ex observantia, vel ex expressa, aut tacita mente Fundatoris, Juspatronatus non competeret pro medietate Parocho, nec pro medietate Parochianis utì universis per modum unius Collegii, tunc Titiùs, & Cajus præfati non dicerentur esse in paritate vocum, sed Cajus diceretur præsentatus à majori parte Patronorum, cùm haberet pro se 60. suffragia Parochianorum, Titius verò solùm quinque suffragia, nimirum Parochi, & quatuor Parochianorum, ac proinde præfatus Cajus esset in hoc casu instituendus, juxta dispositionem præsentis *Canonis*, & Doctores in *Commentario* relatos.

R. P. D. PRIOLO.

Aprutina Parochialis.

Lunæ 15. Januarii 1703.

IN vacatione Parochialis sequuta per obitum Martini, Episcopus ad illam præsentavit pro sua voce Sabbatinum, & pro alia fuit à Patronis Laicis præsentatus Carminus; Cumque iste literas Apostolicas obtinuisset cum derogatione medietatis vocum, illarum exequutionem reportavit in partibus; & prosequuta deinde Causa coram me in gradu appellationis, dubitatum fuit, An intraret arbitrium pro earumdem literarum retardatione, & comperta illarum verificatione favore Carmini tunc informantis, prodiit negativa resolutio, & hodie DD. non obstantibus iis, quæ in contrarium adducebantur à Scribentibus pro Sabbatino, approbando resoluta, steterunt in decisis.

Valor quippe Parochialis narratus inducatis 24. auri de Camera justificatus remanet ex Testibus, & ex fide Subcollectoris datis pro parte Carmini; Cumque agatur de narrativa per non excessum, tales justificationes exuberare videntur, quia ad istum effectum sufficit etiam semiplena probatio, per ea, quæ tradunt *Card. de Luca de benef. disc. 90. n. 18.*, & *Ros. de execut. lit. Apost. par. 1. cap. 7. nu. 142. cum seqq.*

Nec pro augumento valoris attendi merentur duo Testes in contrarium dati; nam prætermisso, quòd illorum attestatio est extrajudicialis, & pendente lite emanata, adhuc tamen inter fructus certos Parochialis numerant oblationes, quartam funeralem, & alia emolumenta, quæ exegit tamquam Cappellanus Confraternitatis S. Annæ; Cùm enim ista percipiat non quidem ratione Ecclesiæ, sed potius contemplatione particularis servitii, quod præstat in munere Cappellani illius Confraternitatis, augere proinde non debent valorem Parochialis, ad tradita per *Perez de Anniversf. & Cappell. lib. 2. cap. 1. n. 35. & seqq. Castropal. oper. moral. par. 2. tract. 13. disput. 2. punct. 26. sub n. 27. vers. nihilominus, Rota coram Bichio decis. 255. nu. 21. & in rec. decis. 120. n. 19. par. 19.*

17 Sicuti ex his verificatus remansit valor Parochialis, ita faciliùs quoque justificata fuit narrativa quoad substantiam Beneficii; nam quod illud sit de Jurepatronatus, & pro medietate spectet ad Episcopum, & pro alia ad diversos Patronos Laicos, non ambigebatur inter Partes; Cumque Carminus fuerit præsentatus ab universo cœtu Patronorum, in quo juxta ultimos status radicata fuit alia medietas juris præsentandi, postquam iste obtinuit derogationem alterius medietatis, haberi debet perinde ac si fuisset ab omnibus præsentatus; nam satìs est, quòd præsentatio facta fuerit à descendentibus eorum, qui attento ultimo statu fuerunt in quasi possessione præsentandi, ut gratia pro Præsentato dicatur plenissimè justificata, *Rot. coram Dunoz. decis. 344. num. 4. & seqq. & in rec. decis. 73. num. 12. pariter cum seqq. par. 11. & in Isclana Beneficii 16. Martii 1696. §. Contra verò coram R. P. D. Tremoille.*

Non obstante, quòd radicato jure præsentandi in octo stipitibus diversarum familiarum, unus de familia Pistilla, & alius de familia de Deo, concurrendo cum Episcopo adhæserint illius præsentationi, ideoque dici non potest, quòd Carminus habuerit integram medietatem, dum pro se numerare non valet integras voces istorum stipitum; nam responsum fuit in decisione, quæ revidetur, quòd computatis omnibus suffragiis Patronorum Laicorum compertum fuit, quòd exceptis his duobus (quorum tamen voces suas patiuntur difficultates) unanimiter omnes aliis fecerunt præsentationem favore Carmini, unde isti habere dicitur integram

18 gram illorum medietatem ; quia in hac materia major pars ſuffocat , & abſorbet minorem,ut ſequendo magiſtralem theoricam *Lapi in Clement. Plures de jurepatr.* firmant præter allegatos *in deciſ. Rot. coram Caſſador. deciſ.2. de jurepat. Cavaler. deciſ.519. per tot. Duran. deciſ.* 198. *nu.*8. *& deciſ.*230. *num.*2. *& coram Dunoz. jun. deciſ.*956. *n.*4.

19 Ad evertendam tamen reſponſionem datam in deciſione replicabant Scribentes in contrarium, quòd nempe doctrina *Lapi* , & auctoritates ſuperiùs relatæ procedunt quando plures Patroni conſtituendo unicum corpus , & efformando quamdam ſpeciem Univerſitatis præſentant per modum unius , quia tunc integralitas vocis , quæ conſiſtit in illo corpore , ſcindi non poteſt in plures quotas,& ut conſervetur in ſua integralitate neceſſe eſt, ut major pars præjudicet minori , ſecus tamen eſt , quando Patronatus exiſtere reperitur apud plures, & diverſas familias , ex diverſis, & diſparatis ſtipitibus provenientes , quia tunc unuſquiſque dicitur habere ſuam vocem , ideoque una non ſuffocatur ab altera , & niſi in Præſentato concurrant omnium Patronorum ſuffragia , non dicitur habere integram vocem, ut explicando tradit *Garz. de benef.par.*5. *cap.*9. *nu.*225. *Card. de Luca de jurep. diſc.* 147. *n.*6. *cum ſeqq. & Rot. coram Pen. deciſ.*32. *n.*11. *& in rec. deciſ.*667. *n.*7. *verſ. neque in hoc par.* 18. & in iſto caſu verſari contendebant Defenſores Sabbatini,quia medietas controverſi Patronatus pertinet ad familias omnino diverſas , & ſeparatas , ut præſefert Arbor exhibita ab ipſomet Carmino , & quando vacationes evenerunt , nulla facta convocatione Patronorum , unuſquiſque ſeparatim præſentavit proprio jure ſingulari .

20 Verùm hæc replicatio, ſuper qua tota erat defenſio Sabbatini , ceſſare viſa eſt ex facto ; nam quidquid ſit , an iſtæ octo familiæ , quæ modò ſunt in quaſi poſſeſſione præſentandi procedant ab unico ſtipite , quamvis attenta identitate cognominis , & parentelæ , quoad quatuor columnellos , non leve deſumi poſſit argumentum , quod reliquæ omnes proveniant ab unico Patrono, & ab unico , eodemque ſtipite , ut advertit *Card. de Luc. de præem. diſc.*32. *nu.* 17. *& de fideic. diſc.* 50. *n.*14. certum tamen eſt , quòd in vacationibus ſequutis de annis 1633.1651. & 1676. apparet præſentationes fuiſſe expletas pro una medietate ab Epiſcopo, & pro alia à Compatronis Laicis in ſtirpes , & non in capita . Cùmque nullibi doceatur Compatronos ſeparatim deveniſſe ad actum nominationis , dicendum eſt, quòd ad ipſos collectivo nomine ſpectat medietas dicti Juriſpatronatus; nam in tanto temporis decurſu , & in tanta actuum multiplicitate , ſi nominationes factæ fuiſſent ſingulari nominatione Patronorum , darentur illorum ſingulares præſentationes; unde ſi Epiſcopus in actu inſtitutionis toties enunciavit , Juſpatronatus ſpectare pro una medietate ad ſe ipſum, ratione Epiſcopatus,& nulla facta ſpecificatione quoad perſonas particulares Compatronorum, eorumque quotas , uncias,& portiones generaliter faſſus fuit pro alia medietate ad ipſos ſpectare, hæc generalis,& collectiva expreſſio clarè demonſtrat , Patronos Laicos unitim ſemper , & in ſolidum præſentaviſſe non utì ſingulos , ſed tamquam univerſos , & per modum collectionis plurium perſonarum unum , & eumdem ſtipitem repræſentantes, ut tradunt *Abb. in cap. ſcriptum nu.* 6. *de elect.*, *ibique Imol. num. pariter* 6. *verſ. nota, Felin. in cap. Paſtoralis n.*9. *verſ. adde etiam de reſcript. Lambert. de jurepat.*2. *par. primi lib. prima quæſt. art.* 25. *num.* 18. *& Rota in Florentina de Ricaſolis impreſſ. apud Vivian. de jurepat. par.*1. *lib.*4. *cap.*1. *n.*71. §. *Non obſtat*,& in ejus confirmatoria, quæ habetur ibidem §. *Præterea* , *& in recent. deciſ.*237. *n.*2. *par.*13.

Ex hac obſervantia elicita ab ultimis ſtatibus , & cum qua etiam juſtificatur methodus præſentandi , remanet quoque ſublata conſuetudo , quæ dicitur vigere

21 Neapoli , dividendi nempe Juſpatronatus in uncias . Nam prætermiſſo, quòd illa locum ſibi non vindicat, niſi in ſola Civitate Neapolis , nec extenditur ad cæteras Regni partes, ut ex *Gofred. & Jo. Andrea* probat *Lambert. de jurepatron.par.*2. *lib.*1. *q.*2. *art.*36. *n.*3. *& q.*1. *art.*24. *n.*10. adhuc tamen DD. reflectebant, quòd hæc conſuetudo procedit in illis Patronatibus hæreditariis , ad cujus ſucceſſionem concurrunt plures hæredes inæqualiter inſtituti ; iſti enim vigore conſuetudinis,

tantam partem habere debent in Jurepatronatus, quantam partem habent in ipsa hæreditate; itaut ipsorum quota, & portio in jure præsentandi mensuram recipiat à quota, & portione hæreditatis. Talis autem consuetudo redditur inapplicabilis casui præsenti, in quo cùm Patroni alio modo præsentare non possint, quàm in stirpes, quia æquale est illorum jus in præsentando vigore consuetudinis, non potest habere plus unus, quàm alius, ut ad casum ponderat *Card. de Luc. de jurep. disc.61. n.4. cum seqq. & Vivian. eod.tract. lib.4. cap.1. n.56. pariter cum seqq.*

Cæterùm deveniendo etiam ad numerationem vocum in quolibet stipite, sex ex istis incontrovertibiliter numerabantur pro Carmino; quo verò ad alios duos DD. ponderabant, quòd stipes illorum de Pistillis erat pariter integre computandus pro Carmino; nam ex tribus, qui præsentarunt de anno 1633. descendentes duorum modò præsentarunt Carminum; alter verò defecit, & ultimus ex illo descendens erexit Cappellaniam, & nominavit Cappellanos; Cumque isti, qui successerunt in tota hæreditate pariter adhæserint præsentationi Carmini, attendi non debet in concursu hæredum præsentatio facta ab Executore Testamentario; Et quoad stipitem illorum de Deo recognoverunt, quòd illo subdiviso in duas voces, una præsentavit Carminum, & alia Sabbatinum; unde in casu hujus discordiæ putarunt, quòd sepositis his vocibus inter se discordantibus, totum jus præsentandi consolidatum fuerit in aliis Compatronis, qui juxta pluralitatem suffragiorum unanimiter collimarunt in personam Carmini, ut bene exemplificat *Ripa in l.re conjuncti 89. sub n.234. ff. de legat.3. Lambertin. de jurepatr. lib.2. par.2. q.2. art.19. Bellon. de jur. accresc. cap.6. q.48. n.28. Card. de Luc. de jurepat. disc.61. num.16. & Rot. coram Emerix jun. decis.1254. n.3.*

Et ita utraque Parte informante resolutum fuit &c.

ARGUMENTUM.

Gratia dispensationis obtenta à Præsentato inhabili à majori parte Patronorum absque expressione Compræsentati à minori parte habilis, an sit subreptitia?

SUMMARIUM.

1 *Taciturnitas veri malitiosa, ac dolosa vitiat Gratiam, & Rescriptum.*

2 *Taciturnitas veri etiam ex ignorantia proveniens, quæ sit inductiva Gratiæ, causat subreptionem.*

3 *Sacra Congregatio Concilii denegare solet Præsentatis inhabilibus dispensationes super inhabilitate, concurrentibus aliis Præsentatis habilibus.*

4 *Minori parti Patronorum habilem præsentanti consolidatur totum jus majoris partis inhabilem Præsentantis.*

5 *Gratia dispensationis obtenta à Præsentato inhabili à majori parte Patronorum absque expressione Compræsentati à minori parte habilis, non est subreptitia.*

6 *In dispensatione Apostolica est facienda mentio juris certi alterius, non verò juris incerti, & merè eventualis.*

7 *Præsentatus à minori parte impedire non potest, quòd Præsentatus à majori parte capacitatem consequatur intrà terminum juris.*

7 *Præjudicium quando dicatur esse?*

9 *Non quæcumque veritas est in supplicatione Apostolica exprimenda.*

CASUS VI.

COmpetebat Juspatronatus ad Beneficium pluribus Personis uti singulis, quarum duæ Partes vacante eodem Beneficio præsentarunt ad illud Titium inhabilem non habentem ex. gr. sufficientem ætatem sub conditione capacitatis, Tertia verò Cajum habilem. Hinc Titius obtinuit dispensationem super defectu ætatis intrà terminum juris, absque expressione, quòd Cajus præsentatus à minori parte erat habilis. Quæritur in hoc casu, An Gratia dispensationis obtenta à Titio præsentato à majori parte Patronorum sit subreptitia?

In hac quæstione respondendum videtur affirmativè. Titius namque incapax obtinendi Beneficium ob defectum ex. gr. ætatis, & præsentatus à majori parte Patronorum sub conditione capacitatis obtinuit gratiam dispensationis super dicto defectu, tacendo, & occultando Summo Pontifici concursum, seu præexistentiam alterius compræsentati à minori parte habilis, & quidem malitiosè, ac dolosè, nè

nè Summus Pontifex ſciens adeſſe alium compræſentatum habilem, ei denegaret petitam diſpenſationem, ex quo ſequi-
1 tur, quòd gratia diſpenſationis per eum obtenta ſit ſubreptitia, nulla, & irrita, dum taciturnitas veri malitioſa, ac doloſa in pœnam doli, & malitiæ abſolutè, ac indiſtinctè vitiat Gratiam, & Reſcriptum, cùm nemo ex dolo commodum reportare debeat, ad *Text. in cap. ſuper literis de reſcript. ibique Abb. nu.* 1. & 5. *Anan. num.* 1. *Butr. n.* 1. *Fagnan. n.* 10. *Roſ. de execut. lit. Apoſtolic. par.* 1. *cap.* 6. *n.* 93.

2 Sed etiam ſi hujuſmodi taciturnitas præexiſtentiæ alterius compræſentati habilis non eſſet malitioſa, ſed ex ſimplicitate, vel ignorantia proveniens, adhuc redderet gratiam nullam, & ſubreptitiam, quia eſſet inductiva, & cauſa gratiæ, dum ſi Papa ſciviſſet adeſſe alium compræſentatum à minori parte Patronorum habilem gratiam diſpenſationis Titio præſentato à majori parte ſub conditione capacitatis, aut non conceſſiſſet, aut difficilius; Princeps enim per ſuas gratias numquam præjudicium alicui inferre velle præſumitur, juxta *Gloſs. in d. cap. ſuper literis verb. Literas de diſſemus de reſcr. ibiq. Abb. n.* 4. & 6. *Anan. n.* 8. *Fælin. n.* 6. *Butr. n.* 3. & 10. *Bellam. n.* 13. *Fagnan. n.* 62. & *ſeq.* Et
3 de facto Sacra Congregatio Concilii denegare ſolet hujuſmodi diſpenſationes præſentatis inhabilibus, concurrentibus aliis præſentatis habilibus, ut ſequutum fuit in una *Bononien.* 16. *Julii* 1695. apud *Monacell. Formul. legal.* 7. *tit.* 2. *num.* 11. *part.* 3. Et in *Cremonen. Cappellaniæ* 8. *Julii* 1702., ubi cum Joſeph Antonius Gaſpar præſentatus à Pompeo ejus Patre tanquam ex proximioribus de agnatione Fundatoris ſupplicationem Sanctiſſimo porrexerit, ut dignaretur ſecum diſpenſare ſuper defectu ætatis, ſe oppoſuit alter Joſeph ex proximioribus de cognatione ejuſdem Fundatoris, contendens ſe præferri debere ob incapacitatem prædicti Joſephi Antonii attento defectu legitimæ ætatis, ſuper quo in ſui præjudicium diſpenſandum non ſit, quo ſtante propoſito dubio in Sacra Congregatione -- An ſit concedenda petita diſpenſatio -- fuit ab ea reſponſum -- *Negative* -- Unde in hoc caſu cùm præſentatus à majori parte Patronorum inhabilis ſub conditione capacitatis, non poſſit obtinere diſpenſationem in præjudicium præſentati à minori parte habilis, nec comparet alius intrà terminum Juris, qui ſit præſentatus à majori parte habilis; ſequitur, quòd inſtitutio in ſupradicto beneficio ſit concedenda Cajo habili præſentato à minori parte Patronorum, cui conſolidatum fuit
4 totum Jus majoris partis juxta *Palm. alleg.* 135. *num.* 1. *tom.* 2., *Rota in Mediolanen. Præpoſituræ* 3. *Martii* 1704. §. *Amaritudo coram R. P. D. Anſaldo, & alios ſuperiùs relat. Caſ. III. num.* 1.

Verum his omnibus poſthabitis cenſeo gratiam diſpenſationis ſuper defectu ætatis obtentam à Titio abſque expreſſione, quòd aderat Cajus habilis præſentatus à minori parte Patronorum non eſſe ſubreptitiam; quoniam præſentatus à majori parte Patronorum inhabilis ſub conditione capacitatis non tenebatur exprimere Summo Pontifici, quòd aderat alius compræſentatus à minori parte habilis, iſte enim non habebat jus quæſitum certum, & indubitatum ad Beneficium, ſed Jus quærendum, incertum, & eventuale, & in ſpe nimirum, ſi & quatenus intrà terminum Juris, & in ultimo die quatrimeſtris, præſentatus à majori parte Patronorum effectus non fuiſſet capax, vel naturaliter, vel per diſpenſationem, ac proinde non erat hoc exprimendum
6 Summo Pontifici; licèt namque in diſpenſatione Apoſtolica ſit facienda mentio Juris certi, & de præſenti radicati eo quia ſi Papa ſciret adeſſe hujuſmodi Jus alterius, gratiam diſpenſationis ſupplicanti non concederet, aut difficilius; tamen non eſt facienda mentio Juris incerti merè eventualis, & in ſpe alterius, & cùm tacetur, non cauſat ſubreptionem, eo quia etiam ſi Papa hoc ſciviſſet, adhuc gratiam eadem facilitate conceſſiſſet, ut docent *Fagnan. in cap. ſuper literis de reſcript. num.* 70. §. *Doctores in fine Roſ. de execut. liter. Apoſtolic. part.* 1. *cap.* 6. *num.* 101., *Rota in Mediolanen. Præpoſituræ* 3. *Martii* 1704. §. *Amaritudo coram R. P. D. Anſaldo*, & 23. *Januarii* 1705. §. *Quin hujuſmodi coram R. P. D. Molines Decano.*

7 Nec præſentatus à minori parte Patronorum habilis poteſt ſe opponere, & impedire, quòd præſentatus à majori parte Patronorum inhabilis ſub conditione capaci-

pacitatis intrà terminum Juris se habilitet, sicuti enim non potest impedire, quòd major pars variando præsentet alium habilem intus eumdem terminum, aut si eadem major pars peteret expectari, & differret præsentationem usque ad finem termini, ut fieri posse, docet *Card. de Luc. de Jurepat. disc.* 45. *num.* 8. Præsentatus à minori parte non posset impedire, quòd interim præsentandus obtineret capacitatem; Ita nec poterit impedire, quo minus præsentatus à majori parte capacitatem intrà terminum Juris consequatur.

8 Ratio autem evidens est, quia Summus Pontifex concedendo gratiam dispensationis super defectu ætatis præsentato à majori parte Patronorum, verè, & propriè nullum præjudicium infert præsentato à minori parte; illud enim verè, & propriè adesse dicitur, quando tollitur jus certum, & de præsenti radicatum, non verò jus merè eventuale, & in spe, *Lotter. de re benefic. lib.2.q.55.n.20. Card. de Luca de jurepat.disc.70.n.17. Præceptor meus in Parergon.n.20.* Dum quando tollitur jus merè eventuale, adesse dicitur præjudicium merè eventuale, quod non meretur nomen præjudicii, nec est ullæ considerationi dignum. *Gomes. super reg. de non tollen. jur.quæs. q.3.fol.71. num.9. Fagnan. in cap. cùm simus nu. 17. de Regul. Gonzal. super reg.8. Cancell. glos.* 45. §.1. *n.48. Rota decis.* 267. *n.12. & seq. par.15. & decis.*107. *n.18. par.4. tom.2. rec.*

Ex quibus patet responsio ad ea, quæ superiùs in contrarium deducebantur. Titius enim inhabilis præsentatus à majori parte Patronorum, sub conditione capacitatis non expressit Summo Pontifici in literis dispensationis, quòd aderat alius à minori parte compræsentatus habilis, nec ex malitia, nec ex ignorantia,

9 sed quia non tenebatur hoc exprimere; dum non quæcumque veritas est in supplicatione exprimenda, sed solùm illa, quam si Papa sciret, aut non concederet, aut difficilius, juxta supradictum *Text. in cap. super literis de rescript.* ibique Doctores omnes *Rot. in Caurien. Beneficii super manutentione 3. Martii* 1704. §. *Nec illum coram R. P. D. Lancetta.*

Supradictæ autem resolutiones Sacræ Congregationis Concilii non applicantur; procedunt enim quando concurrit alius præsentatus habilis, qui habet jus magis certum, & non ita eventuale, ut est proximior de cognatione per posteriùs vocatus, capax, & habilis, qui cùm sit præsentatus directè ab ipsomet Fundatore, dicitur habere jus certum ad Beneficium in casu, quo præsentatus de agnatione sit inhabilis, cùm in hoc casu Patronus neque potest præsentare illum de agnatione inhabilem sub conditione capacitatis, & consequenter neque hæc ei concedi valet in præjudicium directè vocati ab ipsomet Fundatore. Licèt enim quando Patronus habet jus præsentandi ad sui libitum cum restrictione ad eorum genus, possit præsentare unum de genere quamvis incapacem sub conditione capacitatis, tamen quando agitur de directa vocatione, non potest Patronus præsentare aliquem de genere sub conditione capacitatis, *Card. de Luc. de jurepatron. disc.*45. *n.*7.

CANON

CANON IV.

Ex eodem Concilio Lateranensi.

PRæterea, quia in tantum quorumdam Laicorum processit audacia, ut Episcoporum auctoritate neglecta, Clericos instituant in Ecclesiis, & removeant, cùm voluerint; possessionem quoque, atque alia Ecclesiastica bona pro sua voluntate plerumque distribuant, ipsos anathemate decernimus feriendos. Clericus autem, qui Ecclesiam per Laicos sinè proprii Episcopi auctoritate receperit, communione privetur, & si perstiterit, à ministerio Ecclesiastico, & ordine deponatur.

CANON V.

ALEXANDER III. Eboracen. Archiepiscopo.

CUM Laici, Episcopis nescientibus, aut non consentientibus, Ecclesias Clericis concedunt, in quibus habent Juspatronatus, & postea pœnitentia ducti, alios ad easdem Episcopis repræsentant, & illi ad eorum præsentationem in eisdem Ecclesiis ab Episcopis instituuntur: Eorum debet institutio stare, qui auctoritate sunt Episcopi instituti, concessione priori, quæ nulla est, omnino evacuata. Non enim licet Laicis Clericos in Ecclesiis præsumptione propria ordinare.

CANON VI.

Idem Adonen. Episcopo.

COnsuluit nos, & infra &c. Cùm Sanctuarium Dei jure hæreditario teneri non possit, non decet aliquatenus sustineri, ut Clerici Ecclesias à Parentibus suis fundatas propria auctoritate detineant, aut Laici filiis, vel aliquibus aliis concedant easdem.

CANON

CANON VII.

Idem Archiepiscopis, & Episcopis per Angliam constitutis.

RElatum est nobis, quòd nonnulli occasione Laicæ recognitionis, non requisita Episcopi audientia, Beneficia Ecclesiastica sibi præsumunt in vestris Parochiis vendicare. Quoniam igitur hujusmodi Personæ non intrant per ostium, sed aliunde conscendunt, ac per hoc indigni sunt Pastoris nomine, vel prærogativa gaudere. Mandamus, quatenus eos si commoniti prædicta minimè resignaverint (nisi Episcopali concessione muniti fuerint) de officio reddatis, & beneficio alienos, & infra.

CANON VIII.

GREGORIUS IX. Episcopo Eboracen.

TRansmissæ ad nos tuæ literæ continebant, quòd cùm Capitulum Eboracen. Ecclesiam de Gameforde vacantem, in qua jus obtinent Patronatus, Roderigo Clerico concessissent; Ipsi postmodum Lucium Clericum tibi ad eamdem Ecclesiam præsentarunt post appellationem ab eodem Roderigo ad Sedem Apostolicam interjectam &c. Consultationi tuæ taliter respondemus, quòd cùm ex vi Jurispatronatus non concessio, sed præsentatio pertinet ad Patronum, præsentatum (si ei aliquid non obsistat Canonicum) instituere in ipsa Ecclesia poteris, utpote potiorem.

COMMENTARIUM.

ISTos Canones hic simul exposui, quia per eos idem disponitur; sed adverte, quòd in Decretalibus, Quintus Canon supra transcriptus est in ordine il 10., Sextus est il 15. Septimus est il 21., & Octavus est il 31. Ex illis igitur sequentes deduco Conclusiones.

Prima: PATRONUS, SIVE LAICUS, SIVE CLERICUS NON POTEST AUCTORITATE PROPRIA INSTITUERE CLERICUM IN ECCLESIA PATRONALI, NEC ISTE POTEST A PATRONO RECIPERE, ET RETINERE ECCLESIAM PATRONALEM SUB POENA EXCOMMUNICATIONIS.

Secunda: PATRONUS SI CONTULERIT PROPRIA AUCTORITATE ECCLESIAM CLERICO, POTEST HOC NON OBSTANTE PRÆSENTARE AD DICTAM ECCLESIAM ALIUM, QUI AB EPISCOPO INSTITUI DEBET, PRIORI CONCESSIONE EVACUATA.

Tertia: BENEFICIA JURE HÆREDITARIO POSSIDERI NON POSSUNT.

Quarta: PRÆSENTATIO FIERI DEBET CORAM EPISCOPO HABENTI INSTITUERE: Ita in his Canonibus

Ab b.

Abb., Innocent., Butr., Gonzal., Bero. in cap. Præterea, Navarr. lib. 5. conf. 37. de Simonia num. 1., Lambertin. de Jurepat. lib. 2. par. 2. quæst. 7. art. 14., & par. 1. q. 1. art. 7. num. 1. & seqq., Barbos. in cap. Cùm Laici num. 1. & 2.

Prima Conclusio probatur etiam ex variis Canonibus à *Gratiano* congestis *in Causa 16. quæst. 7.* præsertim ex *Can. Nullus* ibi-- *Nullus omnino Archidiaconus, aut Archipresbyter, sive Præpositus, vel Decanus Animarum Curam, vel Præbendas Ecclesiæ, sinè judicio, vel consensu Episcopi alicui tribuat &c.* -- Ex Canone *Per Laicos* ibi -- *Per Laicos nullo modo quilibet Clericus, vel Presbyter obtineat Ecclesiam, nec gratis, nec pretio &c.* Et ex Canone *Si quis Clericus* ibi-- *Si quis Clericus, Abbas, vel Monachus per Laicos Ecclesias obtinuerit, secundùm Sanctorum Apostolorum Canones, & Antiocheni Concilii Capitulum excommunicationi subjaceat*-- Et ex Canone *Inventum* ibi-- *Inventum est, quòd multi arbitrii sui temeritate, & (quod est gravius) ducti cupiditate, Presbyteris quibuslibet absque consensu Episcoporum Ecclesias dant, vel auferunt. Unde oportet, ut Canonica regula servata, nullus absque consensu Episcopi sui cuilibet Presbytero Ecclesiam det*-- *Gloss. in cap. Cura Pastoralis de Jurepat. verb. Laicorum*, de quo infra *Can. XVII.*

Ratio autem principalis Conclusionis est, quia Patronis, sive Laicis, sive Ecclesiasticis, ratione fundationis, constructionis, aut dotationis Ecclesiarum non fuit concessum à Sacris Canonibus jus instituendi, & conferendi easdem Ecclesias, nè privarentur Episcopi ordinatione Ecclesiarum, & nè hæ providerentur de Personis minus dignis; cùm Patroni, præsertim Laici, non facilè possunt idoneitatem Personarum, quæ sunt Ecclesiis præficiendæ, agnoscere; Et denique nè minueretur libertas Ecclesiastica; sed solùm fuit eis concessum Jus præsentandi, ut deduxi superiùs *Par. I.* ex *Can. V.* Unde Patroni instituere, & concedere Ecclesias non valent, sed contenti esse debent sola præsentatione, & se gerere ad instar Patris respectu matrimonii carnalis. Sicuti enim in matrimonio carnali Pater non potest propria auctoritate conjungere filiam in matrimonium, dum hoc spectat ad Parochum, sed solùm potest eligere, & deputare sponsum propriæ filiæ, ita in matrimonio spirituali respectu Ecclesiæ Patronalis, Patronus, qui est veluti Pater, poterit eligere, & deputare propriæ Ecclesiæ Rectorem, non verò poterit instituere, seu conjungere in matrimonium spirituale illam cum Clerico, sed hoc pertinet ad habentem instituere, seu ad Episcopum, cùm sit Jus jurisdictionale ejusdem, ad *Text. in cap. Conquerente de offic. Judic. Ordin.*

Respectu quartæ Conclusionis agemus infra *Par. V. Can. II. & III.* Quoad verò primam, secundam, & tertiam Conclusionem sequentes differuntur Casus.

ARGUMENTUM.

Patronus Laicus An ex præscriptione possit habere jus instituendi, & conferendi Beneficium Patronale?

SUMMARIUM.

1 *Jura Episcopalia præscribi possunt per Inferiorem, dummodo concurrant longæva possessio, & titulus solùm coloratus.*

2 *Scientia, & patientia Episcopi an præbere possit Patrono Laico sufficientem titulum ad præscribendum jus instituendi?* & num. 13. & 15.

3 *Episcopus concedere potest jus instituendi Patrono Laico, accedente consensu, & confirmatione Apostolica.*

4 *Immemorabilis possessio juris instituendi, & conferendi Beneficium, an faciat præsumere in Patrono Laico privilegium Apostolicum?* & num. 17.

5 *Jus instituendi, & conferendi Beneficia, potest competere Patrono Laico, immo etiam fœminæ ex privilegio Apostolico.*

6 *Quidquid est ex privilegio concessibile, an etiam sit præscriptibile?* & num. 19.

7 *Conversi sunt capaces jurium spiritualium, & quare?* Vide num. 21.

8 *Institutio est triplex.*

9 *Patrono Laico ex sola præscriptione competere non potest institutio collativa, & quare.* Vide num. 10.

11 *Nec institutio authorizabilis eidem Laico ex præscriptione competere potest.*

12 *Ad præscribendum jus spirituale non sufficit quæcumque longæva possessio illius.*

14 *Episcopus in limine fundationis non potest reservare jus instituendi favore Patroni Laici.*

16 *Patronus Laicus possidens ex immemorabili jus instituendi sciente, & patiente Papa,*

Papa, dicitur illud jus præscripsisse, & quare? Vide ibi.

18 *Patrono Laico potest competere jus conferendi ex privilegio, non verò ex præscriptione, & quænam sit hujus differentia?* Vide ibi.

20 *Explicantur Textus* in cap. Cùm inter de consuetudine, & in cap. Dilectus 34. de Præben.

22 *Patronus Clericus ex præscriptione potest habere jus instituendi, & conferendi Beneficia.*

23 *Patrono Laico competere potest ex præscriptione institutio corporalis.*

CASUS I.

Residet ex lege fundationis Juspatronatus cujusdam Beneficii, vel Ecclesiæ penès eos de familia A., qui non contenti sola præsentatione per centum annorum decursum, & ultra in successivis vacationibus contulerunt præfatum Beneficium, ac in eo Personas idoneas instituerunt patientibus, ac consentibus Episcopis pro tempore. Vacante nunc eodem Beneficio modernus Episcopus statim prohibuit Patronis, nè amplius auderent illud conferre, qua prohibitione non obstante illi de familia A. Patroni devenerunt ad illius collationem, & institutionem in personam certi Clerici, prætendentes se per tanti temporis spatium præscripsisse jus instituendi, seu conferendi hujusmodi Beneficium. Quæritur proinde An præfati Patroni Laici præscribere valuerint jus instituendi, & conferendi dictum Beneficium, seu an eis competere possit institutio ex præscriptione.

1 Huic quæstioni respondendum videtur affirmativè; Omnia enim jura Episcopalia, jurisdictionalia præscribi possunt per inferiorem, ad *Textum in cap. Auditis de præscript.* ubi permissa fuit hujusmodi præscriptio contra Episcopos negligentes, desides, & sui juris contemptores ob bonum publicum universalis Ecclesiæ, ad quam pertinet, ut jura propria ab Episcopis non negligantur, juxta *glos. in cap. Vigilanti de præscript. Gonzal. in cap. De quarta de præscript. n. 7.* dummodo concurrant longæva possessio, & titulus saltem coloratus, & putativus, qui præbeat justam causam præscribendi, ut de longæva possessione disponit *Text. in cap. Auditis, ibique glos. Abb. n. 5. Anan. n. 1. & 5. Bellamer. n. 1. & 5. & 11. Butr. n. 1. Alex. de Nevo n. 12.*, & de titulo saltèm colorato adest *Text. in cap. si diligenti de præscript. ibique glos. verb. Bona fides, & verb. Justus titulus, glos. in cap. 1. de præscript. in 6. verbo Causam tribuat*, & docent *Imol. in cap. præposuit n. 5. de concess. præben. Lotter. de re benefic. lib. 1. q. 24. n. 216. Card. de Luc. de jurisdict. disc. 1. n. 11.*, & alii apud *Rotam in Nullius, seu Fulden. jurisdictionis super bono jure 1. Junii 1708. §. Firmato coram R. P. D. Ansaldo.*

In casu præsenti concurrit longæva possessio, dum præfati Patroni Laici per centum annos, & ultra semper, & absque ulla interruptione contulerunt dictum
2 Beneficium sciente, & patiente Episcopo; concurrit etiam titulus saltèm coloratus, & putativus, nimirum scientia, & patientia Episcopi, quæ præbuit eis justam causam, ac titulum sufficientem ad præscribendum; Crediderunt enim, quòd si conferre Beneficium non potuissent, hoc eis Episcopus non permisisset, juxta *glos. in cap. cùm Ecclesia verb. brevitatem temporis de caus. poss. ibique Fagnan. nu. 38.* Ac proinde dicti Patroni Laici præscribere valuerint jus instituendi, & conferendi hujusmodi Beneficium, & eis competere potest institutio ex præscriptione, juxta auctorirates superiùs relatas; Nec Episcopus amplius insurgere potest contra illos, & eis prohibere collationem, & institutionem in dicto Beneficio; sibi enim imputet, si tanto tempore per Patronos Laicos gesta taciturnitate firmavit, juxta monitum *Glos. in d. cap. Auditis de præscript. verb. Imponentes.*

Non obstat, quòd Episcopus non possit concedere Laico jus instituendi, & conferendi, cùm nequeat abdicare à se jurisdictionem Episcopalem, & consequenter ejus patientia tribuere non potuit Patronis titulum sufficientem ad præscribendum. Licèt enim Episcopus jus instituendi à se abdicare, & illud Laico de per se concedere non possit; Hoc tamen facere
3 valet accedente consensu, & confirmatione Pontificis, seu beneplacito Apostolico, *Glos. in Can. Visis 16. q. 2. verb. tradit, Gonzal. in cap. Pastoralis n. 2. de donat.*

4 Quod beneplacitum Apostolicum ex lapsu tanti temporis interveniisse, & accessisse

ſe præſumitur, dum ſi in præſcriptione jurisdictionis Epiſcopalis cum Territorio ſeparato ſola centenaria, ſeu immemorabilis de per ſe ſumpta inducit titulum præſumptum privilegii Apoſtolici, multò magis præſumere faciet privilegium Apoſtolicum in præſcriptione ſolius juris inſtituendi, quod eſt quid minus, *Card. de Luca de judic. diſc. 35. n. 63. Rota in Theatina juriſdictionis 14. Maji 1708. §. Et licèt coram Eminentiſs. Scotto.*

5 Ratio autem eſt, quia jus inſtituendi, & conferendi Beneficia competere poteſt Laico ex privilegio Apoſtolico, *Text. in cap. Adrianus, cap. in Synodo diſt. 63. Lambertin. de jurepat. lib. 2. par. 3. q. 1. art. 11. Garzias de Benefic. par. 1. cap. 2. n. 33.* immo etiam fœminæ, ut reſolutum fuit à Sacra Congregatione Concilii *in Mediolanen. juris conferendi 17. Decembris 1701.* ubi prætendente Abbatiſſa Monaſterii Monialium S. Mauritii ſibi competere jus conferendi Parochialem S. Mariæ ad Circulum, diſputatum fuit dubium -- *An ad Abbatiſſam ſpectet jus conferendi Parochialem Curam S. Mariæ ad Circulum ei, quem Ordinarius ad regimen Animarum idoneum approbaverit* -- & Sacra Congregatio reſpondit *Affirmativè*: Adeòque competere etiam poterit ex præſcriptione, quidquid enim eſt poſſedibile ex conceſſione

6 Papæ, eſt etiam præſcriptibile, ad *Text. in cap. duo de offic. Ordin. Fælin. in cap. ſi diligenti de præſcript. Kochior. de juriſdict. Ordin. in exempt. par. 1. q. 6. per tot. Rota in Nullius, ſeu Fulden. juriſdictionis ſuper bono jure 1. Junii 1708. §. Attamen 109. coram R. P. D. Anſaldo.*

Nec dici poteſt, quòd Laicus ſit incapax juris inſtituendi, & conferendi Beneficia, contrarium enim inſinuare videtur *Text. in cap. cùm inter de conſuetud.* integrè relat. per *Gonzal. in ſuis Commentariis tom. 1.* ubi deducitur, quòd etiam ex Fundatione Laicus acquirere poſſit jus inſtituendi, & conferendi ibi-- *Procurator verò ipſorum propoſuit exadverſo, quòd ipſa Eccleſia S. P. ab ipſa ſui fundatione libera extitit, & exempta, & de bonis Progenitorum Chariſſimi in Chriſto filii noſtri I. Anglorum Regis illic fundata fuerat, & dotata firmiter aſſeverans, & ex hoc credens ſuam intentionem fundare, quòd Decanatum, & Præbendam illius Eccleſiæ Rex, & Progenitores ſui conferebant, Diœceſano Epiſcopo inconſulto*-- Et *in cap. Dilectus 34. de præben.* ubi Patronus Laicus poteſt alteri donare collationem Eccleſiæ ibi-- *Quòd præfatus Decanus ex donatione Regis Præbendarum ejuſdem Eccleſiæ collationem haberet* -- Et reſolutum vidi à Sacra Congregatione Concilii *in Boſcuducen. Præbendarum 21. Auguſti 1677.* ubi Comes de Baſſiegnes habet jus conferendi Beneficia. Et patet in Converſis, qui licèt ſint Lai-

7 ci, tamen ſunt capaces jurium ſpiritualium, *gloſ. in cap. ex eo verb. Electionibus de elect. Abb. in cap. in Eccleſ. n. 7. de inſtit.*

Hæc omnia movere videntur intellectum ad aſſentiendum, quòd Patrono Laico competere poſſit inſtitutio, ſeu jus inſtituendi, & conferendi Beneficium Patronale ex præſcriptione. Sed eis non

8 obſtantibus contrarium eſt veritas; Pro cujus aſſecutione præſupponendum eſt triplicem eſſe ſpeciem inſtitutionis, alia enim eſt inſtitutio *collativa*, & hæc eſt collatio juris, ſeu tituli Beneficii, vel libera, & propriè dicitur collatio, impropriè verò inſtitutio, vel non libera, ſeu ad præſentationem alterius, & propriè dicitur inſtitutio. Alia *authorizabilis*, & hæc eſt collatio, & traditio Curæ, ſeu juris adminiſtrandi Curam, & poteſtatis ligandi, & ſolvendi in foro pœnitentiali. Et alia *corporalis*; Et hæc eſt traditio nudæ poſſeſſionis, totali jure jam translato, juxta diſtinctionem, quam tradit *Gloſs. in cap. Beneficium de regul. jur. in 6.*, & ſequuntur *Abb. in cap. cùm ſatis num. 1. de offic. Archidiacon., ibique Anan. nu. 1. & 2. Gonzal. n. 3. Bellamer. n. 8. Butr. nu. 6. Fagnan. in cap. cùm Eccleſia de cauſ. poſſeſſ. n. 28. & ſeqq. Imol. in cap. ſuper eo n. 17. de offic. delegat. Lambertin. de jurepat. lib. 2. par. 1. q. 1. art. 12. n. 16.* Hac inſtitutionis diſtinctione præſuppoſita.

9 Cenſeo Patrono Laico, ſecluſo privilegio, ex ſola præſcriptione, & conſuetudine, competere non poſſe inſtitutionem collativam, ſeu jus inſtituendi, & conferendi titulum Beneficii, ita tuentur *Abb. in cap. quod autem de jurepat.* de quo infra, *ibique Bero. n. 54. idem Abb. in cap. de hoc de ſimon. nu. 10.* ibi-- *Sicut audio Regem Franciæ, & aliquos Principes Orbis habere ex privilegio poteſtatem conferendi certa Beneficia, de conſuetudine tamen hoc non*

posset acquiri per Laicum, etiam si esset tanti temporis, cujus initii memoria non esset -- Zabarell. in cap. Præterea de jurepat. nu. 1. Rocch. de Curt. de jurepat. in verb. Honoricum q. 62. Imol. in cap. super eo de offic. deleg. n. 17. Lambertin. de jurepat. lib. 2. par. 3. q. 1. art. 12. n. 5. ibi -- *Et sic conclude Laicum non posse habere jus instituendi ex consuetudine, seu præscriptione tanti temporis, cujus initii memoria non existit, nisi fuerit per Papam approbata, & tunc tantùm militabit, in quantùm approbatio sonabit -- Garz. de Benefic. par. 1. cap. 2. n. 36. Oliva de for. Eccles. par. 1. q. 7. n. 56. Rot. in Aquinaten. Monasterii 26. Januarii 1601. penès eumdem n. 37.*

10 Ratio verò hujus desumitur ex eo, quia institutio collativa, seu jus instituendi, & conferendi titulum Beneficii est jus spirituale, cujus Laicus est omnino incapax, & mero jure attento illud possidere non potest, ergo nec præscribere, præscriptio enim habet locum, data capacitate personæ præscribentis, *Text. in cap. causam de præscript. & in cap. sinè possessione de regul. jur. in 6. ibique glos., Monach. in cap. licèt de præben. in 6. n. 5. Gonzal. in cap. Dilectus 34. de præben. n. 2. Alexand. cons. 74. n. 17. lib. 4. Rot. decis. 5. nu. 1. de jurepatr. apud Crescen. decis. 795. n. 10. & seq., & decis. 807. n. 9. coram Merlin.*

11 Multò minùs competere poterit Patrono Laico ex præscriptione institutio authorizabilis in Ecclesiis Parochialibus de jurepatronatus. Ad hoc enim, ut quis possit esse capax institutionis authorizabilis, seu juris conferendi alicui Curam, omnino, & indispensabiliter requiritur, quòd sit Sacerdos, dum Prælatus etiam inferior, aut alia Persona Ecclesiastica, si non sit Sacerdos, non potest habere jus instituendi authorizabiliter, juxta *Text. in cap. cùm satis de offic. Archidiac., ibique Abb. nu. 2. Anan. nu. 1. Butr. nu. 4. Bellamer. n. 12. Gonzal. n. 4.*

12 Nec suffragari possunt supradictis Patronis Laicis ea, quæ superiùs deducebantur; nimirum, quòd ipsi per centum, & ultra annos possederint institutionem collativam, seu jus conferendi Beneficium; nam etiam si illud possedissent per mille annos, adhuc illud non præscripsissent, sicuti etiam si per mille annos exercuissent officium Sacerdotale, non proinde dicerentur præscripsisse ordinem Sacerdotalem, *Alexand. cons. 74. n. 20. lib. 4. Joann. Andr. in cap. 2. de præbend. in 6.*, quem refert *idem Alexand. n. 19.* ibi -- *Ubi voluit, quòd quantumcumque ipse Laicus exercuerit actum collationis Beneficiorum, & sic actum spiritualem, numquam tamen potest illum actum præscribere, quia non est in eo capacitas possessionis illius actus* -- Ratio est, quia ad præscribendum jus spirituale non sufficit nuda, & simplex possessio, seu detentatio illius, sed requiritur possessio civilis, idest, ut persona sit talis, in qua cadere possit hujusmodi possessio, juxta *glos. in d. cap. causam de præscript. verb. detinere.*

13 Quòd autem iidem Patroni possederint per tanti temporis decursum dictum jus instituendi sciente, & patiente Episcopo, non exinde sequitur, quòd hæc scientia, & patientia Episcopi tribuerit ipsis titulum solùm coloratum, & putativum suffi-
14 cientem ad præscribendum. Episcopus enim non potest concedere Laico jus instituendi, immo nec illud reservare favore ejusdem Laici in limine fundationis, *Lambertin. de jurepatr. lib. 1. par. 1. qu. 9. art. 1. nu. 70. 96. & 105. Garz. de Benefic. par. 1. cap. 2. num. 35.* dum solus Summus Pontifex potest ex privilegio concedere
15 Laico hujusmodi jus. Unde scientia, & patientia Episcopi nec titulum coloratum eis præbere potuerit, *Lotter. de re Benef. lib. 1. q. 24. n. 166.* Cæterùm si præfati
16 Patroni spatio tanti temporis possedissent jus instituendi, & contulissent in omnibus vacationibus Beneficium Patronale sciente, & patiente Summo Pontifice, vigore hujus longævæ possessionis, seu præscriptionis competeret eis dictum jus; quia hæc possessio, seu præscriptio nota ei, qui potest privilegiare, æquipolleret privilegio, juxta *Fælin. in cap. cùm contingat de foro competen. n. 4.* ibi -- *Consuetudo nota ei, qui potest privilegiare semper æquipollet privilegio, videtur enim tacitè privilegiare.*

Non controvertitur, quòd licèt Episcopus non possit propria auctoritate concedere Patrono Laico jus instituendi, potest tamen hoc facere de consensu Papæ, & accedente confirmatione, seu beneplacito Apostolico; sed in casu præsenti ubi Laicus est in radice incapax instituen-

di

di in Beneficiis Eccleſiaſticis, hujuſmodi beneplacitum Apoſtolicum acceſſiſſe non præſumitur. Etenim & ſi poſſeſſio immemorabilis, & tanti temporis, de cujus ini-
17 tio memoria non exiſtit, habeat vim tituli, & ex ea præſumi valeat privilegium, ad *Text. in cap. 1. de præſcript. in 6.* hoc tamen procedit, quando datur capacitas in exercente actu; ubi enim adeſt incapacitas ſola immemorabilis etiam cum allegatione privilegii non ſuffragatur, niſi fama privilegii concurrat. *Fælin. in cap. cauſam de præſcript. à n. 2., & in cap. cùm contingat de for. compet. num. 5. Alex. conſ. 74. num. 18. lib. 4. Rot. penès Garz. de Benefic. par. 1. cap. 2. n. 38.*

18 Verum eſt, quòd Patrono Laico inſtitutio collativa competere poſſit ex privilegio Apoſtolico, ſed ex hoc non ſequitur, quòd poſſit ei competere etiam ex præſcriptione. Ratio enim differentiæ eſt, quia Princeps poteſt facere incapacem capacem, ſed præſcriptio niſi ſit privilegio ſuffulta, nunquam incapacem facit capacem, *Prob. ad Monach. in cap. licèt de præben. in 6. num. 6. & 9. Gonzal. in cap. Dilectus 34. de præben. & dignit. n. 2.*

19 Nec obſtat regula, quòd quidquid eſt ex privilegio conceſſibile, eſt etiam præſcriptibile, hoc enim habet locum in ſubjecto capace, ut reſpondet *Lambertin. de jurepat. lib. 2. par. 3. q. 1. art. 12. n. 4.*

20 Hæc autem capacitas Laicorum conferendi Beneficia deduci non poteſt ex Textu ſuperiùs in contrarium relato §. *Nec dici poteſt in cap. cùm inter de conſuetud.* ibi enim non deciditur à Summo Pontifice, collationem dictæ Eccleſiæ ſpectare ad Regem Angliæ, vel ejus Progenitores ex fundatione, ſed ſolùm ibi continetur ſimplex narratio, & prætentio Partis, ex qua narratione probari non poteſt ſupradicta capacitas; Minuſque ex alio Textu *in cap. Dilectus*, ex eo enim ſolùm deducitur, quòd Rex Galliæ donaverit Prębendas de ejus Jurepatronatus prædicto Decano, quod fieri poſſe dicemus *infra*, non verò, quòd donaverit jus conferendi, ut explicat *Gonzal. in cap. quiſquis de elect. n. 10., & in d. cap. Dilectus nu. 2.* Nec ex allegata reſolutione Sacræ Congregationis Concilii, ibi enim non dicitur, quòd Comes de Baſſiegnes haberet jus conferendi Beneficia ex præſcriptione.

21 Exemplum verò deſumptum à Converſis non adverſatur, quia iſti non ſunt ſimpliciter Laici habitu, & profeſſione, ſed ſunt Perſonæ Religioſæ, & Eccleſiaſticæ;

22 unde non mirum ſi ſint capaces jurium ſpiritualium; Patronus enim Clericus, & Eccleſiaſticus poteſt ex præſcriptione habere jus inſtituendi, & conferendi Beneficia, ad *Text. in cap. cùm contingat de foro competen. Fælin. in cap. cùm Venerabilis de exception. nu. 35. Lambertin. de jurepat. lib. 1. par. 1. q. 9. art. 3. n. 18. cum ſeqq. & lib. 2. par. 3. q. 1. art. 10. n. 1.*

23 Patet igitur ex ſupradictis, quòd Patrono Laico competere non poſſit ex præſcriptione inſtitutio collativa, nec inſtitutio authorizabilis; Crederem tamen poſſe ei competere ex præſcriptione inſtitutionem corporalem; hæc enim eſt nuda traditio, & inductio in poſſeſſionem bonorum, & jurium Eccleſiæ, ſeu Beneficii; quæ non eſt quid ſpirituale, ſed merè temporale, & executorium tituli ſpiritualis jam translati; Unde poſtquam Clerico fuerit ab Ordinario collatum Beneficium Patronale, poterit Patronus ex præſcriptione tradere, & inducere eum in poſſeſſionem etiam domus, vel aliarum rerum, bonorum, & jurium ſpectantium ad idem Beneficium, & per hujuſmodi inductionem Clericus acquiret poſſeſſionem, ſeu inſtitutionem corporalem Beneficii. *Bellamer. in cap. In literis num. 15. & ſeqq. de reſtit. ſpoliat.* Cùm Laicus poſſit præſcribere merè temporalia, ut patet in decimis, ubi Laicus, licèt non poſſit præſcribere jus decimandi, poteſt tamen præſcribere ipſas decimas utì fructus temporales. *Giovagnon. reſponſ. 27. num. 30. lib. 2. Card. de Luc. de decim. diſc. 6. n. 13. Laguez de fructib. par. 2. cap. 7. num. 23. & ſequentibus.*

ARGUMENTUM.

Si Papa mandet Patrono, quòd provideat Eccleſiæ, An iſte poſſit eam validè conferre?

SUMMARIUM.

1 *Verbum* providere, *aut* ordinare *idem eſt ac inſtituere, & conferre.*

2 *Patrono, ſive Laico, ſive Clerico competere poteſt jus inſtituendi, & conferendi ex privilegio.*

3 Man-

3 *Mandante Papa Patrono, quòd provideat, aut ordinet Ecclesiam, non potest Patronus vigore hujus rescripti illam conferre, quando institutio, & collatio spectat ad Ordinarium*, & num. 5. *Et quare?* Vide num. 6.

4 *Verbum* provideat *est generale continens omnes modos, per quos Ecclesiæ providetur.*

7 *Summus Pontifex per sua rescripta non videtur velle alteri præjudicare.*

8 *Quando institutio spectat ad Summum Pontificem, hoc mandante Patrono, quòd provideat Ecclesiæ, Patronus si sit Clericus, non solùm poterit præsentare, sed etiam conferre; secus si Patronus sit Laicus.*

CASUS II.

POntifex rescripsit, & mandavit Patrono, ut provideret Ecclesiæ Patronali vacanti; Patronus autem vigore hujus rescripti non solùm præsentavit, verùm etiam contulit dictam Ecclesiam Titio. Quæritur an hoc validè fieri potuerit per Patronum?

Videtur respondendum affirmativè, Pontifex enim rescribendo Patrono, sive Laico, sive Clerico, ut provideat Ecclesiæ Patronali vacanti, videtur eum privilegiare, & concedere jus instituendi,
1 & conferendi Ecclesiam, dum verbum *providere*, sicuti & verbum *ordinare* idem est ac *instituere*, & *conferre*, *Gonzal. in cap. cùm satis de offic. Archidiacon. n.* 7. Unde Patronus hoc jure sibi ex priuilegio con-
2 cesso potuit validè conferre Titio præfatam Ecclesiam; nec est novum, nec à jure alienum, quòd Patrono, sive Laico, sive Clerico competere possit jus instituendi, & conferendi Beneficia ex privilegio, juxta auctoritates in superiori *Casu* relatas *num.* 5., quibus addo *Lambertin. de jurepat. lib.* 2. *par.* 1. *q.* 1. *art.* 7. *nu.* 4. *prope finem*, *Vivian. eodem tract. lib.* 12. *cap.* 3. *num.* 11.

Verùm in hac quæstione procedendum censeo cum distinctione. Distinguo igitur inter casum, quo institutio, & collatio Ecclesiæ spectat ad Ordinarium, & casum, quo eadem institutio, & collatio pertineat ad Summum Pontificem. Primo casu rescriptum Summi Pontificis, quo mandatur Patrono, ut provideat Ecclesiæ, ei non concedit privilegium conferendi, & instituendi, nec vigore illius potest Patronus validè instituere, & conferre, dum verbum *provideat*, quod est generale continens omnes modos, per quos Ecclesiæ providetur, nimirum nominationem, postulationem, electionem, præsentationem, confirmationem, institutionem, & collationem, juxta *glos. in Clement. final. verb. Provisioni de elect. Lambertin. de jurepat. lib.* 2. *par.* 1. *q.* 1. *art.* 12. *n.* 1. *Gonzal. super regul.* 8. *Cancell. glos.* 17. *n.* 1. *Barbos. de appellat. verb. appell.* 238. *n.* 1. sumi non debet in hoc casu strictè pro collatione, seu institutione, sed largè pro nominatione, aut præsentatione, itaut præfatum rescriptum, quo demandatur Patrono, ut provideat Ecclesiæ, intelligi debet, quòd provideat Ecclesiæ eo modo, quo potest Patronus illum providere, scilicet nominando, & præsentando, non verò conferendo, aut instituendo. 5 Sicuti rescriptum Pontificis, ubi mandatur Patrono, quòd ordinet Ecclesiam, non concedit Patrono privilegium illam conferendi, quando collatio, & institutio spectat ad Ordinarium; ordinatio enim Ecclesiæ Patronalis non est simplex præsentatio, nec simplex institutio, sed quid compositum ex institutione, & præsentatione, dum nec institutio sinè præsentatione, nec præsentatio sinè institutione est ordinatio Ecclesiæ, *Lambertin. de jurepatr. lib.* 2. *par.* 1. *quæst.* 1. *art.* 6. *n.* 4. Unde mandante Summo Pontifice Patrono, quòd ordinet Ecclesiam, intelligitur ei demandasse, quòd ordinet eo modo, quo potest illam ordinare, scilicet, quòd utatur jure suo in præsentando, præsentare enim dicitur largo modo ordinare, *Roch. de Curt. de jurepatr. in prælud. nu.* 8. *in fine* ibi -- *largo modo loquendo præsentatio dici potest ordinatio*-- & non, quòd instituat, seu conferat.

6 Ratio est, quia si præfatum rescriptum in hoc casu concederet Patrono, sive Laico, sive Clerico jus instituendi, & conferendi, & verbum *provideat* ibi sumeretur strictè pro institutione, & collatione, læderetur jus Episcopi, eique præjudicium inferretur, & absque ulla causa privaretur pro ea vice suo jure instituendi; quod
7 non est præsumendum fuisse volitum à Summo Pontifice, qui per sua rescripta non

non intendit alteri præjudicare, niſi expreſsè deroget regulæ *de jure quæſit. non tollen.* Ac proinde, ut excludatur hujuſmodi præjudicium Ordinarii verbum *provideat* in reſcripto prolatum latius interprætari debet pro nominatione, & præſentatione, itaut vigore illius Patronus poſſit præſentare, non verò inſtituere, & conferre, *Imol. in cap. ſuper eo de offic. delegat. nu. 2. & 4. Card. de Luca de Canonic. diſc. 39. nu. 2. & 3., de renunciat. diſc. 17. n. 17., de jurepat. diſc. 70. n. 15., de ſucceſſ. diſc. 53. n. 24. Rota deciſ. 174. n. 3. par. 1., & deciſ. 119. nu. 7. & 370. num. 5. & 449. n. 10. par. 5. recent. & deciſ. 531. num. 22. par. 4. rec. & deciſ. 305. n. 18. par. 9. tom. 1. rec. & deciſ. 14. n. 17. par. 10.*

8 Si verò inſtitutio, & collatio Eccleſiæ ſpectet ad Summum Pontificem, tunc aut Summus Pontifex reſcribit Patrono Clerico, ut provideat, aut ordinet Eccleſiam, & tunc videtur illum privilegiare, & concedere privilegium inſtituendi, itaut Patronus Clericus vigore hujus reſcripti non ſolùm poterit præſentare, ſed etiam validè inſtituere, & conferre; quia in hoc caſu non adeſt præjudicium tertii, ſed ſolùm ipſius Papæ concedentis, cui ipſemet Papa renunciare poteſt; Aut reſcribit Patrono Laico, & quia iſte in radice eſt incapax juris conferendi, & inſtituendi, non præſumitur in dubio Pontifex per hujuſmodi reſcriptum voluiſſe ei concedere privilegium conferendi, & ſic non poterit iſte validè conferre, & inſtituere, ut expreſsè docet *Imol. in d. cap. ſuper eo de offic. deleg. n. 20.* ibi—*Et per hoc videtur, quòd ſi ſcribat Patronis Clericis, quòd provideant Eccleſiæ, quòd nedum poterunt præſentare, ſed etiam inſtituere, non ſic in Laicis Patronis.*

ARGUMENTUM.

Cappellania Laicalis poteſt conferri à Patrono, ſive Clerico, ſive Laico, ſecus ſi deinde fiat erectio formalis illius auctoritate Ordinarii, quia tunc mutat ſtatum, & naturam.

SUMMARIUM.

1 *Cappellania merè Laicalis conferri poteſt propria auctoritate à Patrono, ſive Laico, ſive Clerico.*

2 *Relicto legato Miſſarum in Eccleſia Regularium à Teſtatore abſque deſignatione perſonæ, an ſit in libertate Patroni committere celebrationem Sacerdotibus tam Regularibus, quàm Sæcularibus, vel potius teneatur illam committere Regularibus,* & num. 3. Amplia num. 4. & 5.

6 *Cappellaniæ merè Laicalis ſunt capaces Laici etiam pueri, & fœminæ.*

7 *Voluntas Fundatoris eſt omnino attendenda.*

8 *Ordinarius non poteſt erigere Cappellaniam merè Laicalem in Beneficium Eccleſiaſticum contra voluntatem Fundatoris.*

9 *Cappellania Laicalis, ſi erigatur in titulum Beneficii, non poteſt amplius conferri à Patrono propria auctoritate, & quare?* Vide ibi.

10 *Quænam ſint requiſita Beneficii Eccleſiaſtici.* Vide num. 11. 13. 14. & 15.

12 *Prohibitio Fundatoris, quòd Ordinarius non ſe intromittat in Cappellaniæ proviſione, procedit in Cappellaniis merè Laicalibus, ſecus in Cappellaniis erectis auctoritate Ordinarii.*

16 *Beneficia manualia ſunt vera Beneficia.*

CASUS III.

TItius mandavit erigi, ac fundari de nonnullis ejus Bonis in quodam Altari Cappellaniam cum onere Miſſarum, reſervando Juſpatronatus activum favore ſui Conſanguinei, & ejus deſcendentium in infinitum, cum declaratione, & expreſſione, quòd dicta Cappellania eſſet merè laicalis, & manualis ad inſtar legati pii, itaut ad ipſam poſſent præſentari etiam Laici, & quòd in ejus proviſione, & diſpoſitione non ſe intromitterent nec Dataria Apoſtolica, neque Epiſcopus, niſi tanquam Executor legalis legatorum piorum.

Erecta igitur, & fundata per ipſummet Titium hujuſmodi Cappellania merè Laicali, per plurium annorum decurſum Conſanguinei Titii Patroni illam propria auctoritate contulerunt modò uni, modò alteri Sacerdoti, qui Miſſas à Titio injunctas celebraret; ſed quia deinde hujuſmodi Cappellaniæ fuit facta erectio formalis in Cancellaria cum decreto Vicarii, non contradicente eodem Titio fundatore. Hinc oritur dubium, an Patroni poſſint in poſterum illam propria auctoritate conferre?

Cer-

1 Certum est, quòd Fundator in limine fundationis Cappellaniæ merè Laicalis disponere possit, quòd Ordinarius non se intromittat in illius provisione. *Garz. de Benef. par.1. cap.2. n.* 105., & quòd Cappellania merè Laicalis, seu legatum Missarum adimplendum in aliquo Altari, seu Ecclesia conferri possit propria auctoritate à Patrono, sive Laico, sive Clerico, *Bellett. disquisit.Clerical. par.1. §.8. n.23. pag. mihi* 78. *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancellar. glos.5. n.35. Amostaz. de caus. piis lib.3. c.2. n.2. & seq. Rota decis.*182. *n.2. par.1. divers. & decis.*264. *n.1. par.2. divers. & in Senogallien. Cappellaniæ* 16. *Aprilis* 1696. *§. Excluſa coram Molines*, & resolutum fuit à Sacra Congregatione Concilii *in Indiarum Cappellaniæ* 11. *Decembris* 1677. cum hac tamen distinctione, quòd si Cappellania merè Laicalis, aut legatum Missarum fuerit relictum à Testatore adimplendum in aliquo Altari, aut Ecclesia, designata per eumdem Testatorem Persona, seu Sacerdote, qui debeat illud ad-
2 implere, conferri debet à Patrono Personæ designatæ; si verò fuerit à Testatore adimplendum in Ecclesia Regularium absque designatione, & specificatione Personæ, tunc illud conferri debet à Patrono Regularibus, & fieri Missas celebrari per Regulares, non verò per Sacerdotes Sæculares, uti sentiebam in una *Romana Eleemosynæ Missarum* studens apud R. P. D. Ansidæum dignissimum Sacræ Congregationis Concilii Secretarium, ubi cùm Paulus de Matthæis in testamento condito anno 1592. legaverit Archiconfraternitati Sanctissimi Crucifixi in Ecclesia S. Marcelli erectæ, loca quadraginta octo montium, cum onere ex fructibus eorum puellas à die sui obitus dotandi, *e che* (sunt verba ejusdem Testatoris) *nella mia Cappella in Araceli ogn' anno in detto giorno si celebri una Messa Alta alle spese de'frutti di detti luoghi de'monti*-- Et cùm hujusmodi Missa fuerit semper celebrata per Fratres Conventus Aracœli, insurrexit ex abrupto præfata Societas prætendens in posterum dictam Missam celebrandam Sæcularibus Sacerdotibus committere. Unde inter cætera proposito dubio in Sacra Congregatione: *An Archiconfraternitas possit celebrationem Missæ, de qua agitur, committere Sacerdotibus Sæcularibus, seu illam potius teneatur celebrari facere per PP. Sancti Francisci.*

3 Respondendum dicebam -- *negativè quoad primam*, & *affirmative quoad secundam partem*, *quatenus Patres Missis satisfacere non recusent*. Missæ enim celebrandæ in Ecclesia Regularium ex dispositione Testatoris absque specificatione Personæ, quando non constat de voluntate ejusdem Testatoris in dubio sunt celebrandæ per ipsos Regulares, & isti sunt præferendi Sacerdotibus Sæcularibus, juxta resolutionem Sacræ Congregationis Episcoporum relat. per *Nicol. lucubr. Can. lib.3. tit.31. num.* 15. *Monacel. tit.* 10. *formul.*19. *nu.*17. *tom.*1. *Mattheuc. de offic. Cur. c.9. n.8.* Talis enim videtur esse mens Testatoris, maximè in casu præsenti, vbi legatum Missæ non videtur directum ad Confraternitatem, sed ad Cappellam intus Ecclesiam Regularium, dum in dubio legatum pro Missis dicendis censetur relictum intuitu Ecclesiæ, *Rota decis.* 1149. *num.6. coram Seraphin.*, & legatum Missarum factum intuitu Ecclesiæ est adimplendum per Rectorem Ecclesiæ, & sic in hoc casu per Regulares *Rota decis.* 294. *nu.* 1. *par.9. recent.*

4 Concurrente præsertim observantia, ipse enim met Testator adhuc vivens celebrare fecit Missas in ejus Cappella per Religiosos. Ex qua observantia ab ipso met Testatore proveniente, & usque nunc continuata etiam per Confraternitatem elicitur eiusdem Testatoris voluntas esse, quòd dicta Missa celebretur per ipsos Patres, & quòd isti sint præferendi Sacerdotibus Sæcularjbus, *Card. de Luc. de benef. disc.*61. *num.*13. *Rota in Sutrina Canonicatus* 21. *Iunij* 1706. *§. finali coram Eminentiss. Priolo.*

5 Ac attenta etiam qualitate Missæ, quæ non est lecta, sed cantata; quæ si permitteretur celebrari per Sacerdotes Sæculares ad exclusionem Regularium, imponeretur onus nimis grave eisdem Regularibus, eorum quietem perturbans, quod non est permittendum *Mattheucc. offic. Cur. Eccles. cap.9. num.8. §. Verum.*

Quibus non obstat resolutio Sac. Congregationis Concilii *in Maceraten.* 15. *Martii* 1692. relat. per *Monacel.*, & *Mattheucc. ubi supra*, ubi enim solùm resolutum

tum fuit, electionem Cappellani pro celebratione Miſſarum in Eccleſia Minorum Conventualium Montis Miloni à Teſtatore non nominati ſpectare ad hæredem, & non ad Regulares, quod non controvertitur, & ſolùm dicimus, quòd in hoc caſu Archiconfraternitas, quæ habet eligere, & nominare Sacerdotem pro adimplendo legato Miſſæ à Teſtatore demandatæ teneatur nominare, & committere hanc celebrationem potius Regularibus, quàm Sacerdotibus Sæcularibus.

Et ita reſolutum fuit ab eadem Sacra Congregatione *die* 5. *Septembris* 1716. in reſponſione ad *ſecundum dubium*.

Dubium igitur eſt in caſu præſenti, ubi Cappellania enixè volita à Fundatore pro Laicali, deinde fuit erecta in Beneficium Eccleſiaſticum: *An ſupradicti Patroni poſſint continuare in poſſeſſione illam liberè conferendi propria auctoritate?*

Et videtur reſpondendum *Affirmativè*, quia per hujuſmodi erectionem non videtur præfata Cappellania mutare ſtatum, & naturam, dum Fundator expreſsè, & clarè voluit hujuſmodi Cappellaniam eſſe laicalem, & manualem, & nullatenus affectam Datariæ, aut Epiſcopo, cujus ſunt capaces Laici, etiam pueri, & fœminæ, ut bene notant *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancell. gloſ.* 5. *n.* 26. *Amoſtaz. de cauſ. piis lib.* 3. *cap.* 2. *n.* 43., *& Dominus meus Pitonius diſcept. Eccleſ.* 19. *n.* 16. *in fine*, quæ voluntas expreſſa Fundatoris non poteſt alterari, ſed eſt omnino attendenda, juxta *Text. in l. quia poterant ff. ad Trebell.*, *Aretin. conſ.* 143. *n.* 5. *verſ. quia quantum*, *Iaſon. conſ.* 205. *num.* 16. *verſ. tertiò dicitur lib.* 2. *Rota deciſ.* 54. *n.* 37. *par.* 13. *rec.* Ac proinde non obſtante hac erectione, quæ videtur nulla, utpote facta contra voluntatem Fundatoris, dum non eſt in poteſtate Ordinariorum facere Cappellanias collativas, & erigere in Beneficia Eccleſiaſtica contra Fundatorum voluntatem, ad *Clement. quia contingit verſ. cùm tamen ea de Relig. domib. Mand. in Reg.* 34. *q.* 11. *n.* 2., & alii apud *Garz. de Benefic. par.* 11. *cap.* 2. *n.* 105. poterunt iidem Patroni continuare in poſſeſſione conferendi, & illam propria auctoritate liberè conferri.

His tamen non obſtantibus, veritas de jure eſt, quòd non poſſint amplius Patroni in hoc caſu præfatam Cappellaniam propria auctoritate conferre, quia hujuſmodi actus formalis erectionis mutavit ſtatum, & naturam dictæ Cappellaniæ, & reddidit illam collativam, & Eccleſiaſticam, & nullatenus illa retinet amplius naturam laicalitatis, & legati pii, juxta *gloſ.* 1. *in Clem.* 2. *de decimis in fine*, *Fælin. in cap. ex parte ſecunda num.* 2. *de reſcript. & conſ.* 41. *&* 45. *Decius conſ.* 210. *n.* 1. *Rebuff. in praxi tit. Sæculare beneficium quotuplex n.* 14. *&* 15., *& de pacific. poſſeſs. n.* 102.

Et revera, quòd præfata Cappellania non amplius retineat naturam laicalitatis, & legati pii, patet ex eo, quod poſita ejus erectione auctoritate Ordinarii, jam in ea concurrunt omnia requiſita ne ceſſaria ad conſtituendum Beneficium Eccleſiaſticum, juxta doctrinam, & theoricam *Abbatis conſ.* 47. *lib.* 2., quam ſequuntur omnes Canoniſtæ, ac etiam *Corrad. in praxi benefic. lib.* 1. *cap.* 2. *uſque ad* 6. *Gonzal. ad regul.* 8 *gloſ.* 5. *num.* 6. *& ſeqq. Ricc. collect. deciſ.* 1657.

Primò enim collatio, ſeu inſtitutio illius ſpectat ad Perſonam Eccleſiaſticam, nempe ad Epiſcopum, non quidem liberè, ſed ad præſentationem Patroni, cùm Cappellania fiat collativa per ejus erectionem formalem auctoritate Ordinarii, juxta auctoritates ſuperiùs relatas.

Nec obſtat prohibitio Fundatoris, quòd Ordinarius non ſe intromittat in Cappellaniæ proviſione, ſed ad ſolum Patronum ſpectet; quoniam hæc prohibitio valet, & tenet in Cappellaniis inſtitutis à ſolis Fundatoribus abſque ulla auctoritate, ſecus in Cappellaniis ſpiritualizatis, ſeu erectis auctoritate Ordinarii, ut bene notant *Garz. de Benefic. par.* 1. *cap.* 2., & alii apud eum relati *nu.* 97. *&* 105., & dicam infra *Part. V. Can. II. & III.*

Secundò, habet annexum aliquid ſpiritualitatis, quia habet annexam celebrationem Miſſarum.

Tertiò, conferri debet Clerico, & ad illam non poteſt amplius Patronus præſentare perſonam laicam, quæ cùm ſit de ſe incapax rerum, & jurium ſpiritualium, juxta *Text. in cap. cauſam quæ de præſcript.* non poteſt tenere dictam Cappellaniam, utpote ſpiritualizatam per formalem erectionem auctoritate Ordinarii, ut obſervant *Fælin. in cap. cùm adeò n.* 1. *de reſcript. Probus ad Monach. in cap. nullus de tempor. ordin.*

ordin. in 6. nu. 11. Lambertin. de jurepatr. 1.par.2.lib.q.7. art.7. & 29.

15 Quartò denique dicta Cappellania est perpetua saltèm aptitudine, ut sunt omnia Beneficia manualia, quod sufficit ad essentiam Beneficii, scilicet non confertur ad tempus certum, & definitum, sed incertum, & indefinitum, nimirum quousque voluerit Patronus; Perpetuum enim in jure dicitur, quod potest esse perpetuum, & quòd certo tempore non terminatur, *cap. Clericos de cohab. Cleric. ibi perpetuum, & l. si sufficit de condit. indebit.*

16 Et licèt hujusmodi Cappellania sit manualis, & ad nutum amovibilis, non ex hoc inferri potest, quòd non sit verè Beneficium, quia est amovibilis, iuxta doctrinam *Garz. de Benef. par.1. cap.2.n.82.*. & Beneficia manualia sunt vera Beneficia, ut idem notat *num.77.*

Hinc objecta superiùs allata nihil concludunt. Verum enim est, quòd voluntas Fundatoris sit attendenda, & quòd non possit mutari, nec quidquam fieri contra illam ab Ordinario, sed in præsenti ipsemet Fundator mutavit voluntatem suam, permittendo, & consentiendo erectioni formali dictæ Cappellaniæ auctoritate Ordimarii, dum videns illam erigi ab Ordinario in titulum Beneficii non se opposuit, nec ei contradixit, & consequenter tacitè ratum habuit quidquid per Ordinarium fuit dispositum.

ARGUMENTUM.

Patronus si fiat Episcopus illius Diœcesis ubi existit Beneficium Patronale, an possit illud conferre, & quid si ipse sit translatus ad aliam Diœcesim.

SUMMARIUM.

1 *Duo correlativa an, & quando adesse possunt in una, eademque Persona?*

2 *Patronus effectus Episcopus potest conferre Beneficium Patronale existens intrà propriam Diœcesim.*

3 *Præsentatio, & institutio an, & quando adesse possint in una, eademque Persona.* Et num.4.

5 *Patronus Episcopus translatus ad aliam Diœcesim non potest conferre, sed solùm præsentare ad Beneficium Patronale prioris Diœcesis.*

6 *Per translationem Episcopus amittit omnia jura prioris Ecclesiæ, nec potest amplius colligere hujus fructus.* num.8.

7 *Institutio, seu collatio est unus ex majoribus fructibus Episcopatus.*

9 *Per translationem vacat prior Episcopatus tam quoad titulum, quàm quoad possessionem.*

CASUS IV.

PAtronus ratione proprii patrimonii cujusdam Beneficii existentis intrà Diœsim A. effectus fuit Episcopus ejusdem Diœceseis, & propria auctoritate in successivis vacationibus non contentus pura, & simplici præsentatione illud contulit Personis idoneis; deinde justis intervenientibus causis authoritate Apostolica translatus fuit ad aliam Diœcesim, & succedente interim vacatione ejusdem Beneficii continuare intendebat in possessione illud conferendi, cui se opposuit modernus Episcopus Diœceseis A. intrà cujus fines assurgit præfatum Beneficium. Hinc duo quæro in hoc Casu.

Primò, *An Patronus effectus Episcopus possit conferre Beneficium Patronale intrà propriam Diœcesim existens. Et quatenus affirmativè?*

Secundò, *An possit illud conferre, si fuerit translatus ad aliam Diœcesim?*

Et quoad primum respondendum videtur *negativè*. Clara est enim dispositio supradictorum *Canonum* prohibentium Patronis institutionem, & collationem Beneficiorum Patronalium; Unde Patronus, licèt promotus ad Episcopatum, non potest conferre proprium Beneficium Patronale, suadente præsertim ratione illa, quòd si Patronus Episcopus posset Beneficium conferre; cùm deberet etiam ad illud præsentare, jam concurrerent in ipso præsentatio, & institutio, quòd videtur impossibile; quoniam cùm præsentatio, & institutio, seu collatio sint inter
1 se correlativa, exigunt concursum duarum Personarum, & impossibile est adesse in una, eademque Persona, *Butr. in cap. Postulastis de concess. præben. nu.4. Lotter. de re benefic. lib.1. q.15. n.38.*

2 His tamen posthabitis censeo Patronum promotum ad Episcopatum, & affectum Episcopum posse propria auctoritate conferre Beneficium Patronale existens

ſtens intrà limites ſuæ Diœceſis, cùm Epiſcopus habeat aſſiſtentiam, & intentionem in jure fundatam conferendi omnia Beneficia propriæ Diœceſis, ad *Text. in cap. omnes Baſilicæ 16. q. 7.*, & *cap. conquerente de offic. Ordin.*, *ibique Fagnan. n. 18. Lotter. de re benefic. lib. 2. q. 2. nu. 1.* Et ita in terminis tuetur *Barboſa in cap. Præterea n. 3.*, & *in cap. tranſmiſſæ n. 2. de jurepatr.*

Non obſtat diſpoſitio horum Canonum, illa enim procedit in Patronis ſimplicibus, ſecus in Patronis habentibus facultatem conferendi, aut extraordinariam, ſeu ex privilegio, aut ordinariam ratione Epiſcopatus. Et licèt præſentatio, & inſti-
3 tutio ſint inter ſe correlativa, & adeſſe non poſſint in una, eademque perſona, hoc procedit reſpectu unius qualitatis in eadem Perſona inhærentis, e. g. reſpectu Epiſcopatus, ſeu quando Epiſcopus eſt Patronus, ut Epiſcopus, & ratione Epiſcopatus, tunc quidem non poteſt præſentare, & poſtea conferre, ſed debet procedere per viam ſolius collationis, niſi habeat alios Compatronos, ex auctoritatibus ſuperiùs relatis *in Can. I. & II. Caſ. XV. n. 6.* quibus addo *Anan. in cap. Significaſti n. 5. de jurepatr. ibique Butr. num. 2, Barboſ. de offic.*, & *poteſt. Epiſcopi par. 4. allegat. 72. n. 196.* ſecus reſpectu plurium qualitatum in eadem Perſona concurrentium; e. g. quando Epiſcopus eſt Patronus non ratione Epiſcopatus, ſeu ut Epiſcopus, ſed ratione proprii patrimonii, eò quia, prout in caſu præſenti, fundavit, & dotavit beneficium de propriis bonis; quia tunc reſpectu illarum qualitatum gerere poteſt vices plurium Perſonarum, & ut una Perſona, ſeu ut Patronus ratione proprii patrimonii præſentare, & ut alia Perſona, ſeu ut Epiſcopus inſtituere. Et patet in una, & eadem Perſona, in qua concurrant qualitates Canonicatus, & Epiſcopatus, ſeu, quæ ſit Canonicus ſimul, & Epiſcopus; Etenim, ut Canonicus poteſt eſſe Elector, ut Epiſcopus Confirmator, & ſic electio, & confirmatio, licèt duo correlativa, poſſunt eſſe in una, & eadem perſona. Ergo etiam præſentatio, & inſtitutio, licèt ſint correlativa, poterunt eſſe in una, & eadem perſona, reſpectu tamen diverſarum qualitatum, ut docent *Abb. in cap. poſtulaſtis de conceſs. præben. nu. 4. ibique Butr. n. 5. Fagnan. nu. 12. Gemin. in cap. à collatione de appellat. nu. 3. Lotter. de re benefic. lib. 1. q. 13. n. 39. & ſeqq.*

5 Quoad ſecundum dubium venit reſpondendum: *Non poſſe Patronum Epiſcopum translatum ad aliam Diœceſim amplius conferre beneficium patronale exiſtens in Diœceſi A. à qua fuit translatus*; In hoc enim caſu inſtitutio, ſeu collatio dicti Beneficii vacantis poſt translationem, ſpectat ad modernum Epiſcopum dictæ Diœceſis A., & ad Epiſcopum translatum ſolùm ſpectabit præſentatio, juxta ſanctionem Concilii Arauſicani I. *Can. 10.* relat. per *Gonzal. in cap. ſignificaſti de jurepatr.*, *Lambertin. de jurepat. lib. 2. par. 1. quæſt. 6. art. 15. n. 15.*

6 Ratio eſt, quia Epiſcopus per translationem amiſit omnia jura prioris Eccleſiæ, ac ſi quoad illam mortuus fuiſſet, *Garz. de Benefic. par. 5. cap. 1. in addit. nu. 245. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. par. 2.*
7 *alleg. 57. n. 92. in fine*, & cùm inſtitutio, & collatio Beneficiorum ſit fructus, & quidem ex majoribus prioris Epiſcopatus, à quo fuit translatus *Butr. in cap. noſti nu. 3. de elect.*, *Barboſ. de Canon. cap. ultim. ſub n. 109. Rota coram Puteo deciſ. 406. num. 2.*
8 *lib. 1.* non poteſt amplius illam colligere, cùm non poſſit amplius facere ſuos fructus prioris Epiſcopatus, *Bellamer. in Can. ſi quis n. 12. ca. 25. q. 2. Solorzan. de jur. Indiar. lib. 3. cap. 5. n. 46. & ſeq. Garz. de Benef. par. 11. cap. 6. n. 45.*

Nec adverſatur, quod licèt per tranſlationem prior Eccleſia vacet de jure quoad titulum, non tamen vacet de facto reſpectu poſſeſſionis, quam Epiſcopus translatus retinet uſque ad notitiam ſuæ translationis, adeòque ratione hujus poſſeſſionis poterit Patronus Epiſcopus translatus ad alium Epiſcopatum confer-
9 re dictum Beneficium Patronale; Quoniam cùm Epiſcopus per translationem abſolvatur à vinculo prioris Epiſcopatus, & jus acquirat ad ſecundum; ceſſat in eodem momento quodcumque jus tam quoad titulum, quàm quoad poſſeſſionem reſpectu prioris Epiſcopatus, *Hoſtien. in Summ. de translat. n. 6.*, *Bellamer. in dicto Canon. ſi quis ſub n. 12. Rota deciſ. 475. ſub n. 7. par. 1. rec.*

ARGUMENTUM.

Clericus, qui recepit, & retinuit Beneficium à Patrono, an teneatur restituere fructus ejusdem Beneficii?

SUMMARIUM.

1 *Fructus Beneficii dividuntur in tres species, & quæ sint?* Vide ibi.

2 *Clericus à Patrono beneficiatus, & bonæ fidei possessor Beneficii usque ad obitum, non tenetur restituere fructus perceptos, & consumptos, nec datur actio contra ejus hæredes pro eorum restitutione. Quid autem de fructibus extantibus?* Vide ibi.

3 *Clericus ab initio bonæ fidei possessor Beneficii ex post facto vero malæ fidei possessor, an, & pro quo tempore teneatur fructus Beneficii restituere?*

4 *Clericus semper malæ fidei possessor Beneficii tenetur restituere omnes fructus.*

5 *Clericus, qui nulliter recepit à Patrono Canonicatum, an teneatur restituere distributiones quotidianas?* Vide ibi, & num. 6.

7 *Distributiones quotidianæ, licèt non computentur sub valore fructuum, comprehenduntur tamen sub fructibus.*

8 *Ad acquirendas distributiones requiritur servitium præstitum in Ecclesia cum titulo vero, secus cum titulo nullo, & infecto.*

CASUS V.

CLericus quidam retinuit per multum tempus Beneficium ei collatum in titulum à Patrono propria auctoritate, & absque privilegio illud conferendi. Quæritur, an teneatur restituere fructus Beneficii perceptos?

Sciendum est fructus Beneficii considerari posse in triplici specie, alii enim sunt
1 fructus *naturales*, & sunt illi, in quibus nulla, vel modica industria hominis versatur, ut poma; alii *industriales*, in quibus plus industria hominis, quàm natura versatur, ut segetes uvæ; alii *civiles*, qui non ex re, sed ex provisione hominis propter rem percipiuntur, ut pensiones domorum, vecturæ, navium, & animalium; Et isti omnes fructus alii sunt percepti, alii percipiendi, alii consumpti, & alii extantes, iuxta divisionem, quam tradunt *Abb. in cap. gravis de restit. spoliat. nu. 3. ibique Bellamer. n. 43. & seq. Butr. n. 8. Fagnan. n. 18. & seqq. Tusch. conclus. jur. 485. lit. F. Rot. dec. 3. n. 53. par. 7. rec.*

Ut autem clariùs procedatur in hac quæstione, tres distinguo Casus. Primus est, quando Clericus recepit, & retinuit Beneficium patronale à Patrono semper bona fide, & cum opinione, quòd Patronus poterat illud conferre, eo quia vidit, & scivit Patronum in anterioribus vacationibus semper contulisse Beneficium, & Beneficiatos usque ad obitum illud possedisse, ac ejus fructus liberè percepisse, & consumpsisse. Secundus Casus est, quando Clericus recepit, & retinuit à Patrono Beneficium patronale ab initio bona fide, ex post facto autem mala fide, eo quia ipse postea habuit notitiam, quòd Patronus non habebat jus illud conferendi, vel eo quia fuit cum eo lis contestata ab Ordinario super titulo, aut possessione ejusdem Beneficii. Tertius Casus est, quando Clericus recepit, & retinuit Beneficium patronale à Patrono semper mala fide, & quia scivit Patronum non habere jus instituendi, & conferendi. Hac distinctione præsuppositâ respondendo ad quæstionem,

2 In primo Casu censeo, quòd Clericus Beneficiatus, qui semper fuit bonæ fidei possessor Beneficii, & cum hac opinione obiit, non teneatur restituere fructus beneficii, nec naturales, nec industriales, nec civiles perceptos, & consumptos, nec agi possit contra ejus hæredes pro eorum restitutione, quia bonæ fidei Possessor pro eo tempore, quo fuit in bona fide, & possedit opinione Domini fecit fructus suos, & justo errore ductus non tenetur ad eorum restitutionem, *Abb in cap. Ex frequentibus de instit. num. 11., Fagnan. in cap. Gravis de restit. spoliat. n. 45. cum seqq.*; Si verò non sunt consumpti, & adhuc extant tunc, aut sunt fructus naturales, & statim ac hæredes Beneficiati defuncti habent notitiam ad alium spectare, intrat eis oblatio restitutionis; aut sunt fructus industriales, aut civiles, quos facto, opera, & provisione sua, aut alterius percepit, & non intrat obligatio restitutionis illorum, nec respectu hæredum, ea ratione quia cum Possessor bonæ fidei adhibuerit culturam, & industriam, in illis percipiendis, æquum est, ut hujusmodi

di fructus acquirantur ipſi irrevocabiliter *Abb. in dicto Cap. Gravis de reſtit. ſpoliat. n.6. ibique Butr. n. 5. & 12. Rot. deciſ. 3. n.40. & 49. cum duobus ſeqq. par.7. rec.*

3 In ſecundo Caſu, in quo Clericus Beneficiatus à Patrono fuit ab initio bonæ fidei Poſſeſſor Beneficii, ex poſt facto autem effectus fuit malæ fidei poſſeſſor, vel verè, eo quia habuit notitiam, & ſcientiam, quòd Patronus non poterat ei conferre Beneficium, nec ipſe ab eo illud recipere, vel Juris præſumptione, eo quia fuit cum eo ſuper poſſeſſione, vel titulo Beneficii lis conteſtata ab Ordinario; Idem Clericus pro eo tempore, quo fuit Poſſeſſor bonæ fidei non tenetur reſtituere fructus perceptos, & conſumptos; Fructus verò adhuc extantes tenetur reſtituere, ſi ſint naturales, ſecus ſi ſint induſtriales, aut civiles, prout ſuperiùs dictum fuit, pro eo vero tempore, quo fuit malæ fidei poſſeſſor verè, aut Juris præſumptione, tenetur reſtituere omnes fructus, qui ad eum pervenerint à die notitiæ, vel à die motæ litis non ſolùm extantes, ſed etiam conſumptos, ea ratione, quia ſtatim ac mala fides ſupervenit, oritur obligatio fructus reſtituendi ad *Text. in l. certum Cod. de rei vindicat. Abb. in dicto cap. Gravis n.9. ibique Fagnan. n.106. cum ſeqq. Rota deciſ. 3. n.24. par.3. rec.*

In tertio denique Caſu Clericus, qui
4 ſemper fuit malæ fidei Poſſeſſor beneficii tenetur reſtituere omnes fructus perceptos, & percipiendos naturales, induſtriales, & civiles, ſive ſint conſumpti, ſive adhuc extantes, quia malæ fidei Poſſeſſor non facit fructus ſuos. *Abb. in dicto cap. Gravis num. 7. Bellamer. num. 4., Fagnan. num. 16., Barboſ. num. 5., Anan. in cap. Ex frequentibus de inſtit. num. 6.*

5 Sed pone, quòd Beneficium, quod contulit Patronus propria auctoritate præfato Clerico ſit Canonicatus, & Clericus ſemper poſſederit illum mala fide, & quod reſederit tamen, & interfuerit Divinis Officiis, percipiendo diſtributiones quotidianas; quæro, an idem Clericus teneatur reſtituere non ſolùm fructus Canonicatus, ſed etiam diſtributiones perceptas?

Et videtur reſpondendum negativè, diſtributiones enim ſunt quid diverſum à fructibus Canonicatus, & non computantur inter fructus illius ad *Text. in cap. Licet de Præben. Oldrad. conſ. 118., Gonzal. ad regul. 8. Cancell. in proœm. §. 7. nu. 154. Verall. deciſ. 65. num. 3. part. 1.* ac ſunt inſtitutæ in præmium laboris, & ſervitii præſtiti in Eccleſia, ac proinde cùm dictus Clericus præſtiterit hujuſmodi ſervitium, non tenetur reſtituere diſtributiones, quas intereſſendo, & inſerviendo percepit. *Pariſ. conſ. 33. num. 3. lib. 4. Gonzal. ubi ſupra n. 162. & 165. Rota deciſ. 309. n. 16. & ſeq. par. 7. recent. & deciſ. 336. n. 2. & deciſ. 402. par. 1. diverſor. & in Pampilonen. Beneficii de Allo 13. Februarii 1705. §. Quia coram bo. mem. Caſſarello.*

6 Contrarium tamen verius de jure procedit, nimirum teneri reſtituere etiam diſtributiones perceptas, ut docent *Fagnan. in d. cap. gravis de reſtit. ſpoliat. n. 83. Caſſador. deciſ. 6. num. 3. de præben. Garz. de Benef. par. 6. cap. 3. n. 116.*

7 Non obſtat, quòd diſtributiones quotidianæ non computentur inter fructus; Licèt enim non computentur ſub valore fructuum, comprehenduntur tamen ſub fructibus, dum in condemnatione fructuum veniunt etiam diſtributiones quotidianæ, juxta *Rotam deciſ. 6. n. 1. & ſeqq. apud Mohedan. & deciſ. 618. num. 1. par. 1.*
8 *diverſ.* Nec adverſatur, quòd eædem diſtributiones dentur in præmium ſervitii præſtiti in Eccleſia; quia non ob quodcumque ſervitium dantur hujuſmodi diſtributiones, ſed ob ſervitium præſtitum in Eccleſia cum titulo vero, & legitimo, non verò præſtitum cum titulo nullo, & infecto, *Fagnan. in d. cap. gravis n. 87.*

ARGUMENTUM.

Qui recepit, aut retinuit Eccleſiam, vel Beneficium Patronale à Patrono Laico, vel Clerico, an ſit ipſo jure excommunicatus, vel potius excommunicandus. Et an poſſit ad illud præſentari

SUMMARIUM.

1 *Recipiens, & retinens Beneficium à Patrono non habente ex privilegio jus conferendi non eſt ipſo jure excommunicatus, ſed excommunicandus.*

3 *Pœna nunquam cenſetur ipſo jure impoſita, niſi Lege exprimatur,* & num. 6.

Lex

3 *Lex pœnalis an, & quando dicatur continere pœnam latæ sententiæ, vel potius ferendæ?*

4 Textus in Can. Præterea *non imponit pœnam latæ sententiæ, sed ferendæ contra recipientem, & retinentem Beneficium Ecclesiasticum à Patrono.*

5 *Recipiens Beneficium à Patrono Laico, ac in eo administrans, an possit ad idem Beneficium præsentari,* & num. 10.

7 *Malè ordinatus an, & quando possit iterum ordinari?* & num. 14.

8 *Quis debet puniri in eo, in quo deliquit?*

9 *Non potest quis Beneficium Ecclesiasticum sinè Canonica institutione licitè obtinere.*

11 *Electus ad dignitatem per abusum potestatis sæcularis sit inhabilis, & ineligibilis ad illam.*

12 *Præsentatus si ante institutionem administret in Beneficio redditur inhabilis ad illud consequendum.*

13 *Qui recepit, & retinuit Beneficium à Patrono dicitur intrusus.*

CASUS VI.

DUo in hoc Casu quæruntur. Primò, *An idem Clericus, qui recepit, & retinuit Ecclesiam, aut Beneficium Patronale à Patrono Laico, vel Clerico, sit ipso jure excommunicatus, vel excommunicandus?*

Secundò, *An possit ad illud præsentari?*

1 Quoad primum censeo, quòd recipiens, & retinens Beneficium à Patrono Laico, vel Clerico non habente ex privilegio jus conferendi, non sit ipso jure excommunicatus, sed excommunicandus veniat per sententiam à Judice, nisi dimittat Beneficium, ita docent *glos. in cap. si per ordinationem verb. recipi dist. 63.*, & *in Can. si quis deinceps verb. interdicimus 16. q. 7. Abb. in cap. quisquis de elect. n. 8. glos. in hoc cap. Præterea verb. communione privetur, ibique Bero. n. 5. Abb. n. 2. & glos. in hoc cap. Relatum, verb. excommunicationis sub datis, ibique Abb. n. 5.*

2 Etenim cùm nunquam censeatur ipso jure pœna imposita, nisi Lege exprimatur, *Gabriel. cons. 187. n. 6. tom. 2.* Regula pro cognoscendo an quis incidat in pœnam latæ sententiæ, vel potius ferendæ, est inspicere verba legis pœnalis; aut enim lex pœnalis utitur verbis comminatoriis, ut sunt ista ex. gr. *sub pœna, sub interminatione, sub interpositione excommunicationis, sub pœna suspensionis, penitùs inhibemus, sub anathematis interminatione prohibentes, sub anathemate prohibemus*; & tunc non continet sententiam latam, sed ferendam, juxta *Text. in cap. dolentes de celebr. Miss. ibique glos. verb. sub pœna, & in cap. cùm esses de testam.*, & *in Can. unic. de sagittar. verb. sub anathemate*, & *in cap. sicut de simon. verb. sub interminatione anathematis*. Aut utitur verbo, vel participio significante actionem futuri temporis, & tunc pariter sententiam à Judice ferendam continet, quia verbum *futuri temporis* ex sui natura non significat rem præsentem, aut præteritam, sed futuram, ut si diceret *Reus erit communione privandus &c.* ad *Text. in cap. si vir de adult. & stupr.*, & *in cap. cùm tu de usur. Abb. in cap. si diligenti n. 18. de for. competen. Fælin. in cap. Rodulphus de rescript., Tusch. conclus. 719. n. 11. lit. P.* Aut denique utitur verbo imperativi modi, & significante hominis ministerium, & tunc etiam importat sententiam ferendam, nisi cum verbis imperativi modi concurrant dictiones, quæ significant expressè sententiam latam, ut sunt istæ *ipso jure, ipso facto, absque alia sententia, auctoritate hujus legis, absque ulla declaratoria, statim, ex tunc, incontinenti, sinè mora*, juxta *glos. in cap. 1. de rescript. in 6. verb. ipso jure, Text. in cap. literas de concess. præben.*, & *in cap. quam sit, ibique glos. de elect. in 6., Tusch. d. conclus. 719. n. 8. 20. & 29. lit. P. Sayr. in Clavi Regia lib. 3. cap. 8. num. 18. & seqq.*

4 Inspectis autem verbis supradicti *Canonis Quarti* imponentis pœnam excommunicationis recipienti, & retinenti Beneficium Ecclesiasticum à Patrono non habente jus conferendi ex privilegio, clarè dignoscitur ipsum non imponere pœnam excommunicationis latæ sententiæ, sed ferendæ; utitur enim verbis imperativi modi, & quidem absque dictionibus importantibus sententiam latam; dum non dicit communione privetur *ipso jure, ipso facto &c.* sed solùm, absolutè, & simpliciter *communione privetur*; ac proinde non continet excommunicationem latæ sententiæ, sed ferendæ, & vigore illius recipiens, & retinens Beneficium à Patrono non est ipso jure excommunicatus, sed si monitus non di-

dimittat Beneficium, eſt per ſententiam excommunicandus, ut præter ſupradictas auctoritates ſtatutum etiam fuit *in cap. quia propter de elect. iblque gloſ. verb. priventur*, & docet *gloſ. in cap. cupientes §. ſi verò verb. priventur de elect. in 6.*, *& in cap. quicumque §. inhibemus de hæret. in 6. verb. innodetur*, *& in cap. in pœnis de reg. jur. in 6. verb. in pœnis*.

Quoad verò ſecundum dubium videtur dicendum recipientem, & retinentem Beneficium à Patrono Laico, ac in eo adminiſtrantem poſſe ad idem Beneficium præſentari, poſtquam illud dimiſit; nulla enim adeſt lex, quæ reddit hunc incapacem paſſivæ præſentationis, immo ſuperiùs in *Canone VII.* habetur, quòd Epiſcopus poſſit huic Beneficium conferre ibi: *niſi Epiſcopali conceſſioni muniti fuerint*.

6 Ergo poterit quoque præſentari. Ratio eſt, quia incapacitas paſſivæ præſentationis cùm ſit pœna, non debet imponi, niſi exprimatur à jure, quod ſit imponenda, *gloſ. in cap. tranſmiſſæ de iurepat. verb. ex vi juriſpatronatus*, *Text. in cap. in pœnis de regul. ur. in 6.*

7 Quod comprobatur paritate malè ordinati; nam qui recepit ordines ab eo, qui poteſtatem ordinandi non habet, poteſt iterum ordinari, ad *Text. in cap. Presbyteri diſt. 68. Barboſ. de jur. Eccleſ. lib. 1. cap. 33. n. 81.* Ita etiam, qui recepit Beneficium à non habente poteſtatem illud conferendi poterit præſentari.

8 Non obſtat regula, quòd quis debeat puniri in eo, in quo deliquit *cap. quanto de translat. Can. Nemo de temp. ordin. in 6. Can. Paſtoralis de jurepat. ibique gloſ. verb. in quo*, *Fagnan. in cap. vel non de tempor. ordin. n. 5.* quoniam licèt Patronus conferendo Beneficium delinquat, tamen hoc non obſtante, poteſt præſentare, ſi corrigat ſuum errorem, & non punitur pœna privationis Juriſpatronatus, juxta ſecundam concluſionem ſuperiùs in *Commentario* deductam, ita etiam licèt accipiens, & retinens Beneficium à Patrono, ac in

9 eo adminiſtrans in hoc delinquat, cùm non poſſit Beneficium Eccleſiaſticum ſinè Canonica inſtitutione licitè obtineri, juxtà *Text. in cap. Beneficium de regul. jur. in 6.* tamen poterit præſentari, ſi corrigat ſuum errorem illud dimittendo, & non puniri pœna incapacitatis illud aſſequendi.

10 At contrarium exiſtimo magis veritati conſonum, ductus ab exemplo electi conſentientis propriæ electioni factæ per abuſum laicæ poteſtatis, aut adminiſtran-

11 tis in Beneficio ante inſtitutionem. Electus ad dignitatem ſi conſentiat electioni factæ per abuſum poteſtatis ſæcularis, aut ſi ante confirmationem adminiſtret in illa, fit inhabilis, & ineligibilis ad illam, & ad alias dignitates, juxta *Text. in cap. Quiſquis de elect. ibique Abb. n. 1. Bellamer. n. 1. Fagnan. n. 1., & 4. Barboſ. n. 1. & ſeq. Gonzal. num. 1., & 7. Text. in cap. Qualiter de elect.; ibique Abb. n. 8. & in cap. Avaritiæ eod. tit. in 6.* præſentatus ſi ante

12 inſtitutionem adminiſtret in Beneficio, redditur inhabilis ad illud conſequendum *Lambertin. de Jurepatr. lib. 2. part. 2. quæſt. 5. art. 11. per tot.* expreſſe *Rot. dec. 6. de Iurepatr. aliàs 187. n. 12. apud Creſcen.* Ergo etiam, & à fortiori, qui recepit, & retinuit Beneficium ſcienter à Patrono, qui non habet poteſtatem illud conferendi, erit inhabilis illud conſequendi, & incapax paſſivæ præſentationis ad illud; eadem enim ratio, & maior procedit in hoc, quam in electo, & præſentato; nam electus ad Beneficium habet jus in re, præſentatus habet jus ad rem. Qui autem recepit & retinuit Beneficium à Patrono nullum jus habet ad illum nec in re, nec ad rem, ſed dicitur intruſus, *Fælin. in cap. in noſtra in 8. column. de reſcript.* Ac proinde ſi non obſtante, quòd electus habeat jus in re, & præſentatus jus ad rem, uterque eſt inhabilis ad Beneficium ſi ſe immiſceant in adminiſtratione, & poſſeſſione Beneficii abſque legitima confirmatione, & inſtitutione, à fortiori recipiens, & retinens Beneficium à Patrono, erit inhabilis ad illud conſequendum, ut arguit *Abb. in d. cap. Quiſquis de elect. n. 1. in fine* ibi-- *Nota ſecundò, quòd recipiens dignitatem per abuſum poteſtatis ſæcularis contrahit irregularitatem quoad dignitates obtinendas; unde non poteſt amplius ſinè diſpenſatione promoveri ad aliquam dignitatem; Fortius ergo hìc dicendum, quando quis recepit dignitatem immediatè à manibus Laicorum*.

Hinc patet reſponſum ad allegata in contrarium; Adeſt enim *Text. in d. cap. Quiſquis, & cap. Qualiter de elect., & cap. Avaritiæ eod. tit. in 6.* imponentes pœnam inha-

inhabilitatis, & ineligibilitatis illegitimè possidentibus Beneficia. Qui *Text.* licèt loquantur de electis, extendi possunt etiam ad illum, qui recepit, & retinuit Beneficium à Patrono Laico; sicuti de facto à Doctoribus extenduntur ad præsentatum, licèt de hoc non loquantur, juxta *glos. in cap. sciant de elect. in 6. verb. alios*, *Lambertin.* & *Rota apud Crescent. ubi supra*, *Roch. de Curt. de jurepat. verb. Honorificum quæst. 39.* Ratio est, quam dat *eadem Rota apud Crescent. d. decis. 6. num. 21.* nimirum, quia cùm agatur de favore Animæ, & Ecclesiarum, ut tollatur ambitio, etiamsi essemus in correctoriis, esset extentio facienda.

14 Paritas deducta à malè ordinato non adversatur; nam malè ordinatus potest iterum ordinari, si recepit ordines bona fide, & ignoranter ab eo, qui non habet potestatem ordinandi, secus si recepit ordines cum scientia; quòd Ordinans non habebat potestatem ordinandi, & in eis administravit; tunc enim non solùm non potest ampliùs ordinari, ut expressè statuitur *in cap. 1. de Clerico non ordinato ministrante*. Unde potiùs paritas retorquetur, & sicuti, qui recepit ordines scienter à non habente potestatem illos conferendi, non potest ordinari; ita, qui recepit Beneficium scienter ab eo, qui non habet potestatem illud conferendi, non poterit præsentari.

Quòd autem Patronus non obstante, quòd conferendo Beneficium, delinquat, tamen non privatur jure præsentandi, sed potest præsentare, exinde inferri non valet, quòd etiam ille, qui recepit, & retinuit Beneficium à Patrono, non obstante, quòd in hoc delinquat, poterit præsentari; Multa enim à Sacris Canonibus permittuntur, & tolerantur in Patronis, ut sic Laici alliciantur ad fundandas, & constructendas Ecclesias, quæ permitti non debent in intrusis in Beneficiis per abusum Laicæ potestatis, aut non habentis jus conferendi Beneficia.



CANON

CANON IX.

ALEXANDER III. Eboracen. Archiepiscopo.

QUod autem consulis, si Clericus idoneus, ad vacantem Ecclesiam præsentatus, non fuerit ab Episcopo Diœcesano admissus, & postmodum alius idoneus præsentatus, & institutus ab Episcopo possessionem tenuerit corporalem, An primo Clerico Ecclesiam petente debeat posterior removeri, vel posterior priori præferri? Dubium non est, quin in casu isto melior sit conditio Possidentis; Quoniam antequam præsentatio per Diœcesanum Episcopum approbetur, ratum non est, quod à Patrono fuerat inchoatum &c.

CANON X.

LUCIUS III. Norvicen. Episcopo.

CUM autem Advocatus Clericum idoneum Episcopo præsentaverit, & postulaverit, postmodum, eo non refutato, alium æquè idoneum in eadem Ecclesia admitti; quis eorum alteri præferatur, judicio Episcopi credimus relinquendum; si Laicus fuerit, cui jus competit præsentandi. Verùm si Collegium, vel Ecclesiastica Persona præsentationem haberet, qui prior est tempore, jure potior esse videtur.

CANON XI.

INNOCENTIUS III. Elien. Episcopo.

PAstoralis officii, & inf. Postulasti edoceri, An Clericus ad aliquam Ecclesiam à Patrono Laico præsentatus, si Diœcesanus Episcopus ipsum non duxerit admittendum, ex hujusmodi præsentatione aliquid Juris assequatur in illa, & si fortè idem ad Sedem Apostolicam appellaverit, & post appellationem ab ipso interpositam, idem Patronus alium curaverit præsentare, ac secundum instituit Episcopus præ-

sentatum, idem ab ipsa Ecclesia debeat amoveri? Nos igitur Alexandri Papæ vestigiis inhærentes, qui inter præsentatos à Clerico, & Laico Patronis distinguens, inter præsentatos à Laico conditionem possidentis censuit meliorem; dicimus, quòd institutio præsentati secundo loco à Laico Patrono, robur obtinet firmitatis. Verumtamen constituimus, ut Episcopus, qui præsentatum idoneum malitiosè recusavit admittere, ad providendum eidem in competenti Beneficio compellatur, quatenus puniatur in eo, in quo ipsum non est dubium deliquisse.

COMMENTARIUM.

EX his tribus Canonibus, quorum primus in Decretalibus legitur in ordine il 5., secundus il 24. Et tertius in ordine il 29. sequentes deduco Conclusiones.

Prima: PATRONUS LAICUS (CUI SCILICET COMPETIT JUSPATRONATUS RATIONE PROPRII PATRIMONII) INTRA QUATUOR MENSES ANTE INSTITUTIONEM POTEST VARIARE, SECUS PATRONUS CLERICUS (SEU CUI COMPETIT JUSPATRONATUS RATIONE ECCLESIÆ.)

Secunda: EX DUOBUS ÆQUE IDONEIS PRÆSENTATIS A PATRONO LAICO POTEST EPISCOPUS DARE INSTITUTIONEM SECUNDO PRÆSENTATO, REJECTO PRIMO.

Tertia: INTER PLURES PRÆSENTATOS A PATRONO LAICO COMPETIT EPISCOPO GRATIFICATIO; Ita *Innocentius, Abbas, Anania, Berous, Butrius, Fagnanus, Gonzalez hic Archidiac. super 6. decretal. in cap. si Laicus de jurepat.,, Ancharan., Imol., & Vitalin. in Clement. Plures de jurepat.. Paris. cons. 47. tom. 4., Calderin. cons. 9. de jurepat., Lambertin. de jurepatr. lib. 2. par. 2. quæst. 7. art. 1., Vivian. eodem tract. par. 2. lib. 10. cap. 1. num. 1., Garz. de Benefic. par. 5. cap. 9. num. 211., Capon. discept. Eccles. 74. num. 15. tom. 2., Barbos. vot. decis. 78. num. 10. lib. 3., Rot. coram Priol. decis. 91. num. 4., & decis. 1247. num. 7. coram Emerix jun., & decis. 649. num. 2. coram Pamphil., & in Volaterrana Beneficii 28. Januarii 1709. §. Ex pluribus coram R. P. D. Crispo, & in Faventina Beneficii 16. Junii 1705. §. Minimèque coram R. P. D. Kaunitz, & in Novarien. Parochialis 11. Aprilis 1712. §. Data coram R. P. D. Ansaldo.*

1 Ratio primæ conclusionis est, quia cùm ante institutio nem, ab Episcopo factam, ratum non sit, quòd à Patrono Laico fuit inchoatum, ideo ante ipsam institutionem pendente tempore concesso ad præsentandum potest ipse variare. Quod non procedit in Patrono Ecclesiastico. Nam cùm variatio determinationis maturo consilio susceptæ arguat inconstantiam, & levitatem animi, & homo inconstans sit veluti conchylia, quæ crescente Luna, augescunt, decrescente marcescunt; ac si nunc magnus, nunc pusillus, nunc elatus, nunc supplex, & veluti mulus ex equo, & asina conflatus, qui nec equus est, nec asinus, jure merito hæc variatio reprobatur in Personis Ecclesiasticis, in quibus major constantia, & honestas requiritur, quàm in cæteris, juxta *glos. in Clement. unic. de renunciat. verb. cùm illusio, ibique Vitalin. num. 13., & in Clement. 2. §. Præsenti num. 5. de vit. & honest. Cleric., Ancharan. cons. 188. num. 4.* ibi-- *Et hæc inconstantia maximè reprobatur in Clericis-- Rota in Leodien. Pastoratus, seu Vicariæ 15. Maji 1711. §. Tota coram Eminentiss. Priolo.*

2 Ratio etiam ulterior est; quia Laici non ita exactè perquirere possunt idoneitatem præsentati, sicuti Clerici; Ac etiam quia Patronus Clericus ratione Jurispatronatus habet pinguius jus, habet enim sex menses ad præsentandum, Patronus verò Laicus habet solùm quatuor menses, ut dicam infra *Par. III. Canon. Unic.* Quare ob faciendam compensationem Sacri Canones concesserunt Patrono Laico jus variandi, quod denegarunt

garunt Patrono Ecclesiastico. Ita *Berous in hoc cap. Quòd autem num.12. & seqq. Butr. in cap. Cùm autem, Lambertin. de Jurepatr. lib.2. par.2. quæst.7. art.1. num.4., Rota decis.91. num.6. coram Priolo.*

Quoad has Conclusiones sequentes examinantur Casus.

ARGUMENTUM.

Patronus Laicus quando, & quomodo possit variare correctivè nè, & privativè, aut potiùs accumulativè?

SUMMARIUM.

1 *Non solùm Patronus, sed etiam ejus successor variare potest, si durante quadrimestre Patronus obiit.*

2 *Patronus Laicus post Canonicam institutionem non potest variare,* & num.5.

3 *Institutio facta per errorem de illegitimo, & non idoneo est nulla.*

4 *Paria sunt non præsentare, ac nulliter præsentare.*

5 *Matrimonia contracta per hæreticos in loco, ubi publicatum fuit Concilium, non servata hujus forma, sunt irrita.*

6 *Hæretici ratione Baptismi subduntur jurisdictioni Ecclesiæ.*

7 *Clericus natus in secundo matrimonio contracto ab hæreticis in loco, ubi publicatum non fuit Concilium Tridentinum, non servata hujus forma, est legitimus, & præsentari, ac institui valet in Cathedralibus.*

9 *Institutio Canonica, quæ dicatur?*

10 *Institutio facta absque prævia affixione edicti est nulla ex defectu formæ.*

11 Text. in cap. final. de elect. in 6. *habet locum in præsentatione.*

12 *Si institutio sit nulla, utpote facta absque prævia affixione edicti, potest Patronus variare, non quidem privativè, sed corrective.*

13 *Casu quo institutio sit nulla, non per hoc vitiatur præsentatio.*

24 *Licitum non est Patrono præsentationem semel validè factam in totum revocare, & quare?* Vide ibi.

15 *Patronus si præsentet secundum, in dubio præsumitur eum præsentare cumulativè, & non privativè.*

CASUS I.

SUccedente vacatione cujusdam Canonicatus de Jurepatronatus in quadam Cathedrali, ubi recipi valent solùm legitimi, Patronus præsentavit ad illum Titium Clericum, qui immediatè post, absque prævia affixione edicti institutus fuit in eo ab Ordinario. Animadvertens idem Patronus, quòd Titius natus erat à Berta, & Cajo hæreticis in statu, quo Cajus antecedenter contraxit aliud matrimonium cum alia muliere pariter hæretica in parte hæreticorum, ubi publicatum fuit decretum *de reform. matrimon. cap.1. sess.24.*, non servata tamen hujus forma, existimans Titium esse illegitimum, ac proinde incapacem obtinendi dictum Canonicatum durante adhuc quadrimestre, variavit alium Clericum idoneum, & capacem, præsentando privativè penitùs recedendo à prima præsentatione.

Quæritur in hoc Casu -- *An Patronus post præsentationem Titii, & subsecutam hujus institutionem in dicto Canonicatu potuerit variare, & quidem correctivè, & privativè, aut potiùs accumulativè?* In quo articulo negativè absolutè, & simpliciter respondendum videtur.

1 Licèt enim Patronus Laicus possit variare, immo etiam ejus successor variare valeat si durante quadrimestre idem Patronus obiit, ut docet *Lambertin. de jurepatr. lib.2. par.3. quæst.3. art.4. n.1. Sanchez. cons. moral. lib. 2. cap. 3. dub. 65.* 2 *num.13.* tamen sequuta institutione præsentati, hoc ei ampliùs licitum non est, cùm variatio permissa sit Patronis Laicis tantùm re integra, nimirum antequam admittatur ab Ordinario, & antequam sit jus quæsitum præsentato, juxta supradictum *Canonem Quod autem, ibique Gonzal. num.5. Paris. cons.47. part.1. num.6. Palm. cons.10. n.38. Paul. de Cittadin. de Jurepatr. par.6. art.3. num.2. Rocch. de Curt. eod. tract. verb. honorificum qu.23. num.53. Vivian. eodem tract. par.2. lib.10. cap.1. num.15., Rota in Volaterrana Beneficij 28. Januarij 1709. §. Ex pluribus coram R.P.D. Crispo.*

3 Nec dicatur, quòd hæc institutio facta ab Ordinario in Persona Titii non sit Canonica ex defectu Personæ recipientis. Eo quia Titius natus à Cajo in secundo ma-

matrimonio cum Berta, constante adhuc primo cum alia muliere erat illegitimus, & sic incapax obtinendi præfatum Canonicatum; adeout etsi fuerit ab Ordinario institutus per errorem, eo quia putabat illum esse legitimum, & idoneum, tamen cùm postea repertus fuit non idoneus, tam institutio, quàm ejus præsentatio dicitur nulla, & nullum jus ei tribuere. *Vivian. de jurepat. par. 2. lib. 12. cap. 4. n. 33.* Adeòque Patronus stante hac nullitate institutionis, ac præsentationis, durante adhuc quadrimestre, poterit alium præsentare, & quidem privativè penitùs recedendo à prima presentatione, quia hęc utpote nulla, non dicitur præsentatio, cùm paria sint non præsentare, ac nulliter præsentare. *Sanch. cons. moral. lib. 2. cap. 3. dub. 65. num. 3. Fagnan. in hoc Canone Cùm autem num. 9. & 10., & in cap. Cùm vos num. 33. de offic. Ordin., Rota decis. 91. num. 4. coram Priol., Adden. ad Pamphil. decis. 706. nu. 16., & decis. 722. nu. 11., & decis. 52. n. 8. penes Ansald.*

Quoniam Titius natus à Cajo in secundo matrimonio erat legitimus, adeòque tam præsentatio, quàm institutio ejus favore facta est valida, & legitima. Primum namque matrimonium contractum
5 à Cajo cum alia muliere in loco, ubi publicatum fuit Concilium Tridentinum, fuit nullum, utpote inter ipsos contractum, non servata illius forma, dum hæretici, ubi Concilium fuit publicatum, tenentur servare ejus formam, itaut matrimonia per eos contracta absque hac forma sunt irrita, & nulla. *Gonzal. cap. 3. num. 10. de clandest. desponsat., Pignattell. consult. 79. num. 26. tom. 2. Rot. in Leodien. Canonicatus 2. Julii 1710. §. Cæterùm coram P. P. D. Ansaldo.* Ea ratione quia, quamvis hæretici non sint intrà Ecclesiam. *Text. in cap. firmiter de Summ.*
6 *Trinit.* tamen ratione Baptismi subduntur illius jurisdictioni. *Gonzal. in cap. sicut num. 12. de hæretic.* Et consequenter se-
7 cundum matrimonium contractum ab eodem Cajo cum Berta in loco, ubi publicatum non fuit Concilium Tridentinum, fuit validum, & legitimum, etiamsi non fuerit servata forma Concilii, ut optimè tradit *R. P. D. meus Petra ad Constit. Apostolic. tom. 4. fol. 78. num. 21.*, vel saltèm ex hoc existimari potuit legitimum, quod sufficit ad hoc, ut Titius Clericus ex eo susceptus, dicatur legitimus, ad effectum ut præsentari, & institui valeat in Cathedralibus, juxta *Text. in cap. pervenit, qui fil. sint legit., Barbos. vot. decis. 2. n. 40. & seq. Cancer. var. resol. par. 3. cap. 11. n. 106.* utì etiam resolutum fuit à Sacra Congregatione Concilii *in Monasterien. seu Paderbonen. legitimitatis*; ubi cum Bodò ab Alten Brunsuvicensis Vir Nobilis, sed sectæ Luteranæ Alumnus primum matrimonium contraxerit cum Juditha Elisabeth Cran ejusdem sectæ; Alterum autem cum Sidonia de Fenessen pariter Luterana; Et cùm ex secundo matrimonio natus fuerit Everardus, iste, qui primus suæ gentis post hæresim Luteri nomen dedit Catholicæ Fidei, supplicavit, ut ipse Equestri Ordini adscribi, ejusque filii, & descendentes recipi valeant in Cathedralibus Germaniæ, declarari filios dd. Bodò, & Sidoniæ legitimos, ea præcipuè ratione, quia primum matrimonium utì celebratum in Diœcesi Colonien. ubi publicatum fuit decretum *de reformat. matrimon. cap. 1. sess. 24.* non servata illius forma sit nullum etiam inter hæreticos, non autem ita sit de secundo contracto Brunsuivi, ubi nunquam dictum decretum fuit promulgatum; Ac proinde disputato dubio-- *An filii nati ex Bodone ab Alten, & Sidonia de Fenessen, legitimi haberi debeant ad effectum de quo agitur*-- Die 5. Septembris 1716. responsum fuit *Affirmativè*.

8 Sed re meliùs attenta censeo in hoc casu Patronum potuisse variare; sciendum est enim, quod ad hoc, ut Patronus post sequutam institutionem præsentati in Beneficio, non possit ampliùs præsentando variare, juxta auctoritates superiùs adductas §. *Licèt* requiritur, quòd insti-
9 tutio sit Canonica, seu quòd sit copulativè sinè vitio Conferentis, Recipientis, vel formæ. *Fagnan. in cap. Constitutus de fil. Presbyter. num. 10. ibique Bellamer....* Supradicta autem institutio facta ab Ordinario in persona Titii, etsi sit sinè vitio Conferentis, & Recipientis, dum ex supra deductis patet, Titium esse legitimum, tamen dici non potest, quòd sit sinè vitio formæ.

10 Fuit namque executa ab Ordinario immediatè post præsentationem factam à Pa-

Patrono favore Titii, absque prævia affixione edicti, & sic absque forma à jure præscripta, cùm secluſa omni consuetudine, & præscriptione in contrarium de jure institutio, sicuti etiam gratificatio fieri non possit per Episcopum absque pœna nullitatis, nisi citatis priùs vel specialiter, vel generaliter per edictum præsentato, Patronis, & aliis interesse habentibus, cum præfixione termini peremptorii novem dierum, & nisi elapso dicto termino, juxta *Text. in cap. final. de elect.*
11 *in 6.*, qui licèt loquatur de electione locum etiam habet in præsentatione, ut docent *gloss. verb. electione* ibi-- *Et idem puto in præsentatione, ut etiam ille, cui fit præsentatio servare teneatur hanc decretalem, ibique Gemin. n.17. Calderin. cons.8. de elect. num. 1. Lambertin. de jurepat. lib. 2. par.2. quæst.6. art.2. num.1. & 4. Crescen. decis. 12. de jurepat. num. 1. & 2. Vivian. eodem tractat. lib.9. cap.1. nu.2. cum seqq. Lara de Anniversſ. & Cappell. lib.2.cap.10. nnm.40. Rot. in Novarien. Parochialis 11. Aprilis 1713. §. Atque hæc, & §. Atque ita cotam R.P.D. Ansaldo.*
12 Stante igitur nullitate hujusmodi institutionis ex defectu formæ ab Ordinario non servatæ, eo quia ipse fuit nimis festinus in institutione, res dicitur adhuc integra, ac proinde durante adhuc quadrimestre poterat Patronus variare alium præsentando, non quidem correctivè, & privativè penitùs recedendo à prima præsentatione, sed accumulativè, alium cum primo accumulando; quia licèt dicta institutio fuerit nulla, non per hoc vitiata remansit præsentatio, *Vivian. de Jurepatr. part.2. lib.12. cap.4.n.35. Crescent. dec.12. de Jurepatr.n.3. Lara de Anniverſ. & Cappell. lib.2.cap.10.n.41.* sed illa fuit valida, utpote facta de Persona capaci, qua stante validitate licitum non erat Patrono Laico præsentationem semel validè factam in totum revocare. Ratio est, quia Textus in hoc *Canone cùm autem* 10. inter plures præsentatos à Patrono Laico æquè idoneos concedit Episcopo gratificationem; Non esset autem locus gratificationi, si Patronus Laicus variaret correctivè, & privativè recedendo à prima præsentatione: Igitur si Patronus Laicus primo validè præsentavit, non potest variare privativè, seu correctivè, sed solum accumulativè, quod enim semel placuit, ampliùs displicere non potest. Ita *gloss. in cap. Quod semel de reg. jur. in 6. Bero. hic in cap. Quod autem nu.8. & seqq. Abb. in cap. Cùm autem, ibique Fagnan.n.7. Cravet. cons.63. num.3. Lambertin. de Jurepatr. lib.2. par.2. quæst.7. art.22. num.2. Rocc. de Curt. eod. tract. verb. honorificum quæst.9. Perez. de Lara de Cappellan. lib.2. cap.9. n.18. R.P.D. Ansaldo dec.52. n.4., & seqq. Rot. decis.235. n.5. par.9., & dec.323. n.12. par.15. recent. & in Vaden. Canonicatus 30. Junij 1704. §. Nil urgente cor. Rmo Molines Decano*, Et in dubio si Patronus Laicus præsentet secundum, semper præsumendum est eum præsentare accumulativè, & non privativè, ea ratione, quia quilibet præsumitur, velle facere actum modo sibi magis proficuo, & conformi dispositioni juris *Rocch. de Curt. de Jurepatr. verbo honorificum n.38. Lara de Cappell. d. lib.2. cap.9. n.19.*

ARGUMENTUM.

An Patronus Laicus possit semel tantùm, aut pluries variare. Et si præsentatio facta à Patrono Ecclesiastico sit nulla, an possit idem Patronus alium præsentare, & an in Jurepatronatus mixto competat Patrono Ecclesiastico jus variandi?

SUMMARIUM.

1 *Patronus Laicus semel tantùm, & non pluries potest variare, & quare?* Vide ibi. *Intellige*, ut num.3.
2 *Patronus Laicus si primò imperfectè præsentavit, potest secundò, & tertiò præsentare, immo præsentationem imperfectam penitùs revocare.*
4 *Præsentatio facta à Patrono Ecclesiastico si sit nulla, potest idem Patronus alium præsentare.*
5 *Patronus Ecclesiasticus potest intrà terminum à jure præfixum declarare, & reddere claram præsentationem dubiam.*
6 *Patronus Ecclesiasticus, facto pacto, quòd si præsentatus intrà certum tempus non utatur præsentatione ad obtinendum institutionem, possit alium præsentare, si præsentatus intrà dictum tempus ea non utatur, potest alium præsentare.*
7 *Patronus Ecclesiasticus si præsentaverit unum,*

unum, deinde variaverit præsentando alterum, & si primò præsentatus durante semestre renunciaverit juri suo, aut moreretur, an convaluerat præsentatio secundi, vel potiùs Patronus possit noviter præsentare? Vide ibi, & n.8. & 9.

10 *Collatio Beneficii nulla, utpote facta extra terminum convalescit ex patientia Superioris habentis illud conferre jure devoluto.*

11 *Constitutio Legati facta à Proconsule ante ingressum Provinciæ, convalescit post ingressum, si Proconsul perseveret in priori voluntate.*

12 *Præsentatio, aut constitutio Procuratoris ad præsentandam certam personam facta ante vacationem Beneficii convalidatur in ipsa vacatione durante voluntate Patroni.*

13 *Patronus Ecclesiasticus an in jurepatronatus mixto possit variare?* Vide ibi, & num.14. & 15.

CASUS II.

PRæsentavit per literas quidam Patronus ad Beneficium vacans de suo Jurepatronatus, Titium Clericum; Deinde idem Patronus præsentavit Cajum coram Ordinario, & paulò post non exhibitis adhuc per Titium literis præsentationis coram Episcopo, præsentavit etiam Sempronium omnes æquè idoneos, quem Episcopus gratificavit, illum instituendo in Beneficio. Quæritur an hæc tertia præsentatio subsistineatur? seu an Patronus potuerit hunc tertium validè præsentare?

1 Cui quæstioni respondendum videtur negativè; Patronus namque Laicus semel tantùm, & non pluries potest variare. Ratio est, quia *Canones supradicti* concedentes Patrono Laico jus variandi, loquuntur solùm de duobus Præsentatis. Igitur Patronus Laicus duos solùm, & non plures poterit præsentare, & sic semel tantùm variare. Insuper variatio est odiosa, *Gemin. in cap. cùm in multis de rescript. in 6.*, adeòque venit restringenda, ad *Text. in cap. odia de regul. iur. in 6.*, & non est permittendum Patronis Laicis variare toties, quoties voluerint, sed semel tantùm, ut docent *Calderin. cons.15. de jurepat. Cravett.cons. 63. nu. 3. Rocch. de Curt. de jurepat. verb. Honorificum quæst. 10. Lambertin. eodem tract. lib.2. par.1. quæst.7. art. 23. Garz. de Benefic. par.5. cap.9. num.214. Card.de Luca de jurepat. disc.43. nu.6., & disc.17. num.10. Vivian. eodem tract. par.2.lib.10. cap.4. num.1. Ventrigl. in prax. par. 2. annot.1. §.3. num.46. Rot. decis. 92. num.5. post Bonden. collect. legal. tom.2.*

2 Cæterùm in hoc Casu censeo tertiam præsentationem sustineri, & Patronum potuisse hunc tertium validè præsentare. Prima namque præsentatio facta à Patrono per literas favore Titii, donec non est exhibita coram habente instituere, est actus imperfectus nullum jus considerabile tribuens nominato, ut dixi *Part.I. Can.V. Cas.II. num.4.*, & firmatum fuit à Sacra Rota *in Romana Cappellaniæ coram Eminentiss. Scotto ibi relat. num.6.*, adeòque poterat Patronus non solùm variare præsentando hunc tertium, sed etiam primam præsentationem imperfectam, seu nominationem revocare, & penitùs abolere, quo casu non diceretur pluries, sed semel tantùm præsentare, dum secunda præsentatio diceretur prima, & tertia secunda, *Lotter. de re Benefic. lib.2. quæst.6. num. 36. & seqq. Rota decis.739. num.18. & 21. par. 18. tom. 2. recent., & in Vercellen. Canonicatus 23. Januarii 1598. coram Corduba penès Garz. de Benef. par.7. cap.1. n.36.*

3 Non obstat supradictum principium, quòd Patronus Laicus non possit pluries, sed semel tantùm variare; quoniam illud procedit, quando prima præsentatio facta à Laico est actus perfectus, & est valida, limitatur autem quando est imperfecta, aut nulla, aut fuerit ei renunciatum à præsentato simpliciter, non verò in favorem alterius, cùm non possit Præsentatus renunciare, & transferre præsentationem de se factam in alium, *Palm. cons.10. num.37.* Tunc enim Patronus Laicus non solùm potest præsentare secundum; sed etiam tertium accumulando cum secundo, ea ratione, quia cùm prima præsentatio sit nulla, aut non ampliùs existens in rerum natura, cùm cessaverit per renunciationem, secunda efficitur prima, & non dicitur variatio, sed prima præsentatio, & tertia dicitur secunda præsentatio, *gloss. in cap.final. verb.ex vi de jurepat.*, *Fagnan. in cap. cùm autem*

*n.*11. *Lambertin. de jurepatr. par.* 2. *lib.*2. *quæſt.*7. *art.*3. *ante num.* 1. *verſic. Igitur*, *Vivian. eodem tract. par.* 2. *lib.* 10. *cap.* 1. *nu.*21. *Rota coram R.P.D. Anſaldo dec.*25. *num.*15.

4 Sic etiam Patronus Eccleſiaſticus, etſi dicatur, quòd nullatenus poſſit variare alium præſentando; hoc procedit, quando ejus præſentatio eſt perfecta, aut valida; ſecus ſi ſit imperfecta, utpote non exhibita coram habente inſtituere, aut ſit nulla utpote facta abſque propria culpa de perſona minus idonea ignoranter, non verò ſcienter, & cum culpa, juxta ea, quæ ſuperiùs firmavi *Can.III. Caſ. III. num.* 4. tunc enim poteſt alium præſentare, *Lambertin. de jurepat. lib.* 2. *quæſt.* 7. *art.* 21. *num.*6., *& par.*3. *quæſt.*9. *art.*32. *num.*3. *Ancharan. in Clement. ut conſtitutio de jurepat. num.*7. *propè finem*, ea ratione, quia Sapientis eſt revocare, quod malè fecit, & quilibet tenetur ſuum errorem emendare, ut expreſsè docet *Text. in cap. Magnæ* 22. *quæſt.*4. ibi— *Magnæ ſapientiæ eſt revocare hominem, quod malè loquutus eſt— gloſſ. in cap.* 1. *ut lite pendente verb. præjudicium, Butr. in cap. Eccleſia veſtra il ſecon-*
5 *do de elect. num.* 19. Immo ſi ejus præſentatio ſit dubia, poteſt intrà tempus datum ad præſentandum illam declarare, certificare, & reddere claram, ob ſupradictam rationem, quia in hoc caſu Patronus Eccleſiaſticus non diceretur variare, ſed primò præſentare, juxta *Conrad. in praxi. benefic. lib.* 4. *cap.* 6. *num.* 26. *Lambertin. de jurepat. lib.*2. *par.*2. *q.* 3. *art.* 9. *num.*13. *Garz. de benefic. par.*8. *cap.*2. *n.*3. *Rota in Recanaten. Beneficii* 9. *Maji* 1701.
6 §. *finali coram R. P. D. Lancetta*. Sicuti non diceretur variare, ſed primò præſentare, ſi Patronus Eccleſiaſticus præſentaret aliquem cum hac conditione, quòd ſi præſentatus intrà menſem ex. gr. non proſequatur inſtitutionem, poſſit alterum præſentare; Tunc ſi nominatus cum tali pacto nondum præſentaverat ſe coram Epiſcopo intrà tempus illi conſtitutum, evaneſcit, & extinguitur ejus præſentatio virtute pacti, & Patronus Eccleſiaſticus poterit alium præſentare, *Lara de Anniverſ. & Cappell. lib.* 2. *cap.* 9. *num.*6.

7 Quæro in hoc caſu. Primò ſi Patronus Eccleſiaſticus, cui prohibita eſt variatio, præſentaverit unum, deinde variaverit præſentando alterum; Et ſi primo præſentatus durante ſemeſtre, renunciaverit juri ſuo, aut moreretur; An convaleſcat præſentatio ſecundi, itaut ei concedenda ſit inſtitutio, vel potius Patronus poſſit noviter præſentare?

8 Et videtur dicendum, quòd non convaleſcat; Præſentatio namque ſecundi utpote facta à Patrono Eccleſiaſtico tempore prohibito, ſimirum quando jam priùs aderat alia præſentatio valida, eſt de jure nulla, adeòque ceſſante prima per renunciationem, aut obitum primi præſentati convaleſcere non poteſt, ea ratione, quia non firmatur tractu temporis, quòd de jure ab initio non ſubſiſtit ad *Text. in cap. non firmatur de regul. jur. in* 6., ut patet in Inſtitutione Simoniaca, quæ cum ſit nulla non convaleſcit, ſi inſtitutus per aliqua tempora adminiſtraverit in beneficio *Textus in cap. Principatus* 1. *q.* 1., & in venditione rei Sacræ e. g. Calicis ſacrati, quæ eſt nulla, & non aſſumit vires, ſi poſtea res Sacrata deſiit eſſe Sacra, *Text. in l. inter Stipulantem* §. *Sacram ff. de verbor. oblig.* Unde Patronus Eccleſiaſticus, cùm prima præſentatio ſublata ſit de medio per renunciationem, aut mortem primi Præſentati; Secunda, quæ reputatur, ac ſi eſſet prima, non valeat, ac habeatur pro non facta, poterit de novo præſentare durante adhuc ſemeſtre, non præſtat enim impedimentum, quòd de jure non ſortitur effectum ad *Text. in cap. non præſtat de regul. jur. in* 6., *Lambertin. de Jurepatr. par.* 2. *lib.* 2. *quæſt.* 7. *art.* 10. *n.*2.

9 Sed in hac quæſtione cenſeo reſpondendum, præſentationem ſecundi, quæ ante renunciationem, aut obitum primi præſentati erat nulla, convaleſcere, & convalidare, dummodo non conſtet de mutatione voluntatis Patroni Eccleſiaſtici, quia durante voluntate Patroni, dicitur perſeverare, & vim, & validitatem, quam non habebat ante renunciationem, aut obitum primi Præſentati, recipit poſt ipſam renunciationem, aut obitum, dum poſt ipſam renunciationem, aut obitum primi Præſentati, Patronus Eccleſiaſticus durante adhuc ſemeſtre poteſt præſentare, ut expreſsè docet *Rota deciſ.* 16. *de renunciat. in antiquis*; Ad exemplum collationis beneficii factæ ab Ordinario, elapſo

ter-

termino sibi à jure statuto ad conferendum, quæ licèt sit nulla, convalescit tamen ex patientia Superioris habentis illud conferre jure devoluto. *Text. in cap. literas de supplen. neglig. Prælat.*, *ibique gloss. verb. patientia Abb. num.* 1. *Anan. num.* 1.

11 *Barbos. num.* 1., & ad exemplum constitutionis Legati facta à Proconsule, antequam ipse Provinciam ingrediatur, quæ licèt ante ingressum non valeat, convalescit tamen post ingressum Provinciæ Proconsulis, si iste perseverat in priori voluntate, juxta *Text. in l. observare* §. *final. ff. de offic. Proconsul. Cassador. decis.* 5. *de*

12 *Jurepat. num.* 2.; Ac denique ad exemplum præsentationis, aut constitutionis Procuratoris ad præsentandum certam personam facta ante vacationem Beneficii, quæ licèt sit nulla ante vacationem, convalidatur tamen in ipsa vacatione, durante voluntate Patroni, juxta *Dec. consil.* 171. *tom.* 1. *Lotter. de re benefic. lib.* 2. *quæst.* 6. *num.* 19. *& seq.*, *Rota in Romana Cappellaniæ* 3. *Februarii* 1708. *coram Eminentissimo Scotto superiùs impress. Part.* 1. *Can.* 5. *cas.* 2. *num.* 28. stante autem convalidatione præsentationis secundi, non potest Patronus noviter præsentare; hoc enim importat convalidatio præsentationis secundi, nimirum, quòd Patronus perseveret in eadem voluntate, & alium non præsentet.

Quæro secundo in Iurepatronatus mixto An Patronus Ecclesiasticus possit variare?

Videtur Patronus Ecclesiasticus in Jurepatronatus mixto posse variare; Etenim ipse in hujusmodi Jurepatronatus habet societatem, & communionem cum Laico, adeòut sicuti Patronus Laicus potest variare, ita & Patrono Ecclesiastico eadem variatio competere poterit, dum in bonis socialibus socius habet privilegium socii, & privilegium unius consortis, prodest alii consorti, ad *Text. in l. si communem* §. *Quemadmodum servitutes amittantur*, *ibique Bald.*, *Paul. de Castr.*, *Alexand. cons.* 122. *num.* 17. *lib.* 4.

14 Sic ratione communionis societatis privilegium Clerici, ut conveniri possit coram Episcopo prodest Laico in eadem Causa individua; Et restitutio in integrum, quæ competit minori, prodest, & competit etiam majori in eadem Causa communi *Paul. de Castr. in dicta l. si communem n.* 2. *Alexand. dicto cons.* 122. *n.* 16. *in fin. lib.* 4. *Paris. cons.* 12. *num.* 73. *lib.* 2. Et privilegium termini sex mensium in præsentando competens Patrono Ecclesiastico, in Jurepatronatus mixto ratione communionis, & societatis prodest Patrono Laico, juxta *Gloss. in cap. unico de jurepat. in* 6. *verb. Ecclesiasticus*, & dicam infra *Par.* 3. *Can. unico*. Ac etiam privilegium, ut Legatus à Latere non possit liberè conferre beneficium de Jurepatronatus Laicali, ac privilegium exemptionis à Regulis Cancellariæ, & à Reservationibus Apostolicis competens Patrono Laico, ratione communionis, & societatis in Jurepatronatus mixto, competit etiam Patrono Ecclesiastico, ut dicam infra *Can. XXX.* Ita etiam Privilegium variandi competens Patrono Laico, in Jurepatronatus mixto ratione ejusdem societatis, & communionis competere poterit Patrono Ecclesiastico, & iste variare, sicuti variare valet Patronus Laicus; ea ratione, quia mixtum assumit naturam simplicis magìs privilegiati, *Card. de Luca de Jurepat. disc.* 59. *num.* 22. §. *Aut veniunt*.

15 At verius contrarium existimo; distinguendum est enim inter ea, quæ sunt indivisibilia, & ea, quæ sunt divisibilia; Licèt enim in indivisibilibus privilegium unius consortis prodest alteri consorti, tamen hoc limitatur in divisibilibus, & in eis, quæ sunt divisibilia juxta *Gloss. in dicta l. si communem*, *ibique Bald.*, *Paul. de Castr. Covarr. practic. quæst. lib. unico cap.* 34. *num.* 1. *prope fin.*, *&* 2. In casu autem præsenti exercitium Jurispatronatus, seu Jurispræsentandi commodè divisionem admittit, & dividi potest, ut dicam infra *Part. IV. Can. II.* Unde privilegium variandi competens Patrono Laico, competere non potest in Jurepatronatus mixto ratione communionis Patrono Ecclesiastico, quia Patronus Ecclesiasticus, sive consideretur secundùm se, sive, ut associatus Patrono Laico, semper in eo detestabilis est variatio determinationis maturo consilio susceptæ, ut superiùs notavi *in Commentario* §. *Ratio primæ conclusionis*, ita *Lambertin. de Jurepatr. lib.* 2. *par.* 2. *quæst.* 7. *art.* 13. *num.* 4., *& seq.*; Immo juxta *Paul. de Cittad. par.* 6. *art.* 3.

de

de jurepat. quem ſequitur *Lara de Anniverſar.,& Cappellan. lib.2. cap.9. num.14.*, nec Patronus Laicus in Jurepatronatus mixto, ratione communionis cum Eccleſiaſtico, in quo deteſtatur variatio, poteſt variare; quæ tamen opinio reprobatur à *Lambertino ubi ſupra num. 5.*

ARGUMENTUM.

Patronus Laicus an poſſit variare, novum Præſentatum accumulando, lite pendente inter Præſentatos, quorum nullus ceſſit liti, aut deceſſit.

SUMMARIUM.

1 *Lite pendente inter Patronos principaliter ſuper Jurepatronatus licita non eſt eis variatio.* Limita, ut ibi.

2 *Lite pendente inter Præſentatos, quorum unus fuit inſtitutus, non poteſt Patronus alium accumulando præſentare.*

3 *Lite pendente inter Præſentatos, quorum unus ceſſit, vel deceſſit, non poteſt Patronus alium præſentare.* Limita, ut ibi.

4 *Lite pendente inter Præſentatos poteſt Patronus variare præſentando Collitigantem.* Intellige, ut ibi.

5 *Orta lite inter Præſentatos, quorum nullus ceſſit, aut deceſſit, & quorum nullus ſit inſtitutus, an poſſint Patroni variare, & alium accumulativè præſentare? Referuntur ſententia, & rationes* Lambertini, & num. 6., & 7.

6 *Quod, & quale jus acquiratur ex præſentatione Patroni Laici.*

8 *Referuntur ſententia, & rationes eorum, qui ſentiunt in hoc caſu non eſſe permiſſum Patronis Laicis variare,* & num.9. & 10.

11 *Conciliatur utraque ſententia cum diſtinctione.* Vide ibi, & num.13.

12 *Lis ad hoc ut ſit ſufficiens impedire Patronis Laicis facultatem variandi, requiritur, quod non ſit calumnioſa.*

CASUS III.

COmpetens Jurepatronatus Laicali pluribus uti ſingulis ad Beneficium A. vacans, unus ex eis præſentavit Titium, alius Cajum. Orta lite inter Præſentatos, primus Patronus variavit accumulando cum Titio Sempronium. Hinc quæritur: An lite pendente inter Præſentatos, quorum nullus ceſſit liti, aut deceſſit, Patronus Laicus poſſit alium præſentare, ſeu variare accumulando novum præſentatum.

Quæſtio hæc ſatis controverſa inter Doctores, ut clarius reſolvatur, præſupponendum eſt tanquam certum.

1 Primo. Quòd lite pendente inter Patronos principaliter ſuper Jurepatronatus non poſſunt iſti variando devenire ad aliam præſentationem, niſi ante motam litem, & ante vacationem ſint in poſſeſſione præſentandi; nam ſi ſunt in poſſeſſione præſentandi, poſſunt in hac poſſeſſione continuare, & alium accumulativè præſentare, niſi lis ſit etiam ſuper ipſa poſſeſſione, eo quia litis motio non debet alicui jus ſuum auferre, & poſſeſſionis commodo quem privare, ad *Text. in cap. 1., ut lite pendente Gloſſ. in cap. ex literis verb. ex literis de jurepat.*, & *in cap. cum veniſſent de in integr. reſtit. verb. Electionem, Lancellott. de attentat. par. 2. cap.4. in præfat. à num.635. uſque ad 652.*

2 Secundo, quòd lite pendente inter præſentatos, quorum unus fuit inſtitutus, non poſſit poſt hujuſmodi inſtitutionem Patronus alium accumulando præſentare, juxta *Text. expreſſum in cap.2., ut lite pendente in 6., Garz. de Benefic. par.5. cap.9. num. 218., Covar. pract. quæſt. lib. unic. cap.36. num.7. §.3.*

3 Quod lite pendente inter Præſentatos, & uno ex Litigantibus defuncto, aut liti cedente, non poſſit Patronus alium præſentare *Lambertin. de jurepat. par.1. lib.2. quæſt. 6. art. 12. num. 19., Gomes ſuper Regul. de ſubrog. Collitig. quæſt. 13. Garz. de Benefic. par. 5. cap. 9. num. 217., Lancellott. de attent. par. 2. cap. 4. in præfat. num. 655., Rota in Zamoren. Beneficii de Morales 30. Maji 1586. apud Marcheſan. de Commiſſ. par.1. to.1.§.2. pag. mihi 452.*, dummodo præſentatio illius, qui ceſſit, aut deceſſit ſit valida, ſi enim ſit nulla, eo quia ſit criminoſus, aut concubinarius, & hoc ignorabatur à Patrono, poteſt Patronus Laicus variare alium accumulando, quia in iſto caſu Patronus Laicus non diceretur variare, ſed præſentare, & quia per mortem illius lis eſt finita, ut expreſsè docet *Gloſſ. in cap.2., ut lite pendente in 6. verb. finitâ, Lambertin. de jurepat. lib. 2. par. 2. quæſt. 7. art. 21. num. 6., Rota deciſ.459. num.29. par.19. tom.2. recent.*, &

in Recanaten. Beneficii 9. Maji 1701. §. *final. coram R.P.D. Lancetta*.

4 Quarto denique, quod lite pendente inter Præsentatos possit Patronus variare præsentando Collitigantem, dummodo ex tali præsentatione, & variatione lis non prorogetur, & protrahatur in longum, quia tunc cessat ratio *cap.* 1., *ut lite pendente in 6.*, nimirum nè propter novos Adversarios litigia prorogari contingat, *Rocch. de Curt. de jurepat. verb. honorificum quæst.* 23. *num.* 53. *Garz. de benefic. par.* 5. *cap.* 9. *num.* 220. *& seq. Covarr. pract. quæst. lib. unic. cap.* 36. *num.* 7. §. 3. *Rota decis.* 443. *num.* 3. *coram Merlin., Adden. ad Buratt. dec.* 942. *num.* 8. *& dec.* 92. *num.* 4. *post Bonden. collect. legal. tom.* 1.

5 Quod igitur controvertitur, & quod hic examinandum mihi proposui, est; an orta lite inter Præsentatos, quorum nullus cessit, aut decessit, & quorum nullus sit institutus, possint Patroni variare, & alium accumulativè præsentare?

Lambertin. *de jurepat. lib.* 2. *par.* 1. *q.* 6. *art.* 12. *num.* 11. *cum seqq.*, affirmativam tuetur sententiam existimans in duobus præsentatis litigantibus habere locum *Textum in cap.* 2. *ut lite pendente in 6.*, seu quòd tunc solùm sit prohibita Patronis Laicis variatio lite pendente inter præsentatos, quando unus ex his est in possessione beneficii, dum *Text. in dicto cap.* 2., solùm in hoc casu expressè prohibet præsentantes procedere ad novam præsentationem, non verò habere locum *Textum in cap.* 1. *eodem tit.*; quia iste nullatenus loquitur de duobus præsentatis, sed tantummodo de duobus electis non adhuc confirmatis, & inter se litigantibus.

Fundatur etiam in facultate variandi concessa per supradictos *Canones* indefinitè, & generaliter Patronis Laicis intrà quatrimestre, & sic etiam lite pendente. Nec hæc variatio lite pendente diceretur attentata, quia attentata regulariter non dantur, nisi concurrant præjudicium Partis, aut contemptus Judicis lite pendente inter Præsentatos, quorum nullus cessit, aut decessit, & nullus sit in possessione beneficii; Si Patroni variarent tertium accumulativè præsentando cessaret utrumque; Cessaret quidem contemptus Judicis, quia id facerent jure permittente, cessaret quoque præiudicium Partis, scilicet tum Ecclesiæ, quia tertius accumulatus, si esset dignior, posset statim gratificari ab Ordinario, & sic citius provisum remaneret Ecclesiæ, tum Præsen-
6 tatorum, quia isti non habent jus quoad Beneficium, nec in re, dum hoc jus acquiritur per solam institutionem Ordinarii, nec ad rem, quoniam licèt præsentatio facta à Laico, & accepta à Præsentato, in casu, quo Patronus Laicus non possit variare, vel quia elapsum est quadrimestre, vel quia promisit non variare, & permanere in prima præsentatione, tribuat Præsentato idoneo jus ad rem, itaut illi soli, & non alteri conferendum sit Beneficium, ut docent *Berou. in dicto cap. quòd autem num.* 29. §. *Etsi*, *Calderin. cons.* 17. *de jurepat. Lambertin. de jurepat. lib.* 2. *par.* 2. *quæst.* 5. *art.* 8. *num.* 4. *Vivian. eodem tract. lib.* 8. *cap.* 8. *num.* 1. Tamen præsentatio facta à Laico, casu quo ipse potest variare, vel in actu secundo variavit plures accumulando non dat præsentato jus ad rem, sed solùm dat ei jus prosequendi institutionem, seu petendi coram Ordinario, ut præsentatio habeat suum effectum, vel determinatè favore sui, si sit solus præsentatus, vel alternativè favore sui, aut alterius compræsentati, si est alius compræsentatus, & si sint æquè idonei, ita *Bero. in dicto cap. quòd autem num.* 25. *ibique Butr.*, *& Anan. Imol. in Clement.* 1. *de supplen. neglig. Prælat. num.* 33. *Capon. discept.* 74. *num.* 14. *tom.* 2.

7 Et ratio videtur esse, quia si sola litis motio inter Præsentatos impediret Patronis jus variandi, aperiretur via fraudibus; nam præsentati facilè possent inter se movere litem, ut sic Patronus non posset variare alium cum ipsis accumulando, ut considerat *Lancellott. de attent. par.* 2. *cap.* 4. *in præfat. num.* 644., & hanc Sententiam *Lambertini* sequi videtur *Rota in Hipporegien. Parochialis* 21. *Junii* 1700. §. *Est certum coram Reverendissimo Molines Decano*.

8 E contra sunt alii, & quidem gravissimi Doctores, qui sentiunt in hoc casu non esse permissum Patronis Laicis variare alium accumulativè præsentando, nisi adsit statutum, aut consuetudo, quod Patroni etiam lite pendente inter præsenta-

tos

tos possint variare, vt expressè tuentur *Calderin. cons.1. vt lite pendente*, *Cravett. cons.63. num.3. in fine*, *Gomes super Regul. de subrogat. Collitig. quæst. 13.* ubi refutat *Lambertinum*, *Crescent. decis. 10. de jurepat. Cassador. decis. 3. ut lite pendente n. 2. Covarr. pract. quæst. lib. unic. cap.36. n.7. §.Tertio*, *Lancellott. de attent. par.2. cap.4. in præfat. num.675.*, *693.*, *& 696.*, *Garz. de Benefic. par.5. cap. 9. num. 217. Barbos. de offic.*, *& potest. Episcop. par.3. alleg.72. num. 162. Rota decis. 442. num. 6. par. 1. divers.*, *& decis. 443. num.2. coram Merlin.*, *Adden. ad Buratt. decis. 942. num. 7. & decis.280. num. 1. & decis. 333. num. 1. coram Cavaler.*, *& decis. 92. num. 3. post Bonden. colluct. legal. tom.1.*

9 Moventur autem isti Doctores ex *Textu in cap.1. ut lite pendente in 6.*, qui licèt loquatur de Electis, comprehendit etiam Præsentatos inter se litigantes. Totanamque ratio quare prohibeatur *in dicto cap.1.* Electoribus devenire ad novam electionem, quando lite pendente inter Electos, unus ex eis cessit, aut decessit, est præjudicium, quod resultaret ex hujusmodi nova electione, tum respectu Ecclesiæ, quia lis, & sic etiam provisio Ecclesiæ protraheretur in longum, tum respectu superstitis, quia ipsi daretur novus Collitigans; hæc eadem ratio militat etiam in casu, quo lite pendente inter duos præsentatos Patroni Laici devenirent ad præsentationem accumulativam alicujus tertii; Ex hac namque nova præsentatione accumulativa adesset præjudicium Ecclesiæ, quia lis, & consequenter etiam provisio ejusdem Ecclesiæ protraheretur in longum, dum non obstante hac præsentatione de novo facta, adhuc esset discutiendum de jure duorum primò præsentatorum, & fieri posset, quòd unus ex his haberet jus respectu tertii, & non respectu alterius compræsentati, aut respectu alterius compræsentati, & non respectu tertii, & sic omni casu esset quærendum de jure primò præsentatorum. *Calderin. cons.1. ut lite pendente*, *Covar. pract. quæst. lib. unic. cap.36.* Adesset etiam præjudicium eorumdem præsentatorum, non quidem quoad hoc, ut eorum præsentatio non sortiretur effectum; sed quoad hoc nimirum, quia ultimò præsentatus potest esse potentior primò præsentatis, & sic eis daretur durior Adversarius, & multò majores expensas ipsi subire cogerentur, *Lancellott. de attens. par.2. cap.4. in præfat. nu. 175.* Cùm igitur militet eadem ratio tam in electis, quàm in præsentatis inter se litigantibus, militare etiam debet in utroque casu eadem dispositio *dicti cap. 1.* ex tradit. per *Calderin. cons. 1. ut lite penden. Rota decis.333. num.1. coram Cavaler.*, *& in Salamantina Cappellaniæ 20. Novembris 1590. & 5. Julii 1593. apud Garz. de Benefic. par.6. cap.4. n.39. & 41.*

10 Non officit, quòd juxta *Text. in cap.2. ut lite penden. in 6.* solùm sit prohibita nova præsentatio, quando lite pendente inter præsentatos unus ex eis est in possessione Beneficii, non verò quando neuter est in hac possessione. Quoniam licèt *Text. in d. cap. 2.* loquatur in casu, quo unus ex præsentatis est in possessione Beneficii, comprehendit tamen etiam casum, in quo neuter ex præsentatis sit in possessione; Ratio est, quia non possessio, sed sola lis est illa, quæ impedit libertatem, & jus variandi, quod habet Patronus Laicus intrà quatuor menses, dum si inter duos præsentatos nulla esset lis, & unus ex eis esset in possessione Beneficii, & iste moreretur intrà quatuor menses, posset unus ex Patronis intrà eumdem terminum alium præsentare accumulativè cum superstite. Si verò inter duos præsentatos, quorum unus sit in possessione Beneficii esset lis, & iste moreretur intrà terminum juris, non posset Patronus variare alium accumulativè præsentando cum superstite, juxta *d. cap. 2.* Ergo sive præsentati sint in possessione, sive non; si inter ipsos sit lis, hæc sola est illa, quæ impedit Patrono jus variandi, propter duplex supradictum præjudicium, quod inde resultaret, tum Ecclesiæ, tum præsentatorum. *Covarr. pract. quæst. lib.unic. cap.36. n.7. §. Tertiò.*

11 Ego verò pro concordia utriusque sententiæ distinguo, aut lis inter Præsentatos est super titulo Beneficii, eò quia ex. gr. unus ex præsentatis Sacerdos prætendat Beneficium esse actu Sacerdotale, & alius ex præsentatis, qui infra annum promoveri potest ad Sacerdotium prætendat esse habitu tantùm Sacerdotale; Aut est super ipsamet præsentatione, eo quia

quia voces præsentantium ex. gr. sint in discordia dispartitæ; Et in hoc casu censeo procedete secundam sententiam, nimirum, non posse Patronos variando tertium accumulativè præsentare, ob auctoritates, & rationes pro hac sententia superiùs deductas; quia si Patroni in hoc casu variando tertium accumulativè præsentarent, per hujusmodi novam accumulativam præsentationem lis adhuc non finiretur, immo in longum protraheretur, dum non obstante hac nova præsentatione, adhuc esset quærendum de juribus primò præsentatorum in grave præjudicium tum Ecclesiæ, quia hujus provisio prorogaretur, tum eorumdem præsentatorum, quia isti ob novum collitigantem tenerentur subire majores expensas.

12 Nec admissa hac sententia aperiretur via fraudibus, eo quia Præsentati facilè possent inter se movere litem, ut sic Patronus non posset variare alium cum ipsis accumulando; Quoniam non omnis lis inter Præsentatos est sufficiens impedire Patronis Laicis facultatem variandi, sed solùm illa, quæ non est calumniosa, seu quæ præsefert aliquem colorem boni juris. *Ros. de execut. liter. Apostolic. part. 1. cap. 17. num. 170. Adden. ad Gregor. decis. 149. num. 5. Rota in Gerunden. Beneficii 11. Junii 1702. §. Responsum coram Reverendis. Molines Decano, & in Regien. juris patronatus 16. Januarii 1706. §. Haud relevante coram eodem.*

Neque Rota *in dicta Hipporegien. Parochialis* tuetur in hoc casu posse Patronos devenire ad novam præsentationem accumulativam, immo in §. *Constito*, sentit, si Patroni hoc casu devenirent ad novam præsentationem, hanc esse attentatam ibi -- *Quinimo cum à sententia Reverendissimi Nuntii Taurinen. fuerit appellatum, & duraret adhuc lis inter Coelectos, non erat licitum citra vitium attentatorum devenire ad secundam electionem.*

13 Aut lis inter Præsentatos est super idoneitate, eo quia unus ex Præsentatis prætendat alium Compræsentatum esse e. gr. irregularem, illegitimum, concubinarium, criminosum, simoniacum, aut non habere requisita necessaria ad obtinendum Beneficium (qui tamen defectus erant incogniti Præsentantibus) & in hoc casu censeo procedere sententiam *Lambertini*, & quòd Patroni possint variare, & tertium accumulativè præsentare, qui tamen sit dignior, non autem si sit æquè dignus, aut minus dignus. Per hujusmodi enim præsentationem accumulativam tertii dignioris, citiùs sopiretur lis, dum ille dignior statim ab Ordinario gratificari posset, & sic cessaret in hoc casu ratio prohibitiva *Text. in d. cap. 1. ut lite pendente*, nimirum præjudicium Ecclesiæ, quia citiùs ei provisum remaneret, & præjudicium eorumdem primò Præsentatorum, tum quia isti in hoc casu non haberent jus, nec in re, nec ad rem, ut superiùs notatum fuit in §. *Fundatur*, tum quia non cogerentur subire majores expensas, cùm cessaret lis.

ARGUMENTUM.

Patronus Laicus facta promissione, aut facto mandato procuræ præsentandi aliquem cum juramento non variandi nec privativè, nec accumulativè; Si deinde variet alteram personam accumulativè præsentando, an hujusmodi præsentatio accumulativa sustineatur, & an sit locus absolutioni à juramento ad effectum agendi pro rescisione dictæ promissionis, aut mandati procuræ?

SUMMARIUM.

1 *Actus gestus contra proprium juramentum præcedens, an, & quando sustineatur?* & num. 9.

2 *Patronus facta promissione, aut præsentatione certæ personæ, cum juramento non variandi privativè, potest alium validè accumulativè præsentare.*

3 *Patronus facta promissione, aut facto mandato procuræ ad præsentandum, aut facta præsentatione certæ personæ cum juramento non variandi, nec privativè, nec accumulativè, & hæc promissio, aut præsentatio jurata sit acceptata à Præsentato, si deinde variet alium accumulativè præsentando, hujusmodi variatio accumulativa non sustinetur, & quare?* Vide num. 4. & 5. Limita, ut num. 7.

5 *Præsentatio accumulativa facta à Patrono contra proprium juramentum præcedens non variandi; nec privativè, nec accumulativè, an, & quando sit præjudicialis primò Præsentato?*

Mulier

6 *Mulier si juret alicui non alienare rem dotalem, & postea eam vendat, hujusmodi venditio non sustinetur.*

8 *Præsentatio accumulativa facta à Patrono contra præcedens juramentum nullatenus variandi, & admissa ab Ordinario, an sustineatur?*

10 Alexander cons. 16., & Sacra Rota decis. 513. & 547. par. 3. divers. *non contrariantur*, & num. 11.

12 *Non est locus absolutioni à juramento non variandi, nec privativè, nec accumulativè, quando non constat juramentum fuisse extortum vi, dolo, metu, aut continere læsionem, & turpitudinem, multò minùs quando constat Patronos post hoc juramentum variasse*, & num. 15.

13 *Præsentatio cum promissione jurata non variandi, ad hoc, ut dicatur extorta vi, dolo, aut metu sufficienti pro obtinenda absolutione à juramento, iste debet esse talis, qui consensum excludat jurantis.*

14 *Lex fundationis si præcipiat Patrono præsentare, & simul variare, non potest idem Patronus renuntiare facultati variandi.*

16 *Refertur resolutio Sacræ Congregationis Concilii in Cremonen. Beneficii 6. Junii 1716.*

CASUS IV.

CAsum expono hìc propositum in Sacra Congregatione Concilii die 6. Junii 1716., qui ita se habet. Ex dispositione Fundatoris Juspatronatus Beneficii erecti in Ecclesia Parochiali Sanctissimæ Virginis Assumptæ Oppidi Platinę Cremonen. Diœcesis spectat ad Archipresbyterum dictæ Ecclesiæ, & Collegium Notariorum Cremonæ; ea lege, ut dictum Collegium eligere debeat duos Viros bonæ famæ penès Archipresbyterum Platinæ, qui per tempora futurus erit, qui dictus Archipresbyter, vel duo Electi, & eligendi per dictum Collegium, vel major pars ipsorum trium possint dictum Presbyterum eligere, cassare, & remittere. Vacante Beneficio Archipresbyter præsentavit Sacerdotem Bartholomeum Landinum, Collegium Notariorum facultatem eligendi dictos duos Viros hac vice delegavit Decano Francisco Arrisio, & Electis per ipsum Joanne Caratto, & Joanne Petro Fassario; Ambo isti per separatum Instrumentum constituerunt irrevocabiles Procuratores Joacchinum de Floribus, & Zaccariam de Vacchellis tam conjunctim, quàm divisim ad præsentandum Sacerdotem Josephum Arisium filium dicti Francisci, & in utroque Instrumento eisdem conceptum legitur verbis juramentum *de nequaquam revocanda dicta electione, nec alteram personam ad dictum Beneficium cumulativè, & multò minus privativè eligendo, non obstante, quòd ferè de jure, seu vigore dispositionis testamentariæ Fundatoris facultas variandi ei competere possit, & pro majori convalidatione hujusmodi promissionis, cum ejus speciali juramento præstito, ut supra, hujusmodi juri, & facultati, de quibus certior factus fuit per Notarium, renunciat in amplissima forma*--Hoc solemni juramento posthabito iidem duo Electi subsequenti die una cum Archipresbyteri Procuratore per publicum Instrumentum nominarunt ad dictum Beneficium Bartholomeum Landinum, & die immediatè sequenti Zaccaria de Vacchellis unus ex Procuratoribus constitutis præsentavit in Curia Episcopali dictum Josephum Arrisium; Hac facti serie exposita, duo hìc quæro:

Primò, *An hujusmodi præsentatio accumulativa facta ab Electis per Collegium Notariorum Cremonæ, posthabito dicto solemni juramento non variandi, nec privativè, nec accumulativè, sustineatur?*

Secundò, *An sit locus absolutioni à juramento ad effectum agendi pro rescissione dictorum Instrumentorum nominationis, & præsentationis?*

1 Quoad primum dubium, videtur *affirmativè* respondendum, quia actus gestus contra juramentum præcedens valet, & sustinetur, quamvis contraveniens efficiatur perjurus, ut patet multis exemplis, nimirum in eo, qui juravit non revocare testamentum, si postea revocet, valida est revocatio *glos. in cap. ultima voluntas 13. q. 2.* Et in eo, qui vendidit agrum alicui absque traditione sub juramento alteri non vendendi, si postea alteri vendat, & tradat, valet venditio, ad *Text. in l. quoties C. de rei vendit.*, & *l. traditionibus Cod. de pact. Passerin. in cap. Licèt mulieres de jurejurando in 6. n. 42.* Et in eo, qui constituit Procuratorem, & juravit illum non revocare, si deinde Procurato-

ratorem revocet, hujusmodi revocatio est valida, licèt sit perjurus, *Tex. in cap. fin. de Procurat. in 6. ibique gloss. verb. revocatus Castren. conf. 361. n. 4. tom. 1. Passerin. in d. cap. Licet mulieres n. 42.* Ac denique in eo, qui juravit sponsalia cum una, si deinde contrahat matrimonium cum altera, hoc est validum, *Text. in cap. sicut ex literis de sponsal.*, *Castren.*, & *Passerin. ubi supra.* Et hanc sententiam tueri videtur *Alexander conf. 16. num. 3. lib. 3. Rota decis. 513.*, & *547. num. 6. par. 3. lib. 3. divers.*

At his minimè obstantibus contrarium verius de jure procedit, videlicet, præsentationem accumulativam factam ab Electis per Collegium Notariorum Cremonæ, postquam isti juraverint non variare

2 nec privativè, nec accumulativè non sustineri; Quoniam licèt Patronus, si promisit præsentare, aut dedit mandatum procuræ ad præsentandum, aut de facto præsentavit certam personam cum juramento non variandi privativè, seu non revocandi præsentationem, possit alteram personam validè præsentare, & hæc absque perjurio admitti ab Ordinario, quia per eam non diceretur variare privativè, nec revocare primam præsentationem, sed tantùm accumulare, & juramentum non est de non accumulando, sed solùm de non revocando *Lambertin. de Jurepatr. lib. 2. par. 1. q. 4. art. 13. Rot. decis. 547. n. 4. par. 3. divers. & decis. 443. n. 4. cor. Merlin. Adden. ad Burat. decis. 942. n. 9.* Ta-

3 men quando juramentum cadit tam super non revocatione, quàm super non accumulatione, seu quando Patronus constituit Procuratorem ad præsentandum, aut præsentavit certam personam cum juramento non variandi, nec privativè, nec accumulativè, & hujusmodi præsentatio jurata fuit acceptata à Præsentato, non potest post hoc juramentum, non solùm licitè, sed nec validè ad novam præsentationem etiam accumulativam devenire.

4 Ratio est, quia præsentatio accumulativa ad sui perfectionem, & validitatem requirit in Præsentante potestatem variandi, & quòd Superior habens instituere illam acceptet; posito, quòd Patronus juraverit, aut promiserit cum juramento non variare, nec privativè, nec correctivè immo posito, quod Patronus simpliciter absque juramento promiserit nullatenus variare, aut præsentare aliquem solum, & non alium, & hæc promissio fuerit acceptata à Præsentato jam deficit in eo facultas, & potestas variandi, cùm Patronus per talem promissionem sive juratam, sive simplicem, & acceptatam à Præsentato cessit juri, quod habebat ad variandum, vt docent *Lap. alleg. 78. per tot. Guttier. de juram. conf. par. 3. cap. 13. in fin.* & expressè *Castropal. oper. moral. tract. 13. de benefic. disputat. 2. punct. 5. n. 8.* ibi — *Adde non solùm ex juramento, sed etiam ex simplici promissione de non variando non licere tibi variare, quia facta promissione cedis juri, quod ad variandum habebas* — deficit etiam acceptatio Superioris habentis instituere, quia iste non solùm non debet Patronum audire contra suum juramentum, sed etiam tamquam perjurum repellere, immo illum compellere ad servandum juramentum præstitum, ad *Text. in cap. cùm contingat de jur. juran. gloss. in cap. licèt mulieres de jurejuran. in 6. in ult. notab.*, *Dec. conf. 537. num. 17.* aliàs fieret particeps delicti, illudque perjurium approbaret, adeòque præsentatio accumulativa facta à Patrono contra proprium juramentum non variandi, nec accumulativè, nec privativè est nulla tum ex defectu potestatis variandi in Patrono, tum ex defectu acceptationis legitimi Superioris habentis instituere, ex latè traditis per *Lambertin. de jurepatr. lib. 2. par. 1. q. 4. art. 13. num. 2. & seq. & lib. 2. par. 2. q. 7. art. 16. per tot. Rocch. de Curt. eodem tract. verb. honorificum num. 37. Card. de Luc. eodem tract. disc. 43. nu. 10. Barbos. de offic. & potest. Episc. par. 3. alleg. 72. num. 162. §. Pro præsentis, Rot. decis. 443. num. 4. & 10. coram Merlin. to. 1. Adden. ad Buratt. decis. 942. num. 10. & seqq. & decis. 956, num. 6. cotam Dunozett. & decis. 92. num. 6. post Bonden. collect. legal.*

5 Est etiam nulla, & sustineri non potest secunda præsentatio accumulativa facta à Patrono contra proprium juramentum non variandi ex alio motivo, nimirum ratione præjudicii, quòd affertur primò præsentato. Quamvis enim præsentatio accumulativa non sit præjudicialis primò præsentato, quando Patronus non promisit, nec juravit non variare, cùm in hoc casu

caſu præſentatus non habeat jus in re, nec ad rem, ut firmatum fuit *in ſuperiori Caſu num.6.* tamen quando promiſit, aut juravit non variare; nec privativè, nec accumulativè, & hæc promiſſio jurata fuit acceptata à primo præſentato, eſt maximè præjudicialis, quia ſtante hac promiſſione, & juramento acquiſitum fuit jus ad rem primo præſentato, itaut illi ſoli, & non alteri conferendum ſit Beneficium, *Calderin. conſ. 17. de jurepatr. Berou. in hoc Can. Quòd autem num.29. Bald. in cap. Veniens de jure juran. num.4.* ibi -- *Tu dic, quòd aut juravit alicui, & primo juramento ſtandum eſt, quia illi eſt jus quæſitum-- Vivian. de jurepat. lib.8. cap.8.n.5.* Ac proinde ſtante eadem promiſſione, & juramento Patronus non poteſt variare, & juri primò præſentati præjudicare, argumento *Text. in cap.ſi tibi abſenti de præben. in 6., ibique Paſſerin. num. 12. Berou. in d. Can. Quòd autem num.25. §.Præterea* ibi -- *Præterea ſi acquireretur præſentato jus ad rem, illud tolli non poſſet, nec illi derogari ex præſentatione ſecunda Patroni, & ſic Patronus variare non poſſet-- Capon. diſcept.74. tom. 2. num. 16.* ibi -- *Et quando jam eſt jus quæſitum nominato non eſt licita variatio-- Paſſerin. in c. licèt mulieres de jur. juran. in 6. num. 45.* ibi -- *ſed ſi priùs juramentum factum fuit ad favorem tertii, & pactum juratum fuit à tertio acceptatum, pactum ſecundum juratum, & initum contra priùs pactum non tenet, quia eſt illicitum; & injuſtum.*

6 Quod comprobatur etiam exemplo mulieris, quæ juravit non alienare rem dotalem. Mulier namque ſi juret alicui non alienare rem dotalem, & poſtea eam vendat, hujuſmodi venditio non ſuſtinetur, ad *Text. in d. cap. licèt mulieres de jur. juran. in 6. Bald. in d. cap. veniens eod. tit. num.4.* Ita etiam Pattonus ſi præſentet aliquem, & juret nullatenus variare, ſi deinde variet, hujuſmodi variatio non ſuſtinebitur.

7 Patet igitur ex ſupradictis, quòd Patronus Laicus poſtquam promiſit præſentare, aut de facto præſentavit certam perſonam cum juramento non variandi, nec privativè, nec accumulativè, non poſſit validè ad novam præſentationem procedere. Sed hoc tamen limitatur in caſu quo præſentatus ceſſet ſuæ præſentationi, aut non acceptavit præſentationem, ſeu promiſſionem juratam de non variando, aut deceſſit; Tunc enim Patronus non obſtante juramento non variandi, nec privativè, nec accumulativè poteſt ad novam præſentationem devenire, quia cùm dictum juramentum fuerit adjectum favore præſentati, ipſo ei legitimè cedente, vel non acceptante, vel decedente, non eſt quid prohibeat Patrono de novo præſentare, durante quadrimeſtre, *Card. de Luc. de jurepatr. diſc.43. num.10. Rota deciſ. 443. num. 16. & ſeq. coram Merlin.*

8 Limitatur etiam à nonnullis in caſu, quo Ordinarius admiſerit ſecundam præſentationem cumulativam ſcienter, ſeu cum ſcientia, quòd Patronus priùs juraverit non variare, tunc enim licèt Patronus afficiatur perjurus, variationem tamen dicunt ipſi tenere, & eſſe validam, ut ſentire videtur *Rot. d. dec.443. num.14. cor. Merlin Adden. ad Burat.dec.841.n.14. & dec.956.n.8. cor. Dunozet.* Ego tamen hanc limitationem non admitterem, & cenſerem ſecundam præſentationem cumulativam factam à Patrono contra proprium juramentum de non variando, licèt admiſſam ab Ordinario non ſubſiſtere, quia ſubſiſtentia, & validitas præſentationis non dependet à ſola approbatione Ordinarii, ſed requirit etiam poteſtatem in Patrono variandi, ut patet in Patrono Eccleſiaſtico, qui ſi præſentet unum, & deinde variet accumulativè alterum præſentando, ſi approbetur ab Ordinario hæc ſecunda præſentatio, hoc tamen non obſtante ipſa non ſuſtinetur, & eſt nulla, quia deficit in Patrono Eccleſiaſtico poteſtas variandi, vt ſuperiùs deduxi *in Comment.*, hic idem defectus poteſtatis variandi eſt in Patrono Laico, quando juramento promiſit non variare, & hoc fuit acceptatum à præſentato, quia per hujuſmodi promiſſionem juratam ceſſit pro ea vice juri variandi, juxta auctoritates *Guttier. Caſtropala. ubi ſupra.*

9 Hoc firmato, non obſtant exempla ſuperiùs in contrarium deducta, quibus probare contenditur, quòd actus geſtus contra præcedens juramentum ſuſtineatur. Quoniam pro remotione hujus æquivoci diſtinguendum eſt inter actum, qui liberè & abſolutè pendet à libera voluntate gerenten-

rentis, ut sunt illi in contrarium enumerati, & actum, qui ad sui perfectionem non dependet à sola libera voluntate gerentis; sed exigit ulterius approbationem Judicis; Actus primæ speciei potest esse validus etiamsi sit gestus contra priùs emissum juramentum, sed actus secundæ speciei utì est præsentatio; quæ ad sui validitatem, & perfectionem exigit approbationem Ordinarii habentis instituere, si sit gestus contra præcedens juramentum non sustinetur ex defectu approbationis legitimi Superioris, quia iste illum non approbaret, alius fieret particeps perjurii, juxta *Rocch. de Curt. de jurepatr. verb. honorificum nu.37. Castren.conf.361. num.4. tom.1.*, & utì simili objectioni respondet *Rota in sæpecitata decis.443.nu.8. & seqq. coram Merlin., Adden. ad Buratt. decis.942. n.13.*

10 Nec *Alexander d.conf.16.* mihi videtur contrarius; Loquitur enim ipse in casu omnino diverso à nostro, nimirum in casu, quo Patronus sibi ipsi juravit non variare, & hoc juramentum non fuit præstitum Præsentato, nec ab hoc acceptatum, quo casu dicit posse Patronum validè ad novam præsentationem devenire, non verò in casu, quo Patronus promisit Præsentato cum juramento non variare, & hæc promissio fuit ab eo acceptata, immo in hoc casu videtur confirmare nostram sententiam, & quòd Patronus non possit validè præsentare, ut patet in responsione, quam ipse tradit, ad *gloss. in d. cap. licèt mulieres eodem conf. num.2.* ibi-- *Posset etiam aliter responderi &c. quòd aut mulier sibi ipsi juravit non facere contractum aliquem alienationis rei dotalis, & tunc valeat sequens actus factus in contrarium, aut primum juramentum fuit præstitum alicui, puta ei, cui cedebantur jura, in casu quo mulier alienare tentaret, & tunc præfertur primum juramentum, quia juri alterius per secundum actum non potest præjudicare; sed in proposito non fuit præstitum juramentum per dictum Patronum dicto Gabrieli absenti, nec per dictam simplicem nominationem intelligebatur ei acquisitum jus; Ergo sequens actus debet attendi* -- Igitur à contrario sensu sentire videtur hic Doctor, quòd si fuisset per Patronum præstitum juramentum de non variando dicto Gabrieli præsenti, & acceptanti, Patronus non potuisset validè devenire ad secundam præsentationem.

11 *Rota* autem *dicta decis. 513. & 547. par.3. diversi.*, nec ipsa contrariatur, quia loquitur in terminis diversis, ibi enim Patroni non juraverant non variare, nec privativè, nec accumulativè, sed solùm juraverant non revocare mandatum procuræ, & habere ratum, & gratum, quod per Procuratorem factum fuerit; Quo stante juramento poterant devenire ad aliam præsentationem cumulativam, quia per hanc non dicebantur revocare mandatum procuræ, aut præsentationem factam per Procuratores, sed solùm aliam præsentationem cum prima accumulare, juxta superiùs tradita in §. *At his*.

Descendendo verò ad secundum dubium, quod solùm fuit in Sacra Congregatione Concilii disputatum, studens apud R.P.D. Ansidæum meritissimum Secretarium ejusdem Sacræ Congregatio-
12 nis *negativè* respondendum sentiebam: Quoniam cùm juramentum præstitum ab Electis à Collegio Notariorum non revocandi præsentationem factam favore Josephi Arisi, nec alteram personam ad Beneficium, de quo agitur cumulativè, & multò magis privativè eligendi, & nominandi, neque aliter omnino variandi; servari possit absque interitu salutis æternæ, est ab eis servandum, nec sunt ab illo absolvendi, ad *Text. in cap. si verò., & cap. cùm contingat de jure juran., & in cap. quamvis de pact. in 6., ibique gloss. in figuratione casus*; Cùm non doceant præfatam promissionem juratam fuisse ab eis extortam vi, dolo, metu, aut continere læsionem, & turpitudinem, prout requiritur ad effectum obtinendi absolutionem à juramento. *Passerin. in cap. licèt mulieres de jur. juran. in 6. num. 31. Alexand. conf.39. num.11. lib.4. Mancin. de juram. par.6. q.1. nu.5. Rot. decis.267.n.9. & seq. coram Mantic.*

13 Nec præsumitur, prædictam promissionem juratam fuisse ab eisdem Electis extortam dolo, ex eo, quia isti erant ignari de significatu, & importantia variationis cumulativæ, dum isti fuerunt certiorati per Notarium de importantia hujusmodi facultatis; Nec ex eo, quia fuerint impulsi ad præsentandum Josephum Arisium ab ejus Patrono; Etenim ex fide

unius

unius Testis non resultat, quòd ipsi Electi fuerint dolo impulsi à Patrono Arisi ad præsentandum ejus nepotem; immo ex eadem fide constat, Petrum Fassariam interrogatum à Notario -- *chi voleva nominare, e chi voleva fosse presentato* -- respondisse -- *che a lui non importava nominare uno, o l'altro* -- Et licèt Patruus Arisi audita hac differentia Fassariæ in præsentando statim subjunxerit -- *che voleva nominasse il Signor D. Giuseppe Arisi suo nipote* -- Non ex hoc deduci potest præsentationem cùm promissione jurata non variandi fuisse extortam vi, aut dolo sufficienti pro obtinenda absolutione à juramento, cùm iste ad hunc effectum debeat esse talis, qui consensum excludat jurantis. *Abb. in cap. cùm contingat sub num.3. de jur. jur., Sabell. var. resol. verb. Absolutio num.21. §.Si tamen.*

14 Minusque allegari potest pro causa obtinendi hujusmodi absolutionem, quod Electi non præsentaverint ad formam eis præscriptam à Lege fundationis, & à Collegio Notariorum, eo quia præsentaverint Arisium, renunciando facultati variandi. Etenim lex fundationis non est præceptiva, nimirum non præcepit Electis à Collegio, quod presentent, & simul accumulativè, aut privativè varient, quo casu non possent præsentando renunciare facultati variandi. *Garz. de Benefic. par.2. cap.15. nu.10., Piton. discept. Eccles.22. num.39.* sed est facultativa, tribuens Electis facultatem variandi, cassandi &c. quæ facultas cùm tendat in favorem Eligentium, possunt isti renunciare.

15 Eòque magìs dicti Electi à Collegio non sunt absolvendi à præfato juramento, quia post juratam promissionem de non variando, variarunt nominando accumulativè cum Arisio Landinum præsentatum ab Archipresbytero; Unde cùm non poterant etiam sub prætextu doli, aut alterius causæ devenire ad nominationem, & variationem accumulativam, prout fuerunt etiam præventivè admoniti ab eodem Notario, nisi priùs petita absolutione, cùm nemo possit esse Judex sui juramenti, *Bald. cons.15. num.1. lib.4. Rota dec. 1450. n. 10. coram Coccin.*, & sic tamquam perjurii non sunt audiendi, nec est eis concedenda absolutio à juramento ad effectum agendi pro rescissione dictorum Instrumentorum nominationis, & præsentationis, ut expresè docent *Rolan. cons.26. num.3. lib.3. Menoch.cons.24. num.17.& 24. Gratian. discept.forens.470. num.4., & discept.576.num.18. Rota d.decis.1450. num.1. coram Coccin.*

16 Placuit tamen Sacræ Congregationi ad præfatum dubium præcisè non respondere, sed eadem *die 6. Junii 1716. in Cremonen. Beneficii* rescribere: *Episcopo in forma Commissaria ad effectum agendi.*

ARGUMENTUM.

Episcopus instituens secundum Præsentatum à Patrono, rejiciendo primum, an sit puniendus?

SUMMARIUM.

1 *Episcopus instituens secundum præsentatum à Patrono Laico, rejiciendo non malitiosè primum æquè idoneum non est puniendus, secus si rejiciat primum malitiosè*, ut num.3.

2 *Episcopus in pluribus præsentatis à Patrono Ecclesiastico non potest instituere secundum etiamsi sit idonior.*

CASUS V.

PAtronus Laicus succedente vacatione Beneficii A. de suo Jurepatronatus præsentavit ad illud unum Clericum, deinde durante adhuc quadrimestre, præsentavit alium accumulativè cum primo. Episcopus autem instituit secundum, rejecto primo præsentato. Quæritur an Episcopus incurrat in aliquam pœnam?

1 Pro resolutione hujus quæstionis breviter respondeo cum distinctione; aut Episcopus instituit secundum præsentatum idoneum, rejecto primo præsentato æquè idoneo absque ulla malitia, seu non malitiosè, & in hoc casu Episcopus non incurrit ullam pœnam, quia utitur jure suo, scilicet gratificandi, quem voluerit, juxta supradictum *Canon. X.*, immo potest instituere secundum, non obstante appellatione primi, juxta præfatum *Can. XI.*,

2 *ibique Anan.*, secus in pluribus præsentatis à Patrono Ecclesiastico, dum in hoc casu Episcopus non potest instituere secundum, etiamsi sit idonior, sed tenetur instituere primum, ob rationem ejusdem

Canon. X., quia in pluribus præsentatis à Patrono Ecclesiastico, qui prior est tempore, potior est jure.

3 Aut verò instituit secundum malitiosè rejiciendo primum, & tunc incurrit in pœnam, ut teneatur providere primum præsentatum de sufficienti Beneficio, juxta supradictum *Canon. XI.*, *ibique Abb.*, *Innocent.*, *Anan.*, *Butr.*, *Lambertin. de jure patr. par. 2. lib. 2. quæst. 5. art. 8. num. 2. & seq.*, *Vivian. eodem tract. lib. 10. cap. 5.*, *Ventrigl. in prax. par. 2. annot. 1. §. 3. num. 59.*

Quando autem Episcopus dicatur rejicere primum præsentatum malitiosè, & quando non, deducitur ex conjecturis, de quibus vide *Abb. in cap. Pastoralis ubi supra Can. XI. n. 7. & seqq.*

ARGUMENTUM.

Præsentatus antiquior in ordine Presbyterali, aut major natu, aut ornatior moribus cæteris paribus est præferendus, & gratificandus.

SUMMARIUM.

1 *Antiquior in ordine Presbyterali cæteris paribus est præferendus, & gratificandus*, & num. 10.

2 *Senior cæteris paribus est præferendus juveni*, & num. 9.

3 *Prælatio majoris natu volita inter Clericos à Testatore, an censeatur etiam volita inter Presbyteros?*

4 *Inter duos Sacerdotes de Beneficio contendentes, prælatio de jure competit majori natu.*

5 *Testator præsumitur velle id, quod jus disponit.*

6 *Ubi eadem militat ratio, eadem quoque militare debet & lex.*

7 *Ornatior moribus est præferendus.*

8 *Gravitas morum præfertur literaturæ.*

11 *Doctor præferendus est non Doctori.*

12 *Possidens Beneficium an, & quando non sit præferendus nullum Beneficium possidenti?* & num. 15. & 16.

13 *Approbatis ab Examinatoribus duobus concurrentibus ad idem Beneficium utì æquè idoneis, si unus ex eis prætendat esse habilior, & appellet à judicio Examinatorum; Ordinarius stante hac appellatione non potest devenire ad gratificationem.* Amplia, ut num. 14.

CASUS VI.

FUndavit quidam Testator Beneficium A. cum reservatione Jurispatronatus passivi favore descendentium ejus familiæ, seu sub hac lege, & conditione, quòd eodem Beneficio semper potiri deberent ejus descendentes ordine successivo, & juxta prærogativam gradus, data tamen prælatione Presbyteris in concursu Clericorum, & concurrentibus duobus Sacerdotibus ejusdem gradus voluit illum præferri, Beneficioque potiri, qui esset ornatior moribus, potius quàm literis; & in casu, quo nemo ex eisdem descendentibus Presbyter fieri voluerit, voluit possideri prædictum Beneficium à majori natu.

Succedente vacatione ejusdem Beneficii per obitum unius Presbyteri de familia, & descendentia Fundatoris, evenit casus existentiæ duorum Presbyterorum, nimirum Titii, & Caji ejusdem familiæ, & in æquali gradu proximiorum; Titius tamen majoribus pollet qualitatibus, & meritis, quàm Cajus. Quæritur quis eorum sit præferendus, & gratificandus ab Ordinario?

1 Censeo esse gratificandum Titium Sacerdotem; Licèt enim Cajus sit in paritate gradus, & in æquali ordine Presbyteratus cum Titio, tamen Titius est præferendus, eique adjudicandum venit Beneficium, quia majoribus juvatur meritis. Etenim ipse est antiquior in ordine Presbyterali; quam antiquioritatem esse causam prælationis expressè docet *Textus in cap. statuimus de major. & obed.*, *ibique Imola num. 1. Berous cons. 7. num. 2. volum. 1. Monacell. in formul. for. Eccles. form. 4. tit. 2. nu. 23. par. 1.*, *Rota dec. 214. num. 1. par. 4. tom. 2. recent.*, *& decis. 123. num. 9. coram Otthobon.*, *& decis. 125. n. 3. versic. secundo coram Emerix jun.*, *& post Tondut. de pension. decis. 2. num. 2. versic. de antiquiori*, *& decis. 135. num. 1. coram Bichio*, *& in Calaguritana dimidii Beneficii de Foronda 27. Junii 1712. §. secundo coram R. P. D. Ansaldo inferius legen.* sicuti esse actu Sacerdotem est causa prælationis, & gratificationis respectu Sacerdotis habitu, aut simplicis Clerici, cùm in paritate vocum semper Sacerdos in actu est gratificandus, & præferendus Sacerdoti

doti in habitu, & ſic graduatus non graduato tamquam dignior, *Amoſtaz. de cauſ. piis lib.3. cap.10. num. 46. Seraphin. deciſ.668. num.1. & 2., & deciſ. 18. nu. 4. coram Zarat., & in Novarien. Parochialis 11. Aprilis 1712. §. Præeminebat, coram Anſaldo.*

Sic ſenes, & Doctores, qui priùs lauream adepti ſunt, & Milites, qui priùs militare cœperunt, poſterioribus ſunt præponendi, ut expreſsè ſtatutum eſt *in cap. cùm certum de major. & obed., ibique gloſſ. Barboſ. num.1. Imol. num. 1. Gonzal. num.3. Abb. num.1. Anan.num.1. & 2. Fagnan. num.1. & ſeq. Jaſon. conſ.192.nu.2. tom.2.* cui conſonat *Text. in l. 2. Cod. de Præfect. Prætor.* ibi -- *Si igitur ſedes prior ante provectis, locus conſpectior, decernendique facultas antiquior, cui eſt ſplendor adepti Magiſtratus vetuſtior* -- Et ratio utriuſque *Text.* eſt, quia, qui prior dignitatem, vel officium aſſecutus eſt, dignior præſumitur, *Text. in cap. fin. diſtinct. 17.*

2 Eſt etiam major natu, & ſenior reſpectu Caji, unde huic in paritate vocum, & gradus conſanguinitatis præferendus eſt non ſolùm de jure communi, juxta quod diſpoſitum reperitur, quòd ſenior juveni præferendus ſit, data paritate in cæteris, *Text. in l. final. ff. de fide Inſtrum.* ibi -- *ſemper ſeniorem juniori &c. præferemus, Bald. conſ.167. num.1. in fine verſic. & in dubio lib.4., Lambertin. lib.2. par. 3. q. 5. art.13. Rocch. de Curt. de jurepatr. verb. honorificum quæſt.15. num.42. Tiraquell. de primogenit. in præfat. num. 163., Rota in dicta Calaguritana dimidii Beneficii de Foronda.* Verùm etiam ex Teſtatoris voluntate diſponentis, quòd ſi plures eſſent de ejus familia, & deſcendentia, ille obtineret Beneficium, qui eſſet major natu.

Non obſtat ſi dicatur ex his verbis de-
3 duci, Fundatorem voluiſſe prælationem majoris natu inter Clericos, ſecus inter Presbyteros ejuſdem deſcendentiæ; Objectum enim omnino corruit reflectendo, quod eo ipſo, quòd Fundator voluerit prælationem majoris natu inter Clericos, eamdem prælationem voluiſſe etiam dicendum eſt inter Presbyteros; Et quidem à fortiori, dum major ratio eſt præferendi habentem qualitates proximioritatis, Sacerdotii, & ſenioritatis, habenti ſolas qualitates proximioritatis, & Sacerdotii, quam ſit ratio præferendi habentem qualitates proximioritatis, & ſenioritatis habenti ſolam qualitatem proximioritatis; Unde ſi in hoc ſecundo caſu Fundator dedit prælationem majori natu, à fortiori etiam in primo caſu hujuſmodi prælationem eidem majori natu dediſſe dicendum eſt, ut hujſmodi argumentum approbant relat. per *Surd. conſ. 236. num. 46. Mantic. de conjectur. lib.3. tit.15. num.13.*

4 Et quidem cùm prælatio majoris natu de jure detur inter duos Sacerdotes de Beneficio contendentes, ut tradunt *Tiraquell. de jure primog. in præfat. nu.182. Barboſ. de Paroch. cap.2. num.109. Rota deciſ.20. num.2. poſt Tondut. de penſion., & coram Emerix jun. deciſ. 125. num. 3., & deciſ.269. num.4., & coram Otthobon. deciſ. 123. num. 10.* præſumendum eſt, voluntatem Teſtatoris eſſe dare prælationem majori natu, non ſolùm inter Clericos, ſed etiam inter Presbyteros, dum
5 Teſtator præſumitur cogitare, & velle id, quod jus diſponit *Bald. in l. precibus C. de impub.*, & alii relat. à *Barbat. conſ. 33. num.1. vol.1.*

Cùm ergo major favor ſit adhibendus majori natu à ratione naturali, à jure Civili, & Canonico, Teſtator in dubio videtur magis diligere majores natu, quàm minores, ſive ſint Presbyteri, ſive Laici, *Barbat. conſ.33. num.1. volum.1.*

6 Nec aſſignari poteſt ratio diverſitatis potiùs in uno, quàm in alio caſu; Unde intrat regula, quòd in utroque ſequi debeat idem effectus, & qualitas requiſita à Teſtatore ſub generali diſpoſitione, verificari debet tam in Laico, quàm in Presbytero, dum in utroque militat eadem ratio, adeòque eadem debet eſſe lex non extenſivè, ſed comprehenſivè, *l. illud C. de Sacroſanctis, Gonzal. ad regul. 8. §. 7. proœm. num.105. Rota deciſ.691. n.2. coram Cerr., & deciſ.40. num.12., & deciſ.142. num. 4. par.7. rec.*

7 Denique eſt Titius ornatior moribus, & cùm ſit ſenior, talis præſumitur reſpectu junioris, ut ait *Tiraquell. de primogen. in præfat. num. 58.*, quo caſu abſque dubio præferendns eſt in adeptione præfati Beneficii Cajo, dùm ſumus in caſu ab ipſo Teſtatore diſpoſito, ſcilicet, quòd in

casu, quo plures essent Presbyteri ejus familiæ, & descendentiæ, præferri debeat ornatior moribus ibi-- *Si plures fieri voluerint Presbyteri succedat ornatior moribus, potiùsque literis*, ut ex verbis testamenti, à quibus recedendum non venit. *Garz. de Benefic. par.7. cap.15. sub nu.22. vers. præferendus est*, *Pax Jordan. tom. 2. lucubrat. lib.10. tit.27. nu. 32. Rot. coram Dunoz. senior decis.315. num.4.*, *& coram Priol. decis. 3. num. 2.*, *& in Barchinonen. Beneficii 22. Februarii 1704. coram Illustris. Gubernatore Urbis*.

8 Et licèt admisso per hypothesim, quòd Titius non sit major, sed æqualis in ornatu literarum cum Cajo, adhuc huic præferendus venit, cùm Fundator per illud verbum *potiùs* intelligitur prædiligere ornatum moribus, quàm literis ornatum, dum juxta dispositionem juris, cui se conformare voluisse præsumitur Testator, gravitas morum præfertur literaturæ, & in prælatione major ratio bonorum morum haberi debet, quàm literaturæ. *Dec. in cap. cùm in cunctis num. 9. Lotter. de re benefic. lib.2. q.31.num.141. & seqq.* Immo qualitas literaturæ non est considerabilis in concursu majoris ætatis, & antiquioris Sacerdotis. *Rota coram Priol. decis. 13. num. 6.*, *& post Tondut. de pens. dec.20. sub n.5. vers. Præterea*.

Concurrentibus igitur in Titio his omnibus qualitatibus, quibus tam de jure communi, quàm ex dispositione pii Testatoris debetur prælatio, ipse obtinere, eique de jure adjudicari debet controversum Beneficium, ac est gratificandus in concursu dictas qualitates prælatitias non habentis, licèt in æquali gradu proximioris, ut docet *Rota decis. 36. n.2. par.2. rec.*, *& dec.679. num. 1. coram Cerro*.

R. P. D. ANSALDO.

Calaguritana dimidii Beneficii de Foronda.

Lunæ 27. Junii 1712.

SAnctæ memoriæ Clemens VIII. in Etrusca Sede olim *Nostri Ordinis Auditor* usque sub 28. *Aprilis* 1596., pro tollendis jurgiis, & assiduis controversiis, inter Episcopum, & Clerum quotidie exardentibus, non obstante medicamine præcedentis Constitutionis mediati ejus Antecessoris *Sixti V.* prævio *Voto* ejusdem *Sac. Nostri Tribunalis* communicabili cum *Sac. Congregatione Concilii*, de quo coram *Card. Seraphino decis.*942. novam legem in futurum indixit, in qua certis formis inibi præscriptis, & relatis *per Card. de Luca disc.57. n.1. de Benefic.*, idem *Pontifex* ad audiendas recurrentium, & appellantium quæstiones, loco cujuslibet Metropolitani, ipsiusque Nuncii Apostolici Hispaniarum plenè adscivit, & subrogavit *Sac. Romanæ Rotæ Auditorium*. Quamobrem cum eamdem *Rot.* ab anno 1629. explicitè præfatam postremam legem interpetrando, inconcussè firmaverit, quod vacantia hæc Beneficia deberent digniori conferri, sive habenti majores qualitates, & prærogativas, quemadmodum abundè patet ex relatis *in dec.85. ex num.4. nu.11.* & latius *in additionibus ad eamdem Decisionem sub n.20. inter meas in Urbe impressas* in qua aliæ plurimæ *Tribunalis nostri* uniformes recensentur.

Hinc cùm in dimidia portione, tunc vacante in Ecclesia Parochiali *loci de Foronda* equè ab Examinatoribus Synodalibus remansisset approbatus Antonius, & Bernabeus invicem Oppositores, & uterque postmodum quoque à duobus Canonicis Antiquioribus ejusdem Ecclesiæ in diversum votum abeuntibus prælectus; Ordinarius verò per viam gratificationis censuerit, Antonium fore instituendum *Rotam* appellavit Bernabeus. veluti reputans ad normam præmissæ legis Clementinæ, sibi magis debitam ex meritorum præcellentia fuisse hujusmodi portionem, & fausto prorsus successu, cùm illi adjudicandum Beneficium reputaverit *Tribunal* usque sub *die* 15. *Maji* 1705. *cor. cl.me. Card. Caprara*, uti liquet ex *decisione coram ipso* promulgata.

Ast Causa dein remansit silentio, quod amodo obruta, & fermè demortua, donec in locum ejusdem *Card. Capraræ* suffecto *R.P.D. meo Falconerio*, eodemque Bernabeo resurgente, & ejusdem Causæ expeditionem postulante, & illam, inutiliter contradicente Antonio extitit Bernabeus assequtus sub *die* 11. *Januarii* 1712. Quare ad iteratam provocationem Antonii, *Mihi* denuo delegata Controversia,

& in actu pugnæ laceſſito Antonio, quamvis poſtea non comparente, præcedentem *Rotalem ſententiam* penitùs *eſſe confirmandam* Domini non dubitarunt.

9 Facile fuit in hanc reſolutionem, inoffenſo pede, deſcendere, quia è conſpectu dignioritatis, & meriti utrinque apparentis, Juſtitiæ lances incontinenti inclinabant favore Bernabei. Is enim antecellebat Antonium incontrovertibiliter ex pluribus; & primò, quia Antonius de tempore vacationis numerare poterat tantummodo an. 22. Bernabeus verò ratione ætatis erat longè provectior, utpote conſtitutus in illa an. 35., quæ ſicut idonea eſt ad ſuſtentandam etiam Dignitatem, & Officium Epiſcopale ex determinatione *Sac. Conc. Tridentini ſeſſ. 7. cap.1., & ſeſſ. 22. cap.2. de reformat.*; Ita etiam in ſimplici linea ſenioritatis cauſat in hac parte præponderantiam, ex plenè cumulatis poſt *Text. in cap. cum in cunctis verſic.ætatis maturitas de election.,& Ronland. conſ. 47. num. 70. lib.1., per Rocc. de jurepat. verb. honorificum quæſt.15. nu.42. Rota deciſ. 23. num.6. poſt Tondut. de Penſion. deciſ.61. in princ. par.3. rec. & in Calaguritana quarti Beneficii de Aleſaneo 29. Apr. 1699. deciſ. 85. num.6., inter noviter in Urbe impreſſas coram Me.*

10 Secundò pariter, Antonius, inſpecto, ut inſpici debet eodem tempore vacationis, exiſtebat ſimpliciter adſcriptus in ſortem Domini, ſive initiatus prima Tonſura, quando Bernabeus gradualitatem omnium Eccleſiaſticorum Ordinum, Sacrorumque ſupergreſſus, iamdiu caractere Sacerdotali reperiebatur inſignitus; idque pariformiter tribuere innegabilem præpollentiam in hac ipſa materia oſtendunt poſt *Dec. conſ. 542. num. 13. Guttierez conſ. 2. num. 22. in fin. Lara de Anniverſ., & Cappell. lib. 2. cap.3. nu.17. Rota coram Zarata deciſ. 18. num.4. d. deciſ. 61. num.1. verſic. item majores Ordines par. 3. deciſ. 62. num.4. & 5. par. 12. deciſ. 659. num.2. par.18. tom. 2. recen.* cum aliis relatis *in præcedenti deciſ. 15. Maji 1705. §. Præſertim quia coram bon. mem. Caprara.*

11 Bernabeus elucebat tertio loco ſuffultus laurea Doctorali in famigerata Salamantina Univerſitate conquiſita, abſque eo quod Antonius Veſtibula hujuſmodi Univerſitatum ſalutaſſe appareret, & proinde etiam ex hoc capite anteponendum eſſe nemo non videt, & ſæpius in hac ſpecie Beneficiorum Eccleſiæ Calaguritanæ declaravit *Rota deciſ.61. num.1. verſ. item plures gradus par.3. dec.62. num.9. par.12. & deciſ.659. num. 2. par. 18. to. 2. rec., & in Calaguritana Beneficii de Auxego 28. Januari 1688. §. Siquidem coram Caccia, & 19. Decemb. 1689. §. Validitas coram Reverendiſſimo D. meo Molines Decano, & in Calaguritana Beneficii 16. Februarii 1699. §. Inter coram R. P. D. meo Lancetta, jam relatis in meis Addit. ad ſupradictam deciſ.85. ſub num.25.*

Quartò, ultra prærogativam ætatis, Sacerdotii, & Doctoratus, Bernabeus ſupra Antonium in Arena practica fuerat ſæpius approbatus ad Curam Animarum, tam per Epiſcopum, quàm per Viſitatorem Generalem, & ſignanter de tempore proximo vacationi controverſi Beneficii, abſque eo quòd ſimilem approbationem etiam aſſequi potuiſſet Antonius, qui per ætatem erat prorſus incapax cuiuſcumque Curæ, ſecundùm ea, quæ ponderato hujuſmodi requiſito in hac colluctatione dignioritatis, & meritorum unanimiter aſſerunt *Lotther. de re benefic. lib. 2. qu. 31. num. 138. Rota deciſ. 494. num. 8. coram Royas deciſ.62. num. 9. par. 12., & deciſ. 515. num. 11., & deciſ. 584. pariter num. 11. par. 18. tom. 2. rec., & in dicta Calaguritana Beneficii 16. Februar. 1699. §. Is autem coram R. P. D. meo Lancetta*, cum quampluribus concordantibus adductis *in meis addit. ad ſepedictam dec. 85. num. 35.*

Et equidem, neque etiam quando petiit novam Audientiam Antonius, auſus fuerat haſce præponderantes qualitates Bernabei obtundere, & offuſcare, ſed duo conabatur opponere; Alterum quod ipſe gratificationem in paritate approbationis Examinatorum, & in paritate electionis duorum Beneficiatorum, ſeu Canonicorum, ut ſupra ab Ordinario reportaſſet, & conſequenter, quod Judicium ejuſdem Ordinarij in faciem loci mereretur anteponi quando etiam Sacri Canones hujuſmodi Jus gratificationis Ordinario præſtolantur, juxta *Text. in cap. cum Authoritate, ubi gloſſ. verb. Judicium, & Doctores omnes de jurepat. Innoc. in cap. 1. num. 2.*

num. 2. eodem titulo, Gloss. in cap. si plures verſ. conferri, & verſic. ſed etiamſi Partes eodem tit. Decius conſ. 127. in prin. verb. Epiſcopus, & conſ. 129. pariter in prin. verſic. quia quando lib. 1. Peregrin. conſ. 33. nu. 28. volum. 1. Lamber. de jurepat. lib. 2. par. 3. quæſt. 5. art. 1. Cæſar de Graſſ. deciſ. 128. de jurepat. Rot. deciſ. 131. n. 15. poſt Vivian. de jurepat. deciſ. 7. num. 6. coram Otthobon., & in ſupradicta mea dec. 85. num. 9.

12 Et alterum, quòd Bernabeus poſſideret aliud Beneficium in Eccleſia de Zurban, ideoque poſthaberi mereretur ipſi Antonio nullum poſſidenti Beneficium, etiam ex his, quæ in terminis per *Text. in cap. is cui de præben. in 6.* dixit *Rot. deciſ. 767. num. 1. coram Seraphino deciſ. 118. num. 6. coram Amato Dunozett. deciſ. 584. num. 5., & deciſ. 784. num. 11. par. 18. to. 2. recent.*

13 Verùm ad ſupprimendum pondus, ſive præponderantiam eorumdem meritorum Bernabei palàm, & in aperto, & ex confeſſis etiam effulgentium, viſum eſt nullam ex eiſdem oppoſitionibus poſſe, & maximè in conflictu in aliqua haberi conſideratione; Quatenus enim pertinebat ad gratificationem utique nequaquam de ea poterat haberi animadverſio, quia cùm Bernabeus exiſtimans profectò ſibi extitiſſe gravamen illatum ab Examinatoribus Generalibus appellaſſet quando pari gradu habiles ad ſimplicia Beneficia declararunt; tam ipſum Bernabeum, quàm Antonium, ex quo ille toties fuerat approbatus ad Curam Animarum, atque hæc appellatio jam remanſiſſet per Ordinarium admiſſa, certè Ordinarius nequibat amplius apponere manus in facienda prædicta gratificatione citra manifeſtum vitium attentatorum, quæ etiam *Sacra Rota* canonizaverat ad partes, ſub eadem *die 15. Maji 1705. coram prædicto clar. mem. Card. Caprara*, itaut coactus poſitivè fuerit Antonius eiſdem attentatis renunciare, unde non poſſe in his terminis appellationum ullum fomentum præbere gratificatio, optimè dixit *Rot. coram Peutinger. deciſ. 48. num. 3. coram Carillo deciſ. 204. num. 1. coram Otthobono deciſ. 66. num. 3. & deciſ. 86. num. 6., & in part. 2. diverſ. deciſ. 6. num. 1. in rec. deciſ. 488. num. 3. par. 3. deciſ. 62. num. 16. par. 12., & deciſ. 283. num. 6., & 7. par. 16.* & firmavit *prima deciſio hujus Cauſæ cor. Card. Caprara §. Non obſtat.*

14 Eoque fortius quia, nec etiam præciſivè ab his attentatis, quidquam operatur talis gratificatio Ordinarii; ſolùm enim illa operatur in aliis collationibus Beneficiorum, in quibus ſufficit habilitas illius, qui gratificationem obtinuit in paritate E. G. præſentationum, ſeu Vocum; Secus autem eſt in Beneficiis hujus Diœceſis, quæ habent legem Clementinæ ſanctionis demandantis dignioritatem in eligendo, & non benevolam Ordinarii gratificationem, ſicuti plenius deductum, & animadverſum fuit in *deciſ. 84. num. 11. coram Peutinger. deciſ. 284. num. 12. coram Bich. deciſ. 494. num. 3. coram Royas, & in recen. deciſ. 62. num. 22. par. 12., & deciſ. 329. num. 6. par. 14.*, & in aliis pluribus adductis in ſæpius allegata *mea deciſione 85. num. 11. & 12.*

15 In ordine tandem ad Beneficium, quo potiebatur Bernabeus, multiplex erat reſponſio, in primis, quia etiam ſimile ſimplex Beneficium retinebat Antonius in loco de Ubidea, necnon Eccleſiam Parochialem in eodem Oppido, juxta atteſtationes per eumdem Antonium exhibitas *Summario num. 15.*, & nihilominus, niſi conſtet, quod Beneficium poſſeſſum à Bernabeo congruam ſuſtentationem excedat, perinde eſt, ac ſi nullum Beneficium Bernabeus habuiſſet, ut præter adductos in præcedenti *deciſione Card. Capraræ 15. Maji 1705. §. Minus relevat* plena manu ſub hac diſtinctione habetur in *additionibus ad eamdem meam deciſionem 85. num. 38.*

16 Poſtremò etiam adjungebatur, quòd licèt in omnem caſum præcedens detentio alicujus Beneficii reddere poſſet minùs indigentem illum, qui illud poſſidet, adhuc tamen circumſtantia hæc ex ſe ſola non tanti æquivalet, ut poſſit ullo modo ſuperare cætera, longè ut ſupra exuberantia merita, & prærogativas, ut optimè non minùs in prædictis terminis horum Beneficiorum obſervavit, *Rota deciſ. 262. num. 6., & 7. coram Otthobono, deciſ. 169. num. 9. coram Celſo deciſ. 535. num. 7. coram Cerro deciſ. 489. num. 22. coram Bich., & in rec. dec. 337. num. 5. par. 4. & deciſ. 240. num. 6. & 7. par. 12.*

Et

Et ita concorditer reſolutum fuit, etſi Bernabeo ſolùm informante, & Antonio non comparente.

ARGUMENTUM.

Originarius, ſeu Patronialis, quoad aſſecutionem Beneficii in concurſu Extranei dignioris an, & quando ſit præferendus, & gratificandus ab Ordinario?

SUMMARIUM.

1 *In aſſecutione Beneficiorum ſemper dignior, & melior eſt eligendus.*
2 *Conditio præferens originarios extraneis an ſit reprobata, ac contra jus,* & n. 10. & 11.
3 *Originarius habilis, & ille, qui eſt de gremio Eccleſiæ in paritate vocum eſt gratificandus, & præferendus extraneo habiliori. Et quare.* Vide n.4. Amplia, ut num.5.
6 *Dignior, & melior dupliciter quis dici poteſt?*
7 *Epiſcopus non tenetur dare Beneficium meliori* ſimpliciter, *ſed meliori* quoad aliquid.
8 *Concilium Tridentinum in Beneficiis Curatis de Jurepatronatus Laicali non cogit Epiſcopos inſtituere perſonas digniores.*
9 *Fundator volens præſentari ad Beneficium Sacerdotem idoniorem, an cenſeatur voluiſſe præferri extraneum idoniorem, originario idoneo?*
12 *Referuntur quamplures reſolutiones Sacræ Congregationis Concilii,* & nu. 13. & 14. & 17.
15 *Natura Beneficii Patrimonialis eſt, ut conferatur filiis naturalibus, & patrimonialibus.*
16 *Libertas electionis an, & quando reſtringi poſſit?*
18 *Beneficium reſervatum pro* Civibus, *ad ſui conſecutionem requirit qualitatem veræ, & naturalis civilitatis.* Amplia, ut num.19.
20 *Civis an, & quando ſit præferendus Conſanguineo etiam idoniori,* & num.21.
22 *Magis idoneus quis dicatur?*

CASUS VII.

DUctus non cupidine gloriæ, ſed pietatis, ac Religionis amore quidam Teſtator conſtruxit, ac de bonis propriis dotavit in ejus Civitate Beneficium A. Parochiale, cum reſervatione juriſpatronatus activi favore ejus deſcendentium, paſſivi verò favore Sacerdotis idonioris, adjecta tamen conditione, quòd originarii, ſeu patrimoniales ejuſdem Civitatis præferri deberent.

Vacato præfato Beneficio Patronus præſentavit ad illud quemdam Sacerdotem originarium Civitatis Fundatoris habilem, & idoneum, deinde variavit præſentando alium Sacerdotem extraneum, habiliorem, & idoniorem. Quæritur quis eorum gratificari, & præferri debeat ab Ordinario?

1 Videtur dicendum, quòd ſit gratificandus, & præferendus Sacerdos extraneus idonior, tum attenta diſpoſitione juris communis, juxta quam ſemper melior, & dignior eſt eligendus, ad *Text. in cap. Cuſtos de offic. Cuſtod.*, *ibique gloſſ. verb. Sanctiores*, *& in cap. unic.*, *ut Eccleſiaſt. Benefic. ſinè diminut. confer.* §. *Circa*, ac Concilii Tridentini *cap.18. ſeſs.24. de reform.*, juxta quam Beneficium Parochiale adjudicandum venit magìs idoneo, ibi: *Ex hiſque Epiſcopus eum eligat, quem cæteris magìs idoneum judicaverit, atque illi, & non alteri collatio Eccleſiæ ab eo fiat, ad quem ſpectabit eam conferre* -- Tum etiam attenta voluntate Teſtatoris, qui ad præfatum Beneficium Curatum præſentari mandavit Sacerdotem idoniorem, & qui ad majorem reſpexit idoneitatem; Cùmque major habilitas, & idoneitas ſit in Præſentato extraneo, quàm in originario, ei proinde debita eſt gratificatio, & prælatio etiam in concurſu originarii idonei, & habilis, *Garz. de Benefic. par.7. cap.16. n.39. Rota deciſ.262. n.3. par.10. & dec.66. n.2. par.16. rec.*

2 Nullatenus obſtante conditione appoſita per Fundatorem, quòd originarii, ſeu patrimoniales præferri deberent, quia hujuſmodi conditio tamquam continens acceptionem, & diſtinctionem perſonarum, videtur reprobata, & non eſt attendenda, maximè in Beneficiis Curatis, in eis namque reſtringere paſſivam præſentationem, ac inſtitutionem ad ſolos originarios, ac patrimoniales; eſſet præjudicium inferre Eccleſiæ, & Animarum ſaluti, cùm hæc reſtrictio plerumque efficere poſſet, ut ad illius curam, & adminiſtra-

strationem assumantur personæ minùs dignæ. *Nicol. in flosc. verb. Canonicus n. 6. Rot. decis. 24. num. 2. par. 4. divers.*, & *decis. 475. num. 1. coram Ubald.*, & *in Comen. Archipresbyteratus 17. Junii 1715. §. Jam verò*, & §. *Quæ si procedunt, coram R.P.D. Falconerio*.

3 At his omnibus posthabitis censeo in hoc casu esse gratificandum gratificatione impropria, idest ex merito justitiæ, seu præferendum ab Ordinario Sacerdotem originarium habilem; hoc enim expressè cautum fuit ab ipso met Fundatore, nimirum Sacerdotes originarios, & patrimoniales propriæ Civitatis præferri in assecutione Beneficii Curati à se fundati, quæ voluntas Fundatoris cùm sit æqua; ac rationabilis, est omnino servanda, ad *Text. in l. 1. C. de Sacrosanct. Eccles. gloss. in cap. Tua nobis verb. voluntatem de testament.* Valde enim consentaneum est juri communi, quòd in assecutione Beneficiorum alicujus loci originarii, & patrimoniales habiles præferantur exteris habilioribus, juxta *Text. in Can. Nullus dist. 61.* ibi -- *Tunc autem alter de altera eligatur Ecclesia, si de Civitatis ipsius Clero, cui est Episcopus ordinandus, nullus dignus poterit reperiri* -- & *in Can. Obitum eadem dist.* ibi -- *Commonemus etiam fraternitatem tuam, ut nullum de alia eligi permittas Ecclesia, nisi fortè inter Clericos ipsius Civitatis nullus, quod evenire non credimus, potuerit inveniri* -- *Abb. in cap. ad decorem de instit. nu. 3. Roland. cons. 47. num. 67. tom. 1. Paris. cons. 38. num. 13. volum. 4. Lambertin. de jurepat. lib. 2. par. 1. q. 7. art. 24. nu. 20. versic. Et ideo, & par. 3. q. 5. art. 5. Rocch. de Curt. eod. tract. verb. honorificum num. 45. & seqq. Lara de Anniversar. & Cappell. lib. 2. cap. 3. num. 19. Covarr. quæst. practic. 35. num. 5. Gonzal. super regul. 8. glos. 9. §. 1. num. 37. Garz. de Benefic. par. 7. cap. 9. num. 5., Barbos. ad Concil. sess. 24. cap. 18. num. 130. in fin., & de offic. & potest. Episcopi par. 3. allegat. 60. num. 102. Ventrigl. in praxi par. 2. annot. 1. §. 3. num. 63. Rota decis. 299., & dec. 413. num. 1. & 4. par. 1. divers.* Sicuti valde consentaneum est juri communi, quòd in assecutione Beneficiorum, quæ reperiuntur fundata in aliqua Ecclesia, illi, qui sunt de ejus gremio, & qui ei inservierunt, præferantur omnino extraneis, ad *Text. in Can. Hortamur dist. 71. Lotter. de re benefic. lib. 2. q. 31. num. 138. Garz. de benefic. par. 5. cap. 7. num. 37., & par. 7. cap. 15. num. 1. & 2. Barbos. de offic. & potest. alleg. 60. num. 102. par. 3.* Nisi fortassè extraneus sit magis gratus Parochianis, seu habeat affectionem Parochianorum; tunc enim in consecutione Ecclesiæ Parochialis cæteris paribus de jure communi est præferendus originario exoso, aut non bene affecto eisdem Parochianis; cùm benevolentia, & affectio Parochianorum, seu gregis pascendi de jure communi potiùs est spectanda, quàm qualitas originis; ad hoc ut magis Populo gratus, melius præesse, & prodesse valeat, ad *Text. in Can. Nullus dist. 61.*, & plenè *Rot. in Placentina Parochialis 16. Martii 1708. §. Respectu, coram R. P. D. Ansaldo*.

4 Ratio est, quia melius regitur, & gubernatur Beneficium Curatum ab originariis, quàm ab exteris, cùm originarii magis diligant Ecclesiam, & Patriam, ex qua sunt, plus à populo amentur, & faciliùs inducantur ad residentiam, ac maiori attentione, affectione curam habeant de bonis Ecclesiæ, quàm exteri, ut superiùs dixi *Part. I. Can. V. Cas. XVIII. num. 9.*, & testatur *Barbos. d. alleg. 60. par. 3. de offic.*, & *potest. Episcop. num. 102. §. Hinc si ex fundatione*.

5 Quod fortiùs procederet si præfatæ voluntati Fundatoris famularetur observantia quidem præcisa, & cum qualitate coactiva, nimirum, quòd in concursu Sacerdotis extranei idonioris, & habilioris semper fuerit gratificatus, & prælectus ab Episcopo Sacerdos originarius habilis; stante namque hujusmodi observantia præcisa; nulli dubium esse potest, quòd gratificatio, & prælatio in assecutione prædicti Beneficii Curati competere deberet Sacerdoti originario habili, ad exclusionem extranei habilioris *Felin. in cap. cum accessissent num. 26. de constit. Rota in Melphiten. Beneficii 21. Junii 1712. §. Nec robur coràm R.P.D. Lancetta, & in Cremonen. Beneficii 4. Februarii 1715. §. in cujus cor. R.P.D. Cerro*.

6 Non obstat, quòd attenta juris dispositione in provisionibus beneficiorum semper dignior, & melior sit præferendus, & eligendus; Quoniam dupliciter quis potest

teſt eſſe dignior, & melior, nimirum ſimpliciter, & quoad aliquid, juxta doctrinam D.Thomæ *quodlibet. 6. num.9.* ibi -- *Aliquis poteſt dici melius dupliciter, uno modo ſimpliciter, qui eſt ſanctior plus habens de charitate: Alio modo dicitur aliquis melior quoad aliquid* -- relat. per *Lambertin. de Jurepatr. lib.2. par.3. quæſt.5. art.10. num.3. Fagnan. in cap. cùm dilectus de conſuetud. num.53.* Licèt autem in hoc caſu Sacerdos extraneus ſit dignior, & melior *ſimpliciter*, eo quia ſit ſanctior, ſit doctior, tamen non eſt melior, neque dignior quoad aliquid, nimirum quoad Beneficium Curatum, dum quoad hoc Beneficium dignior eſt, & melior originarius, & patrimonialis, & Epiſcopus non tene-
7 tur dare Beneficium meliori *ſimpliciter*, ſed meliori quoad aliquid. *Lambertin. ubi ſupra d. quæſt.5. art.10. num.3 Diana in Coordinat. tom.3. tract.3. reſol.101. cum ſeq. aliàs par.2. tract.15, miſc.1. reſol.38. & par.11. tract.4. miſc.4. reſol.34. Barboſ. ad Concil. cap.18. ſeſſ. 24. de reformat. nu. 130. & de offic. & poteſt. Epiſc. par. 3. alleg.60. n.102.*

8 Nec Concilium Tridentinum *d.cap.18. ſeſſ.24.* in Beneficiis Curatis de Jurepatronatus Laicali cogit Epiſcopos inſtituere perſonas digniores, ſed contentum eſt Concilium, ut in eis inſtituantur perſonæ dignæ, & idoneæ, dum diſponit, quòd ſi Juſpatronatus Laicorum fuerit, debeat, qui à Patrono præſentatus erit examinari, & ſi idoneus repertus fuerit admitti, ac proinde non cogit Patronum Laicum ad præſentandum digniorem, nec Ordinarium ad conferendum Beneficium Curatum digniori, quando hoc eſt de Jurepatronatus Laicorum, *Lambertin. de jurepat. par.1. lib.2. q.10. art. 3. num. 17 Garz. de Benefic. par.7. cap.16. num.19.*

9 Quòd autem Fundator præſcripſerit. præſentare ad Beneficium Curatum Sacerdotem idoniorem; ex hoc argui non poteſt ejus voluntas fuiſſe, ut Sacerdos extraneus habilior præferatur Sacerdoti originario habili. Etenim Fundator exoptavit quidem hanc qualitatem majoris idoneitatis; ſed inter originarios, & quando plures concurrerent originarii; ſed ubi adeſſet originarius, & iſte concurreret cum extraneis etiam idoniori-bus, voluit ille abſolutè præferri, abſque eo, quod major idoneitas comparativè ad extraneos requiſierit; Quo caſu cùm Fundator primariò ad qualitatem originis, ſecundariò ad idoneitatem reſpexerit, in nulla conſideratione habenda eſt major, vel minor idoneitas, cùm ſufficiat, quòd originarius ſit habilis, ad hoc, ut ipſe præferatur extraneo etiam idoniori, juxta Fundatoris voluntatem, *Manſ. conſult.488. num.22. Fuſar. de ſubſtit. qu.531. num. 133.*, & alii penès *Rot. in Sabinen. electionis juvenis 9. Martii 1714. §. Diverſimodè, coram R.P.D. Criſpo.*

10 Nec ſubſiſtit conditionem appoſitam à Fundatore, quòd originarii, & patrimoniales præferri deberent, eſſe reprobatam, & non attendendam, eo quia contineat acceptionem, & diſtinctionem perſonarum; quia hujuſmodi conditio fuit ab eodem Fundatore appoſita in limine fundationis Beneficii de conſenſu Ordinarii.

Diſtinguendum eſt namque inter conditiones, & ſtatuta extra fundamentalia, & appoſita extra limen fundationis Beneficii, & conditiones, & ſtatuta fundamentalia, ſeu appoſita in limine fundationis; Et ſi conditiones, & ſtatuta extra fundamentalia attendi non debeant, & ſint reprobata, niſi fuerint auctoritate Apoſtolica roborata, juxta auctoritates ſuperiùs in contrarium §. *Nullatenus* allatas, tamen conditiones, & ſtatuta appoſita in limine fundationis Beneficii de conſenſu Ordinarii, etiamſi ſint contra jus, non ſunt reprobata, ſed ſunt attendenda, dum Fundatores Beneficiorum poſſunt de conſenſu Epiſcopi hujuſmodi conditiones etiam contra jus apponere,
11 ut dicam infra *Can. XXVII.* Immo præfata conditio dici non poteſt eſſe contra jus, quia non excludit abſolutè, & ſimpliciter extraneos, ſed ſolùm præfert originarios exteris, quo caſu non dicitur contraria, ſed potiùs dicitur juxta jus, dum valde honeſtum, & fructuoſum eſt Eccleſiæ, ſi Beneficia conferantur originariis, & patrimonialibus. *Abb. in cap. Ad decorem de inſtit. num. 3. Lambertin. de jurepat. lib.2. par.3. q.5. art.4. nu. 11. Gonzal. ad regul.8. gloſſ. 9. §.1. nu. 37. & ſeq. Rot. in Comen. Archipresbyteratus 17. Junii 1715. §. Jam verò in fine coram R.P.D. Falconerio.*

12 Conſtat igitur originarios, & patrimo-

niales in assecutione Beneficiorum, sive simplicium, sive Curatorum esse præferendos extraneis etiam idonioribus; quam sententiam semper amplexa fuit Sacra Congregatio Concilii, præsertim *in Pampilonen. Beneficiorum 26. Januarii* 1704. ubi Clerus, & Populus Villæ de Sos preces porrexerunt, quòd Beneficia in eadem Villa existentia conferri debeant solis filiis patrimonialibus, & naturalibus illius, ad effectum occurrendi pluribus prætensis inconvenientibus resultantibus, ex quo cum aliæ Villæ adjacentes, vel ex privilegio, vel ex consuetudine simili polleant indulto, prædicti patrimoniales Villæ de Sos nulla alia assequi possunt Beneficia, & è contra sufferre debent, quòd alieni admittantur ad Beneficia loci proprii, quorum fructus unicè consistunt in decimis, quæ ab ipsis persolvuntur; Unde proposito dubio. *An, & quomodo Oratorum precibus sit annuendum in casu &c.* Sac. Congregatio respondit-- *Pro concessione gratiæ quoad Beneficia servitoria, necnon etiam quoad Parochiales, dummodo adsint idonei ad easdem, juxta formam concessionum locorum vicinorum.*

13 Et in alia *Pampilonen. Beneficiorum 31. Julii* 1706. ubi Clerus, & Populus Villæ de Miranda supplicarunt, ut Parochialis Ecclesia ejusdem Villæ, & duodecim Beneficia servitoria in ea existentia in posterum fierent patrimonialia, solisque naturalibus ejusdem loci conferrentur, maximè cùm eorum redditus consistant in decimis, oblationibus, & Anniversariis, quæ à Populo ejusdem Villæ persolvuntur, proposito proinde dubio--*An, & quomodo Oratorum precibus sit annuendum in casu &c.* fuit responsum--*Affirmativè quoad Beneficia servitoria, & Parochiales, & dummodo adsint idonei, & ad formam indulti in alia Pampilonen. sub die 26. Januarii* 1704.

14 Ac *in Calaguritana distinctionis Beneficiorum*, ubi expositum fuit, quòd Beneficia Calaguritanæ Diœcesis, ut plurimum constituta ex decimis, & fructibus solvi solitis à Populis respectivè locorum conferri debeant filiis tantùm patrimonialibus, & originariis, ea tamen lege, quòd major pars Beneficiatorum Ecclesiæ, ubi vacatio contingit, præsentare debeat Episcopo, quem maluerit ex illis, qui prævio examine idonei fuerunt reperti; Quoniam verò ex tribus Villis, videlicet Cornagi, Nigheæ, & Valdeperilli, unum, idemque Capitulum duodecim Beneficiatorum componitur, quorum in præsenti octo sunt connaturales Cornagi, tres verò Villæ de Nighea, atque alter de Valdeperillo, id inconveniens iam pridem exoriri cœpit, quòd Beneficiati oriundi ex Villa de Cornago componentes majorem partem Capituli, in præelectione novorum Beneficiatorum, adeò votorum numero prævalent, quòd plerumque conterraneos, licèt minùs idoneos minoris ætatis, atque inferioris ordinis præeligant, & rarò admodum Beneficia obtinere valent Incolæ de Nighea, licèt ipsa amplior, & undique spectabilior asseratur. Hinc Universitas hujusce Villæ instetit decernere, quòd portiones beneficiales filiis patrimonialibus locorum Nigheæ, Cornagi, & Valdeperilli respectivè assignentur juxta ratam decimarum, quæ à singulis persolvuntur, necnon definiri quinam intelligi debeant filii patrimoniales ad hujusmodi effectum, itaut propositis dubiis.

Primo -- *An sit locus distinctioni, & divisioni Beneficiorum pro rata decimarum, & fructuum, qui solvuntur Capitulo à Populo Villæ de Nighea, itaut ad eadem Beneficia in concursu sint præferendi filii ejusdem Villæ?*

Secundò -- *An intelligi debeant filii patrimoniales ad dictum effectum, qui nati fuerunt in Villis prædictis etiam ex parentibus exteris, qui saltèm per decennium fuerint domiciliati, & habitantes in eis?*

Ad primum studens in hac Causa apud R.P.D. meum Petra, *affirmativè* respondendum sentiebam; quoniam in provisione Beneficiorum, seu portionum patrimonialium, de quibus agitur, servanda est justitia, & æqualitas inter Populum Villæ de Nighea, & Populum Villæ de Cornago, quæ æqualitas non servatur, nisi detur locus distinctioni, & divisioni Beneficiorum pro rata decimarum, & fructuum, qui solvuntur Capitulo de Cornago à Populo Villæ de Nighea. Nam cùm Beneficiati Villæ de Cornago sint octo, & Beneficiati de Nighea sint tres, ad quos simul spectat jus nominandi, & eli-

eligendi filios naturales, & patrimoniales utriuſque Villæ; ſequitur, quòd ſuccedente vacatione unius ex dictis Beneficiis, Beneficiati de Cornago ſint Arbitri in electione, & præſentatione, dum ſemper præſentant, & eligunt illos tantùm oriundos ex proprio loco, neglectis illis Villæ de Nighea; non obſtante, quòd major pars Beneficiorum, & portionum patrimonialium proveniat ex decimis, & fructibus Villæ Nighea, qui excedunt decimas, & fructus Villæ de Cornago, ut ex tranſmiſſis partitis extractis ex libris Capituli per quinquennium. Quod eſt contra Conſtitutionem Clementis VIII. diſponentem, quòd in Eccleſiis Diœceſis Calaguritanæ, vacantibus Beneficiis ad ea filii patrimoniales recipiantur, & admittantur, & contra naturam Beneficii
15 patrimonialis, quæ eſt ut conferatur filiis naturalibus, & patrimonialibus illius loci, ex cujus redditibus, & fructibus provenit, juxta *Gonzal. ſuper regul. Cancell. gloſ.9. §.1. num.3.*

Præterea conceſſa præfata diviſione, & diſtinctione Beneficiorum tollerentur lites, & diſſentiones inter utrumque Populum, & Villa de Nighea excedens quoad Animas Villam de Cornago, non eſſet minùs proviſa Beneficiatis, & Sacerdotibus, quàm ſit illa de Cornago; Ad quæ omnia evitanda reſolvendum cenſebam, quòd ad menſuram decimarum, quæ ex uno, & altero loco exiguntur, diſtinguatur numerus portionum beneficialium, & ex illis aſſignentur pro eis de Nighea tot, quæ decimis illius loci correſpondeant, & ſimiliter ad eamdem proportionem aliæ aſſignentur eis de Cornago, quot ex illorum decimis proveniunt, ut aliàs in ſimilibus caſibus reſolutum fuit ab eadem Sacra Congregatione die prima Decembris 1685., & 30. Septembris 1702. *in Calaguritana Beneficiorum.*

Nullatenus obſtante, quòd cùm electio, & nominatio ad dicta Beneficia ſpectet ſimul ad Beneficiatos utriuſque Villæ, ſi diſtinguerentur, & dividerentur Beneficia, reſtringeretur libertas electionis;
16 quoniam reſtringi poteſt libertas electionis, nè aliis detur cauſa tribuendi nimium ſuæ genti, vel nationi, & dummodo maneat tanta, quanta eſt neceſſaria ad hoc, ut electio valeat, juxta *Abb. in cap. Licèt num. 12. de elect.*, & *in cap. cùm terra num.3. eodem tit.*

Ad ſecundum etiam pariter *affirmativè* reſpondendum dicebam, quia adeſt Statutum Synodale Diœceſis Calaguritanæ de anno 1410. declarans, quòd ad hoc, ut dicantur filii patrimoniales, ſufficit, quòd nati ſint ex parentibus, qui commoraverint ſaltèm per decennium animo permanendi in dictis Villis, & quòd in his baptizati ſint ad effectum obtinendi dicta Beneficia patrimonialia.

Et ita fuit reſolutum ab eadem Sacra Congregatione 3. Decembris 1712. nimirum: Ad primum *affirmativè, ſi Sanctiſſimo placuerit* -- Ad ſecundum: *Servetur Conſtitutio Synodalis.*

17 Et noviſſimè me ſtudente apud R.P.D. Anſidæum *in Mileten. Archidiaconatus*, ubi expoſita hac facti ſerie, nimirum, Dominicus Martelli in ejus teſtamento quamplurima bona legavit pro Collegiata erigenda in Oppido Seminariæ cum ſex Canonicis, quorum unus Prima Dignitas eſſet, & in codicillis poſtea exaratis duos alios nominavit, & inſtitui voluit Canonicos, ſubdens -- *Talmente che conforme erano ſei, ſiano otto, ferma ſempre rimanente la prima Dignità in detto teſtamento nominata, & ordinata, come anche vuole, & ordina, che in futurum non poſſa concorrere a detto Canonicato, ſeu Beneficio di detta Collegiata perſona veruna, che non ſia Sacerdote di Meſſa, e Cittadino nato in detta Città di Seminara* -- Succeſſivè ad inſtantiam Hæredis, & Canonicorum à Teſtatore nominatorum, auctoritate Summi Pontificis Alexandri VII. erecta fuit Collegiata, ea præſcripta in Pontificio diplomate lege-- *quod tam prima Dignitas, quàm ſinguli Canonicatus in futurum, non niſi originariis dicti Oppidi, ac in Sacro Presbyteratus Ordine conſtituti, conferantur*-- ac aliàs, prout in dictis teſtamento, & codicillis continetur, Vacato Archidiaconatu Dignitate Principali, & Curata dictæ Collegiatæ, in concurſu ad illum primo loco ab Examinatoribus Urbis approbatus fuit Honuphrius Sanchez; ſecundo verò Franciſcus Clementi; Cumque primus ex dictis Coopoſitoribus uti magis idoneus Archidiaconatum in Dataria expoſtularet; Alter citra controverſiam Civis originarius, exiſtimans

stimans pro consecutione dicti Archidiaconatus necessariam esse qualitatem veræ, & naturalis civilitatis, nec suffragari domiciliarem, seu ex privilegio deductam, se opposuit coram Eminentissimo Pro-Datario, à quo remissa Causæ cognitione ad Sac. Congregationem, disputatum fuit dubium-- *An, & cui sit adjudicandus Archidiaconatus, de quo agitur?*

18 Cui respondendum sentiebam-- *esse adjudicandam Francisco Clementi* -- sequentibus motus fundamentis; Archidiaconatus namque, de quo agitur, requirit ad sui consecutionem qualitatem veræ, & naturalis civilitatis, cùm ex lege fundationis fuerit reservatus pro Civibus natis in Civitate Seminariæ, & hujus originariis, quorum nomine veniunt illi, qui sunt verè, & naturaliter Cives *Garz. de Benefic. par. 7. cap. 9. num. 31. Rot. in Vaden. Canonicatus 19. Junii 1705. coram Reverendissimo Molines.* Attenta præcipuè

19 observantia subsequuta, dum non solùm ipse met Fundator nominavit ad Canonicatus, & primam dignitatem veros Cives natos in dicto Loco Seminariæ, verùm in successivis vacationibus semper fuerunt electi etiam ad dictam primam dignitatem Præsbyteri verò naturales dictæ Civitatis, ex qua observantia clarè deducitur præfatus Archidiaconatus esse designatus pro veris Civibus *Rot. decis. 308., & 378. n. 2. cor. Peutinger. & dec. 695. n. 17. par. 18. tom. 2. rec., & in Urgellen. Plebaniæ 25. Aprilis 1712 §. final. cor. Emo Priolo.* Cùm autem Franciscus Clementi habeat qualitatem veræ, & naturalis Civilitatis, & è contra Honuphrius Sanchez habeat solùm civilitatem domiciliarem, vel ex privilegio deductam; sequitur, quòd illi, & non isti sit adjudicandus controversus Archidiaconatus. *Rot. dec. 459. n. 6. par. 19. tom. 2. rec., & dec. 63. n. 16. cor. Merlin. & in d. Vaden. Canonicatus 19. Junij 1705. §. Explorati cor. Rmo Molines, & in Senogallien. Canonicatus 29. Januar. 1706. §. Et de facto, & §. Quod verò coram R. P. D. Ansaldo.*

20 Non obstat, quod Honuphrius Sanchez sit in quarto, seu quinto gradu consanguineus Fundatoris. Quia qualitas sanguinis non fuit in hoc casu contemplata à Fundatore, sed solùm habita fuit in consideratione qualitas veræ, & propriæ civilitatis; Unde licèt dictus Sanchez sit consanguineus, tamen quia non est verè, & propriè Civis, dicitur de non comprehensis in fundatione. *Rot. decis. 867. nu. 7. coram Emerix jun., & in Terulen. Beneficii coram Muto in Mantiss. ad Card. de Luc. super materia dt jurepat. decis. 45. num. 3. volum. 4.*

21 Nec adversatur, quòd Honuphrius Sanchez sit magis idoneus, cùm per Examinatores Urbis fuerit primo loco approbatus, ac proinde ipse sit eligendus, & præferendus; Quoniam hoc procedit cæteris paribus, ac ubi concurrentes habent hinc inde omnes qualitates à Fundatore requisitas, secus quando ille, qui est magis idoneus non habet hujusmodi qualitates. *Rot. decis. 11. sub nu. 3. coram Gregorio, & in dicta Vaden. Canonicatus 19. Junii 1705. §. Citra coram Reverendis. Molines.*

22 Insuper magis idoneus non intelligitur solùm ille, qui præcellit in scientia, & literatura; sed qui omnibus inspectis qualitatibus tam de jure, quàm ex fundatione requisitis aptior, & idonior judicatur pro regimine dictæ dignitatis. *Rot. decis. 654. per tot. par. 4. divers., & in Albanen. Archipresbyteratus 29. Januarii 1703. §. Et ob id coram R. P. D. Ansaldo.* Aptior autem, & idonior judicatur originarius verè, & propriè, quàm domiciliaris, juxta auctoritates superiùs relatas *num. 7.*

Et ita resolutum fuit ab eadem Sacra Congregatione dicta die 24. Aprilis 1717.

ARGUMENTUM.

Consanguineus Fundatoris, aut Patroni in paritate vocum, an, & quando sit gratificandus, & præferendus alteri Compræsentato?

SUMMARIUM.

1 *Consanguineus Fundatoris, & Presbyter, si sint in paritate vocum, an sit in libertate Episcopi præferri, & gratificare quem vult?* & num. 11.

2 *Consanguineus Patroni non ratione propriæ personæ, sed ratione dignitatis, officii &c. In paritate vocum non est præferendus extraneo, & quare?* Vide n. 12.

Acce-

3 *Acceptio, atque diſtinctio perſonarum, an, & quando in Beneficiis ſit prohibita?* & num. 13.

4 *Si Epiſcopus in paritate vocum teneretur gratificare, & præferre conſanguineum Fundatoris, an ex hoc denotaretur ſucceſſio hæreditaria in Beneficiis?* & n. 14.

5 *Clericus conſanguineus Fundatoris in paritate vocum cum Sacerdote omnino extraneo, in aſſecutione Beneficii, non actu Sacerdotalis, eſt gratificandus, & præferendus eidem extraneo.* Amplia, ut n. 6. *Et quare?* Vide n. 7. & n. 17.

8 *Non ſolùm conſanguineus Fundatoris, ſed etiam conſanguineus Patroni ratione propriæ perſonæ eſt ita gratificandus, & præferendus,* & n. 18.

9 *Clericus conſanguineus Fundatoris in paritate vocum cum extraneo, ſed Patrono eſt præferendus, & gratificandus.*

10 *Conſanguineus Fundatoris in paritate vocum non eſt præferendus alteri Compræſentato, qui pariter ſit conſanguineus Fundatoris, & ſimul Patronus, & quare?* Vide ibi.

11 *Conſanguineus Fundatoris ſtante idoneitate dignior eſt cenſendus.*

15 *Major pars Patronorum minorem ſuffocat.*

16 *Legatum Juriſpatronatus factum favore Compatroni abſque auctoritate Ordinarii ſuſtinetur.*

19 *Gratia pro Præſentato cum derogatione medietatis vocum obtenta ab extraneo abſque expreſſione alterius Compræſentati de ſanguine Patronorum eſt nulla.*

20 *Præſentatus à vero Patrono, non verò à putativo eſt inſtituendus.*

CASUS VIII.

VAcato Beneficio ſimplici habente tamen onus Miſſarum explendum, vel per ipſum Beneficiatum, vel per alium in Eccleſia A. Patronus præſentavit ad illud Clericum conſanguineum Fundatoris, deinde durante adhuc quadrimeſtre variavit præſentando accumulativè quemdam Sacerdotem. Quæritur quis eorum ſit gratificandus, & præferendus ab Ordinario?

1 Dicendum videtur, quòd in hoc caſu, ubi conſanguineus Fundatoris, & Preſbyter præfati ſunt in paritate vocum ſit in libertate Epiſcopi præferre, & gratificare quem vult. *Dec. conſ. 129. num. 1. Tiraquell. de jure primogen. qu. 17. opin. 2. num. 8. Lotter. de re benefic. lib. 2. qu. 11. num. 134. Vivian. de jurepat. lib. 12. cap. 8. num. 16. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcopi par. 3. alleg. 72. num. 199. Rota deciſ. 657. num. 1. & 8. coram Pamphil.* Sicuti eſt in libertate Epiſcopi præferre, & gratificare Eccleſiam Parochialem, quam vult in aſſecutione onerum, & decimarum, quando quis habitat domum duarum Parochiarum, & diſceptatur cui ex illis per eum ſolvenda ſint onera, & collectæ; Et etiam præferre, & gratificare Eccleſiam Parochialem, quam vult, quando quis habet plures Eccleſias, in quibus æqualiter audit Divina Officia, nec in eis habet Majorum ſepulturam, nec ipſe eligit ſepulturam, & diſputatur in qua ex illis ſepelliri debeat. *Tiraquell. de jure primog. d. quæſt. 17. opin. 2. num. 14. & 21.* Nec tenetur potiùs gratificare conſanguineum Fundatoris, quàm præfatum Presbyterum, immo potiùs gratificationem, & prælationem exercere deberet favore Presbyteri, quàm conſanguinei, cùm Presbyter in paritate vocum tamquam dignior ſit gratificandus, & præferendus non Presbytero, *Lara de Anniverſ. & Cappell. lib. 2. cap. 3. num. 16. Rota deciſ. 339. num. 8. coram Ubaldo,* & latè dixi ſuperiùs *Caſ. VI. num. 1.*

2 Sic conſanguineus Patroni non ratione propriæ perſonæ, ſed ratione dignitatis officii, aut adminiſtrationis, quam exercet, aut Univerſitatis approbatæ, quam repræſentat, cui competat Juſpatronatus in paritate vocum non eſt præferendus extraneo, ut probat *meus Præceptor in ejus Tractat. de controv. Patron.* ad quem me remitto. Ergo nec conſanguineus Patroni ratione propriæ perſonæ in paritate vocum erit præferendus alteri Compræſentato.

3 Ratio autem videtur eſſe, quia cùm per Sacros Canones prohibita, ac reprobata ſit in Beneficiis acceptio, atque diſtinctio perſonarum, ad *Text. expreſs. in cap. ad decorem de inſtit., ibique Abb. nu. 1. Imol. num. 1. Barboſ. nu. 3. Rota in Comen. Archipresbyteratus 17. Junii 1715. §. Jam verò coram R. P. D. Falconerio;* Non tenetur Epiſcopus in paritate vocum gratificare, & præferre conſanguineum Fundatoris, aut Patroni cuicumque alteri Com-

Compræsentato, sed erit in ejus libertate præferre, & gratificare, quem vult; dum Canones supradicti hìc non faciunt ullam differentiam, an Præsentatus sit de-
4 sanguine, vel non, sed solùm ponderant, quòd Præsentatus sit idoneus; Aliàs si Episcopus in paritate vocum teneretur gratificare, & præferre consanguineum Fundatoris, jam denotaretur successio in Beneficiis, & Sanctuarium de jure hæreditario possideri, quod est omnino prohibitum per *dictum Text. in cap. ad decorem, ibique gloss. verb. hæreditario, & Tex. in cap. ex transmissa, & cap. ad extirpandas de fil. Presbyter., ibique Fagnan. n. 1. Gonzal. in cap. dilectus de fil. Presbyter. num. 8.*, & deduxi superiùs *in Can. VI. concluf. 3.*

At pro clara hujus quæstionis resolutione considero præfatum Clericum consanguineum Fundatoris in triplici statu, nimirum in paritate vocum cum Sacerdote omnino extraneo; In paritate vocum cum Sacerdote extraneo quidem, sed Patrono: Et in paritate vocum cum Sacerdote, qui pariter sit consanguineus Fundatoris, & simul Patronus.

5 Si Clericus consanguineus Fundatoris sit in paritate vocum cum Sacerdote omnino extraneo, ipse in assecutione controversi Beneficii non actu Sacerdotalis est gratificandus, & præferendus ab Ordinario eidem Sacerdoti omnino extraneo, juxta *magistralem glossam in Can. Neminem dist. 70. verb. sive possessionis* ibi -- *Vel hoc ideo dicit, quia potiùs sunt illi Clerici instituendi, de quorum bonis fundata est Ecclesia-- Rocch. de Curt. de jurepatr. verbo honorificum q. 18. nu. 45. Lambertin. eodem tract. lib. 2. par. 3. q. 5. art. 4. nu. 9. & seqq. & art. 16. num. 3. Lara de Anniversf. & Cappell. lib. 2. cap. 3. num. 26. Vivian. de jurepatr. lib. 12. cap. 9. num. 15. Amayden. de stylo Datar. lib. 1. cap. 15. §. 15. num. 36. Capon. discept. 67. num. 4. tom. 2. Ventrigl. in prax. par. 2. annot. 1. §. 3. n. 57. Rota decis. 339. num. 7. coram Ubald., & decis. 647. num. 16. coram Buratto, & in Alatrina jurispatronatus 15. Junii 1705. §. Cæterùm coram Eminentiss. Scotto inferiùs legen. num. 15., & 7. Decembris ejusdem anni §. final. coram eodem, & in Placentina Parochialis 16. Martii 1708. §. Non nè coram R. P. D. Ansaldo, & in Mediolanen. Beneficii 1. Aprilis 1707. §. Diximus coram eodem.*

6 Quod procedit sive consanguineus Fundatoris sit legitimus, sive illegitimus, cùm inspecto jure naturæ uterque dicatur de sanguine: & in utroque sit idem sanguis. *Bald. cons. 441. sub num. 1. lib. 3. Bart. in l. pronunciatio §. familiæ sub nu. 1. ff. de verbor. signific., Gonzal. ad regul. 8. gloss. 51. n. 119. & 122.*

7 Ratio est, quia in officiis charitatis primo loco illis tenemur obnoxii, à quibus beneficium nos cognoscimus recepisse, juxta *Text. in cap. cùm in offic. de testam.* Cùm autem Ecclesia recepit beneficium sui esse à Fundatore, qui eam construxit, fundavit, ac dotavit; hinc sequitur, quod non solùm ipse, sed etiam ejus consanguinei, in quorum venis currit sanguis benemeritus ejusdem Fundatoris in paritate vocum sint favoribus magìs prosequendi, & præferendi extraneo ratione obligationis antidoralis, juxta quam qui beneficium accepit, obligatur ad remunerandum, ut sic alii magìs invitentur ad fundandas, dotandas, & construendas Ecclesias. *Anan. in d. cap. cùm in officiis num. 3. ibique Barbat. num. 2. Butr. num. 2. Imol. num. 2. Gonzal. num. 3.*, & admonet nos *Tullius in lib. 1. de offic. in cap. 1. de Benevolent.* ibi -- *Optimè autem societas hominum, conjunctioque servabitur, si prout quisque erit conjunctissimus in eum benignitatis plurimum conferatur.*

8 Immo non solùm consanguineus Fundatoris, verùm etiam consanguineus Patroni, ratione propriæ personæ, cui competat Juspatronatus titulo hæreditario, aut donationis, ac etiam ipsemet Patronus, sive sit extraneus, sive descendens à Fundatore in paritate vocum (eo quia ex. gr. ipse Patronus fuit præsentatus ab aliis Compatronis, aut supplicavit pro se ipso per viam precum) est gratificandus, & præferendus ab Ordinario alteri Compræsentato omnino extraneo, cùm dicta ratio æquè militat in descendente à Fundatore, ac in Patrono hærede ejusdem, qui cùm repræsentet personam defuncti, subrogatur in omnibus juribus eidem Fundatori defuncto competentibus. *Monacell. formul. legal. tit. 15. formul. 1. n. 11. par. 2. pag. mihi 145. Ventrigl. in praxi par. 2. annot. 1. §. 3. nu. 57. Præceptor meus discept.*

diſcept.Eccleſ.38.num.3. Rota in dicta Alatrina juriſpatronatus 15.Junii 1705.§.Non obſtante, & 7.Decembris ejuſdem anni §.final. coram Eminentiſs. Scotto, & in dicta Placentina Parochialis 16. Martii 1708. §.Non nè coram R.P.D. Anſaldo, & in Granaten. Cappellaniæ 27. Novembris 1713. §. Præcipuè, & §. Firmato coram R.P.D. Falconerio.

9 Si verò Clericus conſanguineus Fundatoris ſit in paritate vocum cum Sacerdote extraneo, ſed compatrono, adhuc eſt gratificandus, ac ei præferendus ab Ordinario, quia qualitas compatroni extranei, & non deſcendentis à Fundatore eſt inefficax.& non attendenda in concurſu præſentati de ſanguine Fundatoris.*Ventrigl. in praxi par. 2. annot. 1. §. 3. n. 57. Piton. diſcept. Eccleſ. 38. num.6.*

10 Si denique idem Clericus conſanguineus Fundatoris eſt in paritate vocum cum Sacerdote pariter conſanguineo ejuſdemFundatoris,& ſimul compatrono: eo quia Patronus præſentavit conſanguineum Fundatoris,& deinde variavit præſentando accumulativè Sacerdotem pariter conſanguineum, & ſimul compatronum,tunc non eſt gratificandus, nec præferendus ſimplex conſanguineus Fundatoris, ſed prælatio, & gratificatio competit Sacerdoti, qui habet qualitatem ſanguinis, & qualitatem patronalem tum de Iure, juxta quod duæ qualitates magis prælationem merentur, quàm una,& juxta quod pluribus inſignitus prærogativis præfertur inſignito paucioribus, *Lambertin. de jurepat. lib. 2. par.3. q. 5. art.16. num.6. Lara de Anniverſ., & Cappell. lib.2. cap.3. n.34. Fattinel. reſpon.54. num.6.,& 8. Adden. ad Buratt. deciſ.633. n.22., & deciſ.291. n.4. par.4. tom.1. rec.* Tum ex veriſimili mente Fundatoris,juxta quam exerceri debet gratificatio in paritate vocum, eos nimirum gratificando, qui ex præſumpta mente Fundatoris magis cenſentur prædilecti,magis autem ſunt prædilecti illi conſanguinei, qui ſimul ſunt Patroni, ſeu qui ſunt vocati à Fundatore ad Juſpatronatus activum, quàm alii ſimplices conſenguinei, ac proinde Ordinarius in paritate vocum potiùs debet gratificare eos conſanguineos, qui una cum qualitate ſanguinis habent etiam qualitatem patronalem, quàm eos conſanguineos, qui habent ſimplicem qualitatem ſanguinis. *Rota in Auximana juriſpatronatus 27. Junii 1701. §. Et ob id coram R.P.D. Anſaldo,& in Hortana Beneficii 1. Junii 1708. §.Taliſque intelligentia coram R.P.D.Priolo* ibi -- *Ex prædilectione in parte juris honorifici activæ præſentationis inferatur ad commodum prælationis paſſivæ.*

11 Hac diſtinctione reſoluta hujuſmodi quæſtione non obſtant modò ea, quæ ſuperiùs objiciebantur; non enim Epiſcopus in hoc caſu habet libertatem præferendi, & gratificandi quem vult; ſed ex ſupradictis tenetur gratificare, & præferre Clericum conſanguineum Fundatoris alteri compræſentato extraneo, qui licèt ſit Presbyter, non proinde in hoc caſu cenſendus eſt dignior; quia ſtante idoneitate dignior habendus eſt, qui eſt de linea Fundatoris, *Barboſ. de offic.& poteſt. Epiſc. alleg.72. n.202. par.3.*

12 Et licèt conſanguineus Patroni, ſeu ejus, qui eſt Patronus non ratione propriæ perſonæ, ſed ratione dignitatis, officii, adminiſtrationis, aut Univerſitatis approbatæ in paritate vocum,non ſit gratificandus, & præferendus extraneo,præſertim Sacerdoti, non proinde ſequitur, quod nec conſanguineus Patroni ratione propriæ perſonæ ſit ita gratificandus, & præferendus; Diſparitas namque eſt, quia quando competit alicui Juſpatronatus ratione dignitatis, aut officii, quod exercet, aut Univerſitatis approbatæ, quam repræſentat, non ipſe, ſed dignitas, officium, aut Univerſitas dicitur Patrona,nec Præſentatus dici poteſt conſanguineus Patroni, quia cùm dignitas, officium, aut Univerſitas ſit corpus fictum non habet conſanguineos. *Lambertin. de jurepat. lib.1. par.1. quæſt.7. art.15. n.12. & ſeq., Rota in Monaſterien. Vicariæ 12. Martii 1706., & 18. Martii 1707. coram R.P.D. Omanna.* At verò quando Juſpatronatus competit alicui ratione propriæ perſonæ, eò quia fundavit, conſtruxit, & dotavit Beneficium,ſeu Eccleſiam, aut cauſam habuit ab eo, qui eamdem Eccleſiam fundavit, conſtruxit, aut dotavit, ipſe dicitur Patronus, & eſt capax habendi conſanguineos. Unde non mirum ſi in primo caſu conſanguineus Patroni ratione dignitatis, officii &c. non me-

meretur gratificationem, & prælationem respectu alterius Compræsentati Sacerdotis, secus in nostro casu.

13 Nec adversatur ratio in contrarium deducta, quia acceptio, & distinctio personarum est prohibita in Beneficiis, quando in personis militat eadem ratio, uti erat casus *Text. in d. cap. ad decorem*; ubi erant omnes extranei, & ideo qua ratione Veneti instituebantur, eadem ratione debebant institui alii, secus quando militat diversa ratio, prout in casu nostro, ubi ex duobus æquè præsentatis unus est consanguineus Fundatoris, alius non, *Rocch. de Curt. de jurepatr. verb. honorificum num.* 48., *Lambertin. eodem tract. lib.* 2. *par.* 3. *q.* 5. *art.* 4. *num.* 6. Nec si Episcopus
14 in paritate vocum gratificaret, & præferret consanguineum Fundatotis denotaretur successio hæreditaria in Beneficiis, etiamsi ultimus Beneficiatus defunctus fuisset pariter consanguineus ejusdem Fundatoris; quia non dicimus, quòd Patronus secluså omni conditione in limine fundationis apposita, teneatur semper præsentare ad Beneficium consanguineum, & Episcopus hunc instituere; sed dicimus, quòd si Patronus Laicus, qui habet libertatem præsentandi plures accumulativè ad Beneficium inter cæteros præsentaret consanguineum Fundatoris æquè idoneum, Episcopus, ut sit gratus Fundatori, potiùs deberet instituere hunc, quàm alium non consanguineum, & hoc non denotaret successionem hæreditariam in Beneficio, sed simplicem gratificationem erga sanguinem benemeritum Fundatoris, *Lambertin. ubi supra lib.* 2. *par.* 3. *q.* 5. *art.* 4. *n.* 10.

R. P. D. SCOTTO

Alatrina Jurispatronatus.

Lunæ 15. *Junii* 1705.

PEr obitum Marci Tullii Cajetani cùm vacasset Cappellania, seu simplex Beneficium sub invocatione SS. Petri, & Joannis Euangelistæ in Ecclesia Parochiali S. Mariæ Terræ Fumonis, ad illud præsentavit Titus Livius Cajetanus Joachim ejus filium, Joseph verò de Comitibus Dominicum de Sebastianis, inter quos orta controversia super institutione, Reverendiss. Ordinarius Alatrinus, ad quem fuit habitus recursus, censuit instituendum esse d. Joachim, quem etiam in possessione Beneficii immisit, sed cùm sententia, seu decretum d. Ordinarii in judicatum transactum in gradu restitutionis in integrum fuerit revocatum hìc in Curia, hinc devoluta Causa per appellationem ad nostrum Tribunal, DD. consului super Dubio -- *An, & cui sit adjudicandum Beneficium* -- & hodie post secundam Causæ propositionem responsum habui -- *esse adjudicandum Joachim*.

15 Ipse enim fuit præsentatus à Tito Livio Patre, qui habet majorem partem vocum Patronalium, unde erat ei adjudicandum Beneficium, excluso Dominico Præsentato à minori parte, cùm major pars minorem suffocet ad *Text. in cap. Quoniam de jurepatr. Rota coram Bich. decis.* 264. *num.* 13. *in Abellina juris patr.* 18. *Junii* 1696. §. *Siquidem coram Reverendissimo Decano, & in Tuden. Parochialis de Bertuzido* 20. *Junii* 1701. §. *Constitit coram Me*.

Quòd autem Titus Livius ad sui favorem numeret majorem partem vocum, non videbatur posse dubitari, quia conveniebant hinc inde informantes, quòd Juspatronatus sit hæreditarium, quodque in illo successerint quatuor filii Marci Tullii Campaneæ, nempe Carolus, Petrus Paulus, Bernardina, & Zenobia; quapropter cùm Titius Livius sit filius, & hæres Bernardinæ, Donatarius Zenobiæ, & Legatarius vocis Caroli; Exinde de plano consequebatur, quòd in persona d. Titi Livii resideant tres ex quatuor vocibus, & sic major pars Juris patronatus, *Rota in Aprutina Parochialis* 26. *Junii* 1702. §. *Nec dicatur coram R. P. D. meo Priolo*.

16 Nec obstat, quod legatum vocis Caroli non fuerit ab Ordinario confirmatum, & ideo nullum remanserit, & consequenter dicta vox consolidata fuerit in Petro Paulo hærede, cujus est Donatarius Joseph de Comitibus. Nam cùm legatum fuerit factum favore Compatroni, authoritas Ordinarii non erat necessaria, *Vivian. de jurepatr. lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 31., *& cap.* 4. *num.* 7., *Rota coram Achil. de Graff. decis.* 10. *de jurepatr. coram Coccin. decis.* 464. *num.* 8., *& coram Dunozett. Jun. decis.* 79. *num.* 5., *& decis.* 96. *num.* 9., & licèt de tempore conditi Testamenti adhuc

adhuc viveret Bernardina Mater, ideoque Titus Livius nondum eſſet Compatronus, tamen cùm legatum eſſet conditionale, nec eſſet transferendum in Legatarios, niſi poſt obitum Petri Pauli hæredis, ibi -- *vuole, che ſuccedano in ſuo luogo doppo la morte di Pietro Paolo* -- ſufficit, quòd de tempore purificatæ conditionis concurreret in Tito Livio Legatario qualitas Patronalis, cùm in legatis conditionalibus attendatur tempus purificatæ conditionis, & de eo tempore tantùm fiat translatio Juriſpatronatus, nec antea, conditione pendente, ullum jus certum, & radicatum dicatur Legatario quæſitum, *l. mater*, §. *Eumdem ff. de except. rei judic. l.* 1. §. *Servi appellat. ff. ad Syllan.*, *Rota coram Coccin. deciſ.* 1462. *num.* 20., *& ſeqq. coram Bichio de ciſ.* 602. *num.* 20., *& deciſ.* 625. *num.* 30., & in proximis terminis *Rota in Tridentina juriſpatronatus ſuper reſervatis* 6. *Junii* 1703. §. *Etenim conſenſus coram Me*.

Non attenta replicatione, quòd legatum fuerit ab initio purum, licèt dilatum poſt mortem hæredis, cùm dilatio reſpiciat executionem, non autem ſubſtantiam legati; Etenim objectum non ſubſiſtit in Facto, nec relevat in Jure. Non enim regit in Facto, quia verba legati -- *ſuccedano doppo la morte* -- reſpiciunt ſubſtantiam legati, cùm inducant vocationem Legatarii poſt obitum hæredis, ad inſtar ſubſtitutionis fideicommiſſariæ, in qua aliquis vocetur poſt obitum alterius, ut in terminis dictorum verborum probat *Sanfelic. dec.* 278. *n.* 4. *verſ. & in propoſita quæſtione*; itaut ſi Legatarii prædeceſſiſſent hæredi poſt cujus obitum fuerunt vocati, legatum remanſiſſet caducum, nec fuiſſet tranſmiſſibile ad ejus hæredes, *l. unic.* §. *Sin autem ſub conditione C. de caduc. tollen.*, *Peregrin. de Fideicom. art.* 22. *n.* 4., *Rota coram Dunozett. jun. deciſ.* 707. *num.* 13.

Nec etiam objectum relevaret in jure, quia dies incerta, qualis dicitur mors hæredis, ſemper reddit legatum conditionale, ſive ſit adjecta ſubſtantiæ, ſive executioni ejuſdem legati, ut tradunt *Mantic. de conject. ult. volunt. lib.* 11. *tit.* 20. *num.* 3. *Altograd. conſ.* 87. *num.* 13. *lib.* 2. *Card. de Luca de Legat. diſc.* 59. *num.* 7. §. *Verum*, *Capyc. Latr. deciſ.* 107. *num.* 31. *lib.* 1., *Gratian. deciſ. March.* 153. *num.* 6.

17 Cæterum quatenus etiam per poſſibile dicta vox Caroli eſſet numeranda favore Joſephi, qui præſentavit Dominicum, itaut (quemadmodum prætendebant Informantes, pro eodem Dominico) uterque ex præſentatis haberet medietatem vocum, adhuc ex alio capite Beneficium erat adjudicandum Joachim, quia nempe ipſe eſt de ſanguine Patronorum, unde in paritate vocum præferri debet extraneo compræſentato, juxta *Gloſſ. in can. neminem diſtinct.* 70., *Vivian. de jurepatr. lib.* 14. *cap.* 2. *num.* 67., *Lambertin. eodem tract. lib.* 2. *par.* 3. *quæſt.* 5. *art.* 4. *per tot.*, *Rota coram Buratt. deciſ.* 647. *num.* 16. *cum aliis concordan. in Mediolanen. juriſpatronatus* 3. *Julii* 1684. §. *Obſervarunt coram bon. mem. Pauluccio*.

18 Non obſtante, quòd prætenderetur Joachim non eſſe de ſanguine Fundatoris, ſed Patronorum, quia de jure prælatio debita in paritate vocum compræſentato de Sanguine Fundatorum, locum habet etiam in compræſentato de ſanguine Patronorum, *Lambertin. de jurepatr. d. art.* 4. *n.* 11. *&* 12. *Vivian. eo d. tract. lib.* 14. *cap.* 2. *n.* 67., *Rota poſt eumdem deciſ.* 66. *num.* 5., *Add. ad Pamphil. deciſ.* 244. *n.* 11. *Rota coram Ubald. dec.* 339. *n.* 7.

19 Et hinc nullatenus attendenda erat gratia pro Præſentato cum derogatione medietatis vocum à Sño per Dominicum reportata, quia cùm Pontifici non fuerit expreſſum adeſſe alium Præſentatum de Sanguine Patronorum, gratia remanet ſubreptitia, & nulla, quia ſi Papa ſciviſſet medietatem vocum præſentaſſe alium de Sanguine, cui debita erat de jure prælatio, utique in illius præjudicium non conceſſiſſet gratiam derogationis, ut diſcuſſo articulo firmavit *Rota in dicta Mediolanen. juriſpatronatus* 3. *Julii* 1684. §. *Quæ ratio coram bo. me. Pauluccio*; Cùm præſertim in literis Apoſtolicis legatur clauſula, *dummodo alteri non ſit jus quæſitum*, quæ præſervat jus Joachim acquiſitum ex præſentatione vigore cujus ipſi debita erat inſtitutio, ut proſequitur mox allegata *deciſio Mediolanen. juriſpatr. d.* §. *Quæ ratio coram bo. me. Pauluccio*.

Nec magis ſuffragari poterant ultimus, ac penultimus Status, quos prætenditur militare favore Joſephi de Comitibus, qui Dominicum præſentavit, quia cùm

provisiones præcedentes emanaverint cum d erogatione medietatis vocum, semper firmum remanet, quòd altera medietas sit penès Titum Livium, ut etiam hodie ingenuè admittebant informantes pro Dominico, & ideo non destruitur fundamentum mox dictum, quòd in paritate vocum debita esset prælatio Joachim tanquam de Sanguine Patronorum; Et tamen ex alio capite neque attendendus esset d. ultimus status, cùm enim ex publicis documentis, & probationibus certis constet Titum Livium habere tres ex quatuor vocibus, ut fuit superiùs comprobatum, & res sit integra, scilicet ante institutionem Dominici, ultimus status in his terminis non suffragatur, cùm petitorium absorbeat quamcumque possessionem, & veniat instituendus Præsen-
20 tatus à vero Patrono, non verò à putativo, *Rota coram Priolo decis.* 113. *n.* 35., *&* 36. *coram Emerix jun. decis.* 1320. *nu.* 15. *in rec. decis.* 64. *num.* 33. *part.* 13. *& decis.* 153. *num.* 6., *&* 7. *part.* 18. Etiamsi status anterior non resultet ex re judicata, confessione Partis, aut Instrumento publico fundationis, quia sufficit, quòd colligatur ex probationibus certis, æquipollentibus dd. tribus modis, *Rota in Bononien. Parochialis super manutentione* 26. *Januarii* 1682. §. *Siquidem coram bo. mem. Ursino*, *& in Colonien. Beneficii* 27. *Junii* 1696. §. *Nec magis coram Illustris. D. Magno Cancell. Mediol.*

Et ita utraque &c.

ARGUMENTUM.

Præsentatus habens pinguiorem vocem cæteris paribus de jure est gratificandus, & præferendus in paritate vocum.

SUMMARIUM.

1 *Præsentatus, ut dicatur habere pinguiorem vocem, quot modis contingere possit?*

2 *Præsentatus ab habente pinguiorem vocem cæteris paribus est gratificandus, & præferendus.*

3 *Præsentatus habens vocem privativam, & cumulativam est præferendus habenti vocem tantùm cumulativam.*

CASUS IX.

SI sint duo Præsentati, quorum unus habeat pinguiorem vocem, cæteris paribus, quæro quis eorum sit gratificandus, & præferendus?

1 Pro intelligentia hujus quæstionis dupliciter contingere potest, ut Præsentatus dicatur habere pinguiorem vocem. Primò ex eo, quia sit præsentatus à Patrono ratione fundationis, & constructionis, aut instituto hærede in majori parte hæreditatis Fundatoris, cui sit annexum Juspatronatus, & alius sit præsentatus à Patrono, ratione solius dotationis ex. gr. aut instituto hærede in minori parte. Secundò ex eo, quia competente Jurepatronatus pluribus Patronis uti singulis unus ex eis præsentaverit illum privativè, & alius accumulativè, itaut ipse habeat unam vocem privativam, & unam accumulativam, Compræsentatus verò habeat unam vocem tantùm accumulativam. In utroque casu Præsentatus dicitur habere pinguiorem vocem. Hoc posito,

2 Respondeo ad quæstionem. In primo casu Præsentatus à Patrono instituto hærede in majori parte hæreditatis Fundatoris, cui sit annexum Juspatronatus, vel à Patrono ratione fundationis, & constructionis est gratificandus, & præferendus compræsentato à Patrono instituto hærede in minori parte hæreditatis, vel à Patrono ratione solius dotationis; quia Patronus institutus hæres in majori parte hæreditatis Fundatoris, aut Patronus ratione fundationis, & constructionis dicitur habere pinguiorem vocem, & præsentatus ab habente pinguiorem vocem cæteris paribus, nisi alius præsentatus sit de sanguine Fundatoris, est gratificandus, & præferendus, *Lambertin. de jurepatron. lib.* 2. *par.* 3. *q.* 15. *art.* 16. *num.* 5., *Panimoll. decis.* 137. *num.* 51. *Rota decis.* 875. *num.* 2. *coram Seraphin.*, *& in Lauden. Canonicatus* 27. *Junii* 1696. §. *Cessare*, *& §. final. coram bo. me. Emerix*, quæ est inter ejus impressas 1361., *&* 3. *Martii* 1697. §. *Individuitas coram Eminentiss. de la Tremoille.*

3 In secundo verò casu, in quo Præsentatus habeat unam vocem privativam, & aliam accumulativam, est etiam gratificandus, & præferendus præsentato habenti unam vocem tantùm accumulativam, etiamsi iste, qui habet vocem accumulativam sit consanguineus, aut idonior

nior,dummodo non adſit lex fundationis præcipiens præſentari conſanguineum. Ratio eſt, quia habens unam vocem privativam, & aliam accumulativam dicitur habere pinguiorem vocem, immo majorem partem vocum; & ille, qui habet vocem tantùm accumulativam, dicitur habere vocem debiliorem diminutam, & non integram, ac proinde primus præſentatus meritò eſt ab Epiſcopo gratificandus, & huic præferendus. *Abb. in ſupradicto Can.X. num. 4. Rocch. de Curt. de jurepatr. verb. honorificum quæſt.14. n.39. Lambertin. eodem tract. lib.2. par.2. q. 7. art.13. num. 7. Tiraquel. de jure primogen. quæſt.17. opin.11. num. 5. Vivian. de jurepatr. lib.10. cap.1.num.25. Barboſ.de offic. & poteſt. Epiſcopi allegat. 72. num. 166. par. 3.*

ARGUMENTUM.

Quando Maritus,& Uxor fundarunt Cappellaniam merè Laicalem, & ſuos vocarunt conſanguineos, an gratificandi, & præferendi ſint, qui ſunt ex linea Mariti, vel potiùs, qui ſunt ex linea Uxoris, & quid ſi ille, qui eſt de linea Mariti ſit Laicus, ille vero, qui eſt de linea Vxoris ſit Clericus?

SUMMARIUM.

1 *Gratificatio habet locum non ſolùm in Beneficiis Eccleſiaſticis, ſed etiam in legatis piis.*

2 *In conſecutione ſubſidii dotalis relicti pro Puellis pauperibus, Puellæ nobiles pauperes an ſint gratificandæ, & præferendæ Puellis pauperibus ignobilibus?*

3 *Puella maritanda an, & quando ſit gratificanda, & præferenda Puellæ jam monachatæ in conſecutione ſubſidii dotalis?*

4 *Relicto legato ſubſidii dotalis pro certo genere perſonarum, illi de eo genere ſunt gratificandi, & præferendi.*

5 *In conſecutione ſubſidii relicti pro ſuſtentatione juvenis in aliquo Collegio, juvenis conterraneus, & conſanguineus Teſtatoris eſt gratificandus.*

6 *In conſecutione fideicommiſſi Studentibus relicti, ad effectum ut Studens fiat Procurator, Doctor &c. Studens conſanguineus Teſtatoris proximior, licèt non proximus ad Doctoratus gradum, eſt gratificandus.*

7 *In conſecutione multiplici relicti favore pauperum deſcendentium ex aliqua familia certi loci, pauperes deſcendentes ex dicta familia, licèt alibi habitantes, ſunt promiſcuè gratificandi cum aliis pauperibus ejuſdem familiæ habitantibus in dicto loco,* & num.11.

8 *Perſonæ qualificatæ ad formam teſtamenti ſunt admittendæ ad participationem multiplici.*

9 *Judex, quæ conſiderare debet in taxandis ſubſidiis pro pauperibus.*

10 *Pauperiores in diſtributione legati facti pauperibus, ſunt præferendi minùs pauperibus.*

12 *Deſcendentia ex quibus probetur?*

13 *Concurrentibus conſanguineis Mariti, & Uxoris æquè proximioribus ad Cappellaniam merè laicalem fundatam, aut ad dotem relictam ab utroque conjuge pro eorum conſanguineis, præferendus, & gratificandus eſt conſanguineus Mariti,* & num.14. *Et quare?* num. 15. Intelligè ut num.17. Amplia ut num.18.

16 *In conſecutione Majoratus inſtituti per Maritum, & Uxorem præfertur conſanguineus Mariti, & quare?* Vide n.20.

19 *Vocatis a Marito, & Uxore ad Cappellaniam merè Laicalem eorum conſanguineis æqualiter, quilibet ex eis gratificari poteſt.*

20 *Tam Clericus, quàm Laicus, immo etiam fœmina, ſunt capaces Cappellaniæ merè Laicales.*

22 *In conſecutione Cappellaniæ merè Laicalis per Maritum, & Uxorem æqualiter pro eorum Conſanguineis fundatæ, Conſanguineus Uxoris Clericus cæteris paribus eſt gratificandus, & præferendus Conſanguineo Laico Mariti. Et quare.* Vide num.25.

23 *Clericus eſt dignior, & major quibuſvis Laicis.*

24 *Quando ſermo eſt de Clericis, & Laicis, Clerici ſemper ex ſtylo Curiæ præferuntur Laicis.*

CASUS X.

MAritus,& Uxor ſimul in eodem teſtamento de bonis propriis utriuſque fundarunt Cappellaniam merè Laicalem,

seu legatum merè pium Missarum pro eorum Consanguineis proximioribus; Vacata nunc præfata Cappellania, & concurrentibus ad illam duobus Consanguineis æquè proximioribus, uno ex parte Mariti, & altero ex parte Uxoris. Quæritur quis eorum sit gratificandus, & præferendus?

1 Gratificatio, & prælatio competens Episcopo vigore supradictorum *Canonum* in paritate vocum non solùm est per eum exercibilis in Beneficiis Ecclesiasticis, verùm etiam in legatis merè piis, & in Cappellaniis merè Laicalibus, eisdem tamen attentis, & æquilibratis qualitatibus concurrentium ad eadem legata, quæ attendi, & æquilibrari debent in gratificatione, & prælatione respectu Beneficiorum Ecclesiasticorum, *Rota decis. 611. sub num. 4. coram Seraphin.*, *& in Novarien. Parochialis 11. Aprilis* 1712. §. *Cumulabatur, coram R.P.D. Ansaldo*.

2 Sic in assecutione subsidii dotalis relicti à Testatore pro Puellis pauperibus, si concurrant ad illud Puellæ nobiles, & ignobiles æquè pauperes, Episcopus gratificare, & præferre debet Puellas nobiles, ignobilibus, maximè si in testamento fuerint priùs nominatæ Puellæ pauperes nobiles, quàm ignobiles; nam Puellæ nobiles primò nominatæ censentur magis prædilectæ à Testatore, *Lara de Anniversf. & Cappell. lib. 2. cap. 3. num.* 48.; & resolutum fuit à Sacra Congregatione Concilii *in Amerina subsidiorum dotalium 5. Julii* 1710. ubi concurrentibus Puellis pauperibus nobilibus, & ignobilibus ad legatum subsidii dotalis à quadam Testatrice relictum favore Puellæ Civitatis Ameriæ Monasticum institutum profiteri volentes, sub hac præscripta lege-- *Ritrovandosi alcuna Zitella Nobile, ma povera, o alcuna di bassa mano, ma però onorate, che si voglino far Monache, detta Compagnia l'elegga per voti segreti, e le dia la dote delli frutti di detti Censi* -- fuit disputatum dubium-- *An in concursu Puellarum Nobilium sint simul admittendæ etiam Puellæ ignobiles concurrentes, itaut quæ ex illis majorem suffragiorum numerum tulerit, sit eligenda, vel potiùs ignobiles admittendæ, & eligendæ sint in defectum tantùm Nobilium*-- responsum fuit *negativè quoad primam, & affirmativè quoad secundam partem*.

3 In assecutione subsidii dotalis relicti pro Puellis cum prælatione inter Puellas monacandas, & maritandas. Puella maritanda est gratificanda, & præferenda Puellæ jam monachatæ, juxta resolutionem Sacræ Congregationis Concilii *in Sancti Severini subsidii dotalis 5. Septembris* 1711.

4 In assecutione subsidii dotalis relicti pro certo genere personarum, ex.gr. pro filiis, sororibus, aut nepotibus confratrum alicujus Confraternitatis, istæ gratificandæ, & præferendæ sunt in concursu Puellarum etiam consanguinearum Testatoris, quæ non sint nec filiæ, nec sorores, nec nepotes Confratrum, ut resolutum fuit ab eadem Sacra Congregatione Concilii *in Romana subsidiorum dotalium 9. Junii* 1714.

5 Et in assecutione subsidii relicti à Testatore pro sustentatione juvenis in aliquo Collegio, juvenis conterraneus, & consanguineus Testatoris est gratificandus, & præferendus alteri juveni simpliciter oriundo loci ejusdem Testatoris, licèt idoniori, *Rota in Sabinen. electionis iuvenis 9. Martii* 1714. *per tot. cor. R.P.D. Crispo*.

6 Ac in consecutione fideicommissi à Testatore Studentibus relicti ad effectum, ut Studens fiat Procurator, Doctor in jure, aut Notarius, aut Curialis, Studens consanguineus Testatoris proximior, licèt non proximus ad Doctoratus gradum, vel Curialis, seu Notarii officium, sed habilis tamen, est gratificandus, & præferendus Studenti consanguineo remotiori ejusdem Testatoris, licèt proximo ad prædictum gradum, & officium, *Rota in Bononien. immissionis 20. Martii* 1709. *per tot. coram R.P.D. Crispo*.

7 Et in consecutione multiplici relicti à Testatore favore Pauperum descendentium ex aliqua familia certi loci; Pauperes descendentes ex dicta familia dicti loci, licèt alibi, & non ibi habitantes, sunt promiscuè gratificandi cum aliis Pauperibus pariter descendentibus ex eadem familia, sed habitantibus in dicto loco, ut sentiebam *in Romana, seu Januen. legati*, studens apud R. P. D. Ansidæum dignissimum Sacræ Congregationis Concilii Secretarium, ubi Maria, & Paulina Justinianæ natæ quidem in Insula Chios,

Chios, ſed filiæ Simonis Petri Juſtiniani Albo Nobilium Januæ adſcripti de anno 1696. ab Inſula Chios, noviſſimè è Civitate Mothonenſi extorres, & profugæ à Turcarum immanitate, patria, laribus, fortuniſque omnibus deploratis, ſupplicarunt pro menſtruo ſubſidio ſcutorum 20. pro qualibet ex fructibus notiſſimi Urbi, ejuſque Tribunalibus multiplici à Marchione Vincentio Juſtiniano in teſtamento anni 1631. inſtituti pro Pauperibus deſcendentibus ex Nobili Familia Juſtiniana Januæ. Contemporaneè etiam eaſdem effuderunt preces Apollonia quondam Pauli, & Palma quondam Thomæ Pauperes, & Nobiles Juſtinianæ pariter Chienſes deſcendentes ex Proavo in libro Nobilium Januæ adſcripto, pro conſimili alimentorum ſubminiſtratione in ſcutis 20. menſtruis ex præfato multiplico. Ego autem meum aperiens votum dicebam eſſe faciendam Mariæ, & Paulinæ Juſtinianis Chienſibus ſubminiſtrationem ex multiplico Marchionis Vincentii Juſtiniani in menſtruis ſcutis decem pro qualibet.

Animadvertebam enim concurrere tam in Maria, quàm in Paulina Oratricibus qualitates à Marchione Vincentio Juſtiniano Teſtatore requiſitas ad effectum participandi de fructibus multiplici ab eo demandati, nimirum paupertas, & deſcendentia ex familia Juſtiniana Januæ, dum ſunt filiæ Simonis Petri Juſtiniani Albo Nobilium Januæ deſcripti, quæ deſcriptio demonſtrat ipſum Simonem Petrum, & ejus deſcendentes eſſe de illis Nobilis Familiæ Juſtinianæ Januæ, aliàs dictus Simon non fuiſſet deſcriptus, niſi priùs fuiſſet concludenter probatum eum eſſe de vera, & Nobili
8 Familia Juſtinianorum Januæ, *Rota deciſ.79. ſub num.18. penès Palm. tom.2.*, ac proinde dictæ Oratrices utpote qualificatæ ad formam teſtamenti, admittendæ ſunt ad participationem præfati multiplici, *Card. de Luca de jurepatr. diſc.18. num. 3.*

Non obſtat, quòd Oratrices non ſint adſcriptæ in libro Aureo, ſufficit enim, quòd earum Pater ſit adſcriptus, ſeu quòd deſcendant ab ultimo adſcripto, ut patet exemplis Indultorum Clementis X., & Innocentii XII., qui admiſerunt Antonium, & Vice-Comitem Juſtinianum ad participationem prædicti multiplici, quamvis neque ipſi, neque eorum propinquiores aſcendentes eſſent in libro Aureo Nobilium adſcripti, & exemplo Hippolytæ Juſtinianæ ab hac eadem Sacra Congregatione ad dictam participationem admiſſæ, licèt in libro Aureo non deſcriptæ.

Nec adverſatur, quòd Oratrices ſint Chienſes, & non Januenſes; Quia Legatum relaxato juris rigore ex præſumpta mente Teſtatoris non ſolùm comprehendit Juſtinianos Januæ degentes, ſed omnes à Familia Juſtiniana Januæ deſcendentes, & fuit judicatum a *Sac. Rota deciſ. 778., 805., & 897. coram Emerix*, decernente Marchioniſſæ Conſtantiæ Juſtinianæ Meſſanenſi menſtrua ſcuta 35., & noviſſimè *in Romana, ſeù Januen. Legati 22. Novembris 1715. coram R. P. D. Criſpo*, vbi decretum fuit eſſe ſubminiſtranda menſtrua ſcuta decem Paulo Juſtiniano Chienſi, ac ut etiam judicatum fuit ab hac Sacra Congregatione 29. Novembris 1704. demandante ſubminiſtrationem ſcutorum decem favore Hippolytæ, Vincentii, & Laurentii de Juſtinianis Chienſium, & patet exemplis Indultorum Clementis X. Antonio Juſtiniano Chienſi, Innocentii XI. Jacobo Meſſinæ, & Mariæ de Pactis concedentium unicuique menſtrua ſcuta 20., & Innocentii XII. Vice-Comiti Juſtiniano Chienſi annua ſcuta 200.; Ratio eſt, quia Teſtator loquendo de Juſtinianis Januæ intellexit de habentibus originariam, & Majorum Nobilitatem in dicta Civitate, mediante ſupradicta deſcriptione in libro Aureo, quæ per familiam numquam amittitur, etiam ſi deſcendentes, & particulares perſonæ dictæ familiæ alibi habitent, *Card. de Luc. de præemin. diſc. 37. num.4. & ſeq.*, non verò reſtrictivè de illis ibi ortis.

Subminiſtrationem autem ex dicto multiplico dicebam Oratricibus eſſe faciendam in menſtruis ſcutis decem pro qualibet, cùm non minor quantitas pro alenda fœmina Nobili, & egena exigi videatur, attenta earum qualitate, dum ſunt Nobiles de Familia Juſtiniana Januæ deſcendentes, ad extremam paupertatem redactæ, & nihil habentes, & poſſidentes,

tes, ac etiam attenta quantitate legati distribuenda Pauperibus de familia, quæ nunc ex Calculo, qui exhibetur, ascendere videtur ad annua scuta quinque millia, & ex die recipit majus incrementum
9 ex alia rata ejusdem Legati singulis annis in perpetuum investienda; quæ omnia prudens Judex considerari debet in taxandis similibus subsidiis pro Pauperibus relictis; *Rota decis.* 805. *num.* 2. *coram Emerix, & in dicta Romana, seu Januen. Legati* 22. *Novembris* 1715. §. *final. coram R. P. D. Crispo*, ac etiam attento, quòd ab hac Sacra Congregatione in simili summa fuit demandata submministratio Hippolytæ Vincentio, & Laurentio Justinianis Chiensibus.

Nec ullum præjudicium considerabile afferretur Nobilibus de Familia Justiniana Januæ morante per hujusmodi submministrationem; quia isti utpote habentes sufficiens Patrimonium, & non ita miserabiles in concursu Pauperiorum de Familia Justiniana non habent jus, dum Pauperiores de hac Familia in consecutione præfati Legati sunt minus Pauperibus præferendi; Tum ex præsumpta mente Testatoris, qui suam dispositionem ita concluſit -- *secondo la varietà de' tempi, e la necessità delle varie occasioni si potranno governare, e risolvere in sovvenire alle persone più bisognose della Famiglia, ed altro, che li parerà a proposito* -- Ut apparet ex folio clarè, & eruditè ab eodem R.P.D. Ansidæo Secretario extenso; Tum ex dispositione juris, juxta quam Pauperiores
10 in distributione Legati facti Pauperibus sunt præferendi minus Pauperibus, quia ubi majus est periculum, ibi potiùs est succurrendum, *Ventrigl. in prax. par.* 2. *annot.* 28. §. 1. *num.* 18., *Amostaz. de caus. piis lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 17. Præsertim quando legatum, aut beneficium fuerit reservatum a Testatore pro Pauperioribus juxta *Rot. in Faventina beneficii* 11. *Februarii* 1704. §. *Cùm enim cum seqq. coram Muto*, ac juxta resolutionem Sac. Congregationis Concilii *in Imolen. Legati Pii* 27. *Novembris* 1717., ubi cùm quidam pius Testator S. Montem Pietatis Oppidi Lugi instituisset hæredem gravans ipsum, seu Præsidentes pro tempore ad dandum singula hebdomada, & expendendum in tantum companaticum pro alimentis Pauperiorum RR. Fratrum Religiosorum Claustralium Terræ Lugi amore Dei in perpetuum solidos viginti; hujusmodi Legatum Præsidentes dicti Montis ab initio usque in præsentem diem elargiri PP. Carmelitis consueverunt, quamvis in dicto Oppido Conventus adessent PP. Prædicatorum, Minorum Conventualium, & Cappuccinorum; Dubitantibus autem iisdem Præsidentibus, an potius tradere tenerentur eleemosynam PP. Cappuccinis utpote pauperioribus disputatum fuit -- *An Legatum de quo agitur debeatur PP. Carmelitis, seu potius Præsidentes Montis Pietatis possint illud distribuere PP. Cappuccinis, vel aliis Regularibus ad eorum libitum in casu &c.* -- Cui Sac. Congregatio rescripsit -- *Negativè quoad primam partem, & affirmativè quoad secundam ad formam Testamenti* -- Non obstante, quòd PP. Carmelitæ centenariam observantiam, & præscriptionem pro se allegarent.

11 Eamdem submministrationem in menstruis scutis decem pro qualibet dicebam etiam esse faciendam Apolloniæ, & Palmæ Justinianis; sunt enim ipsæ qualificatæ eisdem qualitatibus requisitis à Testatore ad effectum participandi de fructibus multiplici, quibus qualificatæ sunt Maria, & Paulina Justinianæ, quæ superiùs pro consimili submministratione supplicarunt, adeòque etiam ipsæ admittendæ sunt ad eamdem participationem, sunt enim eadem Paupertate pressæ, ac sunt descendentes ex Familia Justiniana Ja-
12 nuæ, dum probant hanc descendentiam ex Proavo in Libro Nobiliu m adscripto, fidibus Matrimoniorum, & Baptismatum, & cùm sint deperditi Libri Parochiales in ultima Insulæ Chios à Turcis invasione, testimonio proprii Parochi Mothonensis, aliorumque Testium se filias respectivè Pauli, & Thomæ demonstrant, qui sunt veri modi ad probandam omni majori concludentia descendentiam ex latè traditis per *Jason. cons.* 124. *num.* 5. *lib.* 1. *Rota decis.* 709. *num.* 3., *& seqq. coram Buratt., & decis.* 588. *num.* 3. *coram Pamphil., & decis.* 347. *num.* 2., *& seq. coram Celsi., & in Romana, seu Parmen. juris patronatus* 9. *Junii* 1700. §. *Lucidissimè coram Reverendissimo Molines Decano*. Nullatenus obstante, quòd nec ipsæ, nec earum Genitores sint adscripti in libro Aureo;

reo; Sufficit enim, quòd deſcendant ab ultimo adſcripto; ut patet exemplis Indultorum Summorum Pontificum ſuperiùs enumeratis. Quòd autem præfatæ Oratrices non ſint Januenſes, ſeu Januæ degentes, ſed Chienſes, jam ſuperiùs reſponſum fuit hoc non officere. Et ita reſolutum fuit à Sac. Congregatione Concilii 13. Martii 1717.

13 His exemplis conſtito gratificationem locum habere non ſolùm in Beneficiis Eccleſiaſticis, verùm etiam in legatis merè piis, deſcendendo nunc ad examen propoſitæ quæſtionis videtur dicendum, quòd concurrentibus conſanguineis Mariti, & Uxoris æquè proximioribus ad Cappellaniam merè Laicalem fundatam ab utroque conjuge cæteris paribus ſit præferendus, & gratificandus potiùs conſanguineus Mariti, quàm Uxoris; Sicuti enim ordo naturalis eſt, ut Maritus, & Vir tamquam caput præferatur Uxori, ad *Text. in Canon. eſt ordo, & Canon. cùm caput* 13. *quæſt.* 5.. Ita ordo naturalis erit ut in conſecutione indiviſibilis Cappellaniæ fundatæ ex Bonis Mariti, & Uxoris favore eorum conſanguineorum in paritate gradus potiùs præferatur conſanguineus Mariti, quàm Uxoris, *Fælin. in cap. Quoniam de Teſtib. n.* 5. *Caſtill. controverſ. jur.* 67. *num.* 28., *& ſeq. tom.* 5. *Cevall. commun. contra commun. quæſt.* 265. *nu.* 18. *Rot. deciſ.* 275. *n.* 3. *coram Mantica* ibi -- *Accedit etiam, quòd ipſe Ludovicus deſcendit ex linea maſculina Fundatoris, Joannes autem deſcendit ex linea fœminina, & ideo data in cæteris paritate is debet præferri, qui per virilem ſexum deſcendit.*

14 Sic ſi Maritus, & Uxor ſimul diſpoſuerint præſtari certam dotem ſingulis annis ſuis conſanguineis proximioribus, concurrentibus conſanguinea ex parte Mariti, & altera ex parte Uxoris, utraque in eodem gradu conſanguinitatis, in conſecutione dictæ dotis præfertur conſanguinea Mariti *Caſtill. controv. jur.* 67. *nu.* 28. §. *Nam rationi in fin. tom.* 5. Ita etiam fundata Cappellania per Maritum, & Uxorem, & ad eam vocatis conſanguineis utriuſque, ſi concurrant conſanguineus de linea Mariti, & conſanguineus de linea Uxoris in paritate gradus, & cæteris paribus, præferendus eſt conſanguineus de linea Mariti.

15 Ratio autem hujus deſumi videtur ex præſumpta affectione utriuſque conjugis potiùs erga conſanguineos Mariti, quàm conſanguineos Uxoris, præſumuntur enim Maritus, & Uxor potiùs diligere propriam agnationem, quàm cognationem, adeòque in relicto Cappellaniæ merè Laicalis pro eorum conſanguineis potiùs reſpexiſſe ad conſanguineos deſcendentes ex linea Mariti, in quibus conſervatur ſplendor, & honor agnationis, quàm ad conſanguineos deſcendentes ex linea Uxoris:

16 nam familiam Viri ſui Uxor conſervare velle præſumitur; ut patet exemplo Majoratus inſtituti per Maritum, & Uxorem, in quo conſanguineus Mariti præfertur conſanguineo Uxoris, juxta ſententiam *Gregorii Lopez* relat. per *Garz. de Benefic. par.* 7. *cap.* 15. *nu.* 22.. *& per Caſtill. controverſ. jur. cap.* 57. *nu.* 28. *tom.* 5. *Roras de incompatibilitat. Regnor. in addit. ad cap.* 8. *part.* 8. *cap.* 3. *n.* 13. *tom.* 2.

17 At in hac quæſtione procedendum eſt cum diſtinctione; Aut enim Maritus, & Uxor fundarunt Cappellaniam merè Laicalem,, & ad eam vocarunt conſanguineos Viri, & Uxoris, tunc cæteris paribus præferendus eſt conſanguineus Viri conſanguineo Uxoris, quia cùm in hoc caſu conſanguineus Viri ſit ordine ſcripturæ priùs nominatus, cenſetur etiam magis prædilectus, & præferendus eſt; Ordo enim literæ dat prælationem. *Roxas de incompatibilit. in addit. ad par.* 8. *cap.* 3. *num.* 10. *tom.* 2. *Amoſtaz. de cauſ. piis lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 20. *Capon. diſcept.* 101. *num.* 4. *& 7. tom.* 2. *Barboſ. in cap. Sedes num.* 10. *de reſcript.* Sicuti etiam eſſet præferendus conſanguineus Mariti, ſi ab utroque Conjuge eſſent vocati ad præfatam Cappellaniam *conſanguinei Viri, ſive Uxoris*; quia cùm inter conſanguineos Viri, & Uxoris cadat ordo charitatis, & affectionis, cùm Vir, & Uxor præſumantur diligere magis agnationem, quàm cognationem; hæc disjunctiva *ſive* denotat ordinem, & ultima pars cenſetur poſita in defectum prioris, nimirum conſanguinei Uxoris cenſentur contemplati in defectum conſanguineorum Mariti, per *Text. ſingularem in l. cum pater* §. *à te peto ff. de legat.* 2. ibi: *A te peto Marite, ſi quos liberos habueris, illis prædia relinquas, vel ſi non habueris tuis, ſive meis propinquis, aut etiam noſtris libe-*

liberis non esse datam electionem, sed ordine scripturæ factam subsitutionem respondi -- Cephal. cons. 53. num. 69. lib. 1. Menoch. cons. 187. num. 20. tom. 2. Cancer. var. resol. par. 1. cap. 1. de subst. num. 113. Et in his terminis procedunt auctoritates superiùs relatæ §. *His exemplis*.

18 Maximè si de tempore hujus dispositionis non adessent nisi consanguinei Mariti, aut si ipsimet Conjuges in concursu consanguinei Uxoris gratificassent, & prætulissent consanguineum Mariti, ei conferendo præfatam Cappellaniam. Ex his enim circumstantiis clarè desumeretur voluntas eorumdem Conjugum esse præferre consanguineum Mariti consanguineo Uxoris. *Fusar. de subst. q. 321. num. 5. & q. 324. num. 6. Ciarlin. controv. jur. 26. num. 21. lib. 2. Rota in Gerunden. Beneficii de Olor 7. Maji 1703. §. His omnibus coram Eminentiss. Priolo*, & in similibus terminis firmavi superiùs *Can. I. & II. Cas. XIV. num. 9. & 15.*

19 Aut fundarunt Cappellaniam merè Laicalem de bonis propriis pro consanguineis utriusque, & non adsit ulla conjectura voluntatis Fundatoris potiùs præferendi consanguineos Mariti, & tunc Ordinarius, aut alius habens conferre dictam Cappellaniam est in libertate cæteris paribus gratificandi quem vult ex consanguineis utriusque Conjugis; nam cùm æqualiter consanguineos vocent, isti æquali affectione, & voto vocati censentur. *Lambertin. de jurepat. lib. 2. par. 3. q. 5. art. 1. num. 4. Lara de Anniversf. lib. 2. cap. 2. num. 34. Amostaz. de caus. piis lib. 3. cap. 8. num. 24. Garz. de Benefic. par. 7. cap. 15. n. 21. in fine*.

20 Nec obstat exemplum Majoratus à Marito, & Uxore instituti; Disparitas namque est, quia in Majoratibus intenditur conservatio familiæ, & in Cappellaniis merè Laicalibus non intenditur hujusmodi conservatio, sed solùm adimplementum oneris eisdem annexi, & ideo quando in Majoratibus fundatis à Marito, & Uxore æqualiter pro eorum consanguineis, concurrunt duo consanguinei in eodem gradu proximiores, unus ex parte Viri, & alter ex parte Uxoris, potiùs præferendus est consanguineus ex parte Viri tamquam potior ad conservandam familiam, quàm consanguineus Uxoris; Non verò quando in Cappellaniis merè Laicalibus fundatis ab utroque Conjuge æqualiter pro utriusque consanguineis, concurrunt consanguinei Mariti, & Uxoris in eodem gradu proximiores, tunc enim unusquisque eorum gratificari potest, *Lara de Anniversf. lib. 2. cap. 2. num. 34. Amostaz. de caus. piis lib. 3. cap. 8. n. 25. & seq. Garz. de Benefic. par. 7. cap. 15. num. 21.*

Quid autem si vocatis æqualiter consanguineis utriusque Conjugis, consanguineus Uxoris sit Clericus, consanguineus verò Mariti sit Laicus, quis eorum est præferendus?

21 Dicendum videtur, quòd etiam in hoc casu sit in libertate habentis conferre Cappellaniam, præfatam præferre, & gratificare quemcumque ex illis, dum non solùm Clericus, sed etiam Laicus, immo fœmina est capax obtinendi Cappellaniam merè Laicalem, *Gonzal. ad regul. 8. Cancell. glos. 5. num. 26. Amostaz. de causis piis lib. 3. cap. 2. num. 43.*, & dixi superiùs *Can. IV. V. VI. VII. & VIII. Cas. III. n. 6.*

22 Sed hoc non obstante censeo in hoc casu esse præferendum, & gratificandum potiùs consanguineum Clericum Uxoris, quàm consanguineum Laicum Mari-
23 ti; Clericus namque est dignior, & major quibusvis Laicis, juxta *gloss. in cap. Sedes de rescript. verb. Majores* ibi -- *Videtur ergo, quòd per generalem clausulam non possit conveniri Sacerdos, vel Clericus, cùm ipse sit major quolibet Laico -- Bellett. disquisit. Clerical. par. 1. §. 1. nu. 4.* cùm Clericatus sit dignitas, & major alio sæculari honore, quæ nobilitat subjectum, cui confertur *Text. in cap. solitæ de major. & obed. Bald. cons. 180. num. 3. in fine* ibi -- *Certum est Clericum, aliàs Clericatum esse majorem alio sæculari honore -- Tiraquell. de Nobilit. cap. 9. num. 4.* Adeòque cæteris paribus Clericus in consecutione Cappellaniæ merè Laicalis utpote dignior, & major est præferendus Laico, juxta auctoritates superiùs relatas *Cas. VII. num. 1.*

24 Sic quando sermo est de Clericis, & Laicis, Clerici semper ex Sacris Canonibus, & ex stylo Curiæ præferuntur Laicis, ut patet in *cap. significavit de rescript. in cap. qualiter de elect.*, & *in cap. Joannes de testament.*, ibique testantur

Fa-

Fagnan.num.2. Ergo etiam, quando Clericus, & Laicus ſimul concurrunt ad aliquam Cappellaniam merè Laicalem, aut legatum pium, ſemper Clericus cæteris paribus utpote dignior, & major Laico eſt ei præferendus, *Graſs. de effect. Cleric. in prælud. num. 383.* ibi -- *Et ideo Clerici dicuntur majores Laicis, & illis ubique præferri debent.*

25 Verum eſt, quod tam Clericus, quàm Laicus ſit capax Cappellaniæ merè Laicalis, ſed tamen cæteris paribus in conſecutione ejuſdem Cappellaniæ eſt præferendus Clericus, ea ratione, quia licèt Cappellania ſit merè Laicalis, tamen habet aliquid Eccleſiaſticitatis, & eſt materia Eccleſiaſtica, ratione cujus potiùs competere debet Clerico, quàm Laico, *Abb. in cap. Joannes de teſtam.num.7., Rot. in Monaſterien. Vicariæ 12. Martii 1706. §. Eo autem coram R.P.D. Omanna.*

ARGUMENTUM.

Gratificatio, aut derogatio pro medietate an habeat locum in Jurepatronus ſpectante ad Univerſitatem?

SUMMARIUM.

1 *Gratificatio in paritate vocum competit non ſolùm Ordinariis, ſed etiam Summo Pontifici: Et quomodo iſte eam exerceat?* Vide ibi, & num.24. & 25.

2 *Derogatio medietatis vocum reſolvitur in ſimplicem gratificationem.*

3 *Inter plures gratificatos à Papa ſcilicet, & ab Ordinario, ſi legitimè non conſtet de prioritate gratificationis, in dubio præfertur gratificatus à Papa,* & num. 26. *Fortiùs ſi conſtet de paritate gratificationis Papæ,* & num.4. & 9. & 27.

5 *Sciſſa Univerſitate Patrona tam in primo, quàm in ſecundo ſcrutinio in duas partes æquales, an Papa poſſit gratificare quem vult,* & num.10.

6 *In Jurepatronatus ſpectante ad Univerſitatem, ſeu ad plures utì univerſos, ac etiam ad unicum Patronum, locum non habet gratificatio, ſeu derogatio pro medietate,* & num. 12. *Et quare?* Vide num.7.

8 *Major, & ſanior pars Eligentium coaleſcit non ſolùm ex numero, ſed etiam ex meritis Electorum, & dignitate Eligentium.*

10 Gloſſ. in cap. Eccleſia veſtra il ſecondo de elect. *an locum habeat in nominationibus, & præſentationibus?*

11 *Communitas Patrona durante termino poteſt devenire non ſolùm ad unum, ſed ad plura ſcrutinia.*

13 *Enumerantur requiſita neceſſaria ad validitatem gratiæ derogationis pro medietate,* & num.15. 16. 17. & 18.

14 *Gratia derogatoria pro medietate eſt ſubreptitia, etiamſi impetrans per ignorantiam, & ſimplicitatem non expreſſiſſet Summo Pontifici exiſtentiam alterius Compræſentati, & illius qualitates.*

19 *Gratia derogatoria pro medietate juxta praxim Cancellariæ, & Datariæ ſuſtinetur, etiamſi de tempore gratiæ non adſit revera præſentatio, dummodo ſequatur intrà terminum juris. & quare?* Vide ibi, & num.42.

20 *Conſenſus Epiſcopi, aut Capituli non retrotrahitur ad diem gratiæ factæ à Papa de Beneficio ſub conditione ejuſdem conſenſus, ſi medio tempore alius obtineat gratiam abſolutam ejuſdem Beneficii.*

21 *Præſentatio intermedia facta ab altera medietate Patronorum favore alterius impedire non poteſt retrotractionem præſentationis factæ à medietate Patronorum favore impetrantis ad diem gratiæ derogatoriæ. Et quare?* Vide ibi.

22 *Amplia, etiamſi præſentatio intermedia eſſet de perſona conſanguinea Fundatoris, aut Patroni, vel de perſona idoniori.* Intellige ut ibi.

23 *Gratia derogatoria pro medietate non eſt conditionalis, ſed abſoluta, & perfecta.*

28 *Gratificatio facta ab Ordinario eſt ſuſpecta de antidata, & ad hoc ut dicatur anterior reſpectu gratificationis factæ à Papa, quomodo conſtare debeat?*

29 *Suſpicio antidatæ in gratificatione facta ab Ordinario, ex quibus reſultare dicatur?* & num.30. 31. & 32.

33 *Sacerdos in paritate vocum eſt præferendus ſimplici Clerico.*

34 *Approbatus ad confeſſiones audiendas, & qui aliàs exercuit Curam Animarum in paritate vocum eſt gratificandus in conſecutione Parochialis.*

35 *Literæ Apoſtolicæ in omnibus juſtificatæ ſunt exequendæ.*

36 *In jurepatronatus hæreditario præſentatio fieri debet in ſtirpes, & non in capita.*

37 *Juspatronatus transit in hæredem universaliter institutum.*

38 *Descendentia à Patrono probatur ex sententia Ordinarii,*

39 *Præsentatus si obtineat derogationem medietatis vocum, adeò dicitur obfirmata ejus præsentatio, ut ab ea subinde variando resilire non liceat Patrono, qui eum præsentavit.*

40 *Præsentatio non exhibita coram habente instituere, non dicitur perfecta.*

41 *Ad justificandam gratiam derogatoriam medietatis vocum non requiritur formalis præsentatio coram Ordinario; sed sufficit solus consensus Patroni, sive iste desumatur à mandato procuræ, sive aliter.*

43 *Major pars vocum absorbet minorem.*

44 *Non omnis levitas animi, seu mentis est sufficiens reddendi Patronum inhabilem ad præsentandum.*

45 *Fatuitas, ut probare dicatur ex testibus quid requiritur, & ex quibus excludatur?* Vide num. 46.

CASUS XI.

1 CErtum, atque indubitatum est, gratificationem in paritate vocum non solùm competere Episcopis, & Ordinariis locorum in partem sollicitudinis, & non in plenitudinem potestatis à Summo Pontifice vocatis, sed etiam spectare ad ipsum Summum Pontificem, qui est Episcopus Episcoporum, & Dispensator legitimus omnium Beneficiorum universalis Ecclesiæ, quam gratificationem idem Summus Pontifex exercere solet per viam gratiæ pro Præsentato cum derogatione medietatis vocum Patronalium

2 pro ea vice, & hujusmodi derogatio dicitur gratificatio, seu resolvitur in simplicem gratificationem, juxta *Amayden. de styl. Datar. lib. 1. cap. 15. §. 15. num. 4. Rota in Majoricen. Beneficii 6. Decembris 1709. coram R. P. D. Ansaldo impress. Par. I. Can. V. Cas. VII. num. 24. §. Eoque indubitantius, & in Romana Cappellaniæ Sancti Nicolai 8. Junii 1709. coram R. P. D. Ansaldo superiùs impress. Canon. I. & II. Cas. VII. num. 27., & in Novarien. Parochialis 11. Aprilis 1712. §. Rationabiles coram eodem inferiùs legen., & in Osnaburgen. Canonicatus 10. Decembris 1714. §. Duplici coram R. P. D. Crispo.*

Accidit casus, quòd vacato Beneficio simplici, & non Sacerdotali de Jurepatronatus Universitatis, aut Communitatis, aut Collegii, aut Capituli, & vocatis omnibus de Communitate, juxta requisitum necessarium ad validitatem actus præsentationis spectantis ad Communitatem, de quo dixi superiùs *Par. I. Can. V. Cas. VIII. n.* 1. ac eis coadunatis in loco consueto, ipsa Communitas scissa fuit in duas partes æquales, nimirum una medietas præsentavit Titium Clericum, & alia præsentavit Cajum Sacerdotem, iterato autem scrutinio in easdem æquales partes iterum divisa fuit eadem Communitas. Hinc durante adhuc quadrimestre Cajus, omisso medio proprii Episcopi, convolavit ad Papam tamquam ad fontem, & universalem Dispensatorem Beneficiorum, & ab eo die prima Januarii ex. gr. sub narrativa, quòd esset præsentatus à medietate Patronorum obtinuit gratificationem, seu gratia pro præsentato cum derogatione alterius medietatis vocum. E contra Titius eadem prima die ejusdem mensis Januarii obtinuit gratificationem ab Ordinario. Quæritur quis ex his gratificatis institui, & obtinere debeat præfatum Beneficium?

3 Pronunciandum videtur, quòd inter hos gratificatos obtinere debeat hujusmodi Beneficium gratificatum à Papa, ipseque sit præferendus gratificato ab Ordinario; Clara namque est dispositio *Text. in cap. si à sede de præben. in 6.*, ubi Bonifacius VIII. inter plures provisos à Papa, & ab aliquo inferiore eadem die, si legitimè non constet de prioritate Provisi ab Ordinario, nimirum in forma publici Instrumenti cum testibus, & aliis solemnitatibus, propter excellentiam Providentis decrevit prælationem Proviso à Papa, ibi -- *Si à Sede Apostolica, vel Legato ipsius uni, & ab Ordinario alteri eodem die idem Beneficium conferatur, nec appareat, quæ collatio fuerit primo facta, erit potior conditio Possidentis; si verò neuter possideat is, cui sedes ipsa contulit, vel Legatus (propter Conferentis ampliorem prærogativam) erit alteri præferendus* -- ibique *Monac. num. 2. Passerin. num. 7. Lotter. de re benefic. lib. 2. q. 23. num. 7. Menoch. de arbitr. judic. lib. 2. cent. 1. cas. 48. num. 15. Barbos. de offic. & potest. Episcop. alleg. 56. num. 14. par. 3. Gonzal. super*

per reg.8. Cancell. §.3. proœm. nu.50. Rot. deciſ.419. num.8. coram Bichio.

4 Quod nullam admitteret difficultatem ſi gratificatio Papæ præceſſiſſet non ſolùm per dies, ſed per horam, gratificationem Ordinarii, ea ratione, quia per hanc ſimplicem antecedentem appoſitionem manus Summi Pontificis, alii inferiores Collatores ob reverentiam debitam Supremo Capiti Eccleſiæ ſe abſtinere debent à collatione, & gratificatione, immo cenſetur eis fuiſſe ablata facultas conferendi, & gratificandi pro ea vice, ad *Text. in Extravag. ad Romani de præben. & dignit. Caſſador. deciſ. 14. num. 2., & deciſ.20. num. 1. Menoch. de arbitr. ubi ſupra d. caſ.48. n.1. Gonzal. ſuper regul. 8. gloſſ.52. num.23. Card. de Luc.de jurepatr. diſc.42. num. 2. Rot. deciſ. 2231. num. 11. coram Coccin., & in Treviren. Parochialis 26.Junii 1715. §.Quoniam coram R.P.D. Lancetta, & 10. Februar.1716. §.Ipſaque coram R.P.D. Foſcaro.*

5 Non officit ſi dicatur, quòd ſciſſa Univerſitate Patrona in duas partes æquales, Præſentatio, ſeu Electio, cùm non ſit concluſa, locum non habeat gratificatio, ſeu derogatio pro medietate. Hoc namque procedere videtur, quando Univerſitas Patrona ſolùm in primo ſcrutinio fuiſſet ſciſſa in æquales voces, ſecus quando iterato ſcrutinio, prout in caſu præſenti, iterum illi de Communitate eſſent diviſi in æqualia vota; Tùnc enim etiam non elapſo termino, Summus Pontifex gratificare poteſt, quem vult ex illis juxta *Gloſſ. in cap. Eccleſia veſtra il ſecondo de elect. verb. non conſenſerit in fine* ibi -- *Si iterum taliter eligant, tunc priventur jure eligendi Superior (Papa ſcilicet) tamen poteſt facere gratiam, cui vult* -- ibique *Abb. num. 13., Tiraquell. de jur. Primog. quæſt.17. opin.2. num.7., & opin.6. n.10., Lotter. de re benefic. lib.3. quæſt.17. n.193. Rot. deciſ. 26. num. 37. coram Cerr., Adden. ad Buratt. deciſ. 809. num. 13.*

6 Verum his non obſtantibus cenſeo in hoc caſu neminem ex dictis gratificatis inſtitui, & obtinere debere præfatum beneficium. Nullæ namque ſunt tàm gratificatio obtenta per Titium ab Ordinario, quàm gratificatio, ſeu gratia Apoſtolica pro præſentato cum derogatione alterius medietatis obtentæ per Cajum à Papa; Cùm non ſit dabilis, nec practicabilis gratificatio, aut derogatio pro medietate in jurepatronatus ſpectante ad Univerſitatem, ſeu ad plures uti univerſos *Rota in Firmana Beneficii 12. Maji 1595. apud Garz. de Benefic. par.10. cap. 3. de devolut. num. 13. Piton. de diſcept. Eccleſ. 4. num. 44.*

7 Ratio autem deſumitur ex eo, quia gratificatio, aut gratia pro Præſentato cum derogatione alterius medietatis ad ſui validitatem neceſſariò requirit actum perfectæ præſentationis, & qui petit gratificari in paritate vocum, aut gratiam derogatoriam medietatis vocum aſſumit pro fundamento ſuæ intentionis actum perfectæ præſentationis, eodem modo, quo confirmatio neceſſariò præſupponit actum Electionis, & qui petit confirmari, habet pro fundamento actum perfectum Electionis, ut expreſsè teſtatur *Lotter. de re benefic. lib. 3. quæſt. 17. num.167., & ſeqq. Rota in Majoricen. beneficii 6. Decembris 1709. coram R. P. D. Anſaldo impreſſ. par. 1. Can. V. Caſ. VII. num.12.* Sciſſa autem Univerſitate Patrona in paria vota, itaut una medietas eorum de Univerſitate præſentet unum, & alia medietas alium, non datur actus perfectæ præſentationis, nec dicitur concluſa ulla præſentatio, cùm virtus Univerſitatis Patronæ non reperiatur in minori, nec in æquali, ſed in majori parte eorum de Univerſitate *Imol. in cap. Eccleſia veſtra il ſecondo de elect. num.11. Boer. deciſ.2. n.32. Lotter. de re benefic.lib.3. quæſt.17. n.170. Gratian. diſcept. for. 933. num.1. Rota deciſ. 148. la ſeconda num.10. poſt Vivianum de jurepat. & in dicta Majoricen. Beneficii impreſſ. ubi ſupra n.13. & dixi dicta par.1. Can. V. Caſ. VII. num. 8.*; Adeoque ſciſſa Univerſitate Patrona in duas partes æquales non eſt dabilis, nec practicabilis gratificatio, aut derogatio pro medietate; Super actu enim non præexiſtente, nèc in re, nec in ſpe difficilè cadit gratificatio, aut derogatio, *Rota deciſ. 181. num. 21. par. 19. recent., & in dicta Majoricen. Beneficii impreſſ. ubi ſupra num.12.*

8 Dici autem non poteſt, quòd licèt præfata Univerſitas Patrona ſit ſciſſa in paria vota, tamen in hoc caſu Præſentatio ſit concluſa favore Caji; ipſe enim Cajus cùm ſit Sacerdos excedit in meritis Ti-

tium simplicem Clericum, adeòque dicitur habere consensum majoris, & sanioris partis, cùm majoritas, & sanioritas non coalescat solùm ex numero, sed etiam ex meritis Electorum, & Dignitate Eligentium, cum quibus in paritate numeri efficitur major, & sanior Pars ad *Text. in cap. si fortè dist. 63. gloss. in cap. in Genesi verb. ad zelum de elect. Rota decis. 26. num. 33. coram Cerro*. Hoc namque procederet quando beneficium, de quo agitur, ex lege fundationis esset actu Sacerdotale, tunc enim cùm Pars illa, quæ præsentavit simplicem Clericum, præsentaverit inhabilem, totum ejus jus consolidatum fuit in altera parte, quæ præsentavit Sacerdotem dummodò tamen perstiterit per totum quatrimestre in præsentatione inhabilis, ut firmavi *par. 1. Can. V. Cas. VII. num. 11., & superius Can. 3. num. 10.*; Secus in casu præsenti ubi Beneficium non est actu Sacerdotale, sed ad illud validè præsentari potest Clericus æquè, aut Sacerdos.

9 Hinc ea, quæ superiùs in contrarium afferebantur, nullatenus adversantur, quoniam militant in jurepatronatus competente pluribus uti singulis, qui discordantes inter se in præsentando si se diviserint in duas partes æquales, & præsentatus à medietate eorum obtinuerit à Papa gratificationem, seu derogationem alterius medietatis, & alius compræsentatus obtinuerit gratificationem ab Ordinario; Gratificatus à Papa præferendus est, non solùm quando expressè constat de antidata hujusmodi gratificationis, sed etiam quando sumus in dubio juxta auctoritates ibi relatas, quibus addo in terminis *Rota in Novarien. Parochialis 11. Aprilis 1712. §. Siquidem, & §. Adhuc coram R. P. D. Ansaldo inferius legen. n. 24.* Non verò procedunt in jurepatronatus competente pluribus uti universis, seu alicui Universitati, seu Communitati, quia ista scissa in æqualia vota, nulla dicitur adesse nominatio, aut præsentatio, ex auctoritatibus superiùs relatis §. *Ratio*.

10 Nec obstat *Glossa in cap. Ecclesia vestra il secondo de elect.*, ubi asseritur, quòd scissis Electoribus in duas partes æquales in primo scrutinio, si deveniant ad aliud scrutinium, & iterum se scindant in æqualia vota, possit Pontifex gratiam facere, cui vult. *Glossa* namque hæc una cum auctoritatibus relatis superiùs §. *Non officit* fortasse procedere potest in eis electionibus, in quibus locum habet *cap. quia propter de elect.*; Secùs in nominationibus, & præsentationibus ad beneficia simplicia, Canonicatus, aut Dignitates, ubi servanda non est forma præfati *cap. quia propter*. Ratio est, quia in hujusmodi nominationibus, & præsentationibus explendis fuit concessum Patronis tempus quatuor, aut sex mensium, ut di-
11 cam infra *Par. III. Can. unic.* Unde Communitas Patrona, sive Laica, sive Ecclesiastica durante hoc termino non solùm potest devenire ad unum, sed ad plura scrutinia, etsi semper discordaverit, & se diviserit in æquales partes, durante adhuc termino juris, Papa non potest conferre beneficium, nec jure devoluto, quia durat adhuc terminus, nec per viam gratificationis, seu gratiæ pro præsentato cum derogatione alterius medietatis, quia nulla adest præsentatio, ut bene docet *Rota in Albaracien. Canonicatus 10. Maji 1700. §. Auctoritates vero coram R. P. D. Molines Decano impress. apud Piton. discept. Eccles. 4. num. 125.* & tradit *idemmet Piton. ibidem num. 36. & seqq.*

12 Igitur gratificatio, quæ exercetur per Summum Pontificem in paritate vocum per viam Gratiæ pro Præsentato cum derogatione alterius medietatis, locum non habet in Jurepatronatus competente Universitati, aut pluribus Patronis uti universis, nec unico Patrono Laico, qui præsentet plures accumulativè, cùm hujus vox sit unica, & indivisibilis, sed solùm locum habet in Jurepatronatus competente pluribus Patronis uti singulis, qui sint discordes in præsentando, & sint divisi in æqualia vota. *Vivian. de jurepat. par. 3. lib. 14. cap. 2. num. 20. Piton. discept. Eccles. 4. num. 45., & seq. Rota in dicta Firmana Beneficii apud Garz. de Benefic. dicta par. 10. cap. 3. de devolut. n. 13., & in Augustana Canonicatus 21. Januarii 1715. §. Non obstat in fine coram R. P. D. Falconerio.*

13 Cæterum ad validitatem hujusmodi gratificationis, seu gratiæ derogatoriæ pro medietate plura requiruntur. Requiritur enim primò, quòd ille qui petit gratificari, seu gratiam derogatoriam pro me-

medietate à Summo Pontifice, ſi adſit de tempore impetrationis, alius compræſentatus ab alia medietate Patronorum, aut hæc dederit mandatum procuræ ad præſentandum certam qualificatam perſonam e.g. Conſanguineum Fundatoris debet exprimere in ſupplicatione eidem Summo Pontifici non ſolùm exiſtentiam ejuſdem Compræſentati, & præfati mandati, ſed etiam omnes hujus qualitates, nimirum ſi Compræſentatus ſit conſanguineus Fundatoris, aut Patroni, aut ſit Compatronus, aut Originarius, aut Sacerdos &c. debet ſupplicans hæc omnia, & ſimilia exprimere, aliàs gratificatio, ſeù gratia derogationis pro medietate eſſet nulla, & ſubreptitia, quia Summus Pontifex, ſi ſciviſſet concurrere alium Compræſentatum, & in eo adeſſe illas qualitates, aut unitim, aut diviſim, gratiam derogationis, aut non conceſſiſſet, aut difficiliùs *Roſ. de execut. lit. Apoſtolic. par.1. cap. 5. num. 130. in fine Piton. dicta diſcept. Eccleſ. 4. num. 29. in fine, & diſcept. Eccleſ. 22. num. 38. Rota in Alatrina juriſpatronatus 15. Junii 1705. §. Et hinc coram Eminentiſſimo Scotto ſuperiùs impreſſ. Caſ. VIII. num. 19.*

14 Immo gratia hæc derogatoria pro medietate eſſet nulla, & ſubreptitia, etiamſi ſupplicans, & impetrans, per ignorantiam, & ſimplicitatem non expreſſiſſet Summo Pontifici exiſtentia alterius compræſentati, & illius qualitates; Ratio eſt quia in conſideranda validitate gratiæ non advertitur ad culpam impetrantis, ſed potius ad intentionem concedentis. Si autem Papa ſciviſſet adeſſe alium Compræſentatum, & in eo concurrere præfatas qualitates, gratiam derogatoriam pro medietate non de facili conceſſiſſet, ut optimè docet *Abb. in cap. conſtitutus de reſcript. num. 1., & in cap. ad audientiam eodem tit. num. 1. Calderin. conſ. 14. de reſcript. num. 3.* ibi -- *Non obſtat etiam, quod impetrans illa ignoraverit veriſimiliter, cùm in impetratione non excuſet ignorantia impetrantis tacentis quod eſt exprimendum, etiamſi illud eſſet de facto alterius, & hoc eſt propter intentionem concedentis* -- *Rocch. de jurepat. verb. honorificum qu. 22. num. 52. Lambertin. eodem tract. lib. 2. par. 2. quæſt. 8. art. 22. num. 2. Vivian. eodem tract. lib. 14. cap. 1. num. 119.*

15 Requiritur ſecundo, quòd cum in gratia Apoſtolica derogationis medietatis vocum, aut in ejus literis ſoleat apponi clauſula -- *conſtito de jurepatronatus ex fundatione, vel dotatione* -- impetrans prædictam gratiam debet verificare exiſtentiam, & pertinentiam juriſpatronatus pro medietate ad illos, qui eum præſentarunt. Quæ exiſtentia, & pertinentia juriſpatronatus ultra probationes, de quibus dicam in Deo dante *Par. V.* reſultare etiam poteſt ex confeſſione alterius Compræſentati emiſſa coram Ordinario in impetrando ab eo gratificationem *Rot. deciſ. 110. num. 2., & ſeq. poſt Vivian. de jurepat. & deciſ. 239. num. 1. par. 6. rec.*

16 Requiritur tertiò, quod de tempore impetrationis gratiæ non ſit alteri jus quæſitum certum, & validum e.g., quòd præſentatus ab altera medietate Patronorum non ſit priùs inſtitutus ab Ordinario, aut ex lege fundationis non ſit inſtituendus. Etenim ſi antecedenter ad gratiam pro præſentato, præſentatus ab altera medietate Patronorum eſſet inſtitutus ab Ordinario perfectè, aut imperfectè, ſcilicet non capta poſſeſſione ante obtentam ab alio gratiam Apoſtolicam, aut eſſet inſtituendus, eo quia eſſet vocatus à Fundatore ad dictum beneficium, aut haberet majores qualitates, & res eſſet deducta in judicium, & ſe opponeret gratiæ Apoſtolicæ derogationis, hæc eſſet nulla, & nullius momenti, quia cùm in eadem gratia apponi ſoleat clauſula -- *dummodo tempore datæ præſentium alteri non ſit jus quæſitum* -- hæc clauſula præſervat jus certum, & validum, ſive in re, ſive ad rem ex anteriori proviſione, aut ex lege fundationis quæſitum, nè gratia dicatur conceſſa in alterius præjudicium *Roſ. de execut. litter. Apoſtolic. par. 1. in addit. ad cap. 5. n. 32., & ſeqq. & n. 40. Gratian. diſcept. 780. n. 17. Rot. dec. 48. n. 17. Adden. ad Buratt. dec. 651. n. 12. & ſeqq., & dec. 396. n. 36., & ſeqq. & 489. num. 14. & ſeqq. coram Bich. & deciſ. 331. num. 14. par. 15. recent. & dec. 543. num. 3. & ſeq. par. 18. recent., & dec. 719. n. 6. & ſeq. coram Manzaned., & dec. 372. n. 7. par. 17. recent., & in Salernitana Juriſpatronatus 11. Martii 1715. §. Pontificia cor. R.P.D. Falconerio.*

17 Requiritur quartò, quòd ſi ex lege fundatio-

dationis approbata à Sede Apostolica, aut ex privilegio Apostolico sancitum fuerit non posse derogari Juripatronatus nec in toto, nec pro medietate, debeat impetrans gratiam derogationis hoc exprimere Summo Pontifici, aliàs gratia esset nulla, & subreptitia *Card. de Luca de jurepat. disc. 74. num. 1. & seq. Rota decis.4. num.7. par.2. & decis.372. num.4. par.17. recent., & decis.307. num.4. lib.3. coram Puteo.*

18 Requiritur quintò, quòd impetrans gratiam pro præsentato cum derogatione medietatis vocum verificet se habere præsentationem, seu se esse præsentatum à medietate Patronorum existentium in possessione præsentandi, aut immediatè descendentium ab eis, qui existunt in possessione præsentandi, cùm hujusmodi possessio Antecessorum transeat in successores quoad jus præsentandi, & obtinendi institutionem præsentati, *Rota in Nolana Beneficii 23. Februar. 1714. §. Respectu coram R.P.D. Crispo, & in Salernitana juripatronatus 11. Martii 1715. §. Verùm coram R.P.D. Falconerio, & 13. Januarii 1716. coram R.P.D.Crispo,* & dicam infra *Canon. XXVI.* Voces enim eorum, quæ prætendunt se esse veros Patronos, sed non existunt in quasi possessione præsentandi, computari non valent ad effectum verificandi præsentationem medietatis Patronorum, cùm ad hunc effectum non attenditur quis sit verus Patronus, sed ultimus status, seu quis sit Possessor Juris præsentandi, dum Papa intellexit de medietate eorum Patronorum, qui sunt in hujusmodi quasi possessione, aliàs si impetrans ad complendam medietatem vocum vellet computare voces eorum, qui non existunt in quasi possessione præsentandi, ejus gratia non diceretur justificata, nisi constaret clarè, & manifestè per publica Instrumenta etiam non existentes in quasi possessione præsentandi, qui eos præsentarunt esse veros Patronos, quia tunc possessorium absorberetur à petitorio, *Lotter. de re benefic. lib.2. q.8. num. 106. Rosa de execut. liter. Apostolic.par.1. in addit. ad cap.5. num.47. & seq. Rot. decis.396. num.6. & seqq. & num.20. & decis. 419. num. 5. & decis.420. num.5. coram Bich. & dec. 296. num. 4. coram Celso, & in Aprutina Parochialis 15. Januarii 1703. §. Sicuti coram Eminentiss.Priolo, & in Mediolanen. Beneficii 1. Aprilis 1707. §. Tantaque coram R.P.D. Ansaldo.*

Sed non requiritur, quòd verificet se esse præsentatum à medietate Patronorum de tempore impetrationis gratiæ; sufficit enim, quòd hæc verificet de tem-
19 pore executionis per superventas præsentationes intrà legitimum tempus, dum gratia derogationis medietatis, juxta praxim Cancellariæ, & Datariæ sustinetur, quamvis tempore gratiæ non adsit revera præsentatio, dummodo sequatur intrà legitima tempora. Ratio est, quia subsequens præsentatio retrotrahitur, ac si diem datę precessisset, maximè si datam provisionis Apostolicæ præcesserit mandatum Patroni ad præsentandum, cùm illud demonstret præcedentem consensum Patroni, & operatur habilitatem in potentia termini, ad quem fit retrotractio, *Cassador. decis.2. num. 8. & decis. 3. n.3. de renunc. Ros. de execut. liter. Apost. par.1. cap.5. n.133. Card. de Luc. disc.42. num.4. & disc.71. num.17. de jurepatr. & disc.73. num.45. de Benefic.Rota dec.1165. nu.11. coram Seraphin. & decis.239.n.16. par.16. rec. & decis.276.num.5. apud Dunozett. & decis. 396.num. 14. & seqq. & decis.419. num.1.& seqq.tom.2. coram Bichio, & decis.265. num.19. & 38. coram Duran. & decis.28.num.4. coram Cavaler. & in Lauretana juripatronatus 15. Decembris 1716.§.Prout etiam coram R.P.D. Crispo inferiùs legen. num.35.*

Quid autem sentiendum, si de tempore intermedio intercesserit præsentatio alterius medietatis Patronorum favore tertii, & etiam hujus institutio ex. gr. si quis prima die Januarii obtineat gratiam pro præsentato cum derogatione alterius medietatis Patronorum, & ultima die ejusdem mensis Januarii obtineat præsentationem medietatis Patronorum, & hoc tempore intermedio altera medietas Patronorum præsentet filium, & iste obtineat etiam institutionem ab Ordinario, an præsentatio Impetrantis gratiam Apostolicam derogatoriam in hoc casu retrotrahi possit ad diem gratiæ?

Videtur dicendum, præsentationem hanc Impetrantis non posse retrotrahi ad diem gratiæ, sed præsentationem inter-

termediam tertii factam ab altera medietate Patronorum, & hujus inſtitutionem impedire hujuſmodi retrotractionem, adeòque in hoc caſu gratiam derogatoriam eſſe nullam, & ſubreptitiam: ſi enim Papa ſciviſſet præſentationem alterius medietatis Patronorum favore tertii, & hujus inſtitutionem præceſſiſſe præſentationem Impetrantis, huic gratiam
20 non conceſſiſſet, aut difficiliùs. Sic ſi quis obtineat prima Januarii ex. gr. gratiam Apoſtolicam proviſionis Beneficii à Papa in aliqua Eccleſia Cathedrali, dummodo accedat conſenſus Epiſcopi, aut Capituli, & ultima Januarii obtineat conſenſum Epiſcopi, aut Capituli, & hoc medio tempore alius obtineat gratiam Apoſtolicam ejuſdem Beneficii purè, & ſimpliciter, conſenſus Epiſcopi, aut Capituli retrotrahi non poteſt ad diem primæ gratiæ, & ſecundus proviſus præfertur primò, juxta *Text. expreſſ. in cap. ſi pro te de reſcript. in 6. ibique gloſſ. Archidiac. num. 1. Paſſerin. num. 3.* Ita pariter ſuccedente præſentatione, aut inſtitutione intermedia alterius inter gratiam pro præſentato obtentam ab Impetrante, & hujus præſentationem, hæc retrotrahi non poteſt ad diem gratiæ, dum retrotractio fieri non poteſt in præjudicium juris ab altero medio tempore quæſiti, ut docet *Card. Zabarell. in Clement. unic. de conceſſ. præben. num. 22. circa fin.* ibi -- *quamvis enim de ſui natura conditio trahatur retro, tamen trahitur retro ſinè præjudicio alterius, qui ante purificatam conditionem conſecutus erat jus purè -- Lotter. de re benefic. lib. 3. q. 18. n. 62. Rota deciſ. 265. n. 42. coram Duran.*

21 His non obſtantibus cenſo in hoc caſu præſentationem factam à medietate Patronorum favore Impetrantis retrotrahi ad diem gratiæ derogatoriæ, nec præſentationem intermediam, ſeu medio tempore factam ab altera medietate Patronorum favore alterius, aut hujus inſtitutionem impedire poſſe hujuſmodi retrotractionem, ut his terminis tuetur *Rota deciſ. 239. num. 19. & ſeqq. par. 16. recen.* Ratio eſt, quia Papa concedendo alicui gratiam Apoſtolicam pro preſentato cum derogatione medietatis vocum, reducit conſenſus per plures Patronos præſtandos ad ſolam illam medietatem Patronorum, qui præſentant ipſum Impetrantem, & abdicat pro ea vice jus præſentandi ab alia medietate Patronorum, quæ eumdem Impetrantem non præſentat, itaut Impetrans præſentatus à medietate Patronorum, perinde ſe habet, ac ſi fuiſſet præſentatus ab omnibus Patronis; Unde illa medietas Patronorum, qui medio tempore præſentarunt alium præter Impetrantem, non poterat illum validè præſentare; adeòque hujus præſentatio intermedia, ac etiam ſubſecuta inſtitutio utpote nulla eſt impotens impedire retrotractionem præſentationis alterius medietatis favore Impetrantis ad diem gratiæ. *Roſ. de execut. liter. Apoſtolic. par. 1. cap. 5. num. 133., & in addit. ad d. cap. 5. num. 47. Tondut. quæſt. benef. par. 2. cap. 4. §. 9. num. 37. Rota in Aprutina Parochialis 15. Januarii 1703. §. Sicuti coram Eminentiſs. Priolo, & in dicta Lauretana juriſpatronatus 11. Decembris 1716. §. Quæ ſanè coram R. P. D. Criſpo.*

22 Ob quam rationem cenſeo etiam contra meum Præceptorem (quē credo tueri contrarium in ſuis Allegationibus *de Controv. Patron.*) hoc procedere non ſolùm quando præſentatio intermedia eſt de perſona omnino extranea, ſed etiam quando eſt de perſona conſanguinea Fundatoris, aut Patroni, vel idoniori, dummodo hæc præſentatio proceſſerit ex libertate, ſeu ex libera voluntate alterius medietatis Patronorum, qui potiùs voluerunt præſentare conſanguineum Fundatoris, aut aliam perſonam idoniorem, quàm extraneum Impetrantem, dum ex defectu poteſtatis præſentandi in dicta medietate alium præter Impetrantem ab eis per gratiam derogatoriam abdicatæ, non poterant alium etiam conſanguineum præſentare, ſecus ſi præſentatio conſanguinei, aut alterius idonioris proceſſerit ex neceſſitate, ſeu ſi adſit lex fundationis præſentandi conſanguineum, aut idoniorem, & conſanguineus, aut alius idonior ſe opponat, tunc enim præſentatio hæc intermedia conſanguinei, aut idonioris proveniens ex neceſſitate, ſeu ex lege fundationis facta tempore intermedio ab altera medietate Patronorum impedit retrotractionem præſentationis Impetrantis extranei factam ab una medietate Patronorum

rum ad diem gratiæ derogatoriæ, immo reddit gratiam derogatoriam obtentam ab extraneo omnino nullam, & subreptitiam ob jus antecedenter quæsitum à consanguineis ex lege fundationis; quia si Papa sciviſſet adesse legem fundationis præsentandi consanguineum, aut idoniori extraneo gratiam derogatoriam, aut minùs idoneo non concessiſſet, aut difficiliùs, cùm non soleat Papa derogare Juripatronatus passivo, & gratiam facere in præjudicium aliorum, sed unicuique jus suum integrum tamquam Princeps optimus ex suo rescripto conservari vult *Lotter. de re benefic. lib. 3. q. 8. num. 8. Ros. de execut. liter. Apostolic. par. 1. cap. 6. nu. 334. Rot. decis. 334. num. 5. coram Seraphin., & decis. 614. num. 7. & seq. coram Bichio.*

Ea verò, quæ superiùs objiciebantur, non obstant, procedunt enim in gratia merè conditionali, cujus effectus suspenditur usque in eventum conditionis, etsi pendente conditione alius obtineat gratiam puram, & postea conditio evanuerit, secundus præfertur, quia primus non censetur impetrasse gratiam, nisi conditione adveniente, juxta *gloss. in d. cap. si pro te verb. si de rescript. in 6.* secus in
23 gratia absoluta, & perfecta, qualis est gratia pro præsentato cum derogatione medietatis vocum, ad quam præsentatio medietatis Patronorum postmodum præstanda favore Impetrantis, utpote respiciens executionem ejusdem gratiæ completæ, & perfectæ, est necessariò transferenda, & retrotrahenda, ut respondit *Rota in dicta decis. 239. num. 21. par. 16. recent.*

R. P. D. ANSALDO.

Novarien. Parochialis.

Lunæ 11. Aprilis 1712.

24 DAta paritate suffragiorum, seu vocum patronalium jura nostra tribuunt locorum Ordinariis potestatem eligendi alterum ex præsentatis à legitimis Patronis, sicuti rectiùs in Domino putaverint expedire, ad literam *Textus in cap. cùm autem, ubi Gloss. in verbo judicio Episcopi 20. de jurepatr., & Rot. in decis. 85. num. 9. inter hactenus in Urbe impressas coram Me.*

25 Rationabilis autem consuetudo, & præcellentia Sanctæ Sedis sibi vindicavit, quòd etiam in hoc casu, quodammodò omisso medio, recurrant Præsentati ad gratiarum Fontem, seu Summum Pontificem Ordinarium Ordinariorum, qui indubitanter valet, & benignè solet idipsum explere per viam Literarum Apostolicarum, quas nuncupant -- *pro præsentato* -- cùm derogatione pro illa vice medietatis prædictarum vocum patronalium, ut pariter quotidie practicatum videmus, & in suis casibus disceptatum, & signanter *in Lauden. Canonicatus 3. Martii 1697. coram Eminentissimo de la Tremoille impress. in Mantiss. ad Cardinalem de Luca de jurepatr. decis. 15. num. 17.*, cum aliis abunde relatis *in Bononien. Beneficiorum de Castello super exequutione literarum Apostolicarum* edita pendente extensione hujus decisionis, nempe 2. *Maji currentis anni 1712. in fine coram R. P. D. meo Crispo.*

Prætendens igitur primam obtinuisse gratificationem à suo Diœcesano Joannes Marcellus reportavit quoque Sententiam sibi favorabilem ab illius Vicario, qui eumdem Joannem Marcellum demandavit institui; Sed ad eamdem Sanctam Sedem provocante in contrarium Michaele Angelo fræto prædicta Pontificia concessione gratiæ derogatoriæ medietatis, Signatura Justitiæ non dubitavit incontinenti rescribere -- *ad Rotam de appellatione, circumscripta possessione, & apposito Oeconomo*: quare ad *Me* per opportunam delegationem devoluto negocio, oraculum quidem recepi propitium Michaeli Angelo, sed latens sub cortice, & velamine rescripti -- *Ad D. Ponentem.*

Motivum ita rescribendi fuit, quia licèt Michael Angelus de cætero præsumi posset undique aptus ad subeundam Curam Animarum Beneficii Parochialis, de quo agebatur, veluti aliàs ad eamdem Curam administrandam à proprio Ordinario compertus, & declaratus idoneus; nihilominus quia noviter in concerto minimè fuerat ab eodem immediato Pastore dispunctus, & (ut par erat) approbatus, secundum ea, quæ præcipit etiam in Beneficiis præsentationi Patronorum obnoxiis, *Sacra Synodus Tridentina sess. 7. de Reform. cap. 13. Barbos. in eod. cap. n. 13.*

Hinc

Hinc Tribunal, antequam panderet prænominatum oraculum, ſatius duxit de hujuſmodi idoneitate, & experimento certificari, Mihique propterea tamquam Ponenti ſedulò injunxit, ut mediante Cedula aſſueta prædictum Michaelem Angelum remittere diſcuſſioni, & approbationi Examinatorum Synodalium Almæ Urbis, idque deindè adimplens opportunè ad normam ſtyli, uſque ab antiquo ſalubriter per Sacrum Auditorium in judiciali conflictu ſuper hiſce Parochialibus ſervari conſueti, quemadmodùm eluceſcit in *deciſione* 538. *num.* 1., & 4 *coram Gregorio deciſ.* 18. *num.* 15. *coram Zarat., deciſ.* 219. *num.* 6. *coram Otthobono*, & *in Papien. Præpoſituræ deciſ.* 64. *in principio*, & *ſub num.* 7., & 8. *inter hactenus Romæ impreſſas coram Me*.

Hodie propterea tandem per Eminentiſſimum ejuſdem Almæ Urbis Vicarium in ſcriptis certior effectus de hac reperta idoneitate Michaelis Angeli, publicavi ſenſum Dominorum pro executione ejus literarum citra hæſitationem abeuntium.

26 Siquidem, cùm tota amaritudo coincidens inter hoſce gratificatos unicè, vel apprimè verſetur in anterioritate obtentæ gratificationis; neglecta idcirco etiam diſputatione, quis in dubio foret præſumendus anterior in hujuſmodi diſpenſatione, & quamvis quoque quilibet reſpectus, & congruentia in ancipiti militaret pro Papa, ut in propoſito præventionis in ſimilibus collationibus colligitur ex *Textu in cap. ſi à Sede de Præbend. in 6.*, & tradiderunt *Jaſon. in leg. prima num.* 6. *verſic. iſta regula*, *ff. ſolut. Matrimon.*, *Decius conſil.* 169. *num.* 4., *Soccin. Senior. conſil.* 67. *num.* 1., & 4. *verſic. ſi à Sede Apoſtolica volum.* 3. *Maſcard. de probat. concluſ.* 314. *num. primo volum. primo*, *Rebuff. in tract. de pacific. poſſeſſ. num.* 297. *in fine verſic. & ſi uterque pag. mihi* 261., *Gonzal. ad Regul. Cancellariæ* §. 3. *proœmial. num.* 113. *Lotter. de re benef. lib.* 2. *quæſt.* 23. *nu.* 7. *Ricc. in collect. deciſ. par.* 4. *collect.* 144., aliique per *Barboſ. de Offic.*, & *poteſt. Epiſc. alleg.* 57. *num.* 14.

27 Adhuc apparuit etiam evidenter, quòd gratia derogatoria Summi pontificis illius manu ſubſignata die 16. Decembris anni præterlapſi fuerit ex ſe ipſa prorsus anterior, & proindè debitam promereretur antelationem, ut eſt de regula omnis juſtitiæ, & æquitatis, ad mentem *Textus in cap. qui prior*, *de regul. iur. in* 6. *leg. final. ff. qui potior. in pign. habeat. Gen. de Scriptur. privat. lib.* 1. *quæſt.* 16. *concluſ.* 3. *num.* 108. *Merlin. de Pign. lib.* 4. *quæſt.* 15. *num.* 33., & 34. *Rota deciſ.* 135. *num.* 21. *cum duobus ſequentibus coram Merlino*, & *deciſ.* 52. *num.* 14. *inter hactenus in Urbe impreſſas coram Me*; & in terminis ſimplicis antecedentis appoſitionis manus Sanctiſſimi *Gloſſ.*, & *Doctores in extravag. ad Romanos* §. *Romanis*, *de Præbend.*, & *Dignitat.*, *Abbas in cap. cum olim num.* 8. *de Sentent.*, & *re judicat. Gonzal. ad dictam regul.* 8. *Cancellariæ* §. 3. *proœmial. num.* 113., & *ſequentibus*, & *in gloſſ.* 52. *num.* 23. *Pignattell. conſult. Canonic. tom.* 5. *conſult.* 44. *ſub num.* 1. *verſ. idque duplici*, *Roſa de exequut. liter. Apoſtol. par.* 1. *cap.* 3. *num.* 235. cum aliis per *Rotam coram Coccino deciſ.* 2231. *ſub num.* 11.

28 In nihilo curata, ſive perſpecta illa prioritate temporis prima fronte inſcripta per Ordinarium favore Joannis Marcelli, nimirum ſub *die* 13. *ejuſdem menſis Decembris*: Quia cùm de facili valeant iſtæ ſubſcriptiones confingi ſub antidata etiam in fraudem, & ſupplantationem Sedis Apoſtolicæ, ut præcisè dignovit, atque firmavit *Rota in celebri Monaſterien. Decanatus* 28. *Junii* 1709. §. *Quin attendi mereatur*, & *in ejus confirmatoria* 3. *Junii* 1711. §. *Fruſtra*, *coram R.P.D. meo Criſpo*; De hujuſmodi idcirco gratificationibus, quoties agatur cùm proviſo Apoſtolico de menſibus, conſtare neceſſe eſt in forma publici Inſtrumenti, ſive per literas patentes ab Ordinario ſubſignatas, una cum Teſtibus pariter inibi ſubſcriptis, & ulterius Epiſcopalis Sigilli Teſtimonio communitas, non autem à tergore nudi Memorialis (prout hìc) abſque Teſtibus, & ſinè ulla certitudine veræ datæ, aliàs minimè attenduntur, juxta cummuniorem ſententiam, de qua *Gonzal. ad regul. 8. Cancellariæ* §. 4. *proœmial. num.* 147., & *ſequentibus*, *Lotter. de re benefic. lib.* 2. *quæſt.* 23. *num.* 11. *Barboſ. de Offic.*, & *Poteſtat. Epiſcop. par.* 3. *allegat.* 57. *num.* 15. *verſic. qua de re Corrad. in Prax. benefic. lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 63. *verſ. & quia ſæpe*, cum cæteris adductis

in Melphicten. Beneficii 26. Junii 1711. §. Et demum coram Eminentissimo Priolo, & in Nucerina Paganorum Beneficii, pendente extensione hujus decisionis edita sub die 28. Novembris anni 1712. §. *Nec ad effectum, coram R.P.D. meo Crispo*.

Et ob id videmus etiam abstractive, & præcisive ab hac controversia inter Provisum Apostolicum, & gratificatum ab Ordinario, quando vis stat in tempore firmiter in jure stabilitum, quod ideo Creditor instrumentarius (qualis similitudinariè erat Michel'Angelus in his indubitabilibus literis Apostolicis) semper anteponitur cuilibet Creditori Chirographario, cum hujusmodi particularia Chirographa, & Scripturæ plurimum, nimiumque subjaceant suspicioni antidatæ, ad limites *Cæsarei* celebris rescripti *in leg. Scripturas, Cod. qui potior. in pignor. hab., Cardinalis de Luca de Credit. discurs. 22. num. 9., & in meo Tractatu de Commerc., & Mercat. discurs. 82. num. 14., Rota coram Seraphino decis. 879. num. primo coram Coccino decis. 1901. num. 4., & 5. coram Pamphil. decis. 377. n. 3. & 10.*

29 Atque hæc exuberassent pro tuta Causæ resolutione; Sed ulterius perstringenter crescebat, & fermè palpabatur prædicta antidatæ suspicio, ex quo tantummodo sub die immediata antecedenti, nempe 12. Decembris legebantur præsentationes exaratæ per Patronos cùm subsequuta affixione Edictorum Curiæ Episcopalis sub eadem die 12. in gratiam Michaelis Angeli, & sub die 13. in proposito Joannis Marcelli sub assueta assignatione termini novem dierum, sicuti præscribit *idem Sacrum Concilium*, & tradunt *Lambertin. de jure patron. lib. 2. par. 2. quæst. princip. 6. artic. 22. num. 2. Vivian. eodem Tract. lib. 9. cap. 2. sub num. 2., Corrad. in Prax. Beneficiar. lib. 4. cap. 4. sub num. 31. §. Institutione in fine*.

30 Atque ita quomodo potuit Ordinarius in tam arcto unius diei curriculo, nullo expectato defluxu, vel labentia præfati termini præfixi, devenire ad hujusmodi prætensam gratificationem; Si enim, ut dicebat *Cornelius -- Scelera impetu, bona consilia morâ convalescunt*, utique si expectata fuisset expiratio, vel extremitas ejusdem termini, non ita tuto valuisset incalescere prædicta cæteroquin juridica præsumptio supplantationis, & antidatæ, ut in proposito rectè ratiocinatur post *Fælin., & Abbat. in cap. eam te de rescript. Lotter. de re Benefic. lib. 2. quæst. 23. n. 10. & seqq., Barbos. de Offic., & Potest. Episc. alleg. 57. num. 15. par. 3. Corrad. in prax. Benefic. lib. 5. cap. 1. num. 63., & seqq. Rota in dicta Melphiten. Beneficii 26. Junii 1711. §. Sed peccat, coram Eminentissimo Priolo*: Quinimo, quòd etiam gratificatio per Ordinarium exarata intrà terminum sancitum in Edicto sit nulla de per se ipso jure, citra scrupulum prosequuntur *Lambertin. de jure patronat. lib. 2. par. 2. dicta quæst. 6. princip. artic. 25. num. 1. versic. unde conclude pag. 174. Vivian. eodem tractat. dicto lib. 9. cap. 1. num. 7. Lotther. de re benefic. lib. 3. quæst. 17. n. 195.*

31 Cumulabatur in idem, quòd cùm actum gratificationis non deceat per Episcopum exerceri penitùs exabrupto, sed per antea serie indagatis, discussisque meritis utriusque præsentati; Profectò quoties, prout in præsenti, in ipso limine primi diei præfatorum Edictorum expleta fuerat ab Ordinario in personam Joannis Marcelli gratificatio palàm erat, quòd nequaquam extiterat adhibita prædictæ meritorum æquilibratio, & comparatio, quemadmodum appositè præ cæteris animadversum fuit *in decis. 1148. num. 5., & 6. coram Seraphin., & in dicta Melphicten. Beneficii 26. Junii 1711. §. Finali coram Eminentissimo Priolo*.

32 Tantoque magis emicabat præceps Episcopi Judicium in hujusmodi gratificatione explenda, quia certè ad ejus excusationem censendum erat, quod ille in hac temporis angustia non appenderit in statera præponderantes Michaelis Angeli prærogativas, alias illum pro sua religione prætulisset, ut juris est in similibus præelectionibus, præsertim ad Beneficia Parochialia teste, *Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloss. 4. num. 88. cum seqq. Garz. de Benefic. par. 9. cap. 2. de form. servan. in provis. Paroch. §. 2. num. 261., & per totum, Lotther. de re benefic. lib. 2. quæst. 31. num. 132. cum pluribus seqq.*, cum aliis *in Eugubina Canonicatus 4. Maji 1699. §. Non enim coram R.P.D. meo Lancetta*.

33 Præeminebat namque indisputabiliter Michael Angelus in caractere Sacerdotii semper efficiente dignioritatem, & promc-

merente antelationem respective ad simplicem Clericum, uti erat Joannes Marcellus, ut generaliter annotavere *Abbas in cap. 1. num. 1., & 3. de majorit., & obed. Decius consil. 542. num. 12., & 13. Lambertin. de jurepatron. lib. 2. par. 3. quæst. 5. artic. 3. per totum, & artic. 12. num. 2. Gonzal. ad regul. 8. Cancellariæ gloss. 4. num. 115. Rota coram Zarat. decis. 18. num. 4., & in meis Addit. ad decis. 85. n. 24. inter novis. impress. coram Me*, & in specie Beneficii Parochialis *Lotter. de re benefic. lib. 2. quæst. 31. num. 138., & sequentibus, Adden. ad Pamphil. decis. 115. num. 7. Rota coram Otthobon. decis. 86. n. 3. & 12., & decis. 61. num primo par. 3. rec., & decis. 115. num. 4. par. 19. tom. primo, & in Calaguritana dimidii Beneficii de Oronda 15. Maji 1705. §. Præsertim, coram clar. mem. Cardinali Caprara*, confirmata pendente hujus decisionis extensione sub die, nempe 27. Junii labentis anni 1712. §. *Secundo pariter coram Me*.

34 Quid plus? dum ultra prædictam qualitatem Sacerdotalem Michael Angelus effulgebat insignitus facultate audiendi Confessiones, usque ab anno 1697. quapropter etiam successivè sæpius exercuerat Curam Animarum in administratione consimilium Parochialium, & de facto illam actu regebat in Parochiali Ecclesia de Noto: Unde quis dixerit, præscindendo à prædicta præcipitantia, quòd potuerit umquam condignè Michael Angelus in præfata gratificatione proponi, contra ea, quæ conclamarunt *Gonzal. ad dictam regul. 8. gloss. 4. num. 143. cum pluribus seqq., Rota coram Pamphil. dicta decis. 115. num. 2., & coram Otthobon. dicta decis. 86. num. 12. coram Royas decis. 485. num. 2., & 486. num. primo, & in dicta decis. 85. num. 4. inter novissimè impressas coram Me*, & latius *in ejus Addition. n. 34. cum pluribus ibi relatis*.

Hæcque omnia visa sunt Dominis adeò dilucida, ut supervacaneum fuerint rati perpendere, an etiam subsisteret supposita medietas vocum patronalium in Ferrerio præsentante Joannem Marcellum, itaut illius respectu locum sibi usurpare posset ad ejus commodum titulus gratificationis ab Ordinario ejus favore consumptus stante positiva Sententia prolata per Ordinarium de anno 1658. pro Cataneo, qui Michaelem Angelum præsentaverat, & in qua jam apparebat definitum, hujusmodi Juspatronatus privativè, & in totum spectare ad Auctores ejusdem Catanei, cùm ad effectum, de quo hactenus agebatur, superabundaret ex præmissis, quòd citra veri præjudicium medietas saltèm earumdem vocum patronalium attineret ad Cataneum, sicuti factus fuerat idem Joannes Marcellus in sua hodierna judiciali colluctatione, in qua se præsentatum profitebatur à sola medietate, quod proindè amplius controvertere non valebat, ex congestis per *Rot. in Asculana juris patronatus 26. Januarii 1703. §. Accedunt coram R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore, in Cremonen. Beneficii 3. Decembris 1705. §. Tandem cor. R. P. D. meo Lancetta, in Pennen. Beneficii super pertinentia 17. Martii 1710. §. Sed hic non finit, & §. Ultra quod coram R. P. D. meo Aldrovando, & in Casertana Beneficii 13. Decembris 1709. §. Neque negocium coram Reverendissimo D. Kaunitz Episcopo Labacen.*

Et ita utraque &c.

R. P. D. CRISPO
Lauretana Juris patronatus.
Ven. 11. Decembris 1716.

VAcante sub anno 1709. altera ex Cappellaniis erectis in Ecclesia Parochiali S. Stephani Castri Fidardi, spectante ad nominationem plurium Patronorum, ad eam præsentari obtinuit Donatus Jacuffus, simulque Augustinus Bologna. Jacuffus verò fretus præsidio medietatis vocum Patronalium expediri curavit solitas literas Apostolicas derogatorias alterius medietatis vocum, quæ subinde executioni demandatæ fuerunt per sententiam ab Ordinario latam; A qua cùm Bologna appellationem interposuerit, & Causæ commissionem à Signatura Justitiæ impetraverit directam Tribunali nostro cum clausula-- *parito literis arbitrio Rotæ*-- ideo in hodierna audientia resolvendum Dominis meis proposui dubium *An intret arbitrium*, & *negativum* accepi responsum.

35 Cùm enim literæ Apostolicæ, de quibus agitur, omni ex parte justificatæ noscantur, hinc procul dubio illarum exe-

cutio non est retardanda, ut per *Text. in cap. si quando, & cap. super literis de rescript.* firmavit *Rot. decis.* 552. *num.* 1. *& seq. par.* 19. *rec.* cum aliis *in Vicen. Parochialis* 12. *Junii* 1711. §. *Cùm enim coram Reverendis. D. meo Molines, & in Matheranen. Parochialis* 11. *Januarii* 1712. §. *Quoniam coram R.P.D. meo Falconerio.*

Verificatio autem expositorum in dictis literis pro eo, quod attinet ad justificandam præsentationem factam à medietate Patronorum manifestè constare visa est, referendo factum sub anno 1639. initum ab Episcopo Panico, qui tres Parochias Patronales suppressit, easque in unam redegit cum onere retinendi quinque Coadjutores Cappellanos, canonizata per sententiam pertinentia Juris patronatus favore veterum Patronorum, addita simul divisione Juris præsentandi in quatuor voces, quarum una adjudicata fuit Lidiæ Jacobi, altera Blasio de Leverottis, altera Petro Ciattonio, & po-
36 strema Baptistæ Jacobi, eorumque hæredibus, & successoribus. Cùmque in dubium non revocetur hæreditaria ejusdem Juris patronatus qualitas, procedendum proinde est cum supposito, quod præsentationes fieri debeant in stirpes, & non in capita, ideoque in quolibet stipite unica consideranda sit vox, bene tamen dividua in plures portiones correspectivè ad quotas hæreditarias, ex latè deductis per *Angel. post tract. de Impens. in Opuscul. 3. de Patron. suffrag. & grat. Apostol. num.* 15. *& seq. juncto num.* 33. *& seqq. Calderon. resol. 92. num.* 20. *Rot. decis.* 17. *num.* 4. *coram Pamphil. decis.* 17. *num.* 2. *coram sa.me. Alex. VIII. decis.* 10. *ferè per tot. inter collectas in Mantis. ad Card. de Luc. lib.* 12. *de jurepatronat. in Firmana Beneficiorum 6. Junii* 1710. §. *Neque Domini coram R.P.D. meo Lancetta, & in Alexanen. Beneficii* 11. *Decembris* 1711. §. *Quocirca cum seqq. coram Reverendis. D. meo Aldrovando.*

His itaque præmissis, & singillatim nunc expendendo omnes prædictas quatuor voces certò constat Jacuffum fuisse præsentatum à medietate Patronorum; nam conveniebant Partes in eo, quod vox promanans à Lidia æquè sit pro medietate utrique favorabilis, itidemque quòd vox descendens à Petro Ciattonio integraliter assistat Bolognæ: tertiam verò vocem Baptistæ consistit ex arbore justificata, & inter Partes non controversa, distributam fuisse in tres portiones, sive uncias, quot fuerunt columnelli, in quos subdivisa fuit linea dictæ Baptistæ, utpote quæ tres habuit filias, Vincentiam nempe Lauram, & Joannam. Licèt ergo portio vocis, quæ obtigit descendentibus à Vincentia, suffragetur Bolognæ, attamen aliæ duæ portiones computandæ omnino sunt ad favorem Jacuffi; Ex linea enim Joannæ descendebant Carolus Ubertonus, & Catharina soror, quæ præsentavit Jacuffum; Carolus autem titulo donationis hoc jus præsentandi transtulit in Nicolaum Piersantem, cujus pariter hæredes nominarunt eumdem
37 Jacuffum; Proindeque in comperto remanet hanc vocis portionem militare pro Jacuffo, sive attendatur donatio facta à Carolo, sive independenter ab ipsa hæc vocis portio consideretur constabilita penès Catharinam sororem hæredem dicti Caroli ex testamento, sub qua institutione universali comprehendi potuisset etiam jus præsentandi, de quo agitur, ubi per hypothesim corruere contingeret titulum donationis in Piersantem collatæ *Vivian. de jurepatronat. lib.* 4. *par.* 1. *cap.* 1. *num.* 12. *Lotter. de re Benefic. lib.* 2. *qu.* 11. *num.* 28. *& seqq. Rot. dec.* 113. *num.* 6. *coram Priol. dec.* 11. *nu.* 17. *& dec.* 36. *nu.* 2. *& seqq. coram Benincas. dec.* 11. *num.* 6. *& decis.* 12. *nu.* 10. *inter collectas in Mantis. ad Card. de Luc. de jurepatronat. in Mediolanen. Archipresbyteratus* 27. *Januarii* 1710. §. *Quamvis cum seqq. coram R.P.D. Falconerio, & in Pennen. Beneficii super pertinentia* 17. *Martii ejusdem anni* §. *final. coram Reverendissimo Domino meo Aldrovando.*

38 Absque eo quod revocari in controversiam possit descendentia Caroli Ubertoni à dicta Joanna, à qua originem deducit dicta vocis portio; Ea quippe uberrimè justificatur ex ipsamet sententia Episcopi Panici edita jam indè ab anno 1639. quæ cùm fuerit unanimi consensu à Partibus acceptata, & habeat pro se omnem præsumptionem veritatis in ordine ad pertinentiam vocum Patronalium ibidem expressam, firmat hodie legitimum statum quoad omnes, ad tradita in proposito

ſito per *Modern. Roman. diſcept. Eccleſ.7. num.30. & ſeqq. Rot. in Salamantina juris conferendi 27. Junij 1707.§.Quodque magis, & 5. Martii 1708. §.Non obſtante coram Eminentiſs. Scotto.*

39 Alteram verò portionem vocis à præmemorato Baptiſta promanantis, quæ obvenerat in deſcendentes Lauræ,pro ſe pariter juſtè numerabat Jacuffus, qui nominationem obtinuit ab Horatio de Simonuccis deſcendente ex eadem Laura. Et quamvis idem Horatius ſucceſſivè præſentaverit etiam Bolognam, hæc tamen poſterior præſentatio nullum irrogare potuit præjudicium juri præcedenter quæſito ad commodum Jacuffi, qui impetraverat etiam derogatoriam medietatis vocum, per quam adeò obfirmata cenſetur præcedens nominatio, ut ab ea ſubinde reſilire Patrono ampliùs non liceat, ut in puncto firmavit *Rot. dec. 323. num.14. par. 16. rec., & in Lunen. Sarzanen. Cappellaniæ 25. Junii 1685. §. Item coram bo. me.Paulutio, & 11.Martii 1686. §. Etenim coram Urſino, & 18. Aprilis 1687. §. Quo verò coram Hervault, & 14. Martii 1689. §. Abſque coram Reverendiſs.D. meo Molines.*

Sed ea occurrere videbatur difficultas, quòd Jacuffus non exhibuerat præſentationes ad ſui favorem factas, niſi poſt expeditionem literarum Apoſtolicarum, & ſic tempore non habili, cùm etiam Papa concedens gratiam cum clauſula --*accedente Patronorum conſenſu*-- ſupponere videatur præceſſiſſe jam effectivam Pa-
40 tronorum præſentationem, ejuſque actualem exhibitionem, valida urgente ratione, quod perfecta dici non poſſit præſentatio, donec nominatio exhibita fuerit coram Ordinario, vel alio legitimo Superiore habente facultatem inſtituendi, ſed actus conſiſtere videatur in ſimplici ſtatu deſtinationis perſonæ nominandæ abſque ulla acquiſitione juris certi, & invariabilis, prout reſolutum fuit *in deciſ. 3. de jurepatronat. in nov. & deciſ.37. num.13. & ſeqq. coram Ubag., & in Romana Cappellaniæ 25. Novemb.1707. & 3. Februarii 1708. coram Eminentiſſimo Scotto, & in alia diei 14. Maji 1714. coram R.P.D. meo Lancetta, in Comen. Archipresbyteratus 17.Junii 1715. §.Secundo itidem coram R.P.D. meo Falconerio, & in Mediolanen. Beneficii 7. Junii 1715. §. Parum quoque, & in Auguſtana Canonicatus 20. Martii labentis anni §.Procedendum, coram Me.*

41 Verumtamen Domini aliter crediderunt diſtinguendo caſum, quo præſentatus coram Ordinario inſtitutionem expoſtulet ab alio, quo ipſe impetret gratiam derogatoriam medietatis vocum; In prima ſanè hypotheſi verum eſt præcedere debere formalem præſentationem, ejuſque exhibitionem coram Ordinario, utpote, qui cùm debeat prævio examine recognoſcere idoneitatem præſentati, antequam illum canonicè inſtituat, iuxta claram ſanctionem Sac. Concilii Tridentini *in ſeſſ.7.cap.13. de reformat.* relat.per *Rot.in Friſingen.Decanatus 27.Junii 1708. §.Clara quippe, & 12.Junii 1711.§.primo, & ſeq. coram Reverendiſs.D.meo Molines, confirmata ſub die 29. Februarii 1712. coram Me*; Ideo debet etiam certior effici de ejus nominatione à Patronis expleta.

42 At ſecus eſt quando agitur de ſimplici juſtificatione gratiæ Apoſtolicæ, cùm ad hunc effectum exuberet ſolus conſenſus à Patronis præſtitus favore certæ perſonæ,ſive ille deſumatur à mandato procuræ, ſive aliter quomodocumque comprobetur, ut in puncto tradunt *Corrad. in prax. Benefic. lib.4. cap. 2. num.7. Roſa de Executor. liter. Apoſtol. par.1.cap.5.n.133. circa fin. & ibidem in Addit. num. 51. Angel. in dicto Opuſc.3.de patron.ſuffrag.n.46. & ſeqq. Rot. deciſ.481. num. 6. coram Buratt. deciſ.396. num.15. & deciſ.419.nu.4. & deciſ.420.num.12. coram Bich.dec.276. num.5. & deciſ.344. num. 20. coram Dunoz.jun. deciſ.265. num.19. coram Duran. & in d. Lunen. Sarzanen. Cappellaniæ 25. Junii 1685. §. Item coram Paulutio.*

Prout etiam non officit, quòd conſenſus Patronorum, qui Jacuffum nominarunt,non præceſſerit datam Gratiæ. Etenim ad ejus validitatem conſenſus Patronorum non debet perneceſſe præcedere illius expeditionem,ſed bene poteſt etiam illam ſubſequi, dummodo id contingat intrà legitimum tempus datum Patronis ad præſentandum, prout ſervatum fuit; Ex ea nimirum ratione, quia ſubſequens conſenſus à Patronis expoſitus retrotrahitur ad diem,ſub qua expedita fuit Gratia, & perinde habetur, ac ſi illius datam

præ-

præcessisset, quòd utique satis est pro verificanda præsentatione facta à medietate Patronorum, ut luculenter explicat *Card. de Luc. de jurepatronat. disc.42. ferè per tot. & disc.71. n.17. & seq. Rosa de Executor. Liter. Apostol. par. 1. cap.5. sub nu. 133. & ibidem in Addit. n.51. Modern. Roman. discept. Eccles. 22. num.45. Angel. in d. Opusc.3. num.48. & seqq. Rot. dec.1165. num.11. coram Seraphin. decis.2318. nu.8. coram Coccin. decis.276. num.5. coram Dunoz. jun. decis.265. num. 19. coram Duran. decis.396. num.14. & seq. & dec.419. n.1. & 3. coram Bich. decis.404. num. 5. & seq. coram Emer. jun. & decis.239. num.16. & seqq. par.16. rec.*

Quæ sanè intelligentia elidi non posse visa fuit ex eo, quod hujusmodi retrotractio fieri non potuerit in præjudicium juris medio tempore quæsiti Bononiæ ex vi præsentationum ab eo reportatarum. Cùm enim dictus Bologna præsentatus fuerit à minori dumtaxat Patronorum parte, dici nequit quæsitum illi fuisse jus considerabile ad impediendum effectum dictæ retrotractionis favore Jacuffi habentis nedum Gratiam Apostolicam, sed ulteriùs etiam præsentationem à majori Patronorum numero, ut in levioribus etiam terminis expendit *Angel. in dicto Opuscul.3. sub num. 52. §. Nam explorati, Piton. discept. Eccles. 4. ex num. 117. Rot. decis.517. num,7. & decis.519. num. 4. coram Cavaler. decis.396. num.36. & seq., & decis.419. num.7. coram Bich. & decis.667. n.19. par.18. rec.*

Comperto igitur, quòd vox profluens à Lidia pro medietate sit æquè favorabi-
43 lis Jacuffo, ac Bononiæ, quodque altera proveniens à Baptista quondam Jacobi tota suffragetur Jacuffo, qui cum majorem illius partem habeat totam habere censetur, ex regula, quòd major vocum pars absorbet minorem. *Vivian. de jurepatronat. par.2. lib.12. cap.8. num.4. Card. de Luc. eod. tractat. disc.32. num.6. & seq. Saminiat. controv.39. num.3. Antonell. de regim. Eccles. tit. de Benefic. cap.6. §.2. n.11. Calderon. resol.92. num. 23. Angel. d. Opuscul.3. num. 5. & 11. Rot. in Firmana Beneficiorum 6. Junii 1710. §. Et hæc, & 19. Januarii 1711. §. Quod rectè, & 23. Martii labentis anni §. Et sane coram R.P.D. meo Lancetta*: Expendenda modò supereſt altera vox procedens à Blasio de Leverottis. Porrò ex hac linea nulla circumfertur præsentatio, quàm quæ prodiit à Camilla, quæque pariformiter suffragatur Jacuffo, qui proinde ad sui favorem numerat duas integras voces, ac medietatem alterius, & sic non solùm medietatem, sed etiam majorem partem vocum Patronalium.

Neque verò hæc præsentatio Camillæ labefactari potuit sub obtentu, quòd ipsa dum priùs nominavit Jacuffum, mentis infirmitate laboraret, quodque successivè præsentaverit Bolognam per id temporis quo ab hujusmodi infirmitate convaluerat. Si enim attendatur series temporum, utique præsentatio tendens in favorem Jacuffi utpote anterior prævalere debet alteri posteriori factæ favore Bolognæ; ideoque recurrunt omnia ea juris funda-
44 menta, quæ superioribus locis animadversa fuerunt: si verò inspiciatur supposita Camillæ incapacitas, quo minùs credibilis visa fuit hujusmodi repentina, ac penè commentitia fatuitas, eo, immo, & longè magis inverisimilis visa est tam prompta, ac facilis resipiscentia, & penè ad ipsius Camillæ libitum revocata, ac quodammodo ad nutum redire jussa mentis, & judicii sanitas, ut proinde eadem Camilla vel nunquam præsumenda sit passa hujusmodi mentis alienationem, vel hæc existimanda fuisse videatur adeò levis, ut inhabilem minimè reddiderit Camillam ad actum præsentationis, quam primo loco exposuit favore Jacuffi, ut observat *Rot. in Auximana Censuum 17. Junii 1709. §. Ejusdem coram Me, & in Albanen. donationis 9. Martii 1711. §. At non solùm coram Reverendiss. D. meo Aldrovando, & in alia diei 11. Januarii 1712. §. Siquidem coram Eminentiss. Priolo.*

45 Hinc Domini pro nihilo habuerunt Testes pro parte Bolognæ inductos ad probandam dictæ Camillæ dementiam. Siquidem præterquamquod agitur de fidibus expiscatis pendente lite, quæ nullum, vel levem probationis gradum constituunt, ut dixit *Rot. in Auximana Censuum 17. Junii 1709. §. Ejusdem, & in Frisingen. Decanatus 29. Februarii 1712. §. Nullatenus coram Me.* Illa præterea magis præcisè urgere visa fuit responsio, quòd prædicti Testes deberent probare talem fatui-

tuitatis ſpeciem, quæ omnem rationis uſum Camillæ ademerit, eamque contrahendi, ac diſponendi incapacem reddiderit, itidemque deberent hujuſmodi fatuitatis probationes coarctare ad præciſum momentum temporis quo expleta fuit præſentatio Jacuffi, ex deductis per *Andreol. controv.223.num.1. Rot.deciſ.34. num. 4. & 11. & deciſ. 57. num. 15. poſt Zacch. quæſt. Medicolegal. deciſ.225.n.10. poſt Torr. de pact. futur. ſucceſſ. deciſ. 44. num.20. coram R.P.D. meo Anſaldo, & in Colonien. Canonicatus, & Ferculi 20. Aprilis 1710. §. Deſcendit coram R. P. D. meo Falconerio*. Nam alioquin præponderare omnino videtur juris præſumptio, juxta quam unuſquiſque reputatur mente ſanus, & capax ad gerenda ſua negocia, niſi oppoſitum concludenter, ac per probationes nullum hæſitationi locum relinquentes demonſtretur, ut latè firmavit *Rot. in dicta Albanen. Donationis 9. Martii 1711. §. Hæc autem coram Reverendiſs. D. meo Aldrovando, & in dicta Colonien. Canonicatus, & Ferculi 20. Aprilis ejuſdem anni §. Et quamvis circa fin. coram R.P.D. meo Falconerio*.

46 Cæterum ex abundanti anima diverſum quoque fuit ſuppoſitam hujuſmodi mentis alienationem prorſus excluſam remanere tum ab ipſamet qualitate actus rite, ac prudenter geſti; ad notata per *Cyriac. contr.407. n.7. Palma nep. alleg.68. n.18. & ſeq. Rot. dec.39. n.10. & dec.57. n.20. poſt. Zacch. quæſt. Medicoleg. dec.52. nu.23. poſt. Albit. de inconſtan. in judic. deciſ.44. n.22. coram R.P.D. meo Anſaldo, & in dicta Albanen. Donationis 9. Martii 1711. §. præcipuè coram Rmo D. meo Aldrovando*. Tum etiam à primordiali deſtinatione, ac propoſito Jacuffum præſentandi, in quo oſtenditur Camillam ſtetiſſe; illudque etiam præventivè patefeciſſe, ut notat *Corn. conſ.232. n.4., & conſ.319. nu.2. lib.1. Soccin. jun. conſ.183. nu.31., & ſeq. lib.2. Venturin. conſ.46. à num.54. & ſeq. lib.1. Fachin. controv. jur. lib.10. cap.17. §. Sed contrariam*. Tum demum ab aliis Teſtibus deponentibus Camillam tempore expletæ præſentationis fuiſſe mente ſanam, liberam, & expeditam; quibus ſanè Teſtibus conſentaneè ad juris præſumptionem deponentibus, etſi numero paucioribus, longè major habenda eſt fides, quàm aliis numero pluribus contrarium teſtantibus, ad tradita per *Mantic. de conject. ultim. volunt. lib. 2. tit.5. num.6. Gratian. diſcept.843. nu. 12. Rot. deciſ.348. nu.10. par.16. rec. dec. 44. num.42. coram R.P.D. meo Anſaldo, & in dicta Albanen. donationis 9. Martii 1711. §. Abſque eo quod coram Rmo D. meo Aldrovando*.

Ex his autem ſubmotum remanet objectum alterum, nempe, quòd literæ Apoſtolicæ Jacuffi ſubreptionis vitio laborarent, vel quia ſatis verificata non fuerit præſentatio reportata à medietate vocum, quæ fuit Pontifici expreſſa, vel quia reticitum fuerit, Bolognam compræſentatum eſſe attinentem alterius ex Compatronis, quæ qualitas minùs pronum reddidiſſet Papam ad elargiendam Jacuffo gratiam. Quod enim attinet ad primam partem ſatis, ſuperque recognitum jam fuit Jacuffo ſuffragari non modò medietatem, ſed & majorem partem vocum Patronalium, & ſic exuberanter verificatam remanere expreſſionem Pontifici factam. Quod verò reſpicit ſecundam partem, quidquid ſit, an Bologna ullum ſibi potioritatis jus polliceri potuiſſet ex mero vinculo affinitatis unius ex Compatronis, cùm de cætero ſuffragium prælationis, quod in hoc propoſito Doctores, ac noſtrum Tribunal indulgere ſolent, videntur ſolum introductum favore eorum, qui verè ſint de ſanguine Fundatoris Beneficii, vel Patronorum, quales non ſunt ii, qui junguntur vinculo affinitatis; nihilominus uberrimè ſatisfecit animadverſio, quod tametſi dicta qualitas Bolognæ opitulari potuiſſet, id tamen procederet concurrentibus extremis habilibus, ideſt data paritate vocum, ſecus autem ubi major vocum pars militet pro altero, cùm in his terminis inefficax reddatur etiam jus potioritatis, quod profluit à vera conjunctione ſanguinis cum Fundatore Beneficii, vel cum Patronis, ad tradita per *Angel. in d. Opuſcul.3. de Patron. ſuffrag. num. 58. Adden. ad Pamphil. deciſ.17. num.8. Rot.dec.154. num.8. & deciſ.442. num. 14. & ſeqq. coram Bichio, & deciſ. 300. num.7. coram Celſo*.

Et ita utraque &c.

AR-

ARGUMENTUM.

Ex duobus inhabilibus ad obtinendam Cappellaniam Sacerdotalem ex defectu ætatis, & æquè supplicantibus in Dataria pro dispensatione, quorum unus sit remotior, & alius propinquior ætati requisitæ, Papa quem gratificare debeat, seu cui concedere debeat dispensationem?

SUMMARIUM.

1 *Consanguineus solet dispensari super defectu ætatis ad Beneficia.*

2 *Proximior non est dispensandus in præjudicium remotioris jam præsentati, & habentis requisita.*

3 *Proximior ætati requisitæ ad Sacerdotium, licèt remotior Fundatori, est gratificandus, & præferendus à Papa in consecutione dispensationis ætatis ad effectum obtinendi Cappellaniam Sacerdotalem remotiori eidem ætati, licèt proximiori Fundatori. Et quarè?* Vide ibi.

4 *Dispensatione non indigens præfertur indigenti.*

5 *Refertur resolutio Sacræ Congregationis Concilii* in Collen. Cappellaniæ 12. Decembris 1716.

CASUS XII.

DUo concurrunt æqualiter præsentati ad vacantem Cappellaniam Sacerdotalem de Jurepatronatus erectam à Fundatore favore ejus propinquiorum, unus remotior ætati requisitæ ad Sacerdotium, sed propinquior Fundatori, alius propinquior ætati, sed remotior Fundatori, & uterque supplicaverunt Summo Pontifici pro dispensatione ætatis ad effectum assequendi præfatam Cappellaniam Sacerdotalem. Quæritur quis eorum sit gratificandus à Papa, & præferendus in consecutione hujusmodi dispensationis?

1 Videtur, quod sit gratificandus, & præferendus, eique à Papa concedenda dispensatio, qui est propinquior Fundatori, licèt remotior ætati requisitæ ad Sacerdotium; ipse enim videtur magis prædilectus à Fundatore, adeòque ei potiùs, quàm remotiori concedenda venit dispensatio. *Corrad. in prax. benefic. lib. 4. cap. 6. num. 10. Vivian. de jurepatr. lib. 6. cap. 6. num. 9.*

2 Non obstat, quod Proximior non sit dispensandus in præjudicium Remotioris jam præsentati; Quoniam hoc procedit, quando Remotior haberet requisita, secus, quando etiam ipse est incapax propter eumdem defectum ætatis consequendi dictam Cappellaniam, juxta *Monacell. formul. for. Eccles. VII. tit. 2. n. 11. par. 3.*

3 Contrarium tamen est veritas; Agitur enim de Cappellania juxta dispositionem Fundatoris Sacerdotali actu. Cùm igitur remotior Fundatori sit magis propinquus, & proximus ætati, qua promoveri possit ad Sacerdotium requisitum pro assecutione Cappellaniæ, quàm sit Proximior eidem Fundatori, facilius est cum illo, quam cum isto dispensandum; Sicuti namque dispensatione non indigens
4 præfertur indigenti *Barbos. ad concil. sess. 24. de reform. cap. 18. num. 133., Ventrigli. in prax. par. 2. annot. 1. §. 3. num. 62. Rota decis. 767. num. 2. par. 1. coram Seraphin.*, ita dispensatione super majori defectu ætatis non indigens præferendus est indigenti. Ratio est, quia sic citius adimpleretur voluntas Fundatoris, quam si dispensatio concederetur Remotiori ætati requisitæ ad diem Sacerdotium *Corrad. in prax. dispens. lib. 4. cap. 1. n. 22.*

5 Et ita resolutum fuit à Sacra Congregatione Concilii, me Studente apud R. P. D. Ansideum *in una Collen. Cappellaniæ 12. Decembris 1716.*, ubi expositum fuit, quòd fundata à quodam Raphaele Renerio Cappellania Sacerdotali sub titulo Nativitatis Beatæ Virginis Mariæ in Cathedrali Ecclesia cum jurepatronatus, tam activo, quàm passivo favore suæ agnationis, ita tamen, ut vocati ad Juspatronatus activum, & qui ipsis propinquiores essent, semper etiam in præsentationibus essent præferendi, hujusmodi Cappellania de anno 1715. per Resignationem ultimi Possessoris cùm vacasset, ad eam omnes Patroni unanimiter Joannem Renerium præsentarunt, & major eorumdem Patronorum Pars secundo loco etiam præsentavit Jacobum Renerium remotiorem dicto Joanne, qui est de linea, ad quam Juspatronatus activum est delatum; Cùm Joannes de tempore præsentationis esset annorum quindecim, Jacobus verò

vix

vix vigesimum excessisset, uterque supplicavit pro dispensatione ætatis ad effectum assequendi præfatam Sacerdotalem Cappellaniam; Et disputato dubio -- *An, & cui sit concedenda dispensatio in casu &c.* Sacra Congregatio respondit -- *Affirmativè favore Jacobi* -- Quæ resolutio confirmata fuit ab eadem Sac. Congregatione 24. *Aprilis* 1717. ubi proposito dubio -- *An sit standum, vel recedendum à decisis* -- responsum fuit -- *In decisis* --

CANON XII.

ALEXANDER III. Exonien. Episcopo.

QUia Clerici quidam Advocatias Ecclesiarum comparant, vel quocumque modo possunt, acquirunt, ut postmodum eorum filii, vel nepotes ad easdem Ecclesias præsententur; Præcipimus, ut id arctiùs inhibere procures: Eosdem Advocationibus taliter acquisitis, appellatione postposita, spoliando.

CANON XIII.

Idem.

DE Jure verò Patronatus &c. Mandamus, quatenus si A. illud comparuit (cùm inconveniens sit vendi Juspatronatus, quod est spirituali annexum) contractum illum irritum esse decernas.

COMMENTARIUM.

EX his duobus Canonibus, quorum primus in Decretalibus legitur in ordine il 6., & secundus in ordine il 16. sequentes deducuntur conclusiones.

Prima: JUSPATRONATUS PER SE IPSUM EMI, VEL VENDI NON POTEST ABSQUE LABE SIMONIÆ.

Secunda: EMENS JUSPATRONATUS PER SE IPSUM PRINCIPALITER CUM INTENTIONE DEPRAVATA PRÆSENTANDI FILIUM, VEL NEPOTEM, IPSO JURE PRIVATUR IUREPATRONATUS -- Ita *Innocentius, Abbas, Anania, Berous, Butrius, Gonzalez hìc gloss. in cap. querelam de Simon. verb. emi non potuit*, & sancitum fuit à Sacro Concilio Tridentino *cap. 9. sess. 25. de reformat.*, ut dicam infra *Par. V. Lambertin. de Jurepatr. lib. 1. par. 2. quæst. 5. art. 1., Rocc. de Curt. eodem tract. in verb. is, vel ipse num. 54., Rodoan. de Simon. par. 4. cap. 8. num. 17., Palma alleg. 159. num. 66., Lotter. de Benefic. lib. 2. quæst. 9. num. 60. & seqq., & lib. 3. quæst. 29. num. 80., Barbos. de offic. & potest. Episc. par. 3. alleg. 71. nu. 35., Oliva de for. Eccles. par. 1. quæst. 7. num. 21., Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 12. num. 2. 9. 12. 16. & seq., Card. de Luc. de Jurepat. disc. 56. num. 18., Rot. decis. 302. num. 4. par. 1. recent., & decis. 95. num. 3. par. 4. tom. 1. recent., Adden. ad decis. 46. num. 1. & seqq. par. 9. tom. 1. recent.*

Simonia juxtà *Panorm. in cap. Nemo de Simon.*, & *Div. Thom. secunda secundæ quæst. 110. art. 19.* est studiosa voluntas emendi, vel vendendi aliquid spirituale, vel spirituali annexum, opere subsecuto, vel juxta *Lotter. de re Benefic. lib. 3. quæst. 29. num. 35.*, est conventio super re spirituali, aut spiritualitati connexa pro temporali commodo, Lege Ec-

clesiastica interdicta; dicitur autem simonia à Simone Mago, qui donum Spiritus Sancti emere voluit, ut ex venditione signorum, quæ per eum fierent multiplicatam pecuniam lucraretur, *Gonzal. in cap. 1. de Simonia num. 11.*, *Fagnan. in cap. Cùm pridem de pactis num. 8.*

Simonia verò alia est mentalis, alia conventionalis, & alia realis. Simonia mentalis est datio, vel acceptio rei spiritualis pro temporali tanquam pretio absque ullo pacto tacito, vel expresso, itaut prava intentio dantis, vel recipientis nullatenus resultet, nec ex ipso opere externo, nec ex aliis circumstantiis. Conventionalis est pactum, seu conventio dandi, vel recipiendi rem spiritualem pro re temporali tanquam ejus pretio. Realis est ipsa traditio, & acceptio rei spiritualis pro temporali tamquam pretio, juxta *Gibalin. quæst. 1. num. 2.*, *Fagnan. in cap. tua nos de Simon. num. 44.*, *Gonzal. in cap. Insinuatum de Simon. num. 3.*, *& in cap. fin. eodem tit. num. 2.*, *Vivian. de jurepat. lib. 6. cap. 5. num. 80.*, *Tondut. quæst. Benefic. par. 3. cap. 160. num. 4.*

Et hæc alia est completa, ut est, quando ex utraque parte deventum fuit ad traditionem, alia incompleta, ut est ex. gr. quando traditur res spiritualis interveniente solo pacto, & conventione, absque traditione alicujus rei temporalis. Insuper Simonia alia est prohibita de Jure Divino, ut est vendere gratiam, & Sacramenta, & alia prohibita de Jure positivo Ecclesiastico, ut est illa, quæ committitur in Beneficiis, juxta *Abbat. in cap. Significasti de elect. num. 5.*, *Fagnan. in cap. Cùm pridem de pact. num. 3. & seqq.* Posita hujusmodi definitione, ac divisione Simoniæ ad intelligentiam eorum, quæ sunt hìc dicenda,

Ratio utriusque conclusionis est, quia tam emens, quàm vendens Juspatronatus, quod est spirituali annexum; Comparant, & æquè in corde eorum existimant temporale, ac spirituale, quæ comparatio est injuriosa rei spirituali, non minùs quàm sit injuriosa Regi ejus comparatio cum Plebeo. Unde propter injuriam, quam faciunt rei spirituali justum, & congruum est, quòd priventur Jurepatronatus, & quòd ipsis exprobetur, quod olim Beatus Apostolus Petrus ait Simoni -- *Pecunia tua tecum sit in perditionem; quia existimasti donum Dei pecunia possideri* -- relat. *in Can. Salvator 1. quæst. 3.*

Quoad hujusmodi Conclusiones sequentes examinantur Casus:

ARGUMENTUM.

Substituta à Fundatore in Jurepatronatus Gentilitio Causa Pia; si ultimus de familia ejus vita durante donet alicui Juspatronatus, & fiat concordia inter Donatarium, & Causam Piam substitutam, per quam cedatur ab hac eidem Donatario, ejusque descendentibus ad tertiam generationem Juspatronatus, & è contra relaxetur à Donatario favore Causæ Piæ certa summa pecuniarum, An hujusmodi concordia sit approbanda, vel potiùs improbanda tamquam simoniaca?

SUMMARIUM.

1 *An, & cur fieri possit concordia super vasis sacris, & jure sepulturæ absque labe simoniæ, pretio interveniente,* & num. 7. & 8.

2 *Concordia, aut transactio inita super universitate bonorum, cui sit annexum juspatronatus, pretio interveniente, est valida.*

3 *Concordia, aut transactio inita super honoribus, & præeminentiis Patrono debitis, mediante pecunia, sustinetur.*

4 *Sustinetur etiam concordia, & transactio super forma præsentandi alternis vicibus, aut per quam permutetur unum juspatronatus cum altero.*

5 *Concordia, vel transactio inita inter hæredem, & donatarium ultimi de familia, & Monasterium substitutum super ipsomet jurepatronatus, aut super jure præsentandi cum interventu pecuniæ tanquam simoniaca non sustinetur, nec est confirmanda,* & num. 6.

9 *Ad hoc, ut Monasterium transigere possit; & concordiam inire super universitate bonorum, cui sit annexum juspatronatus, aut super honoribus Patrono debitis, aut super ipsomet jurepatronatus illud permutando cum alio jurepatronatus requiritur tum consensus Regularium, tum beneplacitum Apostolicum.* Limita, ut n. 10.

CASUS

CASUS I.

Reſervato Jurepatronatus à quodam Fundatore pro ejus Familia, & huic ſubſtituto Monaſterio A. Ultimus de familia ejus vita durante donavit Titio Juſpatronatus. Iſte autem devenit ad concordiam cum præfato Monaſterio, per quam hoc ſe obligavit cedere, & renunciare Titio, ejuſque deſcendentibus uſque ad tertiam generationem Juſpatronatus, itaut ea extincta illud rediret ad Monaſterium, & è contra Titius ſe obligavit relaxare eidem Monaſterio certam ſummam pecuniarum. Queritur an huiuſmodi concordia inita inter Monaſterium præfatum, & Titium Donatarium ſuper Jurepatronatus ſit confirmanda, vel potius improbanda!

1 Primo aſpectu reſpondendum videtur *affirmativè*. Valet enim concordia ſuper rebus Sacris, per quam ipſæ cedantur, & renuncientur mediante pretio, ut patet in Vaſis Sacris, quæ licèt Spiritualibus annexa vendi poſſunt abſque Crimine Simoniæ, ad *Text. in cap. ea enim* 10. *quæſt.* 2., *& in cap. aurum* 11. *quæſt.* 2. *Fagnan. in cap. cum pridem de pact. nu.*68., & in jure ſepulturæ, quòd etſi Spiritualibus annexum cedi, & vendi poteſt abſque Simonia *Valeron. de tranſact. tit.* 3. *quæſt.*6. Ergo etiam valida erit concordia, per quam Monaſterium ſubſtitutum in Jurepatronatus in defectum eorum de familia cedat, & renunciet Donatario ultimi de familia Juſpatronatus, aut jus præſentandi pretio interveniente.

2 Sed veritas eſt in contrarium, pro cujus aſſecutione præmittendum eſt, quòd concordia, aut tranſactio multipliciter fieri, & concipi poteſt inter Partes, videlicet ſuper Univerſitate rerum, & jurium, cui ſit annexum juſpatronatus; ſuper fructibus juriſpatronatus, & expreſsè ſuper ipſomet jurepatronatus. Si concordia fiat inter Partes ſuper Univerſitate temporali rerum, & jurium, ex. gr. ſi Monaſterium ſubſtitutum in defectum eorum de familia cedat, & renunciet hæredi, aut Donatario ultimi de familia hæreditatem, cui ſit annexum Juſpatronatus, & è contra Donatarius ultimi de familia det, & cedat pro dicta hæreditate certam, & æquivalentem ſummam pecuniarum Monaſterio, hujuſmodi concordia, & tranſactio valet, & ſuſtinetur, & confirmari poteſt à Sede Apoſtolica, quia Juſpatronatus titulo venditionis univerſitatis bonorum transferri, & alienari poteſt ad *Text. in cap. ex literis*, *& cap. cùm ſæculum de jurepat.*, de quo infra *Can. XIV.*, *& Can. XV.*

3 Si concordia, aut tranſactio fiat inter hæredem, vel Donatarium ultimi de familia, & Monaſterium ſubſtitutum in jurepatronatus ſuper fructibus ejuſdem juriſpatronatus, videlicet ſuper honoribus, & præeminentiis Patrono debitis, itaut Monaſterium ſe obliget dare præfato hæredi, aut Donatario omnes honores, & præeminentias Patrono competentes, & è contra idem hæres ultimi de familia ſe obliget dare Monaſterio pro his omnibus certam ſummam pecuniarum; Hujuſmodi concordia, & tranſactio eſt valida, & confirmanda venit à Sede Apoſtolica, quia cùm honores, & præeminentiæ ſint merè temporales, vendi poſſunt abſque labe Simoniæ, *Barboſ. in cap. abolendæ de ſepultur. num. 6. Olea de ceſſ. jur. quæſt.* 8. *num.*23.,*& ſeq. Valeron. de tranſact. tit.*3. *quæſt.*6. *num.*43., *& ſeqq.*

4 Si orta lite inter plures Compatronos ſuper forma preſentandi fiat concordia, & tranſactio inter ipſos alternis vicibus præſentandi, hæc concordia ſuſtinetur, utpote tendens in utilitatem Eccleſiæ, quæ ſic facilius providetur de Rectore, ad *Text. in Clement. plures de jurepat.*, de quo infra *Part. IV. Can. II.* ſicuti ſi fiat concordia, tranſactio, aut compoſitio inter Laicum, & Monaſterium, per quam Monaſterium cedat Laico Juſpatronatus Eccleſiæ, ad quod fuit ſubſtitutum, & è contra Laicus cedat Monaſterio aliud juſpatronatus, quòd habet reſpectu alterius Eccleſiæ, iſta compoſitio, & concordia ſi aliàs non tendat in præjudicium Eccleſiæ ſuſtinetur, quia non eſt Simoniaca ad *Text. in Canone nemini* 16. *quæſt.* 7. *Anan. in cap. prætereà de tranſact. num.* 2., *ibique Butr. num.*4. *Gonzal. num.*6., *&* 7. *Imol. num.*2., *& in cap. ſuper eo eodem tit. num.* 5. *Bellamer. in cap. ſtatuimus de tranſact. num.* 1., *& ſeqq.*

5 Si vero fiat concordia, aut tranſactio inter hæredem, aut Donatarium ultimi de familia, & Monaſterium ſubſtitutum ſuper ipſomet Jurepatronatus, aut ſuper

jure præsentandi cum interventu pecuniæ hujusmodi concordia tanquam Simoniaca non sustinetur, nec est confirmanda juxta *Text. expressum in cap. Præterea il primo de transact.* ibi -- *Præterea quando inter Laicos, & Viros Religiosos de præsentatione alicujus Ecclesiæ quæstione suborta transigitur inter eos; Ita quod præsentationem Laicus obtineat; Religiosi verò novam, vel majorem percipiant portionem, in qua priùs nullam, vel minorem habere consueverunt, an hujusmodi transactio teneat, quæsiviſti; Cùm igitur ipsa pactio Simoniaca meritò videatur, de jure non tenet, nec ex ea Religiosi ullum commodum debent invenire* ibique *Abb. num. 1. Anan. num. 1. Butr. num. 1., & seqq. Imol. num. 1., & seqq. Bellamer. Barbos. num. 1. Gonzal. num. 3. Ciarlin. controvers. 107. num. 83.*

6 His præmissis in casu præsenti concordia, quam inierunt inter se hæres, aut Donatarius ultimi de familia, & præfatum Monasterium substitutum in Jurepatronatus in defectum eorum de familia non fuit super aliqua Universitate bonorum, cui esset annexum Juspatronatus, nec super honoribus Patrono competentibus, nec super forma præsentandi alternis vicibus, nec super permutatione unius Patronatus cum alio; Sed concordia fuit per eos expresè inita super jurepatronatus, aut super jure præsentandi cum interventu pecuniæ, per quam Monasterium cessit, & renunciavit hæredi, aut Donatario ultimi de familia juspatronatus, ad quod fuit substitutum in defectum omnium de familia, & hæres cessit Monasterio certam summam pecuniarum, adeòque tamquam Simoniaca sustineri non potest, nec est confirmanda à Sede Apostolica, juxta supradictum *Textum in cap. præterea*, & alias auctoritates superius adductas, quibus addo *Rocch. de Curt. de jurepat. verb. jus quæst. 1. Lambertin. eodem tract. lib. 3. quæst. 9. art. 6. per tot. Vivian. eodem tract. par. 2. lib. 9. cap. 3. num. 6. in fine Fagnan. in cap. cum pridem de pact. Palm. Nep. alleg. 159. num. 49. Valeron. de transact. tit. 3. quæst. 6. nu. 40. Urceol. eodem tract. cap. 27. num. 2. & seq.* & ita resolutum fuit à Sacra Congregatione Concilii *in Neapolitana Beneplaciti 4. Martii, & 6. Maji 1690., & in Romana 27. Januarii 1691.*, & novissimè me Studente apud R. P. D. meum Petra *in Aretina concordiæ 16. Januarii 1712.* ubi substitutis à Fundatore Ecclesiæ S. Joannis Baptistæ Loci Buccini Aretinæ Diœcesis in Jurepatronatus Patribus Servitis Conventus Sanctissimæ Annuntiatæ Civitatis Florentiæ in defectum eorum de Familia de Comitibus, Sanctus de Satis Donatarius ultimi de dicta Familia devenit ad concordiam cum prædictis Patribus sub reservatione Beneplaciti Apostolici. Quòd nempe jidem Patres cedant, ac renuncient eidem Sancto, ejusque descendentibus usque ad tertiam generationem dictum Juspatronatus, & post eam finitam illud redeat ad ipsos Patres. Et è contra idem Sanctus teneatur relaxare favore primodictæ Ecclesiæ Sancti Joannis Baptistæ summam scutorum 300. quo stante proposito dubio -- *An, & quomodo concordia sit confirmanda* -- responsum fuit -- *Negativè* --

7 Non obstat paritas in contrarium desumpta à Vasis Sacris; Quoniam Vasa licèt Sacra tamen continent materiam merè temporalem, ratione cujus vendi possunt absque labe Simoniæ dummodò ratione consecrationis majus pretium non recipiatur: cùm hac tamen distinctione, quòd si vendantur ad usus prophanos sunt prius confringenda, si vero vendantur Ecclesiæ ad usus Sacros, vendi possunt integra, hæc materia temporalis considerari non potest in jurepatronatus, & ideo non mirum, si Vasa Sacra vendi possunt, & non juspatronatus absque labe Simoniæ, *Barbos. in cap. præterea de transact. num. 2.*

8 Minusque adversatur alia paritas desumpta à jure sepulturæ; Etenim jus sepulturæ considerari potest secundum se, & ratione loci honorifici, ubi fiat sepultura; Si consideretur secundum se, falsum est, quòd vendi possit absque Simonia; Si verò consideretur ratione loci honorifici vendi potest absque Simonia, quia locus honorificus est quid temporale, & pretio æstimabile *Barbos. ubi supra num. 2. Turricell. de reb. Eccles. non alienan. cap. 8. num. 18. Gratian. discept. 110. num. 10., & seq., & discept. 210. num 1. & seq.*

9 Patet igitur ex supradictis, quod Monasterium, licèt non possit transigere, nec con-

concordiam inire expresse super jurepatronatus, aut super jure præsentandi cum interventu pecuniæ, potest tamen transactionem, aut concordiam inire super Universitate Bonorum, cui sit annexum jurspatronatus, aut super honoribus, & præeminentiis Patrono debitis, interveniente pecunia, aut super ipsomet jurepatronatus illud permutando cùm alio jurepatronatus. Sed ad hoc ut hujusmodi concordia, & transactio super his omnibus sustineatur præter Causam necessitatis, vel utilitatis, requiritur consensus Superioris, ac omnium, vel saltèm majoris partis Regularium Monasterii, non quidem pro solemnitate, sed pro interesse ejusdem Monasterii, *Card. de Luca de alienat. discurs. 1. num. 4. Turricell. de rebus Eccles. non alienan. cap. 5. num. 7.* Ac etiam requiritur Beneplacitum Apostolicum, itaut si Monasterium à Fundatore substitutum in universitate bonorum, cui sit annexum jurspatronatus, aut in ipsomet jurepatronatus in defectum eorum de familia cederet, renunciaret, aut dimitteret dictam Universitatem, aut honores, & præeminentias Patrono debitas Donatario ultimi de familia, interveniente pretio, vel permutaret jurspatronatus, ad quod fuit substitutum cum alio jurepatronatus, quod ipse Donatarius habet in alia Ecclesia absque Beneplacito Apostolico huiusmodi concordia, & transactio non sustineretur, quia Ecclesia, vel Monasterium, non potest alienare, nec remittere jura propria certa absque Beneplacito Apostolico, juxta *Extravagant. Ambitiosæ de reb. Eccles. non alienan. Cephal. cons. 133. num. 78. Altograd. cons. 27. num. 29. lib. 1. Gratian. discept. Eccles. 674. num. 6., & seqq. Card. de Luc. de alienat. disc. 1. num. 18. Urceol. de transact. cap. 23. num. 4., & 5. Andreol. controvers. 372. num. 1., & seq. Turricell. de reb. Eccles. non alienan. cap. 8. num. 13., & n. 19. cum seqq.*

Nisi Fundator substituendo Monasterium in jurepatronatus in defectum eorum de familia, dedisset ei facultatem illud alienandi absque hujusmodi Beneplacito, *Card. de Luca de alienat. dicto discurs. 1. num. 128.*

ARGUMENTUM.

Simonia an committatur, si quis nominetur ad Canonicatum erigendum, cum pacto, ut futurus Canonicus teneatur reficere expensas, quæ erogantur in lite agitata pro dicti Canonicatus erectione?

SUMMARIUM.

1 *Pactum, ut nominatus ad Canonicatum erigendum teneatur reficere expensas, quæ erogantur in lite agitata pro dicti Canonicatus erectione, an sit simoniacum?*
2 *Quæ pacta apponi possunt in præsentatione absque simonia?*
3 *Conditiones, quæ de jure insunt non inducunt simoniam.*
4 *Pœna, præsertim privationis, excusatur per quamcumque ignorantium probabilem.*

CASUS II.

IN defectum propriæ lineæ ordinavit Titius in ejus ultimis tabulis erectionem Canonicatus in Ecclesia Cathedrali, reservato Jurepatronatus favore Capituli; Cùmque purificata jam dicta substitutione ejus hæres renueret dictam erectionem facere, fuit à Capitulo judicialiter conventus coram A.C., dictoque judicio pendente Capitulum nominavit ad Canonicatum ut supra erigendum, Cajum, sub ea lege, & pacto approbato ab Episcopo, quòd nominatus teneatur reficere expensas Ecclesiæ pro lite agitata pro recuperatione nonnullorum bonorum Canonicatus, aliàs non intelligatur nominatus. Lite postmodum superata, sequutaque Canonicatus erectione, Cajus vigore præfatæ nominationis non solùm fuit institutus, sed etiam ad titulum ejusdem Canonicatus promotus.

Quo casu quæritur primò -- *An tam Canonici, quàm Cajus indigeant absolutione in utroque foro, & quatenus affirmativè?*

Secundò: *An Cajus sit privandus Canonicatu &c.?*

1 Ad utrumque *negativè* respondendum censeo, quoniam expensæ litis fieri non debebant à Capitulo, cujus jus præsentandi non erat in controversia, sed ex bonis, seu fructibus ipsius Canonicatus noviter

viter erigendi; Unde cùm pactum, ut Cajus reficeret expensas litis agitatę pro erectione Canonicatus à Capitulo non-sit pactum faciens necessarium, quod erat voluntarium, sed sit pactum propalans debitum necessarium ejusdem Caji super Canonicatu erigendo, per regul. *Text. in cap. ut præteritæ 45. de election.* quam opinionem tenuit etiam Sacra Congregatio Concilii *in Meliten. expensarum 3. Martii 1686.* sequitur, quòd pactum supradictum non sit simoniacum, & consequenter Canonici, & Cajus non indigent absolutione, nec Cajus privari debet Canonicatu.

2 Sicuti pacta, quibus quis præsentatur à Patrono, ut teneatur jura Beneficii tueri, & scripturas recuperare, aut teneatur alere ipsum Patronum, & ei dare alimenta in casu inopiæ, aut aliquid contribuere pro reparatione Ecclesiæ Patronalis, vel in hujus utilitatem non sunt simoniaca. Ratio est, quia Canonicus, aut Beneficiatus renetur de jure communi defen-

3 dere jura Canonicatus, & Beneficii, alere Patronum egenum, reparare Ecclesiam, ut dixi *Par. I. Can. IV. Cas. X. num. 1.*, & conditiones, quæ de jure insunt, non inducunt simoniam, juxta *glos. in cap. significasti de elect. verb. Conditione*, *ibique Anan. num. 1. Abb. num. 6. Butr. num. 5. Fagnan. in cap. tua nos de simonia num. 16. Rota decis. 137. num. 1. post Consil. Criminal. Farinac. tom. 1.* Eò magis, quia supradictum-pactum fuit approbatum ab Episcopo, ideoque potuerunt Partes per bonam fidem in Episcopo evitare omnem culpam, & pœnam, & si per ignorantiam simoniacè contraxissent, cùm regula sit evitari omnem culpam, & pœnam ex actu ignoranter peracto, quatenus ignorantia sit probabilis ex justa causa, præsertim-sub fide alicujus viri docti, ut notat *Panormitan. in cap. Apostolicæ num. 2. de Cleric. excommunicat.*, *ibique Gonzal. nu. 5.*, *& juxta Text. in cap. ut anima num. 2. de constit. in 6.*

4 Et prodest regula, quòd omnis pœna, præsertim privationis, excusatur per quamcumque ignorantiam probabilem, ubi abest dolus, ut *in l. 42. ff. de pœnis*, *cap. in pœnis de regul. jur. in 6. Rot. decis. 473. coram Puteo*, *& decis. 110. num. 21. coram-Otthobono*.

Et ita fuit resolutum à Sacra Congregatione Concilii in una *Civitatis Plebis prætensæ Simoniæ 7. Julii 1696.*, quam resolutionem post hæc scripta inveni relatam à *Bertacchin. vot. decisiv. 114. n. 5.*

ARGUMENTUM.

Simoniam committit, qui convenit cum-Patrono, se acturum dotem Beneficii, dummodo ad illud præsentetur, secus autem si solùm supplicet pro præsentatione sui ipsius.

SUMMARIUM.

1 *In augumento dotis, seu in redotatione Beneficii potest deduci in pactum juspatronatus activum absque simonia, secus juspatronatus passivum favore redotantis, & quare?* Vide num. 4.

2 *Dum præsentatur quis ad Beneficium potest augere dotem illius absque simonia; sed* intellige, ut num. 5.

3 *Augens dotem Beneficii cum pacto, & conditione, ut ad illud præsentetur, committit simoniam.*

6 *Augens dotem Beneficii potest rogare Patronum, ut eum præsentet absque labe simoniæ, si sit dignus, secus si sit indignus?* & num. 7.

CASUS III.

VAcante Beneficio de Jurepatronatus, cùm ejus fructus essent valde diminuti; Titius convenit cum Patrono se acturum dotem mediante assignatione cujusdam vineæ, dummodo ad illud præsentetur, in cujus conventionis, seu pacti executionem de facto idem Titius auxit dotem Beneficii, & correspectivè præsentatus fuit à Patrono. Quæritur an hujusmodi conventio, aut præsentatio sit simoniaca?

1 Respondendum videtur *negativè*; potest enim quis augere dotem, seu redotare Beneficium cum pacto, & conventione acquirendi Juspatronatus activum absque labe simoniæ, juxta *Can. III.* de quo *Par. I.* dummodo concurrant requisita, de quibus ibi *Cas. X. num. 3. & seqq.* Ita etiam-poterit quis augere dotem, & redotare-Beneficium cum pacto, & conventione-acquirendi Juspatronatus passivum favore sui, seu jus, ut præsentetur à Patrono ad illud, nec hujusmodi pactum, seu conventio

ventro erit ſimoniaca . Non minùs namque eſt quid ſpirituale , aut ſpirituali annexum Juſpatronatus activum , quàm ſit paſſivum ; Si igitur ex redotatione Beneficii acquiri poteſt Juſpatronatus activum , & hoc in eadem redotatione deduci in pactum , & conventionem abſque ſimonia ; Poterit etiam ex eadem redotatione acquiri Juſpatronatus paſſivum , & in ipſa deduci in pactum , & conventionem, abſque eo , quod conventio hæc ſit ſimoniaca. Ratio eſt , quia poteſt quis
2 tempore receptionis ſpiritualium, & dum præſentetur ad Beneficium dare aliquid temporale, & augere dotem illius abſque ſimonia, *Abb. in cap. tua nos de ſimon. n.4.* , *Gonzal. num.2.*

3 At hoc non obſtante cenſeo augere dotem, ſeu redotare Beneficium,ſive Eccleſiam cum pacto , & conditione , ut redotans ad illud præſentetur ſi non interveniat Beneplacitum Apoſtolicum, etiam ſi adſit conſenſus Epiſcopi , eſſe ſimoniacum, dum habemus *Textum literalem in cap. tua nos de ſimon.* per quem canonizatur pro ſimoniaca conventio illa,qua traduntur bona alicui Eccleſiæ , aut Beneficium , ut poſtmodum tradens illud obtineat, & ad illud præſentetur , aut admittatur ibi -- *Tua nos duxit diſcretio conſulendos &c. diſcretioni tuæ taliter reſpondemus , quòd ſi quis Clericus cum conditione , vel pacto largiatur, aut offerat bona ſua, ut illa poſtmodum pro præbenda retineat, & in Canonicum admittatur , hujuſmodi oblatio , vel receptio fieri non poterit ſinè vitio ſimoniæ, cùm in talibus omnis pactio , aut conventio ceſſare debet , juxta Canonicas ſanctiones* -- ibique *Abbas nu.1. Fagnan.nu.3. cum plurib. ſeqq. Barboſ. num.1.*, & ita fuit reſolutum à Sacra Congregatione Concilii *in Alexandrina augumenti dotis Canonicatus 12. Aprilis 1687.*

4 Non obſtat , quòd ex augumento dotis , ſeu ex redotatione Beneficii , concurrentibus debitis requiſitis , acquiri poſſit Juſparronatus activum , & hoc deduci in pactum, & conventionem in ipſa redotatione abſque ſimonia ; quia acquirere Juſpatronatus ex redotatione,eſt diſpoſitio juris communis , & eſt conditio , quæ de jure inſit , niſi expreſsè , vel tacitè remittatur, juxta *Can. III.* , de quo *Par.I.* , at acquirere Juſpatronatus paſſivum ex augmento dotis , aut redotationis Beneficii favore redotantis non eſt diſpoſitio juris,immo hęc reprobatur à jure, ut *in d. cap. tua nos* ; Unde non mirum , ſi deducere in pactum , & conventionem in redotatione Beneficii Juriſpatronatus activum non ſit ſimoniacum , ſecus deducere in pactum Juſpatronatus paſſivum favore redotantis , cùm deducere in pactum diſpoſitionem juris communis , & ea, quæ de jure inſunt,non inducat ſimoniam , juxta auctoritates ſuperiùs relatas *Caſ.II. num.2. & ſeq.*

5 Nec adverſatur , quòd quis dum præſentatur , poſſit augere dotem Beneficii , eique conferre bona propria abſque ſimonia ; Hoc enim eſt verum ſaltèm quoad ſimoniam conventionalem , aut realem , quidquid ſit de mentali , ſi augeat dotem Beneficii, & det illa bona purè, & ſimpliciter ſinè pacto , ſecus ſi det illa cum pacto, & conditione, ut præſentetur. *Abb. in cap. tua nos de ſimon. num. 1. & 4.* , *ibique Gonzal. num. 2.* quia licèt augere dotem Beneficii , aut Eccleſiæ ſit valde bonum, & honeſtum , ac laudabile ſecundùm ſe, tamen ſi deducatur ad pactum, & conventionem , eſt inhoneſtum , & ſimoniacum, juxta *Mohedan. deciſ.1. num.7. de ſimon.* , *Tondut. quæſt. Benefic. par. 3. cap. 160. n.5. tom.2.*

6 Poteſt tamen abſque labe ſimoniæ ille, qui vult augere dotem Beneficii de Jurepatronatus rogare Patronum , ut eum præſentet , dummodo ſit dignus, & ſi præſentatio ſequatur, non eſt ſimoniaca. Ratio eſt , quia humiles preces emiſſæ à digno pro Beneficio ſpirituali conſequendo non inducunt ſimoniam, ita *Abb. in d.cap. tua nos num. 1.*, *ibique Anan. num.3.*, *Butr. num. 4.* , *Fagnan. num. 31.* ſecus autem ſi
7 ſit indignus , & hujuſmodi preces porrigeret, aut preces eſſent importunæ , abſque dubio ſimoniam committeret , dum non gratis accipitur munus, quod petenti donatur, juxta *gloſſ. in cap.Et ſi quæſtiones verb. non petenti de ſimon. Abb. in cap. per inquiſitionem de elect. num. 5. gloſſ. in cap. tuam de ætat. & qualitat.* , *ibique Abb. num.3.* quam citat *Fagnan. ubi ſupra n.32.* addens hanc diſtinctionem procedere quoad Canonicatus , & alia Beneficia ſimplicia , ſecus quoad majora Beneficia , ſcilicet Prælaturas , & Epiſcopatus , in quibus

quibus se nemo ingerere debet, juxta *Text. in cap. qualiter de elect. cap. iam dudum de præben.*

ARGUMENTUM.

Præsentatio facta à Patrono cum pacto, ut Beneficiatus de fructibus Beneficii ei solvat certam pensionem, an sit simoniaca?

SUMMARIUM.

1 *Patronus ali, & sustentari debet de fructibus Beneficii.*

2 *Patronus si in actu præsentationis deducat in pactum pensionem modici valoris, an committat simoniam*, & num. 11.

3 *Sacerdos recipiens pecuniam, ut celebret Divina, Episcopus remittens Jura Episcopalia pro annua pensione, Abbreviatores, & Plumbatores exigentes pecuniam pro confirmatione Episcoporum, an committant Simoniam?* & num. 12.

4 *Patronus in casu inopiæ, aut quando pensio est apposita in limine fundationis, potest eam in pactum deducere absque simonia, & quare!* Vide ibi, & intellige ut ibi.

5 *Patronus non inops in actu præsentationis potest deducere in pactum pensionem sub expressa reservatione Beneplaciti Apostolici absque simonia.*

6 *Præsentatio est Simoniaca, si Patronus non inops in actu præsentationis deducat in pactum pensionem purè, & simpliciter*, & num. 9.

7 *Non potest quis reddere Ecclesiam censualem ad effectum, ut ipse, vel ejus filii, aut nepotes præsententur à Patrono.*

8 *Consuetudines, aut Statuta extra fundamentalia exigendi aliquid à Patrono in actu præsentationis sunt reprobata.*

10 *Præsentatio facta cum pacto, ut Præsentatus teneatur docere grammaticam, aut curare Infirmos est Simoniaca.*

CASVS IV.

PRæsentavit quidam Patronus Dives ad Beneficium A. Titium, pacto tamen, & conditione expressa, ut ipse Titius, postquam institutus fuerit, ei solvat certam pensionem de fructibus ejusdem Beneficii, queritur an hujusmodi præsentatio sit Simoniaca!

1 Rescribendum videtur præsentationem hanc non esse simoniacam. Valet enim Patronus ali, & sustentari de fructibus Beneficii vigore dispositionis *Text. in Can. quicumque 16. quæst. 7.* de quo *Part. I. Can. III.* Unde Patronus si in actu præsentationis Titii ad Beneficium de suo jurepatronatus apposuit pactum, & conditionem, ut Titius de fructibus Beneficii ei solveret certam pensionem, non proinde dici potest præsentatio hæc simoniaca, quia ipse Patronus deduxit in pactum, & conditionem id, quòd sibi de jure debetur, & onus illud, ad quod Beneficium de jurepatronatus tenetur, juxta auctoritates superiùs relatas *Cas. II. n. 2., & seq.*

2 Quòd multo magìs procederet, si pensio in pactum deducta esset modici valoris e. g. esset quatuor, vel quinque obulorum, aut unius candelæ; Hoc enim casu non præsumeretur Patronus se movere ad præsentandum pro dicta parva pensione tanquam pretio præsentationis, sed potius illam exigere in recognitionem juris patronatus, dum non est verisimile, quòd propter hujsmodi, modicam pensionem Patronus moveatur ad aliquod iniquum faciendum, ad *Text. in cap. etsi quæstiones de Simon.*, *ibique gloss. verb. modici pretii Gonzal. in cap. 1. de Simon. nu. 8. Fagnan. in cap. tua nos de Simon. num. 39. Lambertin. de jurepat. lib. 1. par. 2. qu. 4. art. 3. n. 3. in fin.*

3 Et probatur paritate; Sacerdos potest recipere pecuniam, ut celebret Divina, Episcopus potest remittere jura Episcopalia pro annua pensione absque simonia, juxta *Text. in cap. Constitutus ibique gloss. de Relig. Domib.*; Abbreviatores, & Plumbatores hìc in Curia ingentem pecuniarum summam exigunt pro confirmatione Episcoporum absque labe simoniæ; Ita etiam Patronus pro præsentatione poterit exigere à præsentato annuam pensionem absque simonia.

Hæc omnia suadere videntur præsentationem Patroni factam cum pacto, & conditione, ut præsentatus solvat ei certam pensionem non esse simoniacam, sed pro clara resolutione hujus quæstionis tres distinguo casus.

4 Primus est, quando Patronus est inops, vel quando pensio fuit reservata de consensu Ordinarii in limine fundationis Beneficii;

neficii; In hoc caſu ſi Patronus in actu præſentationis apponit pactum, & conditionem, ut ſibi ſolvatur à Beneficiato certa penſio de fructibus Beneficii; Præſentatio non dicitur ſimoniaca, quia hoc caſu Patronus deducit in pactum id, quod de Jure ſibi debetur, dum Beneficiatus in caſu, quo penſio ſit reſervata in limine fundationis, aut in caſu, quo Patronus ſit inops, tenetur de Jure illam perſolvere, & eum alere de fructibus Beneficii, dummodo concurrant ea omnia requiſita, de quibus *Part.I. Can.III. Caſ.I. per tot.* juxta auctoritates ſuperiùs relatas *dicto Caſ.II. nu.2.*, *& ſeq.*, quibus addo *Gloſſ. in cap. Ad audientiam il 2.de reſcript. verb. renuncíantes* ibi-- *Poteſt dici, quod non eſt ſimonia, quia ea, quæ præcipiuntur à jure licitè deducuntur in pactum etiam in ſpiritualibus* -- *Gloſs.in cap. Significaſti de elect. verb. conditione* ibi -- *Et præterea conditiones, quæ ipſo jure inſunt benè apponuntur, & exprimuntur ſinè aliquo vitio* -- *Gloſſ. in cap. Significatum de præben., & dignit. verb. Ita quod, Navarr. conſ.38. de Simon. num.1., Rot. deciſ. 702. num.3. coram Dunoz.* ibi -- *Et propterea illa non fuit ſimoniaca, cum ſimonia non committatur; Si detur, aut recipiatur aliquid non per modum pretii, ſed per modum ſuſtentationis proprii miniſterii.*

5 Secundus eſt, quando Patronus non inops præſentat pacto, & conditione, ut præſentatus teneatur ei perſolvere certam penſionem, ſub expreſſa tamen reſervatione beneplaciti Apoſtolici, & quatenus Papa eam approbet, & non aliàs, nec aliter, nec alio modo; Nec enim in hoc caſu præſentatio eſt ſimoniaca, quia vel accedit beneplacitum Apoſtolicum, & purgatur omnis ſimonia. *Rot.deciſ.70. n.13. par.8., & dec.323. n.9. par.16. rec.* Cùm auctoritas Papæ tollat quamcumque ſimoniam non à jure divino, ſed à iure humano inductam, *Fagnan. in cap. ex parte n.13. & ſeqq.de offic. deleg. Caſſador. dec.2. per tot. de ſimon.* dummodo accedat modo Canonico non obreptitio, aut ſubreptitio. Vel non accedit, & præſentatio habetur pro non facta, & conſequenter non intrat ſimonia, juxta *Gloſ. in cap. Cùm pridem de pactis verb. illicitæ pactionis*, ibique *Fagnan. n.19. & ſeqq. Caſſador.dec.2. num.4. de ſimon, & dec.3. n.2. de renunciat. Card. de Luc. diſc.48. nu.2., & diſc.64. n.27.de jurepatron. Bellett. diſquiſit. Cleric. par.2. §. 36. num. 21. R. P. D. Petra in Comment. ad Conſtit. Apoſtolic. Eugenii IV. 7. n.19. tom4. pag. mihi 530. Rot. deciſ. 118. n.13., & deciſ.151. n. 32. poſt Vivian. de jurepat, & dec.702.nu.11. coram Dunoz., & deciſ.2131.n.6. coram Coccin. & 1508. n.4. coram eodem, & in Leodien. Canonicatus 10. Junii 1709. §. Neque pro ſuſtinenda, & §. Secus tamen coram R.P.D. Aldrovando.*

6 Tertius caſus eſt, quando Patronus non inops præſentat aliquem ad Beneficium ſub pacto, & conditione, quod præſentatus ſolvat ei certam penſionem de fructibus Beneficii purè, & ſimpliciter abſque reſervatione beneplaciti Apoſtolici, aut quando aliquis promittit ſolvere penſionem Patrono, ſi ab ipſo præſentetur, & in hoc caſu præſentatio eſt ſimoniaca, & à jure improbata, cùm Patronus in actu præſentationis non poſſit quidquam exigere ab Eccleſia patronata, niſi id fuerit ei reſervatum de conſenſu Ordinarii in limine fundatiouis, juxta *Text.in cap.præterea*, de quo dicam infra *Can.XXVII. & in cap.gravis de cenſib. Lambertin. de jurepat. lib. 2. par.1. qu.9. art.11. n.1. & ſeqq. & lib.2. par.1. qu.5. art.6. Rot. in Neapolitana, ſeu Salernitana juriſpatronatus 23. Junii 1704. §. Demum coram Omanna*; Nec aliquis po-

7 teſt reddere Eccleſiam cenſualem ad effectum, vt ipſe, vel ejus filii, aut nepotes præſententur à Patrono ad illam abſque labe ſimoniæ, ut eſt *Text.expreſ.in cap.cùm Clerici de Cenſibus* ibi-- *Cùm Clerici &c. Ad hoc quia Clerici quidam cum Religioſis, colluſione facta citra auctoritatem diœceſani Epiſcopi, Eccleſias, quas tenent, eis conſtituunt cenſuales, ut poſt deceſſum eorum eadem Eccleſia per repræſentationem eorumdem Religioſorum ad filios, vel nepotes Clericorum ipſorum poſſint transferre; Præcipimus, ut ſi qui inventi fuerint facere talia, eos à præſcriptis Eccleſiis non differatis, appellatione poſtpoſita, removere* -- ibique *Abb.n.1. Anan.n.1.Rodoan. de Simon. par.3. cap. 15. num.15.*

8 Et quidem Patronus in actu præſentationis, non poteſt aliquid petere, & exigere in propriam utilitatem, & commodum à præſentato, etiamſi adeſſet conſuetudo, aut Statutum aliquod extra fun-

damentale quidquam exigendi in actu præsentationis, quia hujusmodi consuetudinem, & Statuta tanquam prava, & illicita sunt reprobata tum per Concilium Tridentinum *sess.24.de reform.c.14.*, tum etiam per Constitutionem S. Pii V. *la* 104. incipien. *Durum nimis*, de qua *Bullar. nov. tom. 2., Bellett. disquisit. Cleric. par.2. §.36. n.23. & seq.*

9 His tribus casibus distinctis, nos hìc versamur in tertio casu, dum Patronus præfatus non est inops, & præsentavit Titium pacto, & conditione, ut ei solveret certam pensionem purè,& simpliciter, absque reservatione beneplaciti Apostolici, ac proinde ejus præsentatio erit simoniaca, sicuti esset simoniaca, si præsentasset eumdem Titium eo pacto, ut ipse loco pensionis teneretur docere grammaticam ejus filios, aut nepotes, aut alios, vel curare infirmos, cùm sic Patronus pro spirituali exigeret temporale. *Gonzal. in cap. Insinuatum de simon. n.8.*

10

11 Non obstant, quæ superiùs in contrarium pro ratione dubitandi afferebantur, dum absolutè non subsistit, quòd si pensio in pactum deducta à Patrono in actu præsentationis sit modici valoris, præsentatio non sit simoniaca; Distinguendum est enim, aut pensio in pactum deducta modici valoris, nimirum unius candelæ, aut alterius tenuis summæ debetur Patrono ex lege fundationis; & tunc procedit, quòd præsentatio facta cum tali pacto non sit simoniaca, quia esset deductum in pactum id, quod de jure Patrono debetur. Aut non debetur ex lege fundationis, sed de novo imponitur à Patrono in actu præsentationis, & deducitur in pactum, & tunc etiam si sit modici valoris, adhuc præsentatio facta cum tali pacto est simoniaca, dum simonia non solùm committitur in magnis, sed etiam in parvis, ubicumque apparet de intentione, & de præcedenti pacto,ac conventione,juxta *Text. in cap. Judices II. quæst.* 1., ubi patet quinque obulos simoniam inducere, *& in cap. ex tuæ de simon.*, ubi de sex solidis *Gonzal. in cap.1. de simon. n.8. Lotter. de re benef. lib.3. q.29. n.98. & seq.*

12 Paritas autem superiùs deducta non officit, quia Sacerdos recipit pecuniam, ut celebret Divina non in pretium Divinorum, sed in recompensationem laboris, itaut videtur potiùs operas suas locare, juxta *glos. in cap. significatum de præben. & dignit. verb. Ita quod*. Episcopus potest remittere jura Episcopalia pro annua pensione absque simonia, si annuam pensionem non deducat in pactum, & eam non percipiat propter aliquam recompensationem, sed potiùs in signum subjectionis, ut *in d. cap.Constitutus, ibique glos. verb. Recompensationem*. Et Abbreviatores, ac Plumbatores exigunt pecuniam pro stipendio proprii laboris, non pro pretio ipsius confirmationis. Unde paritas hæc potiùs retorquetur.

ARGUMENTUM.

An Jus nominandi ad Beneficium Ecclesiasticum donari possit Sponso in capitulis matrimonialibus absque labe simoniæ?

SUMMARIUM.

1 *Juspatronatus hæreditarium donari potest à Patrono.*

2 *Donatio juris patronatus deducta in pactum matrimonii cum sponso, adeout aliter ipse non contraxisset, est simoniaca, secus si tale pactum non interceßit.*

CASUS V.

CUm celebrarentur quædam sponsalia, sponsus in capitulis matrimonialibus donavit sponsæ cum auctoritate Ordinarii jus nominandi ad Beneficium Ecclesiasticum. Quæritur an hujusmodi donatio sustineatur citra labem simoniæ, & confirmari possit?

1 Videtur *affirmativè* asserendum. Potest enim Patronus de consensu Ordinarii donare Juspatronatus hæreditarium, ut dicam infra *Can. XVI. XVII. XVIII. XIX. & XX.* Unde non est cur hujusmodi donatio facta à sponso sponsæ confirmari, & sustineri non possit absque simonia.

2 Respondeo tamen in hoc casu cum distinctione: Aut donatio Juris patronatus deducta fuit in pactum matrimonii cum sponso, adeout aliter ipse non contraxisset: vel non? Si tale pactum intercessit; simonia realiter commissa est, nec licet dispensare sinè ulla causa, ut fuit resolutum in Sacra Congregatione Concilii *in Neapolitana sub diebus* 4. *Martii*, *& 6. Maji*

Maji 1690., *& in decisionibus Comen. coram Manuel sub die* 3. *Junii* 1689., *& sub die* 5. *Junii* 1690. *coram Benincasa*; Nullatenus obstante, quòd donatio fuerit confirmata, & approbata ab Ordinario, quia non est in facultate Ordinarii approbare conventiones, & pacta illicita in Beneficialibus inter Partes inita, *Rota in Leodien. Canonicatus* 10. *Junii* 1709. §. *Neque coram R.P.D. Aldrovando*. Si verò tale pactum non interceſſit, ſed occaſionaliter tantùm in contractu nuptiali ſuperaddita fuit liberalis donatio citra pactum, utique talis donatio licita eſt, ut apud *Card. de Luc. de donat. diſc.* 10. *num.* 7. *cum ſequen.*

Sacra autem Congregatio Concilii *in Camerinen. Donationis* 16. *Julii* 1695. ubi propoſitum fuit præinſertum dubium reſpondit -- *Poſſe, ſi Sanctiſſimo placuerit, præfatam donationem confirmari ad cautelam per literas Apoſtolicas in forma Brevis*.

ARGUMENTUM.

Præſentatus ad Beneficium, ſi tempore præſentationis dederit Patrono certa munera, & accuſetur de ſimonia, an dictum Beneficium obtinere poſſit, & in eo inſtitui in concurſu alterius præſentati, qui de ſimonia non ſit accuſatus.

SUMMARIUM.

1 *Non eſt promovendus ad Beneficium ille, qui de aliquo crimine eſt accuſatus*. Et quare num. 4.

2 *Accuſatio de ſimonia non privat aliquem Beneficio jam conſequuto, ſed eum arcet à conſequendo*. Intellige, ut ibi.

3 *Ad probandam ſimoniam admittuntur etiam ſervi, & fœminæ*.

5 *Accuſatio ſimoniæ, aut alterius delicti quotuplex ſit?*

6 *Præſentatus ad Beneficium, & accuſatus de Simonia accuſatione calumnioſa, ea non obſtante poteſt inſtitui in Beneficio ab Epiſcopo in concurſu alterius de Simonia non accuſati*, & num. 11., & 17.

8 *Præſentatus accuſatus de ſimonia, & abſolutus ab Ordinario promoveri poteſt ad Beneficium*. Limita, ut ibi.

9 *Præſentatus accuſatus de ſimonia accuſatione adminiculata, & legitimè probata non ſolùm non eſt promovendus, ſed puniendus*.

10 *Pœna privationis Juriſpatronatus habet locum in hujus venditione, & emptione, non verò in ejus donatione pro re temporali*.

12 *Si accuſator ſimoniæ ſit unus ex præſentatis, oritur gravis ſuſpicio calumniæ*.

13 *Teſtis inimicus non admittitur ad probandum ſimoniam*.

14 *Ad effectum probandi ſimoniam, non ſufficit, quòd Teſtes deponant ſuper ſimplici donatione rei temporalis de tempore præſentationis, ſed requiritur, quòd deponant ſuper mutua cauſalitate inter donationem, & præſentationem*.

15 *Mutua cauſalitas inter donationem rei temporalis, & præſentationem, ex quibus probetur, & præſumatur*? Vide ibi, & num. 16.

CASUS VI.

DUo fuerunt æqualiter præſentati ad Beneficium A. à Patronis, Titius nimirum, & Cajus; Titius autem paulò poſt præſentationem donavit uni ex dictis Patronis, qui eum præſentavit quædam vaſa argentea; Hinc Cajus compræſentatus, ut obtineret Beneficium, exiſtimans hanc donationem fuiſſe factam intuitu præſentationis, eumdem Titium accuſavit coram Ordinario de ſimonia inducens in teſtes duos famulos ipſius Titii à propria domo ab eo ejectos, quibus probare contendit effectivam traditionem ſupradictorum vaſorum paulò poſt præſentationem; Quæritur, an Epiſcopus poſſit conferre, & inſtituere in dicto Beneficio eumdem Titium de ſimonia accuſatum?

1 Reſpondendum videtur negativè; Quoniam juxta Canonicas ſanctiones ad Beneficium non eſt aſſumendus ille, qui de aliquo crimine eſt accuſatus, ad *Text. in cap. tantis Daniel. diſt.* 81., *& in cap. omnipotens de accuſat. ibique gloſſ. verb. denunciantur Abb. num.* 1. *Butr. num.* 5. *Bero. Barboſ. num.* 1. *Gonzal. num.* 4. *& ſeqq. Abb. in cap. cum in cunctis ſub num.* 4. *de elect. Lambertin. de jurepat. lib.* 2. *par.* 1. *quæſt.* 9. *art.* 16. *num.* 3. *Garz. de Benefic. par.* 7. *cap.* 8. *num.* 6. *Bellett. diſquiſit. Cleric. par.* 1. §. 10. *num.* 40. *Rot. deciſ.* 119. *num.* 17.

2 *num.* 17. *apud Comitol.*; Licèt enim accusatio de Simonia non constituat aliquem Reum, & Simoniacum, nec privet Beneficiatum Beneficio, quòd jam possidet, nec eum suspendat ab hujus administratione juxta *Text. in cap. sciscitantibus* 15. *quæst.* 8., *ibique gloss.*, tamen ad instar nebulæ adumbrat splendorem famæ, & opinionis accusati, itaut pendente hujusmodi accusatione non solùm accusatus non potest promoveri ad Beneficia suprema, nimirum ad Dignitates, sed nec etiam ad infima, seu simplicia, & arcetur à Beneficio querendo,& possidendo, donec concludentibus probationibus, & conjecturis dissipet hanc nebulam, & abstergat hanc maculam simoniæ sibi impictam *Gloss. in cap. final. de Testibus Abb. in dicto cap. omnipotens de accusat. num.* 3., *ibique Gonzal. num.* 11. *Fagnan. num.* 2., *& seqq. Gemin. cons.* 12. *num.* 1., *Covarr. var. resol. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 4. *Card. de Luc. de benefic. disc.* 70. *num.* 5., *& disc.* 128. *n.* 3. *Garz. de Benefic. par.* 7. *cap.* 8. *num.* 35. *Rota decis.* 73. *num.* 6. *coram Priol.*

Nec hujusmodi accusatio, qua Cajus accusavit Titium de simonia, dici posse videtur calumniosa, quia cum ex traditione muneris subsecuta post acquisitionem rei Spiritualis oriatur suspicio simoniæ *Lotter. de re benef. lib.* 3. *quæst.* 29. *num.* 47., justa, & rationabili credulitate præsumi debet Cajus motus ad accusandum Titium de Simonia,maximè cum hanc suam accusationem adminiculaverit testimonio duorum famulorum ejusdem Titii, qui asseruerunt illum post ejus præsentationem donasse uni ex præsentantibus vasa argentea: Simonia namque cùm
3 sit difficilis probationis, & grave delictum ad eam probandam admittuntur etiam servi, & fœminæ ad *Text. in cap. tanta de simon. ibi Gonzal. num.* 1., *& in cap. si Dominus de Simon. nu.* 3. *& in cap.* 1. *de accusat. num.* 7. *Rot. decis.* 358. *num.* 1. *par.* 2. *rec. & decis.* 93. *nnm.* 4. *par.* 4. *to.* 2. *recent.*

4 Ratio autem est, quia in eo, qui promoveri debet ad Beneficium, necessaria est vitæ, & morum honestas, & nulla macula debet esse aspersus, atque ejus fama in nullo debet vacillare, juxta *Text. in cap. grave nimis de præben.*, *& in Clement.* 1. *de ætat.*, *& qualit.*, *ibique Vitalin. num.* 55. *Fagnan. in dicto cap. omnipotens de accusat. num.* 35. *in fin.* Titius autem cùm fuerit accusatus à Cajo de simonia, eo quòd post ejus præsentationem donaverit uni ex Patronis quædam vasa argentea, gravata remansit ejus opinio, pendente hac accusatione, adeout hoc interim donec infra terminum sibi ab Episcopo assignatum ab hujusmodi accusatione non se purget, promoveri non potest, nec institui in Beneficio, nè contingat, eum revera esse Simoniacum, & talem per sententiam declarari, & sic indignum ad Beneficia promoveri, *Covarr. var. resol. lib.* 1. *cap.* 16. *num.* 11. *versic. quarto*, *Garz. de Benefic. par.* 7. *cap.* 8. *num.* 1., *& seqq.*

5 Verùm pro resolutione hujus quæstionis tres distinguo species accusationis simoniæ, aut alterius delicti; Alia enim est accusatio simoniæ pura, & simplex, & calumniosa procedens ex pravo animo; Alia est accusatio adminiculata legitimis adminiculis derivans ex zelo Justitiæ; Et alia est accusatio adminiculata simul, & concludenter probata.

6 Præsentatus ad Beneficium à Patrono, & accusatus de simonia accusatione pura, simplici, & calumniosa, & quæ obscuret famam accusati solùm apud personas viles, potest promoveri ad Beneficium, ad quod fuit præsentatus,acin eo ab Episcopo institui non obstante hujusmodi accusatione, quia accusatio calumniosa impedire non valet Episcopum instituere, & conferre Beneficium taliter accusato, aliàs aperiretur via fraudibus, dum esset in libertate cujuscumque arcere præsentatum ab institutione, quod est omnino absurdum, & ita non dicendum ad *Text. in l. nam absurdum ff. de bon. liber. Hostien. in cap. meminimus de accusat. num.* 2. *Fagnan. in cap. omnipotens de accusat. num.* 13., *&* 23., *ibique Gonzal. num.* 10. *Barbos. nu.* 2. *Navar. cons.* 2. *de accusat. Garz. de Benefic. par.* 7. *cap.* 8. *num.* 7., *idem Barbos. de Offic.*, *& Potest. Episcopi par.* 2. *alleg.* 43. *num.* 14. *Card. de Luc. de Benefic. disc.* 70. *num.* 7.

7 Præsentatus verò accusatus de simonia accusatione derivans ex zelo Justitiæ adminiculata legitimis adminiculis e.g. Testibus, & conjecturis legitimis, quæ quidem non convincunt accusatum de simonia,

nia, sed solum apud viros probos, & graves obscurent famam, & opinionem accusati, non potest promoveri pendente hujusmodi accusatione ob auctoritates, & rationem superiùs relatam §. *Respondendum*, & §. *Ratio*, donec, & quousque se purget à macula sibi impicta intra terminum ab Episcopo assignatum, ostendendo adminicula contra se allata simoniam non probare, & pati exceptiones.

8 Si enim præsentatus se purgaverit ab hujusmodi accusatione simoniæ legitimè adminiculatæ, & absolutus fuerit ab Ordinario tanquam innocens, vel ex hactenus deductis, poterit promoveri ad Beneficium, dummodo tamen non concurrat alius compræsentatus, qui nunquam fuit de Simonia nec accusatus, nec inquisitus, nec diffamatus; In hujusmodi enim concursu Præsentatus accusatus accusatione prædicta, si sit absolutus ex hactenus deductis est postponendus, & præferendus in consecutione Beneficii illi, qui numquam de tali crimine fuit accusatus; quia si fuit absolutus ex hactenus deductis; supervenientibus novis adminiculis, & conjecturis simoniæ iterum vexari posset, *Lotter. de re Benefic. lib. 2. quæst. 31. num. 148., & seq. Rot. in Sabinen. concursus 6. Aprilis 1609. apud Marchesan. par. prima cap. 8. num.3. fol. mihi 291., & decis. 653. num. 12., & seqq., & decis.669. num.8., & 14. coram Bich., & decis.516. num.4. coram Seraphin.*

9 Præsentatus denique accusatus de simonia accusatione adminiculata, & probata adminiculis, & conjecturis talibus, quæ reum de simonia convincant ex. g. adminiculata Instrumento præcedentis conventionis, & pacti, quo præsentatus promiserit donare Patrono vasa argentea, dummodo ab eo præsentetur, necnon Testibus deponentibus super hac pactione, & hujus effectuatione, seu donatione eorumdem vasorum intuitu præsentationis omni exceptione majoribus, nimirum, qui non sint singulares, nec de auditu ab Accusatore, non solùm non potest promoveri ad Beneficium, ad quòd fuit præsentatus, sed incurrit in pœnas, de quibus dicam infra *Cas. VIII. Rota decis. 93. num.3., & 5. par. 4. tom.2. recent.* Non tamen Præsentatus in hoc casu pri-
10 vabitur vasis argenteis ab eo donatis intuitu præsentationis, sicuti nec Patronus, qui eum præsentavit intuitu dd. vasorum privabitur jure præsentandi, quia cùm præfati Canones hìc loquantur solùm de vendentibus, & ementibus Juspatronatus, Pœna privationis Juris patronatus, & rei temporalis datæ in ejus pretium, habet locum solùm in venditione, & emptione Juris patronatus, non verò in donatione, juxta *Lambertin. de Jurepat. lib. 1. par. 2. quæst. 4. art. 3. num. 3.*

11 Hac triplici specie accusationis distincta censeo in casu præsenti, Titium præsentatum ad controversum Beneficium, & accusatum de simonia, posse institui ab Ordinario, non obstante accusatione; quia Titius fuit accusatus à Cajo de simonia accusatione calumniosa, non adminiculata legitimis adminiculis, attentis personis Accusatoris, Testium ab Accusatore inductorum, & horum dicto.

12 Et quidem attenta persona Accusatoris, iste est Cajus compræsentatus, qui anhelat ad dictum Beneficium, & enixè instat coram Ordinario pro sui institutione, ex quo oritur gravis suspicio calumniæ; cùm enim agatur de interesse ejusdem Caji, dum si Titius repelleretur à consecutione Beneficii, Cajus uti compræsentatus deberet illud obtinere, præsumitur idem Cajus motus fuisse ad accusandum non zelo justitiæ, & ad publicam vindictam, nè delicta remaneant impunita, sed ad privatam utilitatem, & amore proprii interesse, & sic tamquam competitor, illegitimus accusator, & calumniator est à judicio repellendus, & Titius accusatus non est faticandus, & molestandus, sed ac si nulla penderet accusatio, est ab Episcopo instituendus, nè Cajus compræsentatus de fraude sua commodum reportaret, ad *Text. in cap. sicut il secondo de simon., & in cap. 1. de accusat., ibique Gonzal. num. 9., idem Gonzal. in cap. Omnipotens de accusat. num.10.*

Augetur calumnia reflectendo ad personas Testium inductorum ad probandam simoniam; Induxit enim Cajus compræsentatus, ut suam accusationem speciezeli coloraret, Testes non omni exceptione majores, sed duos famulos inimicos Titii, & qui eum odio prosequebantur, eo quia fuerint ab ipso à propria domo
13 ejecti, certum est, quòd Testes hujusmodi

modi qualitatis non admittuntur ad probandam simoniam, & omnino invalidi sunt ad adumbrandam famam, & opinionem Accusati de tali crimine, juxta *Text. in cap. cùm pater de accusat.*, *ibique Abb. num.*1., *Anan. Butr. num.*1., *Barb.num.*1., *Gonzal. num.*5., *Farinac. de Testib. qu.* 53. *num.*3. 7. *& seqq.*, *Pignatell. consult.* 44. *num.* 21. *&* 26. *tom.* 10., *Rot. decis.* 358. *num.*2. *& seq. par.*2. *rec.*

14 Reflectendo verò ad dictum horum Testium, isti nil aliud testantur, nisi quòd Titius paulò post præsentationem donaverit uni ex præsentantibus certa vasa argentea,ex hac autem attestatione non solùm concludi,sed nec fumus ullus simoniæ desumi potest;Ad hunc enim effectum non sufficit, quòd Testes deponant super simplici donatione,sed requiritur,quod probent, & testentur de donatione qualificata, nempe de mutua causalitate inter donationem,& præsentationem,seu quod donatio, & præsentatio se invicem causaverint, nimirum, quòd donatio vasorum argentorum fuerit facta à Titio in præmium præsentationis, & quòd præsentatio fuerit facta à Patrono in præmium dictorum vasorum, cùm ex simplici donatione absque hac qualitate, seu absque hac mutua causalitate deduci non potest simonia; Ratio est quia, ut excludatur delictum simoniæ semper facienda est interpretatio, quòd munera, quæ subsequuntur actum præsentationis proveniant ex mera liberalitate, & gratitudine præsentati, *Lotter. de re benefic. q.*24. *nu.*47. *& seq. lib.*3. *Pignattell. consult.* 44. *n.*3. *tom.* 10. *Card. de Luc. de Benefic. disc.*127.*n.*5. Etiam si munera fuerit vicina, & proxima præsentationi,cùm ex simplici vicinitate actuum non inducatur Simonia. *Rot.decis.*358.*num.*11. *par.*2., *& decis.* 93. *num.*19. *par.* 4. *tom. recent.*, *& decis.* 171. *num.*9., *& seq. coram Puteo*.

15 Probatur autem mutua causalitas inter donationem, & præsentationem, seu quòd donatio, & præsentatio se invicem causaverint, si probetur antecedens pactum, & conventio donandi vasa argentea in præmium præsentationis, & præsentandi in præmium donationis, cùm enim pactum, & conventio sit forma,qua constituitur simonia, absque hujusmodi pacto ex his, quæ postea sequuntur simonia non probatur. *Gloss. in cap. sua nos de simonia Mohedan. dec.*2. *de simon. Lotter. de re benefic. lib.* 3. *quæst.* 29. *num.* 42. *& seqq. Pignattell. consult.* 44. *nu.* 3. *&* 5. *tom.*10. *Rodoan. de simon. par.*3. *cap.*24. *num.*1.

16 Probatur etiam si non concludenter, saltèm præsumptivè ex qualitate personæ donantis, & præsentantis, ex qualitate muneris, & tempore donationis; Si enim persona donans sit subditus, aut pauper, & præsentans sit Superior,aut dives,avarus, & consuetus non præsentare sinè præmio, & munus sit magni valoris, & non sit consuetum dari ex lege fundationis, & donetur tempore quo præsentans habeat necessitatem ejusdem muneris, præsumitur mutua causalitas inter donationem, & præsentationem; secus si persona tam donantis, quàm præsentantis sit dives, aut donum sit modici valoris, & detur non instante necessitate, aut sit consuetum dari ex lege fundationis, juxta *Text. in cap. Etsi quæstiones de simon. ibique gloss. Abb. n.* 3. *Barbos. Gonzal.n.*3. *Rodoan. de simon. par.*3. *cap.*24. *num.* 20., *& cap.*25. *num.*8.

17 Cùm igitur Testes inducti per Cajum non probent donationem dictorum vasorum qualificatam hujusmodi qualitate mutuæ causalitatis, & sint inimici Titii accusati de simonia, & Cajus sit hujus competitor; Sequitur, quòd accusatio eiusdem Caji sit calumniosa, adeout Episcopus hac non obstante possit Beneficium conferre Titio taliter accusato in concursu Caji compræsentati juxta *Lotter. de re Benefic. lib.*2.*q.*31. *nu.*151.,& alias auctoritates superiùs relatas §. *Præsentatus ad Beneficium*.

ARGUMENTUM.

Jus nominandi ad Cappellanias merè laicales, an vendi, & emi possit absque simonia?

SUMMARIUM.

1 *Jus nominandi ad Cappellanias merè laicales cum onere Missarum, est mediatè annexum rei spirituali.*

2 *Simonia committitur etiam in spiritualitati annexis.*

Uen-

3 *Venditio Officii Custodis, & Sacristæ est simoniaca.*

4 *Simonia committitur in omni administratione rei Ecclesiasticæ.*

5 *Vendere jus nominandi ad Cappellanias merè laicales, aut adolescentes in Collegio, aut puellas pro consecutione dotis non est verè, & propriè actus simoniacus, sed est actus irreligiosus, impropriè, & similitudinariè simoniacus, & improbandus,* & num.8.

6 *Jus nominandi ad Cappellanias merè laicales est mediatè annexum rei spirituali per accidens, & non per se.*

7 *Simonia propriè non committitur in annexis spiritualibus per accidens.*

9 *Sacra Congregatio Concilii semper detestata fuit pactiones, conventiones, & venditiones juris nominandi ad Cappellanias merè laicales.*

CASUS VII.

QUidam habens Juspatronatus, seu Jus nominandi Cappellanum ad Cappellaniam A. merè laicalem,cum onere Missarum pro Clericis familiæ ex Testatoris dispositione designatam, vendidit dictum jus nominandi Cajo pretio centum scutorum. Quæritur an hujusmodi venditio sit simoniaca?

1 Videtur hæc venditio esse simoniaca, licèt enim jus nominandi ad Cappellaniam hanc merè laicalem non sit in se quid spirituale, nec immediatè spirituali annexum; eo quia Cappellania merè laicalis,cui est annexum jus nominandi,non est in se spiritualis, sed sunt bona quædam merè temporalia destinata pro celebratione Missarum non spiritualizata ab Ordinario mediante erectione in titulum Beneficii, cujus sunt capaces etiam laici, ut superiùs dixi *Can.IX. X. & XI. Cas. X. num.* 21. nisi ex dispositione Testatoris sit pro solis Clericis relicta; ut in præsentiarum, tamen est mediatè annexum rei spirituali, videlicet mediante Cappellania, quæ habet annexa onera Missarum, & Clericatus, quæ in se sunt spiritualia, *Fagnan. in cap.cùm pridem de pactis num.* 98.

2 adeòque quisquis illud vendit simoniacus est, dum simonia non solùm committitur in spiritualibus, sed etiam in spiritualitati annexis, ad *Text. in cap. si quis objecerit* 1. *q.* 3. *in cap. quæsitum de rerum permutat.*, & *cap. præterea de transact. Roman. cons.* 368. *Lambertin. de jurepatr. lib.*1. *par.*2. *q.*5. *art.*1. *num.* 2. *Rodoan. de simon. par.*3. *cap.*13. *num.* 10. *Gratian. discept.forens.* 110. *num.* 7. *& seq.*, *& decis. March.*26. *num.*12. *Rot. decis.*396. *num.*6. *coram Pamphil.*

3 Et patet in Officio Custodis, & Sacristæ, quod licèt in se nil spiritualitatis habeat, itaut etiam laici sint illius capaces, tamen qui illud vendit, committit simoniam, juxta *Text. in cap. Salvator* 1. *q.* 3. *Fagnan. in d.cap.cùm pridem de pactis n.*17. Ita & si jus nominandi ad Cappellaniam merè laicalem sit in se merè temporale, tamen ejus venditio erit simoniaca. Ratio est, quia Cappellania merè laicalis habens annexum onus Missarum, aut Clericatus, utcumque sit res temporalis est tamen materia Ecclesiastica, ut dixi *dicto Cas.X. num*25. *ubi supra*; adeòque jus nominandi ad illam erit invendibile, absque simonia,cùm hæc committatur non solùm

4 in spiritualibus, aut spirituali annexis, sed etiam in omni administratione rei Ecclesiasticæ, juxta *Gloss.in d.cap.Salvator* 1. *q.* 3. *verb. Et Judicem* ibi -- *Quòd in omni administratione rei Ecclesiasticæ committitur simonia, si ematur.*

5 At his non obstantibus censeo venditionem juris nominandi ad præfatam Cappellaniam, non esse propriè, ac strictè simoniacam, præsertim ad effectum incurrendi pœnas Simoniacis infixas.Quoniam quamvis jus nominandi ad Cappellanias collativas, seu ad Beneficia Ecclesiastica vendi, & emi non possit absque labe simoniæ, juxta dispositionem horum *Canonum*, tamen jus nominandi ad Cappellanias merè laicales,seu ad legata pia cum onere Missarum, sicuti etiam jus nominandi adolescentes in Collegio,aut puellas pro consecutione dotis, potest in alium transferri mediante pretio absque incursu simoniæ. Ratio est, quia cùm hujusmodi Cappellaniæ non sint erectæ auctoritate Episcopi,nec sint collativæ, nec quid spirituale, aut spirituali per se annexum, sed sint merè administrationes bonorum laicalium sub pia dispositione Fundatorum, & ejus hæredum, seu successorum, qui tales Cappellanias dare possunt sinè consensu Episcopi, quibus voluerint, dummodo sint idonei, juxta præscriptum eorum-

rumdem Fundatorum: Jus nominandi ad illas dici non potest spirituale, nec per se spirituali annexum, sed est quid merè temporale, & laicale, & consequenter esse poterit in commercio hominum, & de eo, sicut etiam de ipsismet Cappellaniis merè laicalibus, fieri transactiones, & pactiones absque vera simonia, ut tuentur *Giballin. de simon. quæst. 20. consect. 6. Gonzal. in cap. Insinuatum nu. 8. de simon. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. glos. 5. num. 25. Valeron. de transact. tit. 3. qu. 6. num. 27. Castill. de Alimentis cap. 7. num. 14. §. Si ergo tom. 8. R.P.D. meus Petra in Comment. ad Constit. VII. Eugenii IV. num. 21. tom. 4. pag. mihi 503. Rot. decis. 365. num. 2. par. 2. divers., & decis. 101. num. 2. coram Dunoz., & decis. 125. num. 4. coram Pœnia.*

6 Non obstat, quòd jus nominandi ad dictam Cappellaniam merè Laicalem sit saltèm mediatè annexum rei spirituali, nimirum mediante eadem Cappellania, quæ habet annexum onus Missarum, ac Clericatum: Etenim dupliciter considerari potest annexio alicujus rei spirituali, e. g. Clericatui nimirum *necessariò per se, seu per identitatem, vel quasi* (ut dicuntur annexa omnia Beneficia Ecclesiastica, & jus præbendæ Clericatui) & *per accidens*. Jus nominandi ad hanc Cappellaniam non est mediatè annexum necessariò & per se, sed tantùm per accidens rei spirituali, quia Cappellania est annexa oneri Missarum, & Clericatui solùm per accidens, ex voluntate scilicet Fundatoris, qui sicuti ei annexit onera Missarum, & Clericatus, ita poterat illa non annectere, & proinde vendere jus nominandi ad hanc Cappellaniam, & si mediatè an-
7 nexum rei spirituali, tamen non erit verè, & propriè simoniacum, cùm simonia vera, & propria committatur in spiritualibus annexis per se, & non per accidens *Fagnan. in d. cap. Cùm pridem de pactis n. 109. R.P.D. meus Petra in Comment. ad d. Constit. VII. Eugenii IV. n. 21. tom. 4.*

Nec adversatur paritas ex Officio Custodis, & Sacristæ deducta, quia hujusmodi Officium est per se materia Ecclesiastica, & per se est administratio rei Ecclesiasticæ; At jus nominandi ad Cappellanias merè laicales, sicuti ipsæmet Cappellaniæ merè laicales non sunt materia Ecclesiastica, & administratio rei Ecclesiasticæ per se, sed per accidens ex libera voluntate Testatoris. Unde non mirum si vendere dictum Officium sit simoniacum, non verè sit propriè simoniacum vendere hujusmodi jus nominandi.

8 Verùm quamvis vendere jus nominandi ad Cappellanias merè laicales non sit propriè actus simoniacus, tamen est actus irreligiosus, & impropriè, ac similitudinariè simoniacus, eo quia originem habet ex avaritia, & ex turpi lucro, quod est radix simoniæ, ut optimè *Barbos. in d. cap. Salvator 1. q. 3. num. 7. Valleron. de transact. tit. 3. q. 6. num. 31.* & utì talis est om-
9 nino detestandus, & reprobandus, & de facto Sacra Congregatio Concilii semper detestata fuit hujusmodi pactiones, conventiones, & venditiones juris nominandi ad Cappellanias merè laicales, ut *in Viterbien. 15. Januarii 1661.*, & *in Vercellen. Beneplaciti 27. Aprilis 1709.* ubi fuit denegata approbatio Apostolica cujusdam conventionis, qua cedebatur jus nominandi ad Cappellaniam merè laicalem mediante pretio, & *in Spoletana Cappellaniæ 15. Novembris 1710.* ubi reprobata fuit concessio Cappellaniæ merè laicalis favore cujusdam, qui ut ad eam nominaretur donavit Patrono certa bona.

ARGUMENTUM.

Emens Universitatem bonorum principaliter, ut emat Juspatronatus ei annexum, an incurrat in pœnas Simoniacis inflictas, & quæ sint hujusmodi pœnæ?

SUMMARIUM.

1 *Simonia mentalis committit ille, qui præstat obsequium Patrono, cum intentione ut præsentetur, aut ei relinquatur juspatronatus.*

2 *Simonia mentalis solùm punitur à Deo, & non ab Ecclesia.*

3 *Emens Castrum cum intentione principaliter emendi juspatronatus, si hæc intentio, seu voluntas sistit in finibus puræ, & simplicis voluntatis non incidit in pœnas Simoniacis inflictas, secus si hæc intentio, seu voluntas per aliquod signum externum manifestetur.* num. 4.

5 *Pœnæ contra vendentes, & ementes juspatronatus per se quænam sint?* Vide ibi, & num. 11.

Emens,

6 *Emens, & vendens juſpatronatus eo privantur ipſo jure, ſed* limita, ut num.7.
8 *Emens, & vendens juſpatronatus privatur pretio.* Limita, ut num.9.
9 *Si Eccleſia ipſa emat à ſuo Patrono juſpatronatus, an evadat libera? & pretium, cui applicabitur?*

CASUS VIII.

CUpiens Titius videre proprium filium in ſtatu Sacerdotali, & ad hunc effectum eum obtinere Beneficium A. emit quoddam Caſtrum principaliter, ut emeret Juſpatronatus ejuſdem Beneficii dicto Caſtro annexum, & deinde effectus Patronus præſentavit ad dictum Beneficium proprium filium, in quo conſecutivè hic inſtitutus fuit ab Ordinario, ac ad illius titulum ordinatus. Quæritur an Titius incurrerit in pœnas Simoniacis inflictas?

Reſpondendum videtur *negativè*. Nam licèt Titius emendo Caſtrum principa-
1 liter, ut emeret Juſpatronatus ei annexum, commiſerit ſimoniam mentalem, ſicuti ſimoniam mentalem committit ille, qui præſtat Patrono obſequium, favorem, vel humanam gratiam, cum intentione, ut præſentetur ad Beneficium, vel ei relinquatur Juſpatronatus, aut ille, qui præſentat aliquem ad Beneficium, vel ei relinquit Juſpatronatus cum intentione recompenſandi, & remunerandi ſervitia ab eo ſibi præſtita, juxta *Text. in Can. Sunt nonnulli 1. q. 1. cap. Ex diligenti de ſimon. Rodoan. de ſimon. par. 1. cap. 25. num. 15. Monacell. ad formul. legal. par. 1. pag. mihi* 274. *n.* 7. Nihilominus non incurrit in pœnas Simoniacis à jure Eccleſiaſtico inflic-
2 tas, cùm ſimonia mentalis ſolùm puniatur à Deo, qui judicat de internis, & occultis, & ſolus eſt ſcrutator cordium, & cognitor occultorum, non verò ab Eccleſia, quæ tantùm de externis, & manifeſtis judicat, & non de occultis, *Text. in cap. Tua nos de ſimon., ibique Fagnan. num. 40. & ſeqq. Rodoan. de ſimon. par. 1. cap. 12. num. 8. & par. 4. cap. 8. num. 2. & num. 24. Antonell. de regim. Eccleſ. lib. 6. cap. 18. n. 3. & de jur. & onerib. Cleric. lib. 1. par. 3. c. 36. num. 2. Rot. deciſ. 166. num. 2. par. 2. rec.*
3 Verùm in hoc caſu diſtinguendum eſt, Aut intentio, ſeu voluntas Titii principaliter emendi Juſpatronatus ſiſtit in ſtatu ſimplicis, ac nudæ voluntatis, & Titius emens Caſtrum cum hac intentione non incurrit in pœnas contra Simoniacos à jure promulgatas; Ratio eſt, quia quæ in finibus nudæ voluntatis conſiſtunt, & ſignis exterioribus non declarantur, licèt puniantur à Deo, tamen non ſubjiciuntur ultioni Eccleſiæ, quia ex voluntate non ſcandalizatur Eccleſia, ſeu communio fidelium, niſi voluntas proceſſerit in actum, juxta *cap. Erubeſcant diſt. 32.*, & alias auctoritates ſuperiùs relatas.
4 Aut ſuperadditur aliquid externum, per quod manifeſtetur hujuſmodi intentio, & voluntas emendi principaliter Juſpatronatus; ex. gr. adſit confeſſio ejuſdem Titii, quòd ipſe emit dictum Caſtrum principaliter ut emeret Juſpatronatus, vel interveniat pactum ſive expreſſum, ſive tacitum dandi à Titio emente, & exigendi à vendente Caſtrum plus pretii ratione Juriſpatronatus, vel concurrant aliæ conjecturæ, quibus manifeſtetur hujuſmodi intentio, & in hoc caſu Titius emens Caſtrum cum intentione, & voluntate emendi principaliter Juſpatronatus incidit in pœnas, immo etiam vendens Caſtrum cum dicto pacto in eaſdem pœnas incurrit, ut docet *Lambertin. de jurepatr. lib. 1. par. 2. q. 5. art. 20. num. 17. Fagnan. in d. cap. Tua nos de ſimon. n. 45.*
5 Quæ autem ſint hujuſmodi pœnæ contra vendentes, & ementes Juſpatronatus; In primis dico, pœnam Patroni vendentes, & alterius ementis Juſpatronatus eſſe nullitatem actus venditionis, & emptionis, & privationem ejuſdem Juriſpatronatus ipſo jure incurrendam juxta ſecundam concluſionem deductam in *Commentario* horum Canonum, & auctoritates ibi relatas *Can. IV. Caſ. XIII. nu. 11.* quidquid minùs rectè contra expreſſam diſpoſitionem Tridentini *ſeſſ. 25. de reform. cap. 9.* ſentiat *Tondut. quæſt. benef. par. 2. cap. 5. §. 1. num. 4.* ubi dicit ſimoniacum rationem emptionis, & venditionis Juriſpatronatus non incurrere privationem illius ipſo iure.
6 Vendens enim, & emens Juſpatronatus eo privantur ipſo Jure, & Eccleſia evadit libera; Ratio eſt quia tam Emptor, quàm venditor in caſu iſto ex contractu ſimoniaco fecit injuriam Eccleſiæ juxta *Text. in cap. conſulere de ſimon.* Unde in-

dubio pœna imposita à Canone applicari debet Ecclesiæ læsæ, & cui facta fuit injuria argum. *Text. in cap. de hoc de simon.* Cùm autem pœna imposita à Canone sit, quòd Emptor, & venditor priventur Jurepatronatus, Sequitur quòd Juspatronatus applicari debeat Ecclesiæ, seu potiùs, quòd Ecclesia evadat libera; Et ita tuentur *Innocen. Abb. Ber. num.7. Anan.num.5. Butr. num.9. in supradicto Canon. XII. ibique gloss. in verb. spoliando Lambertin. de jurepat. lib.1. par.2. quæst.5. art.3. Roch. de Curt. eodem tract. verb. ipse, vel is quæst.25. num.54. Lotter. de re benef. lib.2. quæst.9. num.68. Barbos. ad Concil. sess.25. de reform. cap.9. num.81.*

7 Dummodo tamen Patronus sit unicus, & agatur de Jurepatronatus hæreditario, quia si sint plures Patroni, & unus ex eis vendat Juspatronatus pro sua rata, seu voce, Ecclesia non evadit libera, sed vox illius spectabit ad Episcopum, qui unà cum aliis Compatronis præsentabit, *Lambertin. de jurepat. lib. 3. quæst. 8. art. 10. num. 1. Card. de Luc. eodem tract. disc. 56. nu.18. Vivian. eodem tract. par.1. lib. 4. cap. 5. num. 12.* Et si Juspatronatus sit gentilitium, & non hæreditarium, pariter Ecclesia non evadit libera, sed vivente Patrono Simoniaco, si Ecclesia vacaret, ad eam præsentaret Episcopus; post verè mortem dicti Patroni Juspatronatus transire debet ad illum, qui est de genere vocato; Ratio est quia iste non habet Juspatronatus à Patrono, qui commisit simoniam, sed à Fundatore, qui ipsum vocavit ad Juspatronatus, adeòque simonia illius Patroni non potest huic præjudicare, *Barbos. ad Concil. sess.25. de reformat. dicto cap. 9. num. 81. Adden. ad decis. 46. num. 10. par. 9. tom. 1. recent.*, & in terminis Patroni hæretici notavi supcriùs *Part. I. Can. IV. d. Cas. XIII. num.12.*

Non obstat, quòd supradictus *Canon. XII.* hìc loquatur solùm. de Emptore Jurispatronatus, hoc illum privando, & non de venditore, adeòque in hoc casu Ecclesia non fiat libera, sed Juspatronatus remanebit penès venditorem, quia eo ipso, quòd Canon præfatus imponit pœnam privationis Juspatronatus Emptori censetur illam etiam imponere venditori, dum in correlativis pœna imposita uni, censetur imposita alteri, concurrente eadem ratione, ut *in l. final. ff. de accip.*

Ulteriùs tam emens, quàm vendens Juspatronatus privantur pretio, quoniam istud non debet restitui Emptori, nec potest remanere penès venditorem, sed applicari debet Ecclesiæ, cui facta fuit injuria, ita *Abb. in hoc Can. XIII. nu.3. ibique Anan. Lambertin. ubi sup. art.5. n.2. Rodoan. de Simon. par.3. cap.20. num.10. Antonell. de regim. Eccles. lib.6. cap.18. num.5. §. Cui*

9 *vero*. Dummodo Emptor, seu qui dedit pecuniam non sit Pauper, & non erraverit in Jure, quia si sit Pauper, & erraverit in Jure, eo quia bona fide dederit pecuniam pro Jurepatronatus, hæc ei relaxato Juris rigore ex misericordia restituitur, *Gloss. in cap. de hoc de Simon. verb. restituant ibique Abb. num. 11. Fagnan. in cap. tua nos de Simon. num.13.*

10 Pone quòd Ecclesia ipsa emat Juspatronatus secundùm se expresè à suo Patrono; An in hoc casu Ecclesia erit libera, vel potiùs Juspatronatus remanebit penès venditorem. Respondeo Ecclesiam in hoc casu esse liberam non ratione sui contractus, sed quia venditur, ob delictum simoniæ commissum privandus est Jurepatronatus, & pretium in hoc casu non deberet applicari Ecclesiæ, quia ejus reddit se indignam, sed à superiore Pauperibus deberet erogari, ita *Abb. Bero. num.8. Anan. num.5. Butr. num. 11. in hoc Can. XII. Lambertin. ubi supra art.4. nu.1., & Roch. de Curt. ubi supra nu.56. Fagnan. in d. cap. tua nos de simon. n. 13.*

Alia pœna contra vendentes, & ementes Juspatronatus est Excõmunicatio, dum emens, & vendens Juspatronatus debent excõmunicari si sint personæ particulares, si verò sint Universitates debent interdicto subjici juxta *Extravag. cum detestabile de simon.*, & *dispositionem Concilii Tridentini sess. 25. de reformat. cap. 9.* ibi-- *Nec dictum Juspatronatus venditionis, aut alio quocumque titulo in alios, contra Canonicas sanctiones transferre præsumant, si secus fecerint excommunicationis, & interdicti pœnis subjiciuntur*-- de quo infra *Part. V. Can.... ibique Barbos. num.81., & seq. Cassador. decis.5. de constit. num.1. Vivian. de jurepat. lib. 4. cap. 5. num. 11. Bellett. disquisit. Cleric. par.2. de pœnis Cleric. §.36. num. 2.*

ARGV-

ARGUMENTUM.

Patronus potest præsentare filium ad Ecclesiam vacantem.

SUMMARIUM.

1 *Patronus potest præsentare filium ad Ecclesiam vacantem, in casu, quo non emat Juspatronatus cum hac intentione*, ut num. 2.

CASUS IX.

QUæritur in hoc casu: *An Patronus possit præsentare filium?*

Et videtur respondendum *negativè*, quia Pater, & filius censetur una, & eadem persona *l. fin. C. de impub.*, sed Patronus non potest præsentare se ipsum, ut dicam infra. *Can. XXIX.* Ergo nec ejus filium. Item præsentatio filii, aut nepotis est ab hoc *Can. XII.* prohibita, ergo non potest Patronus præsentare filium.

1 Contrarium tamen est de jure verius, & ita tenent *Abbas, & Butr. in cap. consuluit, & in dicto Can. XII. ibique Bero. num. 6. Gonzal. Roland. cons. 47. par. 86. tom. 1. Lambertin. de jurepat. lib. 2. par. 1. quæst. 8. art. 12.*

2 Non obstat primum objectum, quia licèt pater, & filius sint una, & eadem persona fictione juris, tamen realitate sunt duæ personæ distinctæ; Nec adversatur alterum objectum; Quia præsentatio filii est prohibita à *dicto Can. XII.*, si quis emat Juspatronatus secundùm se, aut Universitatem, cui est annexum Juspatronatus cum intentione præsentandi filium, aut nepotem; Secus quando quis non ita simoniacè emit Juspatronatus.

CANON XIV.

ALEXANDER III. Herforden. Episcopo, & Abb. de Forde.

EX literis Joannis Salabrien. Episcopi accepimus, quòd defuncta Persona Ecclesiæ de Laton. G. Miles, qui Villam, in qua Ecclesia sita est, à Monasterio de Vinton ad firmam tenebat, ad eamdem vacantem G. Clericum prædicto Episcopo præsentavit. Postmodum Abbatissa prædicti Monasterii alium præsentavit eidem ad Ecclesiam suprascriptam, quo nolente præsentatum ab ea recipere apud Cantuariensem Archiepiscopum, gravem de Episcopo deposuit quæstionem &c. Mandamus, quatenus si vobis constiterit, quòd præfato Militi præscripta Villa fuerit, non excepto Jurepatronatus, ad firmam concessa, vel antequam de Jurepatronatus inter Abbatissam, & Militem controversia esset suborta, præfatus G. in præscripta Ecclesia per Episcopum ad præsentationem Militis institutus fuisset, ei (dummodo aliàs sit idoneus) adjudicetis Ecclesiam; Ita quòd si Abbatissa obtineat adversùs Militem, illi de temporalibus debeat respondere.

CANON XV.

Idem Hospitalariis.

CUm sæculum reliqueritis &c. Prohibemus nè cùm ratione feudorum emptorum, aliterve acquisitorum, vel etiam alio modo Juspatronatus in Ecclesiis Parochialibus acquisiveritis, Episcopo Jus Parochiale minuere præsumatis.

COMMENTARIUM.

EX his duobus Canonibus, quorum primus legitur in Decretalibus in ordine il 7., & secundus legitur in ordine il 13. sequentes deducuntur conclusiones.

Prima: JUSPATRONATUS ETIAM SINE CONSENSU EPISCOPI TRANSIT CUM UNIVERSITATE BONORUM, RATIONE CONTRACTUS NON GRATUITI INITI SUPER UNIVERSITATE, NISI SPECIALITER EXCIPIATUR.

Secunda: JUSPATRONATUS, QUANDO AD EXEMPTOS, ET RELIGIOSOS TRANSFERTUR, NON MINUITUR JUS EPISCOPALE IN ECCLESIA PATRONALI: Ita *Innocentius, Abbas, Anania, Butrius, Berous, Barbos., Fagnan., Gonzalez hìc Berous cons.66. num.29., Monach.super 6. Decretal. in cap.si Laicus de Jurepat. num.6. & 7., ibique Geminian. num.5., Lambertin. de Jurepatr. lib. 1. par. 2. quæst.10. art.3., & eodem lib., & eadem part. quæst.1. art. 2.n. 1., Lotter. de Benefic.lib.2. quæst.9. num.47. & seqq., Tusch. conclus. tom.4. conclus.612., Mantic. decis.140. num.2., Vivian. de Jurepatr. lib.6. cap.5. num.1. & seqq., Rot. decis.725. num.3. coram Seraphin., & in Mediolanen. Archipresbyteratus 27. Januarii 1710. §. Quamvis coram R.P.D. Falconerio.*

1 Ratio primæ conclusionis est, quia nomine universitatis bonorum comprehenditur etiam Juspatronatus annexum eidem Universitati; Unde translata Universitate per contractum non gratuitum, transfertur etiam Juspatronatus tanquam accessorium eidem Universitati absque labe simoniæ, dum contractus non fit super Jurepatronatus, sed im-
2 mediatè super universitate bonorum, sicuti fieri potest contractus non gratuitus super vasis argenteis sacris, illa vendendo, aut emendo absque labe simoniæ; quia licèt dicta vasa habeant annexam consecrationem, quæ est quid spirituale; Tamen contractus non fit super ipsa consecratione, sed immediatè super ipsis vasis argenteis secundùm se, seu super ipsa materialitate vasorum, juxta *Gibalin. de simon. quæst. 12. consect.3., Gonzal. in cap. Insinuatum de simonia num.2.*

3 Ratio autem secundæ conclusionis est, quia quando Juspatronatus transfertur ad Exemptos, isti non debent habere plus juris, quàm habebant illi, à quibus fuit ad eos translatum idem Juspatronatus, adeòque per hujusmodi translationem salvum, & integrum remanet jus Episcopale in Ecclesia Patronali, ut desumitur ex *glossi. in d. Canon. XV. verb. Minuere.*

Quoad utramque conclusionem sequentes differuntur Casus.

ARGUMENTUM.

Juspatronatus an transeat in Conductorem ex contractu locationis inito super Universitate, cui illud sit annexum.

SUMMARIUM.

1 *Juspatronatus transfertur in Conductorem ex contractu locationis ad longum tempus Universitatis, cui est annexum, quid autem si locatio hujusmodi Universitatis esset ad modicum tempus* n.2., & 3.

4 *Conductor ad modicum tempus non facit fructus suos, qui brevi tempore non renascuntur.*

CASUS I.

QUidam Patronus locavit Villam, seu Castrum, cui erat annexum Juspatronatus Titio. Quæritur an ex isto contractu locationis Universitatis, cui est annexum

nexum Juſpatronatus, transferatur in Titium Conductorem idem Juſpatronatus?

1 Certum eſt, quòd ex contractu locationis ad longum tempus Univerſitatis, cui eſt annexum Juſpatronatus, illud transferatur in Conductorem, itaut vacante Beneficio durante tempore locationis, præſentatio ſpectet ad Titium Conductorem, & non ad Patronum; Ratio eſt quia ex contractu locationis ad longum tempus Univerſitatis transfertur dominium utile, & poſſeſſio Univerſitatis locatæ, ut in *cap. nulli de reb. Eccleſ.*, *& in Clem.* 1. *eodem tit.*, *Pacion. de locat. cap.* 27. *num.* 30. Ergo transfertur etiam dominium utile, & poſſeſſio Juriſpatronatus annexi dictæ Univerſitati locatæ, dùm translato principali trasfertur etiam acceſſorium iuxta *Rotam deciſ.* 31. *num.* 3. *coram Merlin.*, & ita tenent *Innocent.*, *Abbas*, *Butr.*, *Berous*, *Fagnan.*, *Barboſ.*, *hìc Lambertin. de jurepat. lib.* 1. *par.* 2. *qu.* 8. *art.*2., *Rocc. de Curt. eodem tract. verb. is, vel ipſe quæſt.* 26., *Vivian. lib.* 6. *cap.* 5. *num.* 26., *Caſtrophal. oper. moral. tom.* 2. *tractat.* 13. *de Benefic. diſput.* 2. *par.* 3. *num.* 21.

Quæſtio eſſe poteſt in contractu locationis Univerſitatis, cui ſit annexum Juſpatronatus, ad modicum tempus, an ex iſto contractu locationis ad modicum tempus trasferatur Juſpatronatus in Conductorem?

2 Et videtur reſpondendum affirmativè, quia per locationem ad modicum tempus transfertur in Conductorem commoditas rei locatæ, itaut illi liceat uti, frui re conducta, & facit fructus ſuos juxta *Text. in l. ex conducto* 16. *in princip. ff. locati*, ergo tranſibit jus præſentandi, quæ eſt commoditas, & fructus Juriſpatronatus juxta *Rot. in Salernitana Alimentorum* 12. *Januarii* 1712. §. *Ulteriùs coram Eminentiſſimo Scotto ſuperiùs impreſſ. par.* 1. *Can. III. Caſ. III. num.* 15., & in hanc ſententiam videtur inclinare *Barboſ. hìc n.*4.

3 Contraria tamen ſententia eſt verior, & receptior, nam *Canon. XIV.* hìlc loquitur ſolùm de locatione ad longum tempus, dum loquitur de milite Conductore Villæ exiſtente in poſſeſſione illius, per locationem autem ad modicum tempus non transfertur dominium, nec poſſeſſio, ſed ſimplex detentatio rei locatæ *l. ſi ut certo* §. *Si duobus ff. com. Pacion. de locat. cap.* 27. *num.* 3. Igitur præfatus *Canon* non loquitur de locatione ad modicum tempus, ſed ſolùm de locatione ad longum tempus. Inſuper *Canon* iſte loquitur de contractu ad firmam, nomine autem contractus ad firmam intelligitur contractus emphytheuticus, qui eſt contractus ad longum tempus, *Bart. in l.* 1. *C. de jure emphyt. in ſecunda column.*, ac proinde loquitur de contractu locationis ad longum tempus, & dicit per iſtum, & non per locationem ad modicum tempus transferri Juſpatronatus.

Præterea ſi per locationem ad modicum tempus transferretur Juſpatronatus, ſequeretur, quòd non exiſtens in poſſeſſione præſentandi poſſit præſentare, & ejus præſentatio præferretur vero Patrono, nam per locationem ad modicum tempus non acquiritur poſſeſſio rei locatæ, ut ſupra diximus, quòd eſt contra *Text. in cap. conſultationibus* de quo infra *Can. XXVI.* ergo per locationem ad modicum tempus non transfertur Juſpatronatus, maximè ſi Patronus in Inſtrumento locationis Univerſitatis bonorum ad breve tempus expreſsè, & ſpecialiter ſibi reſervaverit jus præſentandi ad Beneficium, & ita tenent *Anan. Bero. num.* 42. *Fagnan. num.* 11., *& ſeqq. hìc*, *Lambertin. de jurepat. lib.*1. *par.*2. *quæſt.*8. *art.*2. *Rocc. de Curt. eodem tract. verb. is, vel ipſe q.*26. *Caſtren. conſ.* 361. *num.* 2. *tom.* 1. *Mantic. de tacit. par.*1. *lib.*5. *tit.*3. *num.*20. *Pacion. de locat. cap.*23. *num.*94., *& cap.*11. *n.*40. *Garz. de Benefic. par.*5. *cap.* 6. *num.* 8., *Rota in Beneventana Beneficii* 25. *Junii* 1703. §. *Omiſſo coram R.P.D. Lancetta*.

4 Non obſtat, quòd in contrarium adducebatur, quia Conductor ad modicum tempus non facit fructus ſuos, qui brevi tempore non renaſcuntur *l. divortio* §. *Si fundum Rocc. ubi ſupra num.* 58., præſentatio vero eſt fructus, qui brevi tempore non renaſcitur, quia non renaſcitur omni anno, ſed ſolum in caſu vacationis Beneficii; Unde Conductor ad modicum tempus non poteſt facere ſuum fructum præſentationis.

ARGUMENTUM.

Juſpatronatus titulo venditionis Univerſitatis, cui ſit annexum, an tranſeat in Emptо-

ptorem, & ex quibus probetur annexio Jurispatronatus?

SUMMARIUM.

1 *Dictio* Et *æquè principaliter disponit.*
2 *Titulo venditionis Feudi, cui sit annexum jus decimandi, non transfertur hoc jus in Emptorem laicum. Et quare?* Vide num. 7.
3 *Si in Venditione Universitatis fiat expressio Jurispatronatus, an hoc transeat in Emptorem?* Vide ibi, & num. 4.
4 *Dictio* Et *stare potest etiam declarativè.*
5 *Jusjpatronatus titulo venditionis Universitatis, cui sit annexum transit etiam sinè consensu Ordinarii in Emptorem.*
6 *Dummodo sit hæreditarium, & ex titulo oneroso, secus si sit gentilitium, aut ex mero Privilegio.*
8 *Patronus si vendat omnia bona, & jura, quæ habet in tali loco, an titulo hujus venditionis transeat Jusjpatronatus in Emptorem.*
9 *Et quid si vendat simpliciter omnia bona, & jura sua?*
10 *Vendito Palatio, an hoc transeat in Emptorem.*
11 *Annexio Jurispatronatus alicui Universitati probari debet concludenter ab eam allegante.*
12 *Ex quibus probetur hujusmodi annexio Jurispatronatus, & ex quibus excludatur, & non probetur.* Vide ibi, & n. 13. usque ad 18.
19 *Jusjpatronatus annexum Castro spectat ad Dominum Castri.*

CASVS II.

VEndidit quidam Princeps proprium Castrum, seu Feudum cum omnibus suis juribus, pertinentiis, & jurepatronatus Beneficii A. ei annexo pretio ingentis pecuniarum summæ. Quero an ex hujusmodi contractu venditionis transierit in Emptorem dicti Castri Jusjpatronatus ei annexum?

Videtur respondendum *negativè*; Quoniam in hujusmodi venditione fuit dispositum de Jurepatronatus æquè principaliter, ac de Castro, cùm de eo fuerit facta
1 expressa mentio per dictionem *et*, quæ æquè principaliter disponit, juxta *Dec. conf. 89. n. 2.*, *& conf. 417. n. 1.*, *& conf. 433. n. 6.*, *Natt. conf. 573. n. 14. volum. 1.*, *& alios apud Barbos. de diction. diction. 110. nu. 9.*, Unde contractus hic venditionis utpote simoniacus est nullus, & incapax, ut vigore illius transferatur in emptorem Jusjpatronatus, juxta auctoritates superiùs relatas *Can. XII.*, *& XIII. Cas. VIII. num. 5.*

Immo etiam si in hoc contractu non fuisset facta expressa mentio Jurispatronatus, sed simpliciter fuisset venditum feudum cum omnibus suis Juribus, & pertinentiis, adhuc videtur non potuisse transire in emptorem Jusjpatronatus, ut patet
2 pluribus paritatibus. Etenim si quis vendat Laico feudum, cui sit annexum Jus decimandi, hoc Jus non transfertur in Emptorem. *Anan. in d. Can. XIV. num. 7. Rot. dec. 399. num. 1. par. 2. recent.* Si quis vendat omnia Jura, aut omnia Bona sua, quæ habet in Villa, aut in Castro, aut simpliciter vendat omnia Bona, & Jura, aut vendat Palatium, in qua adsit Cappella Jurispatronatus, titulo hujus venditionis non transfertur Jusjpatronatus. *Abb. in hoc Canon. XIV. num. 12. ibique Innocent. Anan. n. 10. Bero. nu. 57., & seqq. Fagnan. n. 19., & seqq. Rocch. de Curt. de jurepat. verb. Is, vel ipse quæst. 23. n. 42. Lambertin. eodem tract. lib. 1. par. 2. qu. 5. art. 14. n. 5., & seqq., & art. 17., & 18.* Ergo etiam si quis vendat feudum, seu Castrum, cui sit annexum Jusjpatronatus, etiam si non fiat expressa hujus mentio, non transibit in emptorem idem Jusjpatronatus. Ratio est, quia in translatione Universitatis veniunt solùm ea, quæ sunt ejusdem naturæ, conditionis, & rationis; Cùm autem Jusjpatronatus sit diversæ naturæ, & conditionis cum feudo, aut Castro, aut juribus, & actionibus, sequitur, quòd in horum venditione non transferatur Jusjpatronatus in emptorem. *Anan. ubi supra Rot. dec. 1153. n. 4. par. 3. lib. 3. divers.*

3 At ut veritatem in hoc casu assequamur, procedendum est cum distinctione; Aut expressio Jurispatronatus in supradicto contractu venditionis fuit facta *coniunctivè*, adeout dictiones *et*, & *cum* stent *conjunctivè*, & æquè principaliter disponant, & tunc verè procedit, quod superiùs pro ratione dubitandi in contrarium afferebatur, nimirum, quod hujusmodi contractus sit simoniacus, & vigore illius

non

non poſſit tranſire Juſpatronatus in emptorem, ut docet *Butr. num.9. Bero. nu.5. Fagnan. n.61., & ſeqq. in hoc Can. XIV., Felin. in cap. Quanto de judic. Lambertin. de jurepat. lib.1. par.2. q.5. art.20. n.2., & ſeqq. Rocch. de Curt. eodem tract. verb. eis, vel ipſe q.25. n.46. Gratian. diſcept. forenſ. 675. n.29. Rot. dec.710. n.1., & 6. coram Pamphil.*

4 Aut expreſſio Juriſpatronatus fuit facta *declarativè*, itaut ſupradictæ dictiones ſtent declarativè, ut ſic ſtare poſſe, præſertim quando ſunt poſitæ inter genus, & ſpeciem, docent *Barboſ. de diction. diction. 110. num.27.*, & aliæ authoritates ab eo ibi relatæ *Rot. deciſ.366. n.7. par.1. diverſ.*, & *deciſ.38. n.12. par.6. recent.* nullatenus exigendo plus pretii ratione Juriſpatronatus; Et tunc ex tali contractu tranſit in emptorem Juſpatronatus, juxta *Gemin. in cap. Si Laicus de jurepatr. in 6. n.5. in fin. Lotter. de re Benefic. lib.2. qu.9. n.64. Rot. dec.399. nu.4. & ſeq. par.2. rec.*, & *dec.234. n.7.*, & *ſeqq. cor. Otthobon.*, & *dec.300. n.6. coram Celſo*, & *in Lunen. Sarzanen. Beneficiorum coram bo. me. Rondinino apud Bertachin. vot. deciſiv. 47. n.7. & ſeqq.*

5 Ratio eſt, quia ſunt quædam, quæ licèt per ſe alienari non poſſint, tamen tranſferuntur per Univerſitatem, & translata Univerſitate tum quoad dominium, tum quoad poſſeſſionem, transferuntur etiam omnia annexa, quæ ſunt poſſedibilia per translatarium, ut docet *Text. in l. quædam ff. de acquir. rer. domin.* ibi-- *quædam, quæ non poſſunt ſola alienari, per Univerſitatem tranſeunt* -- Hinc Juſpatronatus, licèt de per ſe vendi, & emi non poſſit, nec tranſferri titulo venditionis principaliter initæ ſuper ipſomet Jurepatronatus in emptorem, juxta ſupradictos *Canones XII. & XIII.* tranſit tamen etiam ſinè conſenſu Ordinarii titulo venditionis Univerſitatis, cui ſit annexum, in emptorem, & per iſtum eſt poſſedibile: Et ita tuentur *Abb. num.13. Anan. num.14. Bero. num.5. Butr. Fagnan. Barboſ. num.5. Gonzal. in hoc Canon. XIV. Caſtren. cenſ.261. tom.1. num.2. Gemin. conſ.47. num.2. Rocch. de Curt. de jurepat. in verb. Is, vel ipſe quæſt. 22. & 23. num.40. & 41. Bald. conſ.32. num.3. volum.1. Lambertin. eod. tract. lib.1. par.2. quæſt.5. art.11. num.3., & art.20. num.1. Monach. in cap. unic. de jurepat. in 6. nu.6. Molin. de primogen. lib.1. cap.24. num.25. Olea de ceſs. iur. tit.3. quæſt.8. num.26. Lotter. de re benefic. lib.2. par.9. num.47. Vivian. de jurepat. lib.4. cap.1. nu.3. Garz. de Benefic. par.5. cap.9. num.10. Barboſ. de poteſtat. Epiſcop. par.3. alleg.71. num.33. & ſeqq. Covarr. var. reſolut. lib.1. cap.13. num.3. Rot. deciſ.399. num.3. par.2. recen. deciſ.363. num.8. coram Pamphilio, & in Mediolanen. Præpoſituræ 3. Martii 1704. coram R. P. D. Anſaldo* ſuperiùs impreſs. *Par. Prima Can. Quinto Caſ. Tertio num.36.*

6 Quod tamen intelligendum venit de Jurepatronatus ex titulo oneroſo, & hæreditario, non verò de Jurepatronatus ex mero privilegio, aut gentilitio; quia Juſpatronatus ex mero privilegio perſonali, aut gentilitio, quod transfertur jure ſanguinis, non tranſit cum univerſitate bonorum titulo non gratuito in extraneos exiſtentibus eis de ſanguine, *Gemin. conſ.32. num.3. Bald. conſ.373. nu.4. in fin. lib.1. Rota deciſ.154. num.18. poſt Vivian. de jurepat., & deciſ.267. num.6. par.6. recent., & in Foſſanen. juriſpatronatus 14. Decembris 1703. §. Poſtea coram clar. mem. Card. Caprara, & in Tridentina juriſpatronatus 26. Martii 1703. §. Reſpecta coram Eminentiſs. Scotto.*

7 Reſpondendo nunc ad paritates in contrarium deductas. Magna eſt diſparitas inter jus decimandi, & juſpatronatus, jus namque decimandi non eſt poſſedibile per Laicum, juxta *Text. in cap. prohibemus de decim. Rota in Barchinonen. Decimarum 27. Junii 1704. §. De injuſtitia coram Muto*, ſecus Juſpatronatus, quod competere poteſt non ſolùm Eccleſiaſticis, ſed etiam Laicis, & fœminis. Ad hoc autem, ut translata Univerſitate, transferantur omnia eidem annexa, requiritur, quòd hæc ſint poſſedibilia per Translatarium, ut docet *Anan. in hoc Can. XIV. num.7.* Unde non mirum ſi titulo venditionis Univerſitatis, cui ſit annexum jus decimandi, hoc non transferatur in Laicum emptorem, transferatur verò eodem titulo Juſpatronatus.

8 Examinando verò alias paritates deductas ex contractibus venditionis diverſimodè ut ſupra conceptis, quod attinet ad primum contractum, quo Patronus vendat

vendat omnia bona sua, quæ habet in Villa, aut in Castro, quod vigore illius non transfertur in emptorem Juspatronatus procedit si inter illa bona, quæ Patronatus habet in tali Villa, aut in tali Castro non adsit aliqua Universitas, cui adhæreat Juspatronatus, ea ratione, quia Juspatronatus ad hoc ut transeat in emptorem titulo venditionis, requiritur, quòd Universitas vendita sit realis, & non verbalis. Si autem inter illa bona non adsit ulla Universitas, cui adhæreat Juspatronatus, sub nomine venditionis omnium bonorum in tali loco venit Universitas verbalis, & non realis, quæ resolvitur in particularem, ac si diceretur, vendo tibi hoc, vel illud bonum, adeoque si inter illa bona non adsit hujusmodi universitas, titulo eorum venditionis non transfertur in emptorem Juspatronatus. Non verò procedit casu quo inter illa bona adsit Universitas, cui accessoriè adhæreat Juspatronatus, quia tunc titulo venditionis omnium bonorum, quæ Patronus habet in tali Villa, aut Castro, transfertur in emptorem Juspatronatus, juxta *Abb. num.* 12. *Anan. num.* 10. *Innocent. Bero. num.* 57. *Fagnan. in hoc Can. XIV. n.* 24. *& seq. Rocch. de Curt. de jurepat. verb. is, vel ipse quæst.* 23. *nu.* 4. *versic. ex prædicta concluſ. Lambertin. eod. tract. lib.* 1. *par.* 2. *quæst.* 5. *art.* 13. *Tusch. concluſ. jur.* 612. *n.* 19. *& seq. lit. I.*

9 Quoad alium contractum, quo Patronus vendat simpliciter omnia bona, & jura sua, non est absolutè verum, quòd illius vigore non transeat Juspatronatus in emptorem; quoniam aut in venditione omnium bonorum, jurium, & actionum verbis generalibus, & universalibus facta non adsit nisi Juspatronatus, vel non comprehendatur aliquid cui verè sit annexum Juspatronatus, ex. gr. Villa, Castrum &c. Et tunc verum est, quòd si Patronus vendat omnia bona, aut jura titulo hujus venditionis non transferatur Juspatronatus in emptorem, juxta *Innocent. Butr. Anan. Abb. in hoc Can. XIV. Bald. conſ.* 335. *num.* 4. *lib.* 1. *Lambertin. de jurepatr. lib.* 1. *par.* 2. *quæst.* 5. *art.* 14. *Rot. deciſ.* 70, *num.* 1. *&* 14. *par.* 12. *rec.* Aut in dicta venditione verbis generalibus concepta adest aliquid, cui adhæreat Juspatronatus, & tunc falsum est, quòd titulo hujus venditionis non transferatur Juspatronatus. *Dec. conſ.* 127. *Fagnan. ubi supra n.* 47. *Garz. de Benefic. par.* 5. *cap.* 9. *num.* 12. *Vivian. de jurepatr. lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 4. *& seqq.*

10 Denique quoad paritatem desumptam ex venditione Palatii, in quo adsit Cappella Juriſpatronatus, respondeo titulo hujusmodi venditionis non transire Juspatronatus, si Cappella, seu Ecclesia sit publica, & habeat aditum publicum pro omnibus, ubi publicè celebrentur functiones Ecclesiasticæ, & nulli impeditur ingressus, quia in hoc casu Cappella, seu Ecclesia, & Juspatronatus non essent annexa Palatio; secus si Cappella non sit publica, sed solùm sit constructa pro servitio habitantium in Palatio, tunc enim etiam cum venditione Palatii transit Juspatronatus, quia Cappella, & Juspatronatus dicuntur annexa Palatio, ut benè distinguit *Lambertin. de jurepat. lib.* 1. *par.* 2. *quæst.* 5. *art.* 18. *n.* 3. *Covarr. var. reſol. lib.* 1. *c.* 13. *num.* 3.

Patet igitur ex his omnibus, quòd ad hoc, ut Juspatronatus transeat in emptorem titulo venditionis Universitatis, requiritur, quòd sit annexum Universitati venditæ, quæ annexio probari debet concludenter ab eam allegante, etiamsi Beneficium situm sit intrà Universitatem, seu Castrum, aliàs non daretur hujusmodi transitus, juxta *Lotter. de re benefic. lib.* 2. *qu.* 9. *num.* 54. *Card. de Luc. de jurepatron. disc.* 5. *num.* 12. *Vivian. eodem tract. lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 11. *Barbos. de offic. & potest. Epiſc. par.* 3. *alleg.* 71. *num.* 33. *& seqq., & de Jur. Eccles. univers. par.* 2. *lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 240. *Rot. deciſ.* 70. *num.* 9. *par.* 12. *recent. & deciſ.* 885. *num.* 11. *coram Emerix jun. & deciſ.* 621. *num.* 3. *coram Dunoz. & deciſ.* 493. *num.* 9. *coram Cerr., & in Queſnen. juriſpatronatus apud Manſ. poſt conſult.* 317. §. *Non obſtat, & in Compoſtellana Parochialis de Pardenon* 2. *Julii* 1710. §. *Primogeniali coram R.P.D. Falconerio, & in Viterbien. Cappellaniæ* 15. *Martii* 1717. §. *Prout etiam coram R.P.D. Lancetta.*

12 Ex quibus autem probetur hujusmodi annexio, respondeo probari ex situatione Ecclesiæ intrà Universitatem, ex. gr. intrà mœnia Castri, sed ex hac situatione non probatur concludenter dicta annexio, quia sola situatio Ecclesiæ, aut Beneficii in

in aliquo Caſtro non facit ejus Dominum Eccleſiæ Patronum, juxta *Rot. deciſ.* 885. *num.* 10. *coram Emerix jun.*, ſed ſolùm probatur præſumptivè, quia ex dicta ſituatione Eccleſiæ præſumitur Juſpatronatus annexum ipſi Caſtro, *Lotter. de re benefic. lib.2.dicta quæſt.9.num.*58. *Rot. deciſ.*697. *num.* 3.*par.* 1.*rec.* Sicuti non probatur concludenter, quòd Juſpatronatus ſit annexum, ex eo, quia ipſum, ſive Eccleſia, aut Beneficium Patronale exiſtat extra Caſtrum, quia Juſpatronatus etiam ſi exiſtat extra Caſtrum poteſt ſpectare ad Dominum Caſtri, & eſſe illi annexum, *Rot. in Hypporegien.juriſpatronat.* 16. *Junii* 1714. §. *Nec quicquam coram Caffarello*.

13 Ex dotatione Beneficii de bonis Caſtri, *Rot. deciſ.* 46.*par.* 9. *Mantiſſ. ad Card. de Luc. ſuper mater. de jurepat. deciſ.* 1. *ex num.* 11., *& ſeqq.*, & ex præſentationibus factis ab eo tantùm, qui fuit pro tempore Dominus Caſtri, *Rot. in Mediolanen. Præpoſituræ* 3. *Martii* 1704. *coram R.P.D. Anſaldo,in Hypporegien. juriſpatronatus* 16. *Junii* 1704. §. *Quicquam coram Caffarello*: Ex diviſione exercitii Juriſpatronatus facta conſecutivè ad diviſionem Caſtri inter plures Condominos, *Lotter. de re benefic. dicta quæſt.* 9. *num.*58. *Rota deciſ.*698. *num.*4., & 5. *coram Emerix Jun. in Mediolanen.Præpoſituræ* 3.*Martii* 1704. *coram R. P. D. Anſaldo ſuperiùs impreſſ. Part.I. Can.V. Caſ.III. num.*34. 35.,& 38. Ex publica voce, & fama, quòd Juſpatronatus ſemper utì de pertinentiis Caſtri habitum, & tentum fuit, *Rot.dec.*314. *num.* 3.*par.*4. *tom.*1. *recent.* ex obſervantia *Rota deciſ.* 493. *num.* 17. *coram Cerro*, & *deciſ.* 19.*num.*7. *par.*18., & *deciſ.*662. *num.* 18.*par.*19. *tom.*2. *recent.* Ex Inſtrumento fundationis, cujus verba ſunt unicè attendenda juxta *Lotter. de re Benefic. dicto lib.*2. *quæſt.*9. *num.* 56., & *ſeqq. Pacion. de locat.*, & *conduct. cap.*11. *num.*48. Ex reſervatione Juriſpatronatus facta in venditione Caſtri, nimirum, quòd Caſtrum fuerit venditum ſub ea conditione, quòd non transferatur Juſpatronatus in emptorem; ex ſententiis Ordinariorum,& ex aliis, quæ legi poſſunt in Reatina Juriſpatronatus hìc immediatè impreſſa.

14 E contra ex quibus excludatur, aut non probetur eadem annexio Juriſpatronatus Caſtro, cenſeo illam ſaltèm præſumptivè excludi, ſi dotatio Beneficii non fuerit facta de bonis Caſtri, ſed de aliis bonis *Anton. de Marin. reſol. jur. lib.* 1.*cap.*221. *num.*8., & *ſeqq. Genuenſ. in practicab. Eccleſ. quæſt.* 350. *per totam Rot. deciſ.*299. *num.* 10. *par.* 16., & *deciſ.* 662. *num.* 19. *par.* 19.*tom.* 2. *recent.*, & *in Compoſtellana Parochialis de Pandenoa* 2. *Julii* 1710. §. *Quæ ſanè coram R. P. D. Falconerio*. Si reſervatio Juriſpatronatus fuerit facta à Fundatore favore ſuorum hæredum, & ſucceſſorum, nulla facta mentione Caſtri *Abb. conſ.* 93. *num.* 1. *in fine*, *Lotter. de re benefic. lib.* 2. *quæſt.* 9. *num.* 57., *Pacion. de locat.*, & *conduct. cap.*11. *num.*48. *Rot. deciſ.* 885. *coram Emerix Jun.* Aut facta mentione Caſtri, ſed ſolùm demonſtrativè, & non taxativè, nimirum ſi reſervatio fuiſſet facta à Fundatore favore ſuorum ſucceſſorum hæreditantium Caſtrum. *Rot. deciſ.* 150. *ſub n.* 5., & *ſeq. coram Mantic.*, & *deciſ.*218. *num.*3., & 16. *poſt Torr. de pact. futur. ſucceſſ.*, & *deciſ.*301. *n.* 22. & *ſeqq. par.* 10. *recent.* Aut gratia majoris honorificentiæ, *Card. de Luc. diſc.* 2. *num.* 4., & *ſeq. de jurepat. Rot. deciſ.* 53. *num.*4. *par.*1. *rec.* Non probari verò eamdem annexionem ex eo, quòd Fundator in Inſtrumento fundationis Beneficii enunciaverit ſe eſſe Dominum Caſtri, niſi exprimat ſe dotare, aut fundare tamquam Dominum Caſtri, quia hujuſmodi enunciativa dicitur ſtare demonſtrativè ad deſignandam prærogativam ejuſdem Fundatoris, non verò taxativè, nec probari ex aliis conjecturis, de quibus *Rota in Viterbien. Cappellaniæ* 15. *Martii* 1717. §. *Et ſanè cum ſeqq. coram R. P. D. Lancetta*.

R. P. D. KAVNITZ.

Reatina Juriſpatronatus.

Lunæ 12. *Maji* 1710.

JUſpatronatus ſimplicis Beneficii fundati in Eccleſia Sancti Petri exiſtentis intrà fines Caſtri diruti Bulgarettæ contendentes ad ſe ſpectare Petrus, Joannes Baptiſta, aliique de Gambaris Lancellottis utì poſſeſſores, ac Domini prædicti Caſtri, citatis priùs Adriano, & Hippolyto de Gentilibus, ſicut etiam Hieronymo Marerio prætenſis intereſſatis, obtinuerunt

coram me disputati -- *An juspatronatus sit annexum Castro Bulgaretto, itaut spectet ad Castri Possessores, vel potiùs sit hæreditarium, vel familiare?* Et nemine ex Reis conventis comparente, pro Informantibus responsum fuit.

15 Vltra namque Juris præsumptionem, quòd prædicta Ecclesia utì fundata intrà fines Castri reputandum sit Juspatronatus eidem Castro annexum, *cap. ex literis de jurepatron. Lotter. de re Benef. lib.1.qu.9. n.58. Rot. dec.697. num.3. par.1. rec., & dec.698. nu.2. coram Emerix, & dec.662. nu.19. par.19. recen., & in Augustana juris patronatus super negotio principali* 17. *Februarii* 1698. §. *Atque ex his coram R.P.D. dell'Olmo*; Præcipuè quando non reperitur Instrumentum fundationis, & agitur de Jurepatronatus antiquo, in cujus quasi possessione fuerunt semper Domini Castri, *Lotter. de re benef. lib.2. q.9. n.58. Pacion. de locat. cap.11. nu.49. Rota dec.697. n.3. par.1. rec., & in Aurien. juris patronatus* 12. *Februarii* 1666. §. *Quo-*

16 *niam cor. Eminentissimo D.Card. Carpineo.* Concurrit longa possessio, ac præsentationes factæ per Dominos Castri, tunc enim etiam absque alio adminiculo censetur probata annexio Juris patronatus. *Spad. cons.28. nu.23. tom.2. Rot. dec.314. num.3. par.4. rec. tom. 1., & in Mediolanen. Præposituræ* 5. *Martii* 1704. §. *Siquidem coram R.P.D. meo Ansaldo.*

17 Etenim cùm Castrum in sui primordio spectaret ad Blanchinam de Brancaleonibus, hæc illud vendidit cum suis juribus, & pertinentiis Francisco Ursino Abbati Farfensi: In hac autem venditione apparet fuisse etiam comprehensum dictum Juspatronatus, dum idem Abbas de anno 1546. prædictum Castrum vendidit Universitati Castri veteris, sub ea tamen conditione, ut in illam non censeretur transfusum juspatronatus Ecclesiæ S. Petri, ex qua reservatione bene arguitur Juspatronatus fuisse annexum Castro, *cap. ex literis, & cap. cum sæculum de jurepatr. Abb. in d. cap. ex literis num.1., & ibidem Innocen. num.2. vers. sed quando Lambertin. de jurepat. secund. par. lib.1. quæst.5. art.11.* Id magis patefacit factum subsequùtum: Nam cùm plenaria venditio Castri ad favorem prædictæ Universitatis non habuerit effectum, sive ex non solutione pretii, aut ex alio titulo idem Abbas Ursinus Castrum donavit illis de Mareriis absque ulla tamen reservatione jurispatronatus, & inter Universitatem Castri veteris, & eosdem de Mareriis deventum fuit ad divisionem Territorii, in qua cùm aliqua illius pars obtigisset Communitati, & Castrum dirutum cum Ecclesia unà cum majori parte Territorii ad Marerios statim sequuta vacatione Ecclesiæ de anno 1587. illi præsentarunt utì Domini Castri cum subsecuta institutione, quod etiam peregerunt in altera vacatione anni 1595. sub eadem expressione Ordinarii in institutione ad Cæsarem, & Martium de Mareriis Dominos Castri Bulgarettæ spectasse dictum juspatronatus, cùm neminem lateat, quàm probent prædictæ Ordinariorum sententiæ super qualitate Patronatus, pro cujus exclusione in favorem Laicorum ratione eorum præjudicii solent plurimùm esse propensi: *Noguerol. alleg.28. num.9. Rot. decis.298. num.2. coram Emerix Jun., & decis. 472. num. 10. par. 19. rec.*

18 Magis verò assumptum comprobarunt binæ aliæ Ordinariorum sententiæ, una videlicet emanata de anno 1606., & altera de anno 1646., & prima quidem, dum admisit præsentationem Francisci de Mareriis, & clarius altera anni 1646., in qua licèt adfuissent plures alii de familia Mareria, fuit declaratum prædictum Juspatronatus spectasse ad Hieronymum modernum, & unicum Patronum Castri diruti Bulgarettæ, in cujus sequelam sequuta alia vacatione anni 1649. præsentavit solus Thomas filius Hieronymi, qui antecedenter fuerat declaratus unicus Dominus, & Possessor Castri diruti Bulgarettæ, absq; eo quod ullus alius de linea Mareria, qui alioquin aderant etiam de eodem stipite, ut patet ex *decis.* 117. 197. 148. & 425. *par.* 12. *recen.* præsentasset, cùm ex præsentationibus factis ab eo tantùm, qui pro tempore fuit Dominus Castri, bene arguatur Juspatronatus fuisse annexum Castro, *Lotter. de re benef. lib.2. q.9. num.58. Pacion. de locat.cap.11. n.49. Rot. in decis. Mediolanen. Præposituræ 3. Martii* 1704 §. *Et sanè coram R.P.D. meo Ansaldo*; Præsertim cùm iidem de Mareriis usi fuerint prædicta sententia, eam producendo coram Albergato in dicta

Rea-

Reatina Castrorum ad effectum evitandi executionem sententiæ A.C. obtinendo etiam resolvi non fuisse locum Ægidianæ, ex quo agebatur de Castris habentibus annexum Juspatronatus, ut ex *d. decis.117. num.6. & seqq. par.12. rec.* Ideoque non videtur amplius impugnabilis prædicta connexio, *Rot. decis.697.num.4. par.1., & decis.314. num.4. par.4. rec., & coram Emerix decis.698. num.4. & 5.*

Qua posita annexione perneceſſe descendit idem Juspatronatus spectare ad Gambaros Lancellottos Castri Bulgaret-
19 tæ possessores, juxta clarum *Text. in cap. ex literis, ibique Innocent. sub num. 2. de jurepatronat. Noguerol. allegat.36. nu. 26. Lambertin.de jurepatronat. in secunda par. lib.1. quæst.5. art.11. num.2. Prob. ad Monach. in cap. ad præsentationem num. 1. de jurepatronat. in 6. Menoch.cons.401.n.123.* Præcipuè quando venditio facta fuit etiam præ io chirographo sa. me. Innocentii XII. *cum omnibus suis juribus, pertinentiis &c.* tunc enim citra ullam dubitationem Juspatronatus cum universitate bonorum transit ad emptores. *Facchin. controv.24. sub lit. A. lib. 8. Rot. in Augustana juris patronatus super negocio principali 17. Februarii 1698. §. Potissimum coram R.P.D. dell'Olmo.*

Et ita per contradictas &c.

ARGUMENTUM.

Juspatronatus cum universitate bonorum renunciata à Religioso occasione ingressus in Religionem transit ad Renunciatarium, & ad alios in renunciatione contemplatos. His autem defunctis, an cesset effectus renunciationis, adeout Juspatronatus redeat ad Renunciantem, seu ad Monasterium ex Persona Religiosi renunciantis?

SUMMARIUM.

1 *Juspatronatus transit ad Renunciatarium, dummodo sit hæreditarium, secus si sit gentilitium.*

2 *Juspatronatus hæreditarium transit ad Curatorem hæreditatis jacentis.*

3 *Legato feudo, censetur etiam legatum juspatronatus ei annexum.*

4 *Juspatronatus spectat ad Monasterium, si Patronus professus, qui illud renunciavit, fuerit reintegratus à Renunciatario defuncto in testamento.*

5 *Renunciatio juris patronatus unà cum universitate bonorum emissa à Patrono occasione ingressus in Religionem, an præsumatur abdicativa, & realis?* Et n.15.

6 *Renunciatio quotuplex sit?* Et num.7.

8 *Renunciatio juris patronatus unà cum universitate bonorum, concepta à Patrono occasione ingressus in Religionem ex affectu erga eos de sanguine est personalis, & his omnibus defunctis, cessat renunciatio, & juspatronatus redit ad Monasterium ex persona Patroni professi renunciantis, non verò transit ad hæredes extraneos,* & num.9. Amplia ut num.16.

10 *Renunciatio cùm sit odiosa est strictè intelligenda.*

11 *Renunciatio juris patronatus unà cum universitate bonorum emissa à Patrono professo non comprehendit juspatronatus futurum ex causa nova de futuro, nimirum relictum ab extraneo post renunciationem, & quare?* Vide num. 12. & 14. Amplia ut num.13.

CASUS III.

TItius, inflante Divino Spiritu, qui ubi vult spirat, statuit in corde suo Monasterium A. capax possidendi bona in communi ingredi, ibique profiteri, & Cruci Christi adhærere, & ut verè dicere posset cum D. Petro: *Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te*, Matth. 19. intrà duos menses ante professionem cum licentia Episcopi per publicum Instrumentum, motus ex amore quo prosequebatur proprium fratrem, renunciavit ipsi, ejusque filiis, & hæredibus feudum, cui erat annexum Juspatronatus Beneficii A., & omnia alia quæcumque bona etiam extranea quomodolibet, quomodocumque, & qualitercumque spectantia, & pertinentia. Hoc interim quidam extraneus ad faciendam rem gratam familiæ Titii, reliquit eidem familiæ in ultimo quo decessit elogio totam propriam hæreditatem, cui erat annexum Juspatronatus Beneficii B. Viam verò universæ carnis ingresso fratre Titii, absque filiis, & solùm Titio professo in dicto Monasterio A. de ejus familia superstite, hoc prætendere cœpit ex persona ejusdem Titii pro-

professi immissionem non solùm in Juspatronatus, & feudum cui erat annexum, & alia quæcumque bona renunciata à præfato Titio favore ejus fratris defuncti, verùm etiam in totam hæreditatem, & Juspatronatus huic annexum relictam à præfato extraneo familiæ Titii. Quæro proinde in hoc casu, ad quem spectet utrumque Juspatronatus unà cum supradictis bonis, quibus est annexum, ad hæredes Renunciatarii defuncti nè, vel potiùs ad præfatum Monasterium ex persona Titii professi renunciantis?

1 Certum est, quòd Patronus potest renunciare Juspatronatus, vel de per se sumptum, & hoc cum consensu Episcopi, si renunciet illud personæ extraneæ; absque tali consensu, si renunciet Ecclesiæ, aut Personæ Compatronæ; Vel cum universitate bonorum, cui adhæreat, etiam sinè consensu Episcopi, & in utroque casu certum est Juspatronatus transire in Renunciatarium. *Lambertin. de jurepatron. lib. 1. par. 2. quæst. 10. art. 3. num. 3. Rot. in Viterbien. Canonicatus 23. Januarii 1697. coram dell'Olmo impress. apud Piton. discept. Eccles. 4. num. 82.* dummodo sit hæreditarium, secus si sit gentilitium, quia si sit tale transire non potest in Renunciatarium in præjudicium eorum ad illud venientium ex propria persona. *Bald. cons. 373. num. 4. in fine lib. 1., Card. de Luc. de renunciat. disc. 15. num. 3. Rota in Mantuana Beneficii 3. Junii 1689. coram Ursino, impress. apud eumdem Piton. discept. Eccles. 14. num. 32.*

2 Sicuti enim Juspatronatus transit ad Curatorem hæreditatis jacentis, cui est annexum, adeout succedente vacatione Beneficii tempore quo hereditas sit adhuc jacens præsentatio spectat ad Curatorem. *Barbos. in hoc Can. XIV. num. 6. Vivian. de jurepat. lib. 4. cap. 5. nu. 6., & lib. 12. cap. 9.*

3 *num. 44.* Et sicuti legato feudo, aut Castro censetur etiam legatum Juspatronatus ei annexum, *Rot. decis. 314. nu. 1. par. 4. to. 1. recent.* Ita renunciato feudo, aut Castro, censebitur etiam renunciatum Juspatronatus eidem annexum, & hoc transibit in Renunciatarium. Hoc posito

Videtur in hoc casu dicendum tam Juspatronatus annexum feudo renunciato à Titio occasione ingressus in Religionem favore proprii fratris, ejusque filiorum, & hæredum, quàm aliud Juspatronatus annexum hæreditati relictæ ab extraneo favore familiæ Titii post renunciationem, per mortem hujus fratris Renunciatarii absque filiis spectare ad hujus hæredes, non verò ad Titium professum Renun-

4 ciantem, seu ad Monasterium ex hujus persona; Licèt enim utrumque Juspatronatus unà cum dictis universitatibus rerum, quibus est annexum, spectaret ad Monasterium A. capax possidendi bona in communi, & hoc deberet in utroque succedere ex persona Titii professi renunciantis, si hic fuisset vocatus in testamento fratris Renunciatarii, cùm bene admittatur reintegratio Renunciantis ad jura renunciata resultans ex testamento Renunciatarii, non obstante quacumque renunciatione, juxta *Gallerat. de renunciat. lib. 2. cap. 5. num. 25. Gratian. discept. foren. 565. num. 61. Mans. consult. 296. n. 20. Rot. in Romana, seu Viterbien. legati 26. Junii 1709. §. Sub examine coram R. P. D. Crispo, & in Bononien. Immissionis 18. Junii 1714. §. Verùm coram R. P. D. Cerro.*

Tamen cùm in casu præsenti Titius professus non fuerit vocatus, nec reintegratus ab ejus fratre Renunciatario in testamento ad supradictas universitates bonorum, quibus erat annexum utrumque Juspatronatus, sequitur, quòd neutrum ex dictis Juribuspatronatus, & neutram ex dictis universitatibus spectare posse ad Monasterium A., nec hoc prætendere in eis immissionem ex persona Titii renunciantis professi, sed pertinere ad hæredes extraneos fratris Renunciatarii defuncti, adeout succedente vacatione alterutrius ex dictis Beneficiis, ad hos spectabit præsentatio Rectoris, ea ratione, quia ampliissima renunciatio emissa ab eodem Titio præbet Monasterio obstaculum acquirendi ex illius persona præfatas Universitates, & consecutivè etiam

5 Jurapatronatus eisdem annexa; Maximè cùm renunciatio fuerit ab eo emissa occasione ingressus in Religionem, ex quo præsumitur ea esse realis, abdicativa, & extinctiva, & ipse Renuncians se abdicare voluisse ab omnibus bonis mundanis, ac si non esset amplius in rerum natura, cùm fuerit certus, quòd à Religione consecuturus erat omnia sibi necessaria, juxta illam promissionem Christi Domini -- *Qui reli-*

*reliquerit patrem ſuum, & matrem ſuam propter me centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit-- Rot. deciſ.*587. *num.*4. *& ſeqq. par.*1. *recent., & deciſ.*243. *n.* 18. *par.*14., *& deciſ.* 62. *num.* 14. *& ſeqq. coram Merlin., & in Romana renunciationis* 23. *Januarii* 1708. §. *Maximè,& 6. Maji* 1709. §. *Tantò magis coram Eminentiſsimo Scotto, & in Bononien. Immiſſionis* 18. *Junii* 1714. §. *Abſque eo quod coram R. P. D. Cerro.*

In nihilo obſtante, quòd Titius motus fuerit ad renunciandum ex affectu erga ejus fratrem, & hujus filios, ſeu erga eos de ſanguine, & ſic his ceſſantibus ceſſare etiam debeat effectus renunciationis; Quoniam non ſolùm motus fuit ex affectu erga eos de ſanguine, verùm etiam erga horum hæredes extraneos, dum renunciavit prædictas Univerſitates habentes annexum Juſpatronatus proprio fratri, ejuſque filiis, & hæredibus, & conſequenter renunciatio non fuit limitata ad ſolos eos de ſanguine, ſed etiam fuit extenſa ad hæredes extraneos, cùm nomine hæredum veniant hæredes extranei juxta auctoritates ſuperiùs relatas *Can. I. & 2. Caſ. III. num.* 2., *& Caſ. XVIII. num.* 4.

6 At his non obſtantibus contrarium verius de jure cenſeo; Dividitur namque à Doctoribus renunciatio in duas ſpecies; Alia enim eſt renunciatio realis, & abdicativa, per quam renuncians tollit ſe de medio, & fingit ſe mortuum, renunciando nimirum omnibus bonis tam de præſenti, quàm de futuro, tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato certis non contemplatis perſonis, ſed generaliter comprehenſis quibuſcumque hæredibus, & ſucceſſoribus etiam extraneis cum clauſulis præferentibus perpetuam excluſionem regreſſus ad bona renunciata, & in his terminis certo equidem renuncians neutiquam redire valet ad bona renunciata juxta firmata per *Surd. conſ.* 517. *num.* 14. *Saminiat. controv.*100. *num.*2. *Paulut. diſſert.*84. *num.*17. *Palmanep. alleg.*293. *n.*8. *Actolin. reſolut.*40. *num.*13. *Andreol.contr.* 310. *num.*13. *Rot. dec.*330. *num.*1. *par.*14. *rec. & in Romana Succeſſionis* 4. *Februarii* 1711. §. *Multoque coram Reverendiſſimo Molines.*

7 Alia eſt renunciatio ſimpliciter, & abſolutè perſonalis, quando ſcilicet fuit renunciatum intuitu, & contemplatione certarum perſonarum e. g. fratrum, tunc enim ſi fratres prædecedant, renunciatio ipſa corruit, nec renuncianti obſtat, quo minus ſuccedere valeat ad bona renunciata juxta *Card. de Luc. de renunciat. diſc.*1. *num.*4., *& ſeqq., & diſc.*4. *num.*18. *Manſ. conſult.* 296. *num.* 42., *& ſeqq. Rot. deciſ.*186. *num.*2. *par.*3., *& deciſ.* 23. *n.*4. *par.*15. *rec. & deciſ.*48. *num.*18. *poſt Merlin. de legitim.*, *& deciſ.* 894. *num.* 1. *coram eodem Merlin.*, *& deciſ.*641. *num.*32. *coram Dunozet. jun.*, *& deciſ.* 619. *num.*5. *coram Emerix jun.*, *& in Peruſina Immiſſionis* 15. *Januarii* 1706. §. *Non obſtat coram Eminentiſſimo Scotto.*

8 In caſu præſenti præfata renunciatio emiſſa à Titio occaſione ingreſſus in Religionem favore proprii fratris, ejuſque filiorum, & hæredum eſt perſonalis, & ſecundæ ſpeciei, utpote regulata à Cauſa omnino perſonali, nimirum ex affectu, & amore erga proprium fratrem, ejuſque filios,& hæredes,ut animadvertunt *Manſ. conſult.* 256. *num.* 2., *& ſeqq. R.P.D. Anſald. in annot. ad deciſ.*15. *num.* 21. *&* 23. *Rot. deciſ.*330. *num.* 1. *& ſeq. par.*14., *& deciſ.*23. *num.*7. *par.*15. *& deciſ.*126. *n.*66. *& ſeqq.*, *& deciſ.*869. *num.*7. *coram Merlin.* Ex quo fit defuncto ejus fratre Renunciatario abſque filiis ceſſare effectum renunciationis, & tam feudum, quàm Juſpatronatus Beneficii A., & alia quæcumque Bona renunciata redire ad eumdem Titium renunciantem, ſeu ad Monaſterium A.ex hujus Perſona,adeoutſuccedente vacatione Beneficii A. præſentatio ſpectare debeat ad dictum Monaſterium, non verò ad hæredes fratris renunciatarii extraneos, quorum favore non militat ratio illa amoris,cum omnis renunciatio nulli alii prodeſſe poſſit, niſi ei tantum, cujus contemplatione facta fuit *Bald. conſ.* 437. *num.*2. *verſic. item, Surd. conſ.*244. *num.*8., *& ſeq. Altograd. conſ.*41. *num.* 12. *lib.* 2. *de Marin. reſol. quotid. cap.* 189. *num.* 1., *& ſeqq.*, *& cap.* 190. *num.* 32. *Gratian. diſcept.* 557. *num.* 52., *Rot. deciſ.* 587. *num.* 4. *par.* 1. *rec.*, *& in Romana renunciationis* 17. *Junii* 1709. §. *Vel*, *& §. Licèt coram Eminentiſſimo Priolo*, *& in Romana ſucceſſionis* 4. *Febr.* 1711. §. *Cùm enim coram Rmo Molines.*

Quòd

Quòd si hoc procedit respectu Jurispatronatus Beneficii A. annexi feudo expresse renunciato à Titio favore proprii fratris, ejusque filiorum, & hæredum, eo fortius procedere debet respectu alterius jurispatronatus Beneficii B. annexi hæreditati relictæ à præfato Extraneo post renunciationem, nimirum quòd etiam hoc juspatronatus unà cum dicta hæreditate, cui est annexum spectare debeat ad Monasterium A. ex persona Titii Professi, non verò ad hæredes extraneos Renunciatarii defuncti, non solùm quia renunciatio hæc emissa à Titio est personalis, sed etiam quia comprehendere nunquam valet hoc juspatronatus unà cum dicta hæreditate, attentis tum natura renunciationis, tum mente renunciantis.

10 Et quidem attenta natura renunciationis, hæc cùm sit odiosa venit strictè intelligenda, itaut tantum capiat, quantum verba sonant, & non venit extendenda ad ea, quæ non clarè constat per Renunciantem fuisse comprehensa *Dec. cons. 379. num. 4. Gratian. discept. for. 565. num. 63. Palmanep. alleg. 307. num. 304. Panimoll. decis. 7. annot. 2. num. 36. Rot. decis. 543. num. 26., & 44. par. 5. recent., & in Romana renunciationis 23. Januarii 1708. §. Siquidem, & 6. Maji 1709. §. Retento coram Eminentissimo Scotto, & 10. Martii 1710. §. E contra coram R. P. D. Crispo, & in Romana successionis 4. Februarii 1711. §. Pro remotione coram Reverendissimo Mo-*

11 *lines*. Quare cùm clare constet renunciationem emissam à Titio occasione ingressus in Religionem comprehendere etiam juspatronatus unà cum hæreditate relicta ab extraneo favore familiæ Titii post dictam renunciationem, sed hoc sit valde dubium, facienda est interpretatio pro exclusione hujusmodi comprehensionis, dum in dubio semper renunciatio interpretanda venit favore Renunciantis *Tor. de pact. futur. succes. lib. 2. cap. 23. n. 31. Rot. in dicta Romana renunciationis 23. Januarii 1708. §. Quapropter coram Eminentissimo Scotto*.

12 Attenta autem mente Renunciantis, neque renunciatio hæc celebrata à Titio comprehendere potest juspatronatus prædictum unà cum hæreditate relicta à præfato Extraneo post renunciationem; Hujusmodi enim hæreditas, cui est annexum juspatronatus de tempore renunciationis non competebat Titio, neque in re, neque in spe, cùm fuerit relicta ab eodem Extraneo favore familiæ Titii post hujus renunciationem: Unde sicuti Titius non poterat de hoc Jurepatronatus, & hæreditate cogitare de tempore renunciationis, ita nec poterat velle ei renunciare, cùm nihil sit volitum, quin præcognitum; *Saminiat. controv. 73. n. 27. Panimoll. decis. 7. annot. 3. num. 3. Rota in dicta Romana Renunciationis 23. Januarii 1708. §. Quæ omnia, & 6. Maji 1709. §. Ulterius coram Eminentissimo Scotto, & 10. Martii 1710. §. Ratio coram R. P. D. Crispo*.

13 Non obstat, quòd Titius renunciaverit proprio fratri, ejusque filiis, & hæredibus non solùm feudum, cui erat annexum Juspatronatus Beneficii A. sed etiam omnia alia quæcumque bona etiam extranea quomodolibet, quomodocumque, & qualitercumque spectantia, & pertinentia, & consequenter etiam renunciaverit hanc hæreditatem postea relictam ab Extraneo, cui erat annexum aliud Juspatronatus Beneficii B. sciendum est enim, quòd nobis bona, & jura tripliciter competere possint, nimirum re, & spe; spe, sed non re, & nec re, nec spe; Juxta distinctionem relatam à *Bartol. in l. 1. Cod. de pact. §. primo lit. K.* ibi -- *distinguit tres species jurium, & prima est, quæ nobis competit, & spe, secunda spe, & non re; Tertia nec spe, nec re* -- Hoc posito, licèt verba supradicta videlicet -- *omnia alia quæcumque bona etiam extranea quomodolibet, quomodocumque, & qualitercumque spectantia, & pertinentia* -- comprehendere possint illa bona, & jura, quæ Titio Renuncianti competebant de tempore renunciationis re, & spe, aut spe, & non re, tamen comprehendere non valent bona, & jura illa, quæ de eo tempore non competebant Titio, nec spe, nec re, sed ad hunc effectum requirebantur, quòd illa verba essent probata clausulis talis efficaciæ, ut clarius ostenderetur, quòd Titius renuncians cogitaverit de Bonis, seu juribus, nec spe, nec re illi competentibus, vt sunt hæ ex. gr. Ex *Causa de futuro*, sive ex *Causa nova*, sivè *de novo superveniente*, juxta doctrinam *Bartoli in dicta l. 1. Cod. de pact. sub num. 4. Gallerat. de renun-*

renunciat. centur. 1. renunciat. 17. num. 37. Palmanep. alleg. 307. num. 26. Rot. in dicta Romana renunciationis 23. Januarii 1708. §. Ratio, & 6. Maji 1709. §. Neque coram Eminentissimo Scotto, & 10. Decembris 1710. §. Sed statim coram Eminentissimo Priolo, & 10. Martii 1710. §. Quamobrem coram R.P.D. Crispo.

14 Propterea cùm Juspatronatus, & hæreditas præfata relicta ab extraneo familiæ Titii, non competebat huic de tempore renunciationis nec re, nec spe, sed erant bona futura ex causa de futuro Titio omnino incognita, dum numquam cogitabat, quòd extraneus præfatus esset relicturus suæ familiæ Juspatronatus unà cum dicta hæreditate, Titius proinde in hac renunciatione, sicuti non potuit extendere cogitationem suam ad Juspatronatus, & hæreditatem prædictam, ita nec valuit ad ea renunciationem protrahere *Menoch. cons. 71. num. 31. Surd. dec. 326. nu. 52. Rocc. respons. 87. nu. 4. tom. 1. Rota in Romana Successionis 4. Februarii 1711. §. Ac propterea coram Reverendissimo Molines.*

Hinc descendendo ad ea, quæ superiùs pro ratione dubitandi in contrarium afferebantur ipsa non merentur attendi, quia procedunt in renunciatione reali, & abdicativa, non verò personali, prout est

15 ista, de qua agitur. Nec ex eo, quòd sæpedicta renunciatio fuerit facta à Titio occasione ingressus in Religionem præsumenda est abdicativa, & realis; Quoniam licèt professus in Religione non præsumatur sollicitus bonorum temporalium, quoad se ipsum; tamen præsumitur sollicitus bonorum temporalium quoad proprium Monasterium capax possidendi in communi tam ex conjectura pietatis erga illud, quàm etiam, ut commodiùs sibi necessaria suppeditaret, dum inverisimile omnino est, quòd quoscumque extraneos hæredes in vim propriæ renunciationis succedere voluerit excluso proprio Monasterio, & quòd prædilexerit quoscumque hæredes extraneos etiam ignotos potiùs quàm ipsum Monasterium, à quo alitur, & quod habet loco Patris, juxta *Bald. cons. 347. n. 2. lib. 1. Pannimol. dec. 7. annot. 2. n. 11. Mans. consult. 296. sub n. 50. tom. 4. Rot. dec. 48. n. 15., & seq. post Merlin. de legitim., & in Perusina Immissionis 15. Januarii 1706. §. Non relevante coram Emo Scotto, & in Romana Successionis 4. Februarii 1711. §. Comperto coram Rmo Molines.*

16 Nec adversatur, quòd renunciatio fuerit facta à Titio non solùm favore proprii fratris, sed etiam favore hujus filiorum, & hæredum, & consequenter non solùm frater Renunciatarius, sed etiam hujus hæredes succedere debebunt in utroque Jurepatronatus unà cum supradictis universitatibus, utpote in hac renunciatione contemplati; Quoniam nomine *hæredum* hìc non veniunt hæredes extranei, sed solùm hæredes sanguinis, & descendentes à Renunciatario, juxta *Altograd. cons. 43. nu. 55. & seqq. lib. 2. Andreol. controv. 310. num. 26. Saminiat. controv. 100. n. 9. Mart. de succes. legal. par. 3. quæst. 6. art. 1. num. 6. Cyriac. controv. 475. nu. 10. & seqq. Rota in dicta Romana renunciationis 17. Junii 1709. §. Et licèt regulariter coram Eminentiss. Priolo.*

ARGUMENTUM.

An Juspatronatus transeat in Creditorem cum re pignorata?

SUMMARIUM.

1 *Juspatronatus non transit in Creditorem cum Universitate pignorata.*

2 *Juspatronatus ratione pignoris non est possedibile per Creditorem.*

CASUS IV.

TItius pignore obligavit Cajo Creditori Villam, aut aliam Universitatem realem, in qua erat Ecclesia de suo Jurepatronatus; Quo casu quæritur, an Juspatronatus transeat in Creditorem cum re pignorata, itaut vacante Ecclesia annexa rei pignoratæ, præsentatio spectet ad Creditorem?

1 Respondeo *negativè*, Juspatronatus namque ratione pignoris non est possedibile per Creditorem, quia Creditor debet restituere fructus rei pignoratæ, vel computare eos in sortem, *cap. cùm contra de pignor., & cap. 1. de usur.* Præsentatio autem, quæ est fructus Juris patronatus non potest restitui, quia præsentatus per Creditorem, & institutus non potest removeri, juxta *Text. in cap. Consultationibus, de quo infra*, nec potest computari in sortem,

sortem, quia non est pretio æstimabilis, juxta *supradictos Text. in cap. Quia Clerici, & in cap. De jure*; Adeoque translata Universitate in Creditorem ratione pignoris, non transfertur in eum Juspatronatus, ut expresse deducitur ex *Text. in cap. Cùm Bertoldus de sent. & re judic.* ibi -- *Cùm Bertoldus Miles Curiam suam P. Militi pignori obligasset eodem P. sublato de medio A. nepos ei, qui successit eidem vacante Ecclesia ejusdem loci, asserens, quòd juspatronatus cum universitate transisset in eum C. Clericum ejusdem loci Archidiacono ad supradictam Ecclesiam præsentavit, qui de consensu Episcopi ipsum instituit in eadem F. Prædictus verò Bertoldus Dominus fundi. T. Sacerdotem memorato Episcopo præsentavit, sed ipsum Episcopus non admisit. Cùm autem dictus T. adversùs memoratum D. super prædicta Ecclesia deposuerit quæstionem, Remen. Episcopus Apostolicæ Sedis Legatis Judicibus negotium delegavit, ad quem cùm attestationes utrinque receptas per partes postmodum remisissent, & præfato D. cum suis attestationibus accedente dictus T., nec per se, nec per responsalem idoneum comparere curaret, ipse attestationibus inspectis, Clerici memorati ipsum ab impetitione T. sententialiter reddidit absolutum, eidem T. imponens silentium super Ecclesia memorata. Postmodum autem idem Presbyter ad Archiepiscopi præsentiam infra limine tempus accedens justam causam absentiæ allegavit F. unde sententiam ipsam duximus irritandam memorato T. adjudicantes Ecclesiam supradictam, cùm per attestationes nobis constiterit evidenter ipsum à vero Patrono fuisse ad sæpe dictam Ecclesiam præsentatum*-- ibique *Gloss. verb. Patrono, Abb. num. 2. Bellamer. num. 2. & 10. Butr. num. 25. Gonzal. num. 2. Barbos. n. 2. Imol. in cap. cùm dilecta de conces. præben. num. 13.*, & firmant *Innoc. in princ. Abbas Anan. num. 2. Butr. num. 10. Bero. nu. 31. & 36. Fagnan. num. 16. in hoc Can. XIV. Fælin. in cap. cùm Bertoldus de re judic., & in cap. ad audient. de præscript. Lambertin. de jurepat. lib. 1. par. 2. quæst. 9. art. 2. Rocch. de Curt. eodem tract. in verbo is, vel ipse q. 27. num. 60. Garz. de Benefic. par. 5. c. 5. num. 10. & cap. 6. num. 6. Vivian. de jurepat. lib. 4. cap. 7. num. 8. §. Neque Rot. in Romana Cappellaniæ 3. Junii 1711. §. Tertiò coram R. P. D. Ansaldo.*

ARGUMENTUM.

An Juspatronatus transeat cum Universitate sequestrata ad sequestrem.

SUMMARIUM.

1 *Juspatronatus non transit ad sequestrem si ex Officio Judicis sequestretur, seu deponetur Universitas penès tertium, eo quia sit gravata ære alieno, aut ex alia causa.*

2 *Juspatronatus non transit ad simplicem depositarium Universitatis, cui est annexum.*

3 *Juspatronatus non transit ad sequestrem, si aliquis propria voluntate posuit sub sequestro penès tertium Universitatem, eo quia super illa mota sit sibi lis.*

4 *Juspatronatus transit ad sequestrem, si contendentibus duobus possidere Universitatem, itaut ignoretur, quis eorum sit Dominus, dicta Universitas sequestretur.*

5 *Sequester terminata lite debet vincenti restituere fructus qui servando servari possunt.*

CASUS V.

Quæritur, An sequestrata Universitate Juspatronatus ei annexum transeat in sequestrem, itaut vacante Ecclesia Patronali tempore sequestri præsentatio spectet ad ipsum sequestrem?

1 Respondeo in hoc articulo, distinguendos esse plures casus. Primus est, si ex officio Judicis sequestretur, seu deponatur Universitas penès Tertium, eo quia sit gravata ære alieno, aut ex alia causa. In hoc casu juspatronatus annexum dictæ Universitati, non transit ad illum Tertium, seu ad sequestrem, sed remanet penès primum possessorem dictæ Universitatis; quia ob hoc sequestrum, iste non dicitur possessione Universitatis sequestratæ privatus, sed adhuc mediante persona illius sequestri possidere, juxta *Barthol. Bald. in l. unica C. de prohib. seq. pecu.* & alios penès *Menoch. de remed. retinend. possess. remed. 3. num. 88.* Ergo ad primum Possessorem, vacante Beneficio tempore hujus sequestri spectabit juspræsentandi juxta *Text. in C. consultationibus*, de quo infra. Et quia illæ Tertius, penès quem sequestrata fuit dicta Universitas, est simplex

2 plex depositarium in hoc casu, ad quem non transit juspatronatus, juxta *Barbos. hic num.8. in fine*.

3 Secundus casus est, si aliquis propria voluntate ponit sub sequestro, seu deponit penès Tertium Universitatem, eo quia super illa mota sit sibi lis, nec in hoc casu transit ad sequestrem juspatronatus; sed hoc remanet penès primum possessorem, quia iste non se spoliavit sua possessione dictæ Universitatis, juxta *Menoch. ubi supra n. 92.* ideoque cùm ipse primus possessor sit in possessione dictæ Universitatis, & per consequens etiam ipsius juris patronatus eidem Universitati annexi, ad ipsum spectabit jus præsentandi, juxta *supradictum Text. in cap. Consultationibus*, & juxta hunc casum intelligendi sunt *Abb.*, *& Butr. in cap. examinata de Indic.* ubi asserunt Juspatronatus non transire ad sequestrem.

4 Tertius casus est, si contendentibus duobus possidere Universitatem, itaut ignoretur quis eorum sit Dominus, dicta Universitas sequestretur, seu deponatur penès Tertium, vel ex officio Judicis, vel ex conventione Partium litigantium. In hoc casu Juspatronatus transit cum Universitate cui est annexum ad sequestrem, quia in hoc casu possessio dictæ Universitatis est penès sequestrem, juxta *Alex. cons.94. num.4. lib.5. Menoch. ubi supra num.93. Tusch. concluf. jur. concluf. 206. lit. S. tom.7.* Ergo ad ipsum spectabit jus præsentandi in casu vacationis, ut firmant *Anan. num.11. Butr. num.11. Barbos. num.8. in hoc Can. & in cap. Examinata de Judic. num.10. Probus ad Monach. in c. Nullus de tempor. ordin. in 6. nu.5. Lambertin. de jurepat. lib.1. par.2. qu.9. art.3. num.3. & seqq. Rocc. de Curt. eodem tract. in verb. is, vel ipse q.32. num.71. Garz. de Benefic. par.5. cap.6. num.1. & seqq.*

Non obstat si dicatur, Sequester terminata lite debet restituere fructus collectos rei sequestratæ vincenti; sed si tempore vacationis Beneficii præsentaret, non posset restituere vincenti hujusmodi

5 fructum præsentationis; Ergo Sequester in hoc casu non potest præsentare. Respondetur enim, quòd terminata lite, Sequester restituere debet vincenti fructus, qui servando servari possunt; Cùm autem præsentatio sit fructus, qui tempore consumitur, cùm elapso quadrimestre, aut semestre, non possit ampliùs Patronus præsentare. Ideo Sequester non tenetur restituere hujusmodi fructum præsentationis, juxta doctrinam *Lambertini ubi supra num.4. versic. Tu adde*.

ARGUMENTUM.

Juspatronatus an transeat ad Maritum titulo dotis?

SUMMARIUM.

1 *Fructus juris patronatus non sunt proportionabiles ad sustinenda onera matrimonialia.*

2 *An, & quando transferatur in Maritum verum, & proprium dominium dotis?* & num.3. & 11.

4 *Tutor non potest præsentare jure proprio, sed solùm jure administratorio.*

5 *Ex usu rei an arguatur dominium in utente?* & num.14.

6 *Juspatronatus competens Uxori jure sanguinis non transit ad Maritum, secus juspatronatus adhærens universitati bonorum datæ in dotem, & quare?* Vide num.7.

8 *Vir, & Uxor si discordant in præsentando, præfertur præsentatus à Viro.*

9 *Præsentatio est in fructu universitatis datæ in dotem, cui est annexum juspatronatus.*

10 *Fructus, ut pertineant ad Maritum non est necessarium, quòd sint tales, ut consumantur in sustinendis oneribus matrimonii.*

12 *Ut Marito competere valeat juspatronatus annexum universitati bonorum datæ in dotem sufficit, quòd apud ipsum sit dominium utile dotis.*

13 *Maritus est usufructuarius bonorum dotalium.*

CASVS VI.

NUpta fuit quædam Nobilis Puella Titio, eique pro dote de Supremi Principis assensu assignatum fuit Castrum, cui erat annexum Juspatronatus, appositio pacto illud in specie restituendi in casu restitutionis dotis, vacante interim Ecclesia Patronali, eadem Puella contendebat præsentare Rectorem, contradicente ejus Marito. Quæro proinde in

hoc casu an, & ad quem spectet Juspatronatus, seu Jus præsentandi?

Videtur dicendum spectare ad Uxorem, eamque debere præsentare Rectorem ad dictam Ecclesiam vacantem, Maritus enim titulo Castri, cui est annexum Juspatronatus sibi assignati in dotem, videtur prætendere non posse idem Juspatronatus, seu Jus præsentandi. Tum quia dos constituta fuit à jure pro oneribus matrimonii, nimirum, ut Maritus cum ejus fructibus possit uxorem, & filios alere, & alia onera matrimonii sustinere; Fructus autem Jurispatronatus non sunt proportionabiles ad sustinenda onera matrimonii, ideoque in assignatione præfati Castri in dotem jus præsentandi in Maritum transire non potuit, sed apud Uxorem debuit permanere, ad *Text. in l. pro oneribus Cod. de jure dotium, & Tex. in cap. salubriter de usur. ibique gloss. verb. onera Abb. num. 1. Anan. num. 3. Butr. n. 4. Gonzal. num. 3. Barbos. num. 9. Castill. de usufruct. cap. 4. num. 21. lib. 1. Giurb. in consuet. Senatus Messanen. cap. 1. gloss. 1. par. 1. num. 18. Amat. resol. 83. num. 1. par. 2.*, & expresse tuetur *Abb. in cap. cùm dilecta de conces. præben. num. 8. ibique Imol. n. 12.* ibi-- *Videtur probabiliter posse dici, quòd in Marito non transeat jus præsentandi &c. num fructus jurispatronatus est honorificentia quædam quoad actum præsentandi, nec videntur esse proportionabiles ad sustentationem onerum matrimonii, ideo videtur, quòd non transeat in Maritum* -- & hanc sententiam admittere videtur *Amostaz. de caus. piis lib. 3. cap. 9. n. 59.*

2 Tum etiam quia titulo hujus dotis in Maritum non fuit translatum dominium prædicti Castri. Distinguendum est enim inter dotem æstimatam, & quantitativam, & dotem inestimatam, & inspecie, vel estimatam, sed solùm ad effectum ut cognoscatur, an res dotalis fuerit postea deteriorata, quamvis assignata Marito dote æstimata, & quantitativa, ea æstimatione, quæ faciat emptionem transferatur ad ipsum verum, & proprium dominium, & ipse dicatur verè, & propriè Dominus rei dotalis, adeout possit illam vendere, & alienare. *Castill. de usufruct. cap. 4. num. 7. tom. 1. Covarr. pract. quæst. 28. nu. 1. Garz. de benef. par. 5. cap. 9. num. 162. & seqq. R.P.D. Ansald. decis. 80. num. 19. Rot. in Romana restitutionis dotis, acconcii, & quarti dotalis 2. Julii 1710. §. Prout nec officit, & seqq. coram R.P.D. Aldrovando.*

3 Tamen constituta dote inæstimata, & in specie non transfertur in Maritum verum, & proprium dominium, dum non potest illam alienare, nec vendere, sed hoc remanet penès uxorem, quę non præsumitur in constitutione dotis à se abdicare voluisse omnino bona dotalia, & se reddere ab eis aliena. *Fontanel. de pact. nuptial. tom. 2. claus. 6. glos. 1. par. 1. n. 13. Amostaz. de caus. piis lib. 3. cap. 9. num. 56. Rot. decis. 39. num. 1. post Merlin. de pignorib. R.P.D. Ansaldo d. decis. 80. num. 34., & in Asculana Census 6. Junii 1707. coram R.P.D. Kaunitz.* Dos autem assignata à memorata Nobili Puella Marito in casu præsenti est dos in specie, & inæstimata, cùm fuerit traditum pro dote Castrum prædictum cum obligatione illud determinatè restituendi in casu restitutionis dotis; Unde dominium ejusdem feudi, cui est annexum Juspatronatus, non fuit translatum ad Maritum, sed remansit penès Uxorem, & consequenter eodem modo etiam Juspatronatus remansit penès Uxorem, & non fuit translatum ad Maritum, cùm Juspatronatus non transferatur titulo Universitatis, nisi transferatur
4 etiam hujus dominium, ut patet in Tutore, qui cùm non habeat dominium in bonis pupilli, quibus est annexum Juspatronatus, non potest præsentare jure proprio, sed solùm jure administratorio, & præsentatus à pupillo præfertur præsentato à Tutore, *Lara de Anniversf. & Cappell. lib. 2. cap. 3. num. 28.*

5 Non obstat, quòd Maritus utatur feudo dato in dotem cum omnibus eius fructibus, ex hujusmodi enim usu argui non potest adesse in ipso dominium feudi, ut apparet in eo, qui habuit licentiam a Domino utendi equo, qui licèt utatur equo, non proinde dicitur Dominus equi; ita licèt Maritus utatur feudo, & exerceat actus jurisdictionales, non proinde dicitur Dominus feudi, & Jurispatronatus ei annexi.

6 His tamen non obstantibus contrariam sententiam opinor veriorem. Licèt enim Juspatronatus per se subsistens, & competens Uxori jure sanguinis, aut alio jure singulari non spectet ad Maritum, neque

que hic se intromittere possit in præsentatione, nisi ex urbanitate Uxoris. *Lara de Anniversʃ. lib.2. cap. 3. num. 29. Fontanell. de pact. nuptial. clauſ.6. gloſſ.1.par.3. num. 12.* Tamen Juspatronatus adhærens universitati bonorum datæ in dotem transfertur in Maritum, & ipse dicitur Patronus, & præsentare debet vacante Ecclesia Patronali, non verò Uxor; eodem modo, quo dato feudo in dotem Maritus dicitur Baro, & ad ipsum spectant exercitium jurisdictionis, & omnes alii actus Baronales, & non ad Uxorem. *Gonzal. in cap. querimoniam de jurepat. nu. 2. Menoch. conſ.66. num.23. Mantic.de tacit. lib.12. tit.30. nu.19. Card.de Luc. de feud. diſc.90. num.3.*

7 Ratio autem est, quia Juspatronatus transfertur cum universitate bonorum in illum, ad quem transfertur dominium, & possessio ipsius universitatis, juxta præsentes Canones, *ibique Doctores omnes*. Dominium saltèm utile, & possessio universitatis datæ in dotem transfertur in Maritum, & ipse est Dominus rerum dotalium, ac omnium fructuum earumdem. *l. dote C. de rei vindic. ibique Bald. num. 1. Fontanell. de pact. nuptial. clauſ.6. gloſs. 1. par.2. num.45. tom.2. pag. 244.* Ac proinde Juspatronatus transit ad Maritum cum universitate bonorum titulo dotis, & ad eum solùm spectare debet præsentatio, & non ad Uxorem, nisi hæc ex permissione Mariti admittatur ad præsentandum, quo
8 casu si Vir, & Uxor discordarent in præsentando, præferendus esset præsentatus à Viro, non solùm quia ipse est Dominus, & Possessor feudi, cui est annexum Juspatronatus, verùm etiam quia vox Viri est dignior, ut docet *Prob. ad Monach. in c.1. de privileg. in 6. num.6.* ibi-- *Testator Patronus descendens superstite filio, & filia, si discordant in præsentando præfertur vox masculi tamquam dignior -- Butr. in cap. cùm dilecta de conceſſ. præben. nu.12. Garz. de benef. par.5. cap.9. num.182.*, & ita expressè tuentur *Bero. nu. 26. & seqq. Barbos. num.3. in supradicto Can.XIV. Butr.in cap. cùm dilecta de conceſſ. præben. nu. 11. Lara de Anniverſ. lib.2. cap.3. nu.29. Rocc. de Curt. de jurepatr. in verb. is, vel ipse quæſt.28. num.63. Lambertin. eodem tract. lib.1. par. 2. q. 10. art. 2. Vivian. eodem tract. lib. 4. cap. 7. num. 8. §. Neque huic, Molin. de primogen. lib.1. cap. 24. num. 3. Garz. de benef.par.5.cap.9. n.177. & 184. Fontanell. de pact. nuptial. clauſ.6. gloſſ. 1. par. 3. num. 4. tom. 2. Caſtill. de uſufruct. cap.36.num.36. lib.1. Mareſcot. var.reſol. lib.1. cap.30. n.15. Mantic.de tacit.lib.12. tit.30. num.24.*

Non obstat, quòd præsentatio non sit proportionabilis ad sustinenda onera matrimonii, quoniam cùm Maritus sit Dominus rei dotalis, ad eum spectant omnes fructus ejusdem rei dotalis, sive afferant commoditatem ad sustinenda onera matrimonialia, sive non, & conse-
9 quenter etiam præsentatio, quæ est in fructu universitatis datæ in dotem, cui est annexum Juspatronatus. *Lara de Anniverſ. lib.2. cap.3. num. 29. Fontanell. dicta clauſ.6. gloſſ.1. par.3. num.8.tom.2. Mantic. de tacit. lib.12. tit. 30. num. 25.* Dum
10 non est necessarium ad hoc, ut fructus pertineant ad Maritum, quòd sint tales, ut consumantur in sustinendis oneribus matrimonii, *Fontanell. ubi ſupra num. 9. Gall. de fruct. diſp.3. art.11. nu.11. Mantic. ubi ſupra num.28.*

11 Minusque adversatur, quòd cùm fuerit in casu præsenti constituta dos Marito inæstimata, seu in specie non transierit in ipsum dominium dotis. Distinguunt enim Doctores inter dominium directum, seu proprietatis, & dominium utile, per assignationem dotis in specie, non transfertur dominium directum, seu proprietatis in Maritum, sed hoc remanet penès Uxorem, transfertur tamen dominium utile, & Maritus dicitur Dominus utilis, seu usufructuarius hujusmodi dotis, *Fontanell. ubi ſupra num. 34. Gratian. diſcept. forenſ.300. num. 34. & ſeq. Caſtill. de uſufruct. cap.4. num.24. & 43. lib.1. Card. de Luc. de feud. diſc. 90. num. 3. §. Nihilominus.* Sed ex eo, quod per hujusmodi assignationem dotis non transferatur dominium proprietatis in Maritum, non sequitur, quòd transferri non possit ad ip-
12 sum Juspatronatus annexum doti; dum ad hoc, ut Marito competere valeat Juspatronatus, non requiritur, quòd habeat dominium directum universitatis, cui sit annexum Juspatronatus, sufficit, quòd habeat dominium utile, & quòd sit usufructuarius ejusdem universitatis, juxta *Menoch. conſ.66. num.27. tom.1. Fontanel.*

de pact. nuptial. clauſ. 6. gloſſ. 1. par. 3. n. 5. & ſeqq. tom. 2. Caſtill. de uſufruct. cap. 36. nu. 35. Mareſcott. var. reſol. lib. 1. cap. 30. num. 12. Rota in Lunen. Sarzanen. 4. Maji 1685. apud Bertachin. vot. deciſ. 47. n. 17. Et hinc patet diſparitas inter Tutorem, & Maritum; Tutor namque non poteſt præſentare jure proprio, quia non eſt Dominus, nec Uſufructuarius bonorum
13 pupilli, ſed eſt merus Adminiſtrator; at Maritus eſt Dñus, & Uſufructuarius bonorum dotalium, dum fructus percipit, & ſuos facit, ut docent *Butr. in cap. cùm dilecta de conceſs. præben. num. 12. Vivian. de jurepatr. lib. 4. cap. 7. num. 8. §. Neque obſtat.*

14 Id verò, quod ſuperiùs in contrarium addebatur, videlicet, quòd ex uſu rei argui non poſſit dominium in utente non eſt abſolutè verum. Diſtinguo enim inter uſum pendentem quoad ſuam exiſtentiam, & conſervationem à nutu proprietarii, & ab hoc revocabilem, & uſum independentem quoad ſuam conſervationem, & exiſtentiam à nutu proprietarii, & ab eo irrevocabilem, & cenſeo verum quidem eſſe, quod ex primo uſu argui non poſſit dominium in utente, ſecus ex ſecundo uſu. Ex quo apparet manifeſta diſparitas inter Maritum, & eum, qui habuit licentiam utendi equo; Uſus enim quo Maritus utitur feudo dato in dotem eſt independens, & irrevocabilis quoad ſuam exiſtentiam, & conſervationem à nutu Uxoris proprietariæ, uſus verò illius, qui de licentia Domini utitur equo eſt dependens quoad ſuam exiſtentiam, & conſervationem à nutu Domini, & ab hoc revocabilis.

ARGUMENTUM.

An in confiſcatione univerſitatis bonorum Patroni delinquentis facta à Judice Laico, comprehendatur etiam Juſpatronatus?

SUMMARIUM.

1 *Juſpatronatus hæreditarium tranſit ad Fiſcum eo de per ſe, aut cum univerſitate confiſcato à Judice Eccleſiaſtico propter delictum Patroni non immediatè commiſſum erga Eccleſiam Patronalem, ſecus ſi ſit immediatè commiſſum erga Eccleſiam,* vt num. 6.

2 *Judex Laicus non poteſt confiſcare Patrono delinquenti juſpatronatus de per ſe, nec cum univerſitate bonorum expreſsè illud exprimendo, ſed poteſt illud confiſcare cum univerſitate bonorum abſque ulla expreſſione juriſpatronatus*, ut num. 3. & 4.

8 Gloſs. in Clement. Paſtoralis in verbo Subjectæ de ſentent. & re judic. *in quo ſenſu loquatur?*

CASUS VII.

TItius Patronus Eccleſiæ A. committens crimen rebellionis, aut læſæ Majeſtatis erga ſuum Principem, fuit à Fiſco privatus hæreditate, & univerſitate omnium bonorum, cui annexum erat Juſpatronatus. In hac rerum circumſtantia vacante dicta Eccleſia Titius præſentavit ad illam Cajum; Fiſcus verò prætendens in confiſcatione omnium bonorum Titii, venire etiam Juſpatronatus, & ad ſe illud ſpectare, præſentavit Sempronium. Hinc orta lite, quæritur an in confiſcatione univerſitatis bonorum Patroni veniat Juſpatronatus ei annexum? Et an hoc tranſeat ad Fiſcum, vel potiùs Eccleſia remaneat libera?

Et videtur reſpondendum, quòd in confiſcatione hujuſmodi univerſitatis bonorum Patroni non veniat Juſpatronatus, ut ſentire videtur *Gloſſ. in Clement. Paſtoralis in verb. Subjectæ de ſenten. & re judicat.* ibi -- *Per damnationem, vel confiſcationem Judicis ſæcularis non perdit quis juſpatronatus -- Archidiac. in cap. filiis 16. quæſt. 7. de Marin. obſerv. ad deciſ. Rever. deciſ. 123. Bertachin. vot. deciſ. 3. num. 3. Rot. deciſ. 105. num. 1. & 106. num. 1. poſt Vivian. de jnrepat.*

1 Sed in hoc articulo, quia variæ ſunt Doctorum opiniones procedendum eſt cum diſtinctione; Judex Eccleſiaſticus propter delictum commiſſum à Patrono poteſt confiſcare juſpatronatus non ſolùm cum univerſitate bonorum, ſed etiam de per ſe exprimendo in libello, & ſententia, quòd privet Patronum Jurepatronatus, & tunc Eccleſia fit libera ſub Epiſcopi poteſtate, ſi Patronus delinquens ſit unicus, ſi vero adſint plures Patroni in ſolidum, vox Patroni delinquentis tranſit ad Fiſcum Eccleſiaſticum; *Rot. dec. 232. num. 2., & deciſ. 298. num. 3., & dec. 351. num. 3.*

num.3. coram Coccin.; Ratio eſt, quia Judex Eccleſiaſticus habet juriſdictionem in quacumque cauſa juriſpatronatus, ut in *cap.quanto de judiciis,ibique Abbas Fagnan. in cap. nobis de jurepat. num.* 11. *Actolin. reſol. forenſ.* 58. *num.*68.

2 Judex Laicus non poteſt confiſcare Patrono delinquenti juſpatronatus hæreditarium (de hoc enim loquimur)de per ſe, privando eum expreſsè, & de per ſe dicto jurepatronatus ob defectum juriſdictionis, quem habet in ſpiritualibus, vel ſpiritualitati annexis. Ita *Gloſſ. in cap. filiis verb. propinquis Abb. in cap. quanto de judic. Molina de Primogenit. lib.* 1. *cap.*24. *num.*16.

3 Nec poteſt Judex Laicus confiſcare juſpatronatus Patrono delinquenti cùm univerſitate bonorum expreſsè illud exprimendo, vel in libello, vel in ſententia ex. gr. ſic -- *privo patronum villa, hæreditate, & etiam jurepatronatus eis annexo* -- Quia ſic judicium proferret circa juſpatronatus, quod non poteſt ob defectum juriſdictionis, ut ſuperiùs dixi, ita *Abbas in eodem cap. quanto Lambertin. de jurepat. lib.* 3. *quæſt.* 8. *art.* 8. *num.*12.

Inſuper nec ſi Judex Laicus, aut etiam Eccleſiaſticus confiſcaret Patrono delinquenti omnia bona, ſub hac expreſſione omnium bonorum comprehenderetur juſpatronatus, quando non conſtat hoc eſſe annexum eiſdem bonis. *Lambertin. ubi ſupra n.*14. *Rota dec.*104. *n.*11.*par.*12.*rec. & in Gerunden. beneficii* 28. *Junii* 1709. §. *Abſque eo quod coram Emo Priolo.*

4 Sed poteſt Judex Laicus confiſcare patrono delinquenti juſpatronatus confiſcando ejus univerſitatem bonorum, cui ſit annexum abſque ulla expreſſione juriſpatronatus,& iſtud tranſiret ad Fiſcum, non quidem ratione ſententiæ Judicis Laici, ſed ratione annexionis, quam habet cum univerſitate bonorum. Ita *Gloſſ. in hoc Canon. filiis, verb. propinquis* ibi -- *vel dic quòd cum univerſitate laicus Judex poteſt aliquem privare jurepatronatus -- Dec. in cap. quanto de judic. Abbas in eodem cap. quanto, & in cap. cum laici de jurepat. Lambertin. ubi ſupra num.* 20. *Rocc. de Curt. eodem tract. in verb. ipſe, vel is quæſt.*29. *Molin. de primog.lib.*1.*c.*24.*n.*26. §. *Cæterum.*

5 Ratio eſt, quia omnia ea, quæ transferuntur in hæredem extraneum, transferri poſſunt in Fiſcum, juxta *l.* 1. *&* 3. *de bonis damnat.*, *& Dec. in dicto cap. quanto*, ſed juſpatronatus transfertur in hæredem extraneum juxta *Text. in cap. perlatum de jurepat.* de quo ſupra diximus *Can.I.* ergo transferri poterit in hoc caſu ad Fiſcum.

6 Limita tamen ſi Judex Laicus,aut etiam Eccleſiaſticus confiſcaret univerſitatem bonorum patronorum propter delictum immediatè commiſſum erga Eccleſiam Patronalem, in hoc enim caſu juſpatronatus non tranſiret ad Fiſcum, ſed Eccleſia fieret libera, juxta *Text. expreſſum in cap. in quibuſdam de pœnis verſ. Sacri nihilominus* ibi -- *Sacri nihilominus Concilii approbatione ſtatuimus, quatenus ſi Patroni, vel Advocati, aut Feudatarii, ſeu Vice-Domini, aut alii Beneficiati, alicujus Eccleſiæ Rectorem, vel Clericum alium ipſius Eccleſiæ per ſe, vel per alios occidere, vel mutilare auſu nefando præſumpſerint, Patroni juſpatronatus, Advocati Advocatiam, Feudatarii Feudum, vice-Domini vicedominatum, & Beneficiati Beneficium prorſus amittant; Et nè minùs vindictæ, quàm exceſſus memoria prorogetur,non ſolùm de præmiſſis nihil perveniat ad hæredes, ſed etiam uſque ad quartam generationem poſteritates talium in Clericorum Collegium nullatenus admittuntur, neque in Domibus Regularibus, alicujus prælationis aſſequantur honorem, niſi cum eis fuerit miſericorditer diſpenſatum* -- Et reſolutum fuit à *Rota in Syracuſana juriſpatronatus 9. Maji* 1611. *coram Pirovano*, & dixi ſuperiùs *Par. I. Can.IV. Caſ. XIII. num.*7.

7 Limita etiam in caſu, quo Judex tam Laicus, quàm Eccleſiaſticus confiſcaret Patrono univerſitatem habentem annexum juſpatronatus hæreditarium propter hæreſim Patroni, tunc enim juſpatronatus non tranſiret ad Fiſcum, ſed Eccleſia libertatem acquireret, ut reſolutum fuit *à S. Rota in Lucana Beneficii* 26. *Junii* 1709. §. *Fragili coram R. P. D. Falconerio.*

Unde cùm fuerit Titio Patrono Eccleſiæ A. delinquenti confiſcata univerſitas bonorum à Judice Laico abſque ulla expreſſione juriſpatronatus, nec ob delictum immediatè commiſſum erga Eccleſiam, ſed contra Principem Sæcularem, ſequitur, quòd in iſta confiſcatione bonorum, veniat etiam juſpatronatus, ac pro-

proinde præsentatio Fisci, & non Titii est sustinenda.

8 Nec obstant auctoritates *Glossæ in Clement. Pastoralis in verb. subjectæ de sentent.*, *& de re judic.*, aliorumque Doctorum superiùs in contrarium allat., quia loquitur de confiscatione jurispatronatus facta à Judice de per se, vel cum universitate bonorum, illud exprimendo, vel de confiscatione omnium bonorum, quibus non appareat annexum juspatronatus, quibus casibus juspatronatus titulo hujusmodi confiscationis non transit ad Fiscum; Non verò de confiscatione jurispatronatus facta à Judice Laico cum universitate bonorum, absque ulla expressione ejusdem jurispatronatus, ut advertit *Abb. in eodem cap. quanto*.

ARGUMENTUM.

Translato Jurepatronatus Ecclesiæ Parochialis unà cum universitate bonorum empta à Regularibus ad eorum Monasterium visitatio ejusdem Ecclesiæ ad quem spectet ad Abbatem, vel potiùs ad Episcopum, & an Episcopus possit visitare Hospitale annexum eidem Ecclesiæ?

SUMMARIUM.

1 *Omnia Monasteria de jure communi sunt subjecta jurisdictioni Episcopi.*
2 *Divisio Episcopatuum originem habuit à Divo Petro, non verò à Dionysio Papa.*
3 *Monasteria Regularium sunt de jure communi exempta à Lege Diœcesana, ac etiam à lege jurisdictionali Episcopi vigore particularium Privilegiorum.*
4 *Jus Episcopale in quo consistat.*
5 *Potestas Episcopi consistit in duplici lege.*
6 *Enumerantur ea quæ sunt de Lege Diœcesana.*
7 *Referuntur ea quæ sunt de lege jurisdictionali Episcopi.*
8 *Ex receptione Monasterii sub immediata S. Sedis protectione an argui possit exemptio passiva ejusdem Monasterii?*
9 *Vigore exemptionis Monasterii, & ejus Ecclesiarum cessat in Episcopo exercitium jurisdictionis, quæ antea ei in illis competebat.*
10 *Dictio* omnis *est universalis, & apta comprehendere tam præsentia, quàm futura.*
11 *Translato jurepatronatus Ecclesiæ Parochialis una cum universitate bonorum ad Monasterium exemptum potest Episcopus illam visitare jure Ordinario*, amplia ut num. 12.
13 *Ecclesia Patronalis translata ad Monasterium exemptum cum universitate bonorum non efficitur subjecta Abbati, quoad visitationem, sed solùm quoad præsentationem.*
14 *Simplex præsentatio, aut collatio Ecclesiæ per Abbatem facienda non inducit ejusdem Ecclesiæ exemptionem. Nec qualitas Fundatoris dat facultatem visitandi Ecclesiam Patronalem.*
15 *Exempto Monasterio, non per hoc dicuntur exempti Populus, & Clerus Sæcularis, & Parochus.*
16 *Privilegium exemptionis loquens de omnibus Ecclesiis dependentibus à Monasterio ad hoc, ut sit aptum comprehendere Ecclesias etiam futuras, & de futuro advenientes eidem Monasterio quid requiratur?*
17 *Episcopus an, & quando visitare possit Ecclesiam Parochialem ad exemptos spectantem jure Ordinario, & quando jure delegato?*
18 *Episcopus potest visitare omnia Hospitalia, & loca Pia suæ Diœcesis tam quoad temporalia, quàm quoad spiritualia*, ut num. 21. limita, ut num. 19. amplia, ut num. 22. & 23.
20 *Hospitalia simpliciter Regia protectione existentia, nisi probetur legitima exemptio ab Ordinarii jurisdictione visitari possunt ab Episcopo.*
21 *Episcopus exigere potest redditionem rationum ab Administratoribus Hospitalis etiam laicis non solùm in actu visitationis, sed etiam quolibet anno, & in Domo Episcopali.*
24 *Episcopus in Visitatione Ecclesiarum Parochialium Patronalium non potest separare Parochianos, qui per familias distinguuntur absque consensu Patronorum.*
25 *Episcopus visitare non potest Ecclesiam Patronalem non curatam Religionis Hierosolymitanæ, quæ post ejus destructionem fuerit de novo ædificata à personis non exemptis.*
26 *Ecclesia destructa an, & quando amittet sua privilegia, & quando non?*

CA-

CASUS VIII.

EXaminatis quampluribus casibus spectantibus ad primam conclusionem, examinandi veniunt alii casus concernentes secundam superiùs in *Commentario* deductam, juxta quam Juspatronatus quando ad exemptos, & Religiosos transfertur non minuitur jus Episcopale in Ecclesia Patronali.

1 Sed pro eorum clariori intelligentia præsupponendum est omnia Monasteria, ac eorum Regulares de jure communi esse immediatè subjecta Episcopo ejusdem Diœcesis, in qua sita sunt, juxta *Text. in c.1.2.3.4.5.6.7. caus.10.q.1. & in c. omnes Basilicæ 16. q.7. & in c. Abbates, & c. Monasteria 18. q.2.* Dum D. Petrus Summus
2 Pontifex Apostolorum Princeps, Episcopus Episcoporum, in quo fundata fuit Ecclesia-- *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam* -- & cui oves, & agnos omnium sæculorum, & locorum ad regendum, & gubernandum Christus commisit--*pasce oves meas*-- cùm eas per totum ferè Orbem dispersas, & crescente charitate adauctas regere, & gubernare immediatè per se ipsum non valuisset, statuit in corde suo, sic afflante Divino Spiritu, quamplurimos non in plenitudinem potestatis, sed in partem sollicitudinis assumere, ad quem effectum distinxit, ac divisit totum Orbem Catholicum in plures Ecclesias, videlicet Parochiales, Archiepiscopales, & Episcopales, juxta distinctionem Sacerdotum Gentilium, nempe Primorum Flaminum, Archiflaminum, & Flaminum, itaut loco Primorum Flaminum jussit poni Patriarchas, loco Archiflaminum Archiepiscopos, & loco Flaminum Episcopos, assignando unicuique propriam Provinciam, Territorium, & Diœcesim, & unicuique Episcopo loca, Ecclesias, & personas uniuscujusque Diœcesis subjecit, juxta epistolam S. Clementis Papæ scriptam ad Jacobum, & relatam à *Gratiano in cap. In illis dist.* 80. Quidquid sentiant nonnulli contendentes divisionem Episcopatuum originem habuisse à Dionysio Papa, ex *Textu in cap. Ecclesias 13. q.* 1. quia ex hoc Textu deduci non posse videtur Dionysium distinxisse Archiepiscopatus, aut Episcopatus, sed Ecclesias Parochiales, ut legenti patet.

3 Deinde eadem Monasteria, ac eorum Regulares cœperunt esse exempta à Lege Diœcesana Episcopi, juxta *Text. in cap. Luminoso, & cap. Quam sit necessarium* 18. *q.*1. ubi Gregorius Magnus anno 601. prospiciens quieti Regularium omnium, prohibuit cunctis Episcopis sub quovis titulo quidquam exigere ab eorum Ecclesiis, & Monasteriis, se intromittere in electione eorum Abbatum, transferre Monachos de uno loco ad alium sinè consensu Abbatum, & importunè celebrare solemniter Missas in eorum Ecclesiis cum collocatione cathedræ pro ordinationibus habendis, ac etiam cœperunt esse exempta à lege jurisdictionali Episcopi, vigore particularium privilegiorum, quæ Sedes Apostolica benignè concessit quampluribus Religionibus, quas enumerat *Tamburin. de jure Abbat. tom.3. disput.5. q.11. num. 10. & seqq. Thomasin. de benef. par.1. lib.3. cap.29. & cap.30. per tot.*

4 Præsupponendum est etiam totum jus Episcopale consistere in eis, quæ sunt *Dignitatis*, in eis, quæ sunt *Ordinis*, & in eis, quæ sunt *Potestatis*; etenim multa competunt Episcopo ratione Dignitatis, multa ratione Ordinis, & multa ratione Potestatis; Ratione namque Dignitatis competunt Episcopo jus reverentiale, obedientiale, & Pontificalia; dum omnes de Diœcesi tam Sæculares, quàm Regulares tenentur præstare obedientiam, & reverentiam Episcopo, & iste potest uti Insignibus Pontificalibus. Ratione Ordinis competit jus ordinandi, chrismandi, & consecrandi. Ratione Potestatis competit Imperium in tota Diœcesi.

5 Hæc potestas Episcopi consistit in duplici Lege, Diœcesana nimirum, & Jurisdictionali, ut probat *Lotter. de re bene-*
6 *fic. lib. 1. q. 21. per tot.* Lex Diœcesana consistit in recipiendo nonnullas pensitationes, & tributa ab Ecclesiis propriæ Diœcesis in signum reverentiæ, & superioritatis, ut est exigere cathedraticum in signum cathedræ, exigere quartam decimarum, & mortuariorum in signum administrationis Curæ Animarum, quam habet, & exigere aliam pensitationem, quam *Eulogiam* Canones vocant, *Can. Eleutherius* 18. *q.* 2. in signum ordinationis,

nis, quam habet, omnium Ecclesiarum suæ Diœcesis, juxta *Text. in cap. Placuit, & cap. Inter cætera* 20. *q.* 3. *& Text. in cap. Conquerente de offic. Ordin.*, & bene *Lotter. ubi supra num.* 53. *& seqq.* Itaut Episcopus in signum superioriratis, & reverentiæ ultra prædicta à Clericis, Ecclesiis, & locis piis suæ Diœcesis aliquid exigere non debet, ad *Text. in cap. Nulli* 16. *q.* 1. ibi-- *Nulli Episcoporum liceat à subjecto Sacerdote, vel alio quolibet Clerico, & piis locis dationes ultra statuta Patrum exigere, aut super posita in angariis inferre, sed cùm optimus sit Perspector, ita prospiciat, ut universæ sibi oves commissæ à se maximè alantur, atque in necessitatibus adjuventur, non illicitis exactionibus opprimantur, quia Dominus pascere, & docere nos docuit, & omnibus ministrare, non terrenis lucris, vel avaritiis delectari.*

7 Lex verò jurisdictionis consistit in dando, nimirum in pluribus actibus, & juribus, ut sunt jus Prædicandi Euangelium, jus Congregandi Synodum, jus approbandi Confessarios, jus benedicendi Concionatores, indicendi concursus Parochialium auctorizabiliter instituendi, conferendi Beneficia, ordinandi tales, vel tales personas; consecrandi tales Puellas, & tales Ecclesias, & chrismandi tales personas, licèt enim ordinare, consecrare, chrismare simpliciter ut sic, ut sic, spectet ad ordinem Episcopalem, tamen in concreto ordinare, consecrare, chrismare tales Personas, tales Ecclesias est actus jurisdictionis, ut notat. *Lotter. ubi supra num.* 84. jus concedendi Literas Dimissoriales, & Testimoniales ad effectum suscipiendi Ordines ab alieno Episcopo. Jus benedicendi solemniter Populum, *Gloss. in cap. Abbates de privileg. in 6. verb. elargiri*. Jus benedicendi Calices, Patenas, Vestimenta Sacra, etiam cum Sacra Unctione, *Text. in cap. Vestimenta de consecrat. dist.* 1. *& in cap. unic. de Sacra Unctione prope finem*, benedicendi Corporalia, Moniales, & Abbatissas juxta *Can. Consultat. de Consecrat. dist.* 1. *Can. perlectis* 25. *dist.*, *& Canon. Quamvis* 68. *dist. & Clement. Attendentes de stat. Monach.*, benedicendi primum lapidem in Ecclesiæ fundatione ponendum. *Can. nemo de Consecrat. dist.* 1. jus præstandi consensum in reservatione jurispatronatus *cap. nobis de jurepat.* de quo infra *Can. XXVIII.* jus visitandi propriam Diœcesim. *Cap. Decernimus* 10. *quæst.* 1., nec non exigendi Procurationem; quamvis enim procuratio consistat in recipiendo, tamen non est de lege Diœcesana, sed legi jurisdictionali, quia non consistit in recipiendo in signum reverentiæ, & superioritatis, sed ratione laboris, ut notat idem *Lotter. de re benef. lib.* 1. *d. qu.* 21. *num.* 75. *& seqq.* jus, ut ei committantur à Dataria Apostolica dispensationes matrimoniales, & literæ in forma, *significavit.*, iuxta *Tridentin. cap.* 18. *sess.* 24. *de reform.* jus publicandi Indulgentias, cognoscendi Causas omnes Ecclesiasticas, Matrimoniales, Civiles, & Criminales ad forum Ecclesiasticum pertinentes in prima instantia idem *Tridentin. cap.* 20. *sess.* 24. jus excommunicandi, suspendendi, & interdicendi, ac absolvendi: Jus puniendi excessus Clericorum. *Text. in cap. cùm contingat de for. competen.*, & alii quamplures actus, qui legi possunt apud *Repetentes in cap. conquerente de offic. Ordin.* & apud *Barbos. de offic., & potest. Episcopi*, & apud *Lotter. ubi supra*.

Præsupposita hujusmodi notitia, pro Tyronibus quidem, cum quibus hic loquor; Accidit casus, quòd emptum fuit à Monasterio A. quoddam Castrum, in quo fundata erat Ecclesia Parochialis de jurepatronatus annexo eidem Castro, ac etiam in quo erectum reperiebatur Hospitale, cujus pingues redditus per Deputatos à Communitate dicti Castri, quæ regimini præest in opera pia pro infirmis Peregrinis, Pueribusque expositis erogantur, ac translatis juxta dispositionem horum *Canonum* unà cum Castro Ecclesia Parochiali, ac jurepatronatus ad dictum Monasterium vigore privilegii Apostolici immediatè subjectum S. Sedi, & exemptum unà cum omnibus Ecclesiis ad ipsum spectantibus à jurisdictione Episcopi prætentionem excitarunt, tam Abbas præfati Monasterii, quàm Communitas excludendi Episcopum à visitatione. Abbas quidem à visitatione prædictæ Ecclesiæ Parochialis, non obstante quòd Episcopus per plures annos illam sic translatam visitaverit. Communitas verò excludendi Episcopum à visitatione Hospitalis sub ejus gubernio, & regimine existentis.

Quæ-

Quæro proinde in hoc casu, an Episcopus possit visitare jure Ordinario hujusmodi Ecclesiam Parochialem, & an etiam visitare valeat dictum Hospitale sub gubernio laicorum existens, tam quoad Spiritualia, quàm quoad temporalia?

Quod attinet ad Ecclesiam Parochialem Patronalem, videtur dicendum non posse amplius Episcopum illam sic ad Monasterium A translatam unà cum univer-
8 sitate bonorum titulo hujus emptionis, visitare. Quoniam Summus Pontifex recepit dictum Monasterium unà cum ejus Ecclesiis sub immediata S. Sedis Apostolicæ protectione, quòd ex se passivam arguit, tam Monasterii, quàm earumdem Ecclesiarum exemptionem, ad *Text. in cap. si Papa de privileg. in 6. Rota in Leodien. jurisdictionis super bono jure* 11. *Martii* 1715. §. *Justitiam coram R.P.D. Ansaldo*. Immò expressè exemit, ac liberavit unà cum Monasterio omnes Ecclesias ab eo dependentes, à jurisdictione Episcopi; Adeôque iste non poterit amplius hanc Ecclesiam Parochialem translatam unà cum universitate bonorum ad exemptos à jure Ordinario visitare,
9 cùm stante hac exemptione cessaverat in Episcopo exercitium illius jurisdictionis Episcopalis, quæ antea de jure Canonico ei competebat, juxta *Text. in cap. grave de Offic. Ordin. cap. cùm Personæ* §. *Quod si tales de privileg. in 6. Pignattel. consult. Canonic. 39. num. 2. tom.* 10. *Rot. in Constantien. jurisdictionis super bono jure* 13. *Aprilis* 1714. §. *Derelinquentes coram Eminentissimo Scotto, & in Eysteten. jurisdictionis super bono jure* 25. *Januarii* 1717. §. *Præmisso coram R. P. D. Falconerio*, sed visitatio ejusdem Ecclesiæ spectare videtur ad Abbatem Monasterii, cum plenaria exemptio impediens exercitium jurisdictionis Ordinario, perneccessè causet concessionem visitationis Abbati exempto, ut docent *Rodrig. quæst. Regul. tom. 2. q. 5. art. 5. nu. 1. Card. de Luc. de Regul. disc. 1. num. 25. Rota in Firmana jurisdictionis super modo visitandi* 20. *Martii* 1702. §. *Secundum coram Reverendissimo Molines, & in dicta Constantien. jurisdictionis super manutentione* 13. *Aprilis* 1714. §. *Stabilito coram Emo Scotto*.

Dummodo tamen in Monasterio ad quod translata fuit Ecclesia Patronalis unà cum universitate bonorum adsint sex Religiosi, ut resolutum fuit à S. Congregatione Concilii in *Ugentina jurisdictionis, & Censurarum* 16. *Martii* 1715. ubi inter cætera proposito dubio -- *An Episcopo competat jus visitandi Conventum Carmelitarum Oppidi Murciani, Ecclesiam, & Religiosos in casu &c.* Responsum fuit *Negativè* dummodo adsint sex Religiosi ad formam Decreti -- *ut in parvis* -- Etenim si in dicto Monasterio non adsint sex Religiosi, posset Episcopus præfatam Ecclesiam Patronalem sic translatam visitare, sicut potest visitare ipsum met Monasterium, *Fagnan. in cap. Relatum, ne Cleric., vel Monach. num.* 71. *Panimoll. decis.* 84. *adnot. 2. num. 35. & 56.*

Non obstat si dicatur, quòd privilegium exemptionis extendi non possit ad controversam Ecclesiam Parochialem, quia hæc de tempore concessionis ejusdem privilegii non spectabat, nec erat dependens à dicto Monasterio. Siquidem cùm privilegium prædictum eximat à jurisdictione Episcopi omnes Ecclesias ad
10 Monasterium spectantes, videtur etiam eximere hanc Ecclesiam, licèt postea de futuro acquisitam, & accedentem ad Monasterium. Cùm dictio *Omnis* sit adeò latissima, & universalis, ut sit apta comprehendere omnes Ecclesias non solùm præsentes, sed etiam futuras, & de novo advenientes, *Surd. cons. 73. num. 62. Barbos. de diction. diction. 241. num. 15., & seq.*

11 At his omnibus posthabitis contrarium de jure procedit, agitur enim de Ecclesia Patronali non annexa, nec subjectivè unita, seu de Mensa Monasterii, sed de Ecclesia simpliciter translata unà cum ejus jurepatronatus ad Monasterium titulo universitatis bonorum per ipsum emptæ, & situata intrà Diœcesim Episcopi, quæ ratione talis situationis subjecta est ejusdem Episcopi jurisdictioni, tum quoad Populum, tum quoad Clerum ei addictum, adeôque debet ab eodem Episcopo visitari in concernentibus Curam Animarum, ad *Text. in cap. omnes Basilicæ* 16. *quæst. 7. cap. cum Venerabilis de Relig. domib. cap. cùm Episcopus de Offic. Ordin. in 6.* & juxta *Tridentinum cap. 3. sess. 24. de reform. Fagnan. in cap. cùm dilectus de Relig. domib., & in cap. nimis prava num. 3. de*

excess. Prælat. Rot. in Firmana jurisdictionis 17. *Martii* 1702. §. *Loquendo*, & 20. *Martii ejusdem anni* §. *Alias cum seq.*, & 13. *Maji ejusdem anni* §. *Fundamentum co-*
12 *ram Reverendissimo Molines*. Attento præcipuè, quòd Episcopus etiam postquam Ecclesia fuit translata ad Monasterium semper eam visitaverit absque ulla contradictione Abbatis pro tempore, quastante observantia nulli dubium esse potest valere Episcopum continuare in jure eam visitandi. *Castren. cons.* 347. *num.* 4. *lib.* 1. *Rot. decis.* 497. *num.* 5. *par.* 4. *tom.* 1. *recent.*, & *in dicta Firmana jurisdictionis* 17. *Martii* 1702. §. *Ad hancque coram Reverendissimo Molines*, & juxta resolutionem S. Congregationis Concilii *in Contorien. Visitationis* 20. *Aprilis* 1697. *lib.* 47. *decret. fol.* 110.

13 Nec Abbas Monasterii impedire valet Episcopo hujusmodi Ecclesiæ visitationem, & sibi arrogare jus illam visitandi, quia vigore translationis ejusdem Ecclesiæ Patronalis cum universitate bonorum ad Monasterium peripsum empta, ista subjecta non evasit Abbati quoad ejus visitationem, cùm juxta dispositiones præsentis *Canonis XV.* translata Ecclesia Patronali titulo universitatis bonorum ad exemptos non minuitur in ea jus Episcopale, sed solùm effecta fuit subjecta eidem Abbati quoad præsentationem Rectoris, itaut Abbas poterit quidem in hoc casu præsentare Rectorem ad ipsam Ecclesiam vacantem, non verò eam de jure visitare, ut innuere etiam videtur *Textus in cap. cùm & plantare* §. *In Ecclesiis de privileg.* ibi -- *In Ecclesiis verò suis, quæ ad eos pleno jure non pertinent, instituendos Presbyteros Episcopis præsentent, ut eis de Plebis Cura respondeant, ipsis verò pro rebus temporalibus rationem adhibeant competentem, & in cap.* 1. *de verborum significat. in* 6. ibi -- *easque cum suis plebibus per suos Clericos idoneos gubernent, qui ratione Plebium examinandi Episcopis præsententur, ut ab eis Curam recipiant Animarum, cùm plebes Episcopis sint subjectæ* -- Et quamvis Ecclesia prædicta effecta fuerit subjecta Abbati quoad præsentationem, non pro-
14 inde dici potest exempta à jurisdictione Episcopi, quia simplex præsentatio, aut collatio Ecclesiarum per Abbatem facienda, non inducit exemptionem earumdem, nec est valida subtrahere Animas, & Populum sub illis degentem à jurisdictione Episcopi. *Fagnan. in cap. cùm dilectus de Relig. Domib. Lotter. de re benef. lib.* 2. *quæst.* 12. *num.* 5. & 14. & optimè *Rot. in Firmana jurisdictionis* 15. *Aprilis* 1701. §. *final. coram Reverendissimo Molines*, & resolutum fuit à Sac. Congregatione Concilii *in Pragen. jurisdictionis* 14. *Januarii* 1708. ubi proposito dubio -- *An pro exemptione à jurisdictione Ordinaria Episcopi, sufficiat sola nominatio, seu deputatio Presbyteri Sæcularis facta à Superiore D. Joannis Hierosolymitani in Ecclesiis dicti Ordinis pro Cura Animarum, quamvis ex causa non admitteretur ab Archiepiscopo, sive potiùs requiratur admissio, approbatio, & licentia Archiepiscopi, sive ejus Concistorii ad Curam Animarum, & Administrationem Sacramentorum* -- Responsum fuit -- *Negativè* quoad primam, & *affirmativè* quoad secundam partem; Sicuti nec dici potest exempta à jurisdictione Episcopi, & subjecta visitationi Abbatis, ex eo quia iste uti Patronus ratione ejus Monasterii, ad quod translatum fuit juspatronatus cum universitate bonorum repræsentat personam Fundatoris Ecclesiæ, vigore enim hujusmodi repræsentationis prætendere non potest visitationem ejusdem Ecclesiæ, quia qualitas Fundatoris non præbet facultatem jus visitandi Ecclesiam Patronalem, cum hæc facultas tam de jure communi, quàm ex dispositione Concilii Tridentini solummodò tribuitur Episcopis, ut expressè docet *Rot. in Eistet. jurisdictionis super bono jure* 25. *Januarii* 1717. §. *Minus relevante coram R. P. D. Falconerio*.

Nullatenus adversante privilegio exemptionis, quo fruitur Monasterium A. unà cum omnibus ejus Ecclesiis; Etenim Ecclesia Parochialis Patronalis titulo universitatis bonorum, ut supra translata ad dictum Monasterium participare non valet de hac exemptione; Quoniam ex eo, quod sit exemptum Monasterium, unà cum ejus Ecclesiis; non per hoc est exemptus Presbyter Curatus quoad ea, quæ ad Curam Animarum pertinent, nec ipsi Parochiani intelliguntur exempti,
15 quia privilegium exemptionis supradictum importat exemptionem Monasterii Eccle-

Eccleſiarum, & Perſonarum Regularium in ejus ambitu exiſtentium, & inſervientium, non verò exemptionem Populi, & Cleri Sæcularis, & Parochorum Curam Animarum regentium, ad *Text. in cap. Per exemptionem de privileg. in 6. ibique Barboſ.*, & *Paſſerin. num.1. Fagnan. in cap.Cum Cappella n.16.de privileg. Cokier. de juriſdict.in exempt. par.1.quæſt.13.Rot. dec.233. nu.30. par.10. rec. & in Firmana juriſdictionis 15. Aprilis 1701. §. Hoc ipſum, & 17. Martii 1702. §. Neque hujuſmodi & 13. Maji ejuſdem Anni §. Ex quibus coram Rño Molines.*

16 Et licèt præfatum privilegium loquatur de omnibus Eccleſiis dependentibus à Monaſterio, tamen comprehendere non valet hanc Eccleſiam poſtea, ac de novo acquiſitam à Monaſterio. Ut enim ſit aptum eam comprehendere, non ſufficit, quòd ſit conceptum ſub determinatione temporis, aut verbis generalibus, & indefinitis, ſed requitur, quòd ſit conceſſum cum extenſione ad Eccleſias non ſolùm præſentes, & de præſenti ſpectantes ad Monaſterium, ſed etiam futuras, & de futuro advenientes, & quomodolibet ad ipſum accedentes, & translatas, alias intelligeretur ſolùm de Eccleſiis de præſenti ſpectantibus ad Monaſterium, & quidem pleno jure, nimirum tam in ſpiritualibus, quàm in temporalibus, ea ratione, quia privilegium non extenditur ad non cogitata veriſimiliter, ſicut ſunt ea, quæ poſtea accidunt, & quia cùm ſit contra jus conceſſum, eſt ſtrictè intelligendum, juxta *Text. in cap. Paſtoralis de privileg. ibique Gloſs.verb. contineatur expreſſum Abb. in cap. fin. ne Cleric. vel Monach. n.5. Gonazal. in Cap. Porro de privileg. n.3.*, & *in cap. Olim de verb. ſignif. num.3. ibique Fagnan. num.19.*, & *ſeqq.* & *in cap. Cauſam de reſcript. num.10.*, & *ſeq.*

17 Sed etiam per malam hypoteſim admiſſo, quòd hujuſmodi privilegium aptum ſit comprehendere controverſam Eccleſiam, adhuc Epiſcopus poteſt illam viſitare jure Ordinario; diſtinguunt enim Doctores inter Eccleſiam Parochialem non exemptam à juriſdictione Epiſcopi, quoad Curam Animarum, ante Concilium Tridentinum, & Eccleſiam Parochialem ſic exemptam, ante dictum Concilium; diſtinguunt etiam inter Eccleſiam Parochialem exemptam, quæ vigore translationis ad Monaſterium mutaverit ſtatum, & naturam, nimirum de Sæculari effecta fuerit Regularis, adeout regatur à Rectore Regulari, & Eccleſiam Parochialem exemptam, quæ vigore ejuſdem translationis non mutaverit ſtatum, & naturam, ſed adhuc remanſerit in ſtatu ſæculari, & regitur per Rectorem Sæcularem; Quando Eccleſia non eſt exempta ante Concilium Tridentinum, aut quando eſt talis, ut vigore translationis ad Monaſterium non mutaverit ſtatum, & naturam, ſed remanſerit in ſtatu ſæculari, & regatur per Sacerdotem Sæcularem, tunc ipſa viſitari poteſt ab Epiſcopo jure ordinario in concernentibus Curam Animarum, quando verò ſort ita eſt exemptionem etiam quoad Curam Animarum ante Concilium, aut quando eſt talis, ut vigore ejuſdem translationis mutaverit ſtatum, & naturam, & effecta fuerit Regularis, ac regatur per Regularem, tunc viſitari non poteſt ab Epiſcopo jure ordinario, ſed ſolùm jure delegato; unde cùm Eccleſia hæc Patronalis Parochialis ſit primæ, & non ſecundæ ſpeciei, dum non fuit exempta à juriſdictione Epiſcopi quoad Curam Animarum ante Tridentinum, nec eſt talis, ut vigore translationis ad Monaſterium titulo emptionis Caſtri, cui eſt annexa, mutaverit ſtatum, & naturam, dum eſt ſæcularis, & regitur per Presbyterum ſecularem; ſequitur, quòd poſſit Epiſcopus illam viſitare jure Ordinario, non obſtante, quòd per malam hypoteſim ipſa vigore dictæ translationis admittatur exempta; juxta *Text. in cap. unico de Cappell. Monach. in 6. ibique Paſſerin. num. 2. Concil. Trident. cap.11. ſeſſ.25. de Regul. Fagnan. in cap. Cùm dilectus nu. 41. & ſeq. de Relig. Domib. in cap. grave de offic. Ordin. num.18.*, & *in cap. nullus n.3. & ſeq. de Paroch.*, & optimè docet *Rotæ* diſtinguendo inter unam, & alteram ſpeciem Eccleſiæ Parochialis *in Leodien. juriſdictionis ſuper bono jure 12. Martii 1715. §. Etenim cum ſeqq. coram R. P. D. Anſaldo.*

18 Quod verò ſpectat ad Hoſpitale, quod regitur, & gubernatur ab eis de Communitate dicti Caſtri translati ad Monaſterium titulo ejus emptionis, cenſeo poſſe Epi-

Episcopum illud visitare, cùm ipse habeat intentionem in jure fundatam super jure visitandi omnia Hospitalia, & alia loca Pia suæ Diœcesis, in quibus ex defunctorum dispositionibus pia opera exercentur, non obstante quacumque consuetudine, Statuto, aut privilegio ante Tridentinum concesso, juxta *Text. in cap. De Xenodochiis de Relig. domib. ibique Anan. num. 1. & seqq. Butr. num. 1. & seqq. Fagnan. n. 2. & seqq.* & juxta dispositionem Concilii Tridentini *cap. 8. sess. 22. de reform. Cokier.*

19 *de jurisdict. disc. 95. num. 3.* Dummodo Fundator hujusmodi locorum non vivat, aut illa non sint sub immediata Regia Protectione, si enim Fundator vivat, & ipsa non habeant formam Ecclesiæ, nec sint fundata auctoritate Episcopi, aut si sunt sub immediata Regum Protectione, & exempta privilegio, consuetudine, & statuto visitari non possunt ab Episcopo quoad opera, quæ in illis locis exercentur, nec quoad ea, quæ ibi expenduntur, quia Concilium Tridentinum quoad hæc satis confidere videtur pietati, & sollicitudini Regum, qui talia Hospitalia in sua potestate habent, possunt tamen visitari ab Episcopo quoad Cultum Divinum, nimirum an ibi observentur ea, quæ ad dictum cultum spectant, cùm visitatio, quoad hæc sit Spiritualis, & Ecclesiastica, & propriè conveniens Episcopo; Secus

20 verò si sint simpliciter sub immediata Regum Protectione, & non probetur legitima exemptio ab Ordinarii jurisdictione, tunc enim non solùm potest Episcopus illa visitare quoad Cultum Divinum, sed etiam, quoad temporalia, quia simplex Regia Protectio Hospitalis, absque Consuetudine, Statuto, aut Privilegio Apostolico exemptionis valida non est arcendi Episcopum ab ejus visitatione, dum Concilium Tridentinum *dicto decreto 8. sess. 22.* ita voluit esse immunia à visitatione Ordinarii hujusmodi Hospitalia sub Regia Protectione existentia, si hanc Immunitatem legitimo justoque titulo acquisierint, ut optimè docet *Fagnan. in cap. in cap. de Xenodochiis de Relig. domib. num. 19., & seqq. Barbos. ad Concil. dicto cap. 8. sess. 22. num. 27. & 30. & de offic. & potest. Episcopi par. 3. alleg. 75. num. 3. Cokier. de jurisdict. in exempt. quæst. 31. n. 4. Card. de Luc. de jurisdict. disc. 10. num. 2. Ventrigl. in prax. part. 2. annot. 24. §. 1 num. 19.* Cum autem hujusmodi Hospitale situm in dicto Castro translato ad Monasterium A & annexum Ecclesiæ Patronali ibi fundatæ sint in Diœcesi Episcopi non sit sub Regia Protectione, nec ejus Fundator vivat; Sequitur quòd Episcopus possit illud visitare, & quòd irrationabilis sit prætensio Communitatis præfati Castri excludendi Episcopum ab illius visitatione.

21 Et quidem potest Episcopus illud visitare, tam quoad temporalia, quàm quoad spiritualia, & exigere ab ejus Administratoribus redditionem rationum, non solùm in actu visitationis, verùm etiam quolibet anno, etiam si ipsi Administratores sint Laici, quia ad eum spectat ordinare, quòd bona hujusmodi locorum piorum dispensentur in usus destinatos à Testatoribus, ut decernitur in Concilio Tridentino *cap. 9. sess. 22. ibique Barbos. n. 12. Federic. de Sen. conf. 111. n. 3. Ventrigl. ubi supra n. 16.*, & resolutum fuit à Sac. Congregatione Concilii, me studente apud R. P. D. meum Petra *in Sutrina jurisdictionis 7. Decembris 1715.*, ubi prætendente Societate Disciplinatorum Roncilionis exemptionem proprii Oratorii, & Hospitalis ab Ordinarii jurisdictione in vim cujusdam privilegii Julii II. inter cætera disputata fuerunt sequentia dubia. Primò: *An liceat Episcopo Sutrino visitare Hospitale, & Oratorium Disciplinatorum Roncilionis in casu &c.* Secundò: *An jure Ordinario, vel potiùs Delegato.* Quintò: *An iidem Officiales teneantur Episcopo rationem reddere eorum administrationis in casu &c. & quatenus affirmativè.* Sextò: *An sit facienda dicta redditio rationis quolibet anno, seu in actu visitationis tantùm.* Quibus Sacra Congregatio respondit ad primum *affirmativè.* Ad secundum *jure ordinario.* Ad quintum *affirmativè.* Ad sextum *quolibet anno.* Immo Episcopus potest exigere, ut sibi reddantur rationes dictæ administrationis in domo Episcopali, ut *in Valentina 11. Maji 1624.*

22 Quod procedit etiam in fortioribus terminis, nimirum in casu quo in limine fundationis Hospitalis fuisset alteri concessa facultas illud visitandi, & exigendi redditionem computorum, & inquirendi

rendi de adimplemento onerum à Fundatore relictorum, ex hoc enim non censeretur excluſus Epiſcopus à viſitatione Hoſpitalis, ſed poſſet etiam ipſe unà cum Viſitatore deputato à Fundatore illud viſitare, & exigere redditionem rationum ab ejus Adminiſtratoribus, ut reſolutum fuit ab eadem Sac. Congregatione Concilii in *Abulen. Viſitationis*, quam reſolutionem reportat per extenſum *Gallemart. ad Concil. ſeſſ.* 22. *cap.* 9. *nu.* 4. *&* 6. *Garz. de Benef. par.* 1. *cap.* 2. *num.* 99. *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. par.* 3. *alleg.* 75. *nu.* 8. §. *Colliges*, *Rot. deciſ.* 30. *num.* 2. *par.* 2. *recent.*

23 Minimè attento, quòd Hoſpitale præfatum non ſit Eccleſiaſticum, ſufficit enim quòd ſit locus pius ad effectum, ut Epiſcopus poſſit illud viſitare, ſi non de jure communi, ſaltèm utì Sedis Apoſtolicæ delegatus, juxta *idem Trident. d. cap.* 8. *ſeſſ.* 22. *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcopi par.* 3. *alleg.* 75. *num.* 6. *& ſeqq. & in cap. ad hæc de Relig. domib. num.* 3. *Fagnan. in cap. de Xenodochiis de Relig. domib. nu.* 14. *ibique Abb. num.* 3. *Rot. deciſ.* 30. *num.* 8. *par.* 2. *rec.* Et ita etiam reſolutum fuit ab eadem Sac. Congregatione *in Narnien. viſitationis Hoſpitalis* 6. *Aprilis* 1574., *&* 8. *Auguſti* 1693., & noviſſimè repropoſita eadem Cauſa me ſtudente apud R. P. D. meum Anſidæum 28. Martii 1716., ubi prætendebat Communitas Narniæ excludere Epiſcopum à viſitatione Hoſpitalis SS. Trinitatis ſub ejus gubernio exiſtentis.

24 Pro coronide hujus Caſus quæro hìc duo. Primum: An Epiſcopus in viſitatione duarum Eccleſiarum Parochialium Patronalium de conſenſu utriuſque Parochi poſſit ſeparare Parochianos Eccleſiarum de Jurepatronatus Laicorum, qui per familias diſtinguebantur, injungendo alteri Parochiæ abſque conſenſu Patronorum? Cui breviter reſpondeo: Non poſſe Epiſcopum devenire in actu viſitationis ad hujuſmodi ſeparationem Parochianorum abſque præſtito conſenſu Patronorum, niſi ſint de Parochianis, ut reſolutum fuit à Sac. Congregatione Concilii *in N.* 27. *Julii* 1687. *lib.* 18. *Decret. pag.* 376.

Secundum, quod quæro, eſt, An Epiſcopus poſſit viſitare Eccleſiam Patronalem non Curatam ſpectantem ad Religionem Hieroſolymitanam, quæ poſt ejus ruinam, & deſtructionem cauſatam à Terræmotu fuerit de novo ædificata à perſonis non exemptis propriis expenſis.

25 Cui reſpondendum cenſeo negativè, cùm Eccleſiæ Hieroſolymitanæ Militiæ, quibus Cura Animarum non ineſt ſint exemptæ à juriſdictione Epiſcoporum tam ordinaria, quàm delegata, & ſoli Præceptores reſpectu illarum ſint veri Ordinarii, ut teſtantur *Barboſ. in Collect. Apoſt. deciſ. collect.* 314. *ſub nu.* 8. *Lezzan. in Summ. Regul. tom.* 1. *par.* 2. *cap. de Regular. Militar. obligat. n.* 52. *à verſ. Viſitatione.*

In nihilo obſtante ſi dicatur, quòd hæc Eccleſia materialiter non ſit illa eadem, quæ erat priùs, dum ea ruinam paſſa ob Terræmotum ceſſaverit privilegium exemptivum ob deſtructionem ſubjecti, cui affixum reperiebatur. Quoniam cùm ædificium cædat ſolo, & ſolum, ubi reædificata fuit Eccleſia, ſit dictæ Religionis; ſequitur, quòd hæc plenum jus deſuper acquirat, etiam ſi præfatæ perſonæ non
26 exemptæ propriis expenſis dictam Eccleſiam reædificaverint. Nec demolitio Eccleſiæ ſemper operatur, quòd ea diruta amittat ſua privilegia. Etenim diſtinguendum eſt. Aut Eccleſia deſtructa eſt facto, & auctoritate Superioris animo eam ampliùs non reædificandi, & ob delictum, aut cauſam ſcandali, & tunc perdit omnia ejus jura, & privilegia, quia tam actu, quàm habitu deſinit eſſe talis, *Bald. in l. ſi tibi* 9. §. *In Decurionib. ſub n.* 3. *ff. quod cujuſq. univerſ. nomin.* Aut deſtructa eſt ſiniſtra fortuna; puta ob impetum prædonum, incurſu hoſtium, terræmotum &c. & tunc non perdit ſua jura, ſed ſi reædificetur, reſurgunt, quia figurantur continuare in habitu, juxta *Gloſſ. in Can. Paſtoralis* 7. *q.* 1. *Cokier. de juriſd. in exempt. par.* 3. *q.* 9. *num.* 5. *& q.* 20. *num.* 6. *Lotter. de re benef. lib.* 1. *q.* 30. *num.* 26. *Rot. deciſ.* 404. *nu.* 18. *& ſeq. par.* 19. *tom.* 1. *rec.*

Et ita reſolutum fuit à S. Congregatione Concilii, me ſtudente apud R. P. D. meum Petra *in Spoletana Viſitationis* 29. *Julii* 1713. Ubi cùm Epiſcopus vellet viſitare Eccleſiam S. Jacobi ſub pleno dominii jure Hieroſolymitanæ Religionis exiſtentem, qui Terræmotu deſtructa fuit, & deinde à Patribus Congregationis Oratorii

torii S.Philippi Nerii in eodem solo propriis expensis reædificata, se ei opposuit præfata Religio, & disputato dubio: *An liceat Episcopo visitare Ecclesiam de qua agitur in casu &c.* Responsum fuit *Negativè*.

ARGUMENTUM.

Translato Jurepatronatus Ecclesiæ Parochialis unà cum universitate bonorum ad Monasterium Episcopus an possit exigere, ut sibi erigatur ibi baldachinum, occasione visitationis ejusdem Ecclesiæ?

SUMMARIUM.

1 *Erectio baldachini in Ecclesiis Regularium quando sit Episcopo permissa?* & n. 6.
2 *Regulares an impedire possunt erectionem baldachini in eorum Ecclesiis?*
3 *Regulares in quibus sint exempti ab Episcopo?*
4 *Visitatio Ecclesiæ est actus merè jurisdictionalis.*
5 *Actus Pontificales qui sunt?*
6 *Translata Ecclesia Patronali cum universitate bonorum ad Monasterium exemptum, Episcopus non potest in actu illius visitationis exigere, ut ibi erigatur baldachinum.*

CASUS IX.

Occasione visitationis Ecclesiæ Parochialis Patronalis sitæ in Castro, titulo hujus emptionis, aut donationis translato, unà cum Jurepatronatus ei annexo ad Monasterium A. exemptum, prætentionem excitavit Episcopus erigendi ibi baldachinum. Quæritur an Episcopo visitanti dictam Ecclesiam quoad Curam Animarum sit permissa hujusmodi erectio baldachini?

Respondendum videtur negativè. Ecclesia namque præfata Patronalis est dependens, & pertinens ad Regulares exemptos, utpote translata ad eorum Monasterium, vigore emptionis, aut donationis Castri cui annexa erat, adeòque exigere non potest Episcopus, ut sibi erigatur ibi baldachinum à Rectore ejusdem
1 Ecclesiæ occasione hujus visitationis, dum erectio baldachini in Ecclesiis Regularium est solùm permissa Episcopo ubi, & quando in eis Pontificalia exercet, juxta decretum Clementis VIII. post *Quarant. in Summa Bullar. verb. Privileg. Regular.* & docent *Lezzan. in Summ. quæst. Regul. verb. Baldachinum num.3. to.2. & cap. 11. num.3. tom.1. Gratian. discept.467. nu. 1. tom. 3. Barbos. de offic. & potest. Episcopi alleg.80. par.3. num.16. & seq. Tamburin. de jur. Abbat. disput.15. num.17. tom.1.* Et quidem optima ratione, quia erectio baldachini est accessoria functionibus Pontificalibus, seu eis actibus, qui sinè Insignibus Pontificalibus, nimirum sinè Mitra, Baculo, & Pallio exerceri non possunt, adeòque ubi, & quando in Ecclesiis Regularium permissæ sunt Episcopo functiones Pontificales, censetur etiam permissa in eisdem Ecclesiis erectio baldachini, ad *Text. in cap. quanto de judic. Gratian. decis.113. in addit. num.8. & seq.*

2 Nec Regulares impedire possunt hujusmodi erectionem baldachini in eorum Ecclesiis, quando Episcopus velit in eis Pontificalia sibi permissa exercere sub prætextu exemptionis. Distinguendum est enim in Episcopo inter ea, quæ sunt Dignitatis, ea quæ sunt Ordinis, & ea quæ sunt Jurisdictionis, prout superiùs *Casu antecedenti* distinctum fuit. Licèt
3 enim Regulares vigore eorum privilegiorum sint exempti ab eis, quæ sunt Ordinis, ab eis, quæ sunt jurisdictionis, tamen non sunt exempti ab eis, quæ sunt Dignitatis, seu à jure reverentiali, & obedientia debita Episcopo ratione ejus dignitatis, sed Episcopus accedens ad eorum Ecclesias ad solemniter celebrandum, aut ad alia Pontificalia exercenda, reverenter est ab eis recipiendus, erigendo in eorum Ecclesiis baldachinum, tamquam quid accessorium solemni celebrationi, aut aliis functionibus Pontificalibus. *Text. in Clementin. Archiepiscopo de privil. ibique Gloss. Imol. Vitalin. Fagnan. in cap. quia nos de auctoritate, & usu Pallii n.13. Lezzan. in Summ. quæst. Regular. cap. 11. num.3. tom.1. Pignattel. consult.106. nu.3. & seqq. tom.10. Rot. in Constantien. jurisdictionis super bono jure 13. Aprilis 1714. §. Præcipuè, coram Eminentiss. Scotto.*

Quando autem Episcopus visitat Ecclesiam Regularium quoad Curam Anima-
4 rum, non exercet Pontificalia, dum visitatio Ecclesiæ non est actus, seu functio

Pon-

Pontificalis, sed est actus merè jurisdictionalis competens Episcopo in Ecclesiis Regularium ratione Curæ Animarum, juxta *Concil. Trident. sess. 25. de Regular. cap. 11.*, & dixi superiùs *Casu antecedenti*, omnino independens ab Insignibus Pontificalibus, nec exigens ad sui perfectionem, ut Episcopus utatur hujusmodi Insignibus, minusque connumeratur inter actus Pontificales, dum isti sunt solùm Missa solemnis, Ordinum celebratio, frontis Chrismatio, consecratio Basilicarum, & Virginum, & omnes illi actus, qui sinè Insignibus Pontificalibus expleri non possunt. *Barbos. de offic. & potest. Episc. par. 2. alleg. 6. num. 3. Lezzan. in Summ. verb. Baldachinum num. 4. tom. 2.*

6 Ac proinde Episcopus in actu visitationis Ecclesiæ Regularium, quoad Curam Animarum exigere non valeat, ut in ea erigatur sibi baldachinum ad explendum hujusmodi actum visitationis, cùm erectio baldachini sit permissa Episcopis in Ecclesiis Regularium, solùm quando ibi peraguntur functiones Pontificales, juxta præfatum decretum Clementis VIII. ibi-- *Eo tamen dumtaxat tempore quo Pontificales ejusmodi functiones exercebunt, vel dum actus ipse, cui in Pontificalibus aderunt, peragetur.* Ergo in aliis casibus, & quoad alios actus non Pontificales erectio baldachini erit eis in dictis Ecclesiis prohibita. Dictio enim *dumtaxat* excludit omnes alios casus præter expressos, ad *Text. in l. 3. §. cùm Titio ff. de adim. legat. Paris. cons. 47. num. 18. lib. 4. Mascard. de probat. conclus. 1393. num. 37. Tusch. lit. D. conclus. 388. num. 2. Barbos. diction. 97. n. 4.* Et ita in terminis visitationis resolutum fuit à Sacra Congregatione Concilii in una *Mediolanen. lib. 2. decret. fol. 174.* ubi in responsione ad quartum dubium, ubi quærebatur -- *An Episcopo Monasteriorum clausuram visitare volenti, dictæ Moniales teneantur erigere in Ecclesia exteriori, vel interiori sedem cum baldachino, vel solummodo sufficiat illi stratum præparare in utraque Ecclesia*-- dixit--*sufficere præparationem strati* -- relat. per *Matthæuc. Offic. Cur. Eccles. cap. 11. num. 11 pag. mihi 79.*

7 Verùm in hoc casu censeo quidem respondendum negativè, non ob rationem superiùs insinuatam videlicet, quia Ecclesia hæc Patronalis est dependens à Monasterio, dum dependentia, quam habet hæc Ecclesia à Monasterio non est respectu jurisdictionis per Abbatem in ea exercendæ, cùm vigore præfatæ translationis ejusdem Ecclesiæ ad Monasterium, ista effecta non fuerit exempta à jurisdictione Ordinarii, & subjecta jurisdictioni Abbatis, sed respectu præsentationis, eo quia præsentare Rectorem ad ipsam vacantem spectat ad Abbatem; sed ratio, quare Episcopus non possit exigere, ut sibi erigatur in dicta Ecclesia baldachinum à Rectore occasione visitationis mihi videtur esse, quia erectio baldachini non est necessaria ad explendum actum visitationis, cùm hæc ex supradictis non sit functio Pontificalis, sed solùm actus jurisdictionalis.

ARGUMENTUM.

Episcopo habenti ex privilegio usum Crucis, an liceat occasione Jubilei, aut expositionis Venerabilis ingredi Ecclesiam Patronalem translatam unà cum universitate bonorum ad Monasterium cum Cruce erecta?

SUMMARIUM.

1 *Accessus Episcopi ad Ecclesiam Regularium tripliciter considerari potest, & quænam sit differentia inter unum, & alterum accessum?* Vide ibi.

2 *Translata Ecclesia Patronali unà cum universitate bonorum ad Exemptos, potest Episcopus habens ex privilegio jus deferendi Crucem, illam ingredi Cruce erecta etiam in accessu voluntario.*

3 *Et etiam si Ecclesia Patronalis sic translata præsupponatur exempta*, & num. 8. Amplia ut num. 9.

4 *Insignium species est duplex.*

5 *Delatio Crucis in Archiepiscopo an sit signum jurisdictionis?*

6 *Crucis delatio in Episcopo habente ex privilegio jus deferendi Crucem non est signum jurisdictionis.*

7 *Usus Mitræ, & Baculi concessus alicui Dignitati in Cathedrali, seu Collegiata, non est in ipsa signum jurisdictionis.*

10 *Refertur resolutio Sacræ Congregationis Concilii* in Lucana juris deferendi Crucem.

CA-

CASUS X.

CONcessus fuit à Sede Apostolica Episcopo Diœcesis B. ejusque successoribus in perpetuum usus Crucis per totum Episcopatum, occasione autem Jubilei, aut expositionis Venerabilis in Ecclesia Patronali B. fundata in quodam feudo, quod titulo emptionis, aut donationis translatum fuit unà cum Jurepatronatus ei annexo ad quoddam Monasterium Regularium, in quo sicuti etiam in Ecclesiis ab eo dependentibus vigore privilegii Apostolici, nec Ordinarius, nec Legatus ullam præeminentiam, nec superioritatem, & jurisdictionem quomodolibet exercere potest, accessit ad dictam Ecclesiam Episcopus, eam ingrediendo cum Cruce erecta, Abbate, ac Regularibus præfati Monasterii contradicentibus. Hinc oritur dubium, An Episcopus possit in hoc casu ingredi dictam Ecclesiam Patronalem, erecta Cruce.

1 Quod negativè resolvendum videtur. Distinguendum est enim inter accessum Episcopi necessarium ad Ecclesiam Regularium, voluntarium, & mixtum. Quamvis enim quando agitur de accessu necessario ad Ecclesiam Regularium, ut est ille, qui accidit occasione visitationis in concernentibus Curam Animarum, aut Processionis publicæ, aut Pontificalium possit Episcopus, Cruce erecta, ingredi Ecclesiam Regularium, ea ratione, quia in casibus prædictis, visitationis, publicarum Processionum, & Pontificalium derogata remansit exemptio Regularium, & restituta in ipsos Episcopalis jurisdictio per Concilium Tridentinum *cap.* 11. & *cap.* 13. *sess.* 25. *de Regul.*, & per decretum Sac. Congregationis Episcoporum, & Regularium à Clemente VIII. approbatum apud *Novar. in Summ. Bullar. par.* 1. *comment.* 19. & *apud Fagnan. in cap. Tua nos de auct. & usu pallii num.* 19., & dixi superiùs *Cas. VIII. n.* 17. & *Cas. IX.* Sicuti etiam eadem Cruce erecta ingredi possit Episcopus dictam Ecclesiam, quando agitur de ejus accessu mixto, nimirum quando accedit ad Ecclesiam Regularium invitatus ab eis ob aliquam functionem ibi peragendam, tamen quando agitur de accessu merè voluntario ex causa devotionis, ut est iste de quo agitur, occasione Jubilei, aut expositionis Venerabilis, Episcopus accedere non valet ad Ecclesiam Regularium Cruce erecta, quia cùm delatio Crucis sit signum jurisdictionis, nequit Episcopus illam erigere in Ecclesiis Regularium, nisi habeat speciale privilegium, juxta *Gloss. in Clement. Archiepiscopo de privil. in figuratione casus, ibique Abb. n.* 2. *Zabarell. n.* 5.

2 His tamen non obstantibus veritas est in contrarium. Quoniam Ecclesia hæc Patronalis translata ad præfatum Monasterium Regularium cum universitate bonorum, cui erat annexa titulo hujus emptionis, aut donationis subjecta non fuit effecta Abbati, & Regularibus ejusdem Monasterii quoad jurisdictionem, sed solùm quoad præsentationem Rectoris, nec vigore hujusmodi translationis evasit Regularis, & exempta, sed remansit, & est Sæcularis, & subjecta jurisdictioni Episcopi; Sicuti igitur Episcopus ante translationem cum universitate bonorum poterat illam Ecclesiam ingredi Cruce erecta. Ita etiam post translationem eadem Cruce erecta illam ingredi valebit etiam in accessu voluntario, cùm iuxta secundam conclusionem superiùs *in Commentario* deductam, translato Jurepatronatus, aut Ecclesia Patronali cum universitate bonorum ad exemptos non minuatur in ipsa jus Episcopale.

3 Verùm etiam si supponatur, & admittatur, quòd hæc Ecclesia Patronalis effecta fuerit exempta, & Regularis, adhuc censeo posse Episcopum habentem privilegium deferendi Crucem illam ingredi Cruce erecta non solùm in accessu ad eam necessario, aut mixto, sed etiam in accessu voluntario causa scilicèt devotionis, juxta *Clement. Archiepiscopo de Privileg.*, quæ licèt loquatur de Archiepiscopo, habet etiam locum in Episcopo, cui, ex privilegio competit delatio Crucis per suum Episcopatum, ut docet *Novar. in Sum. Bullar. par.* 1. *Comment.* 19. *n.* 13. ibi -- *Et quamvis dicta Clementina loquatur de Archiepiscopo, tamen illa fuit contingentia facti, & per eum non excluditur Episcopus*--*Pax. Jordan. lucubrat. lib.* 11. *tit.* 2. *num.* 90. *Barbos. de offic., & potest. Episcopi par.* 1. *tit.* 4. *n.* 39., *& in sum. verb. Archiepiscopi auctoritas sub n.* 28. *versic. Amplia.*

4 Ratio est, quia duplex est species Insignium

signium, altera, quæ denotat Dignitatem insigniti, & altera, quæ denotat superioritatem, & præsidentiam in loco, ut distinguit *Abbas in cap. 1. vt lite pendente num.7.* ibi -- *Ideo concludo sic, quòd quædem sunt insignia denotantia Superioritatem in loco, quædam sunt, quæ denotant Dignitatem insigniti* -- Quidquid sit an de-
5 latio Crucis in Archiepiscopo sit signum jurisdictionis, & superioritatis, dum multi Doctores hoc affirmant uti sunt *Gloss. in cap. Antiqua in verb. nisi vrbe de privileg. Zabarell. in Clem.2. de privil. n. 5. Abb. in d. cap.1. ut lite penden.n.7. ibique Butr.n.7. Pignattell. consult.73. n.1. to.8., & consult. 76. n.20. in fin.to.9. Ventrigl. in prax.de jurisdictione Archiepisc. cap.18. n. 6.* alii verò negant, ut sunt *Vitalin. in dicta Clement. 2. de privileg. Quarant. in Sum. Bullar. verb. Archiepiscopi auctoritas nu. 23. vers. vigesima octava auctoritas Gratian. discept. 467. num.3. Franc. decis.711. num.11. Rot. decis. 72. num. 3., & 4. post Tamburin. de*
6 *jure Abbat.* Certum mihi videtur esse, quòd in Episcopo, cui non jure proprio sed solùm ex privilegio competit jus deferendi Crucem per Diœcesim, delatio Crucis non sit signum jurisdictionis, nec superioritatis, cùm in ipso non adsit jurisdictio, nec superioritas Archiepiscopalis, sed sit signum merè honorificum sterile, à Summo Pontifice concessum Episcopo ad honorificentiam, & gloriam suæ Ecclesiæ, ad terminos *Textus in cap. ut Apostolicæ de privileg. in 6.* ibi -- *concessit in Ecclesiarum suarum gloriam, & hono-*
7 *rem* -- Sicuti usus Mitræ, Baculi &c. licèt in Episcopo sit signum jurisdictionis, & superioritatis, tamen concessus alicui Dignitati in Cathedralibus, aut Collegiatis non est signum jurisdictionis, & superioritatis Episcopalis, dum talis dignitas non habet hujusmodi jurisdictionem Episcopalem, sed est signum merè honorificum absque mixtura jurisdictionis, *Joan. Andr. in dicto cap. ut Apostolicæ num. 2. Abb. in cap.1. sub num. 10. ut lite pendente Tamburin. de jur. Abbat. tom.1. disput.19. num.2. & seqq. Card. de Luc. de præemin. disc.14.*
8 *num.4.* Ac proinde poterit Episcopus non solùm in actu visitationis, aut exercitii Pontificalium, verùm etiam occasione Jubilei, aut alicujus publicæ festivitatis, & causa devotionis etiam non invitatus in-

gredi præfatam Ecclesiam Patronalem Cruce erecta, etiam si hæc supponatur exempta, cùm delatio Crucis in Episcopo sit insigne merè honorificum, & exerceri possit sinè præjudicio exemptionis, ut expressè docet *Fagnan. in cap. quia nos de auctorit., & usu Palii num.17.* ibi -- *In locis exemptis non posse Episcopum exercere potestatem, & judicium, sed benè posse uti insigniis honoris, & devotionis -- Adden. ad Gratian. decis. March. 113. num. 19.* ibi -- *Sunt insignia Dignitatis &c. & eorum actus est sinè præjudicio exemptionis -- Ventrigl. in prax. de jurisdict. Archiepiscop. annot.49. §. vnic. num.25. Gratian. discept.467. n.1. & seqq.* Et resolutum fuit à S. Congregatione Concilii *in Papien. juris deferendi Crucem 22. Septembris* 1708. Et quoad actum merè voluntarium visitandi Episcopum degentem in Conventu PP. Dominicanorum cum Cruce erecta, ac in terminis fortioribus Archiepiscopi, in quo usus Crucis potest esse signum jurisdictionis, & Superioritatis resolvit Sac. Congregatio Episcoporum, & Regularium *in Ragusina Delationis Crucis, & Censurarum 26. Martii* 1711. ibi -- *Sac. Congregatio Episcop., & Regul. censuit licuisse, & licere Archiepiscopo ingredi Conventum cum Cruce erecta* --

9 Quod procederet etiam si Ecclesia hæc Patronalis supponeretur ex privilegio exempta non solùm à jurisdictione, & superioritate, sed etiam à præeminentia Episcopi, quia cùm præeminentia dupliciter sumi possit, nimirum in linea Dignitatis, & honorificentiæ, & in linea jurisdictionis, & superioritatis contentiosæ juxta *Rot. decis. 281. num. 4. & seqq. par. 15. rec.* intelligeretur exempta à præeminentia in linea jurisdictionis, & superioritatis non verò à præeminentia in linea simplicis dignitatis, & honorificentiæ, quæ nunquam dicitur sublata per quamcumque amplam exemptionem, iuxta *Fælin. in cap. cùm non liceat num. 2. de præscript. Tamburin. de jur. Abbat. tom. 1. disp. 15. quæst.7. num.45. Monacell. formul.6. n.20. tom.3. tit.3. Card. de Luc. de præem. disc.21. num. 8. Rot. decis. 111. num. 16., & seq. par. 5. rec. & decis. 1731. num. 13. coram Coccin.*

10 E ita studens apud R.P.D. meum Ansidæum sentiebam *in Lucana juris deferendi*

Crucem contra Pitonium Scribentem in hac Causa pro Canonicis Lateranensibus Monasterii S. Frigdiani Lucæ, qui prætendebant non competere Episcopo Lucano jus deferendi Crucem erectam in eorum Ecclesia, nisi occasione S. Visitationis, publicarum Processionum, aliorumque actuum, in quibus ex consuetudine, vel privilegio concessum est Episcopis Pontificalia exercere in Ecclesiis Regularium; Et ita etiam resolutum fuit à Sac. Congregatione Concilii 8. *Augusti* 1716. ubi proposito dubio -- *An liceat Episcopo Lucano ingredi erecta Cruce Ecclesiam S. Frigdiani Canonicorum Lateranensium in casu &c.* -- responsum fuit -- *Affirmativè*.

ARGUMENTUM.

Episcopus an possit exigere Cathedraticum, Subsidium charitativum, Portionem Canonicam, & occasione visitationis Procurationem ab Ecclesia Patronali, translato hujus Jurepatronatus cum universitate bonorum ad Exemptos?

SUMMARIUM.

1 *Monasteria Regularium sunt exempta à Cathedratico, & aliis juribus Episcopalibus.*

2 *Cathedraticum an sit sublatum per Concilium Tridentinum?* Vide ibi, & n. 19.

3 *Subsidium Charitativum non debetur ex Beneficiis pleno jure unitis Monasterio exempto,* & num. 20.

4 *Jura, & emolumenta Episcopalia ad quem finem sint à jure introducta?* Vide ibi.

5 *Ecclesia Patronalis translata unà cum universitate bonorum ad exemptos debet solvere Episcopo Cathedraticum in ea quantitate à jure statuta, vel solvi solita,* & num. 18.

6 *Debet solvere Subsidium Charitativum.* Limita ut num. 7. Intellige ut num. 8.

9 *Debet solvere Quartam, seu portionem Canonicam, tum Decimarum, tum Mortuariorum, & si adsit consuetudo solvendi pro Quarta certam quantitatem pecuniarum, hæc est servanda.* Intellige ut num. 10.

11 *Tenetur solvere Procurationem Episcopo eam visitanti.* Intellige ut num. 14.

etiam non obstante ejus particulari consuetudine in contrarium, & n. 15.

12 *Non tenetur solvere vecturas, vel ferraturas equorum.* Limita ut ibi.

13 *Immo eamdem Procurationem solvere tenetur Vicario Capitulari sede vacante, sed in qua quantitate?* Vide ibi.

16 *Quænam consuetudo non solvendi Procurationem præservetur à Concilio Tridentino.* Vide ibi.

17 *Episcopus cogere potest per censuras Rectorem Ecclesiæ Patronalis translatæ unà cum universitate bonorum ad exemptos renuentem ei solvere jura Episcopalia.*

CASUS XI.

REtento eodem facti themate superiùs exposito, nimirum translationis Jurispatronatus, seu Ecclesiæ Patronalis unà cum universitate bonorum titulo hujus donationis, aut emptionis ad Monasterium A. ab utraque Lege Episcopali exemptum. Quæro an Episcopus intrà cujus Diœcesim sita sit dicta Ecclesia Patronalis, possit ab hujus Rectore exigere Cathedraticum, Subsidium Charitativum, & Portionem Canonicam, & occasione visitationis ejusdem Ecclesiæ Procurationem?

Quæstio hæc procedit respectu illarum Diœcesum, in quibus jus commune inductivum exactionis hujusmodi emolumentorum favore Episcoporum est in usu; cùm plures adsint Diœceses, in quibus Episcopi ex inveterata consuetudine non exigunt nec Cathedraticum, nec Subsidium charitativum, nec quartam, seu portionem Canonicam, nec Procurationem occasione visitationis, quæ consuetudo legitimè præscripta venit ab Episcopis observanda, & eidem quæ-

1 stioni taliter procedenti respondendum videtur negativè. Quoniam hæc Ecclesia Patronalis utpote spectans, & translata ad Monasterium A. unà cum universitate bonorum, cui erat annexa, videtur exempta à solutione Cathedratici, Subsidii charitativi, Canonicæ portionis, & Procurationis, sicuti est ab his exemptum idemmet Monasterium, cùm accessorium sequatur semper naturam principalis, ad *Text. in cap. inter cætera 10. q. 3. Barbos. ad Concil. sess. 24. cap. 3. num. 23. & de offic.*

fic. & poteſt. Epiſcopi alleg. 86. num. 40. & ſeq. Antonell. de jurib. & onerib. Clericor. lib. 2. par. 6. cap. 17. nu. 36. & 46. Ventrigl. in prax. par. 2. annot. 25. §. 1. num. 34. & ſeq. & dixi ſuperiùs *Caſ. VIII. num. 3.*

2 Et quidem reſpectu Cathedratici, & Subſidii charitativi nulla hodie videtur eſſe ampliùs hæſitatio, tum ex diſpoſitione Sacri Concilii Tridentini, per quod utrumque ſublatum videtur *ſeſſ. 24. cap. 3.* ubi admonentur Epiſcopi, ut caveant nè inutilibus ſumptibus cuiquam graves oneroſivè ſint, nec pecunia, nec munus quodcumque, etiam qualitercumque à Rectoribus Eccleſiarum offeratur, ab eis accipiatur, non obſtante quacumque
3 conſuetudine etiam immemorabili. Tum ex mente Sac. Congregationis Concilii denegantis ſolutionem Subſidii charitativi ex Beneficiis ſpectantibus ad exemptos, ut in *Marianen. Subſidii Charitativi* 11. *Martii* 1713. ubi conquerentibus Monachis Olivetanis Monaſterii Portus Veneris, quòd Epiſcopus Marianenſis ſub cenſurarum interminatione auſus fuerit Subſidium charitativum exigere ab Affictuariis nonnullorum Beneficiorum ſpectantium ad dictum Monaſterium, propoſito dubio -- *An Epiſcopo Marianen. debeatur Subſidium charitativum ex Rectoriis di Belgodere, e di Ruſtino, ut prætenditur ſpectan. ad Monachos Olivetanos, vel potiùs obſtet prætenſa exemptio dictorum Patrum.* Reſponſum fuit *negativè* quoad primam, & *affirmativè* quoad ſecundam partem.

4 Verùm his non obſtantibus contrarium verius in hoc caſu de jure cenſeo. Cùm enim emolumenta hæc ſint aſſignata à jure Epiſcopis, ut ſic ipſi magis alliciantur ad convocationem Synodi, ad viſitationem Diœceſum, & ad rectè adminiſtrandum, & gubernandum proprios Epiſcopatus, dignum eſt ut iidem, qui ſpiritualia ſeminant in Eccleſiis ſuarum Diœceſum ab eis temporalia, & metant 1. *ad Chorinth. 9.*

5 Debet igitur Eccleſia hæc Patronalis ſic translata ad Monaſterium A. ſeu ejus Rector perſolvere Epiſcopo, intrà cujus Diœceſim ſita ſit, cathedraticum, ſeu ſynodaticum in ſignum ſubjectionis, & pro honore Cathedræ, ad *Text. in Can. placuit, & Can. inter cætera 10. queſt. 3. cap. conquerente de offic. Ordin. cap. cùm olim de cenſibus, Fagnan. in dicto cap. conquerente num. 49. Barboſ. de offic., & poteſt. Epiſcopi alleg. 86. nu. 40. Gratian. diſcept. forenſ. 620. num. 1. ibique Card. Anton. de Luc. num. 1. Antonell. de Jurib., & onerib. Cleric. lib. 2. par. 6. cap. 17. nu. 32. Carol. Anton. de Luc. ad Ventrigl. par. 2. annot. 25. §. 2. num. 2. Card. de Luca de Juriſdict. 38. num. 2.* In ea quantitate à jure ſtatuta, nimirum in duobus ſolidis aureis *Gloſ. in cap. placuit 10. q. 3. in princip., & cap. olim. verb. olim cauſam de cenſibus*, vel in ea quantitate in Diœceſi ſolvi conſueta *Fagnan. in cap. conquerente de offic. Ordin. n. 47. Covarr. lib. 1. var. reſol. cap. 11. nu. 3. Gratian. diſcept. forenſ. 620. num. 4. Antonell. ubi ſupra num. 33.*, & reſolutum fuit à S. Congregatione Concilii *in Reatina Cathedratici, & Decimarum* 8. *Julii* 1713. Ubi prætendente Epiſcopo Reatino exigere quamdam pecuniarum ſummam ratione Cathedratici ſupra duobus Beneficiis, & horum Rectore in hoc ei contradicente propoſito dubio -- *An, & in qua ſumma, ſeu quantitate debeatur Cathedraticum pro Beneficiis SS. Laurentii, & Salvatoris delle Macchie, & SS. Nicolai, & Joannis Carpiporti, in caſu &c.* Sac. Congregatio reſpondit -- *Affirmativè ad rationem obulorum 25., & q. 4.*

6 Debet etiam perſolvere eidem Epiſcopo ſubſidium charitativum, juxta taxam ſolvi ſolita omnium enim de Diœceſi intereſt, ut eorum Epiſcopus ſuſtentetur, ad *Textum cap. Apoſtolus de cenſib., & in Extravag. vas electionis de cenſib. Abb. conſ. 26. n. 3. Bellet. diſquiſit. Cleric. par. 1. tit. de Cleric. debit. §. 12. Ventrigl. in prax. par. 2. annot. 24. §. 1. num. 1., & §. 2. nu. 1. Antonell. de jurib., & onerib. Cleric. lib. 2.*
7 *par. 6. dicto cap. 17. num. 37.* Dummodo tamen Rector ejuſdem Eccleſiæ Patronalis percipiat fructus ex ea, & non ſit ita pauper, ut nihil habeat ultra decentem, & honeſtum victum, *Bellett. ubi ſuprà num. 19., & ſeq. Antonell. ubi ſupra nu. 49. & ſeqq. Ventrigl. in prax. par. 2. annot. 24. dicto §. 1. num. 29.* Non verò tenetur illud perſolvere Vicario Generali Epiſcopi ſinè hujus ſpeciali mandato idem *Ventrigl. ubi ſupra n. 23.*

8 Sed hujuſmodi ſubſidium charitativum non eſt ſemper, & quandocumque à Be-

neficiatis, & Ecclesiarum Rectoribus solvendum, nec ab Episcopo quandocumque postulandum, sed solùm quando adsit justa, & necessaria causa, nimirum quando Episcopatus sit tenuis, vel ære alieno gravatus, vel quando Episcopus accedere debeat ad Generale Concilium ad Papam, vel ad alium Principem supremum pro communibus negociis totius Diœcesis, & quidem cum consilio Capituli, & etiam Clericorum nisi adsit consuetudo in contrarium, juxta *Glos. in Extrav. Vas. Electionis verb. Caritativum subsidium de censib. Fagnan. in cap. Conquerente de Offic. Ordin. nu.38. Antonell. de jurib., & onerib. Cleric. lib.2. par.6. dicto cap.17. num.42., & 43. Bellett. disquisit. Cleric. par.1. dicto §. 12. nu. 8. Ventrigl. in prax. dicta annot. 25. §.1. n.3. & seqq. & nu.18.*

9 Insuper debet eadem Ecclesia Patronalis, sive ejus Rector persolvere Episcopo quartam, seu portionem Canonicam, tum decimarum, si sit Parochialis, juxta *Text. in cap. Quoniam de decim. ibique Fagnan.*, *& in cap. Conquerente de offic. Ordin.* Tum mortuariorum, quæ in morte relinquuntur, seu ex legatis piis juxta *Text. in cap. de his 10. qu.1. ibique glos. verb. tertia, & in d. cap. conquerente ibique Fagnan. num.28., & seq. & cap. requisiti de testam. Lotter. de re benef. lib.1. quæst.20. num. 81. & seq. Barbos. de offic. & potest. Episcopi alleg. 86. num. 7. & seq.* & juxta Sac. Congregationem Concilii *in dicta Reatina Cathedratici, & Decimarum 8. Julii 1713. in responsione ad secundum.* Et si adsit consuetudo, ut pro quarta decimarum, & funeralium, & anniversariorum exigat Episcopus à Clero, aut à Parochis certam quantitatem pecuniarum, hæc est servanda, ut respondit Sac. Congregatio Concilii *in Anglanen. prætensarum exactionum 20. Decembris 1704.*

10 *ad primum.* Dummodo legata non sint relicta pro fabrica, restauratione, ornamentis, & utensilibus Ecclesiæ, aut pro erectione Altaris in Ecclesia, aut pro celebratione solemnitatis alicujus Sancti, ex hujusmodi enim legatis non debetur Episcopo portio Canonica, quia cùm hæc legata cedant in cultum Divinum, favore hujus Divini Cultus cedere debet cuicumque lucro Episcopi *Text. in cap. ultim. de Testam. Gavant. verb. quarta Episcopalis num.7.* & alii apud *Antonell. de jurib. Cleric. lib.2. par.6. cap.17. n.13. & seqq.*

11 Denique occasione visitationis debet persolvere Episcopo Procurationem in victualibus necessarium non solùm pro eodem Episcopo, sed etiam pro ejus servitoribus, & equis, ad *Textum in cap. cùm Venerabilis, & cap. procurationis de censibus, & extrav. vas electionis eodem tit. & juxta Concilium Tridentinum cap.3. sess. 24. de reform.* Non verò tenetur solvere vecturas, vel ferraturas equorum *Fagnan. in cap. procurationis num. 8. num.15.*, *& seqq.* Nisi extaret contraria consuetudo, & nisi Visitator esset Prælatus à Summo Pontifice delegatus, tunc enim deberentur etiam mercedes equorum, & viaticum, ut observat *Antonell. de jurib., & onerib. Cleric. lib. 2. par. 6. cap.17. num.76.*

13 Immo eamdem procurationem persolvere debet Sede vacante Vicario Capitulari, qui post lapsum anni visitare potest Ecclesiam hanc Patronalem, & ab ea procurationem exigere non in ea quantitate solvi solita Episcopo visitanti, sed pro medietate, & ultra hanc procurationem, non potest recipere equitatus, & alia donaria, ut resolvit Sac. Congregatio Concilii *in Ostunen. Procurationis 28. Julii* 1708. Dummodo eadem Ecclesia Patro-

14 nalis non sit speciali, & specifico privilegio exempta, & dummodo non sit adeò pauper, ut Episcopo visitanti procurare non possit, ac etiam dummodo non sita sit in Civitate, quia si gaudet dicto privilegio, aut sit pauper, non tenetur illius Rector Procurationem dare Episcopo visitanti, juxta *Text. in cap. placuit 1. qu.2. cap. cùm instantia de Censib.*, *& cap. Romana eodem tit. in 6.* Sicuti eadem Procuratio hodie post Tridentinum *dicto cap.3. sess. 24.* non debetur si Ecclesia sita sit in Civitate, quicquid sit de jure antiquo; *Fagnan. in cap. Venerabili de censib. nu. 14. & seqq. Antonell. ubi supra num.66.*

15 Nec juvaret eidem Ecclesiæ Patronali allegare consuetudinem non solvendi Procurationem occasione visitationum, eo quia semper consuetum fuerit illam persolvi ab aliis Ecclesiis ejusdem Diœcesis in qua sita reperitur. Quoniam juxta dispositionem juris communis Procu-

ratio

ratio ratione viſitationis debita non eſt à ſubdito præſcriptibilis,ad *Text. in cap. venerabili ibique Fagnan.num.20. & ſeqq.* ubi dat rationem, quia Procuratio eſt viſitationi annexa, quemadmodum jus viſitandi nunquam præſcribitur, ita nec jus exigendi Procurationem, quia de connexis idem eſt judicium.

16 Et licèt Tridentinum *ſupradicta ſeſſ.24. cap.3.* diſponat,quòd in iis locis, ſeu Provinciis,ubi conſuetudo eſt, ut nec victualia, nec pecunia, nec quidquam aliud à Viſitatoribus accipiatur, ſed omnia gratis fiant, ibi id obſervetur, adhuc tamen prædicta Eccleſia Patronalis non obſtante ejus conſuetudine particulari non ſolvendi procurationem, ad eam tenetur; Quia Concilium non præſervat conſuetudinem particularem unius Eccleſiæ, aut loci pii Civitatis, aut alterius loci, ſed conſuetudinem generalem totius Civitatis, & totius loci, cùm non ſit veriſimile Concilium voluiſſe præſervare conſuetudinem unius Eccleſiæ in præjudicium alterius, cui accreſceret onus ſolvendi integram procurationem, ut optimè docet *Fagnan. in dicto cap. Venerabili de cenſib. num.26. & ſeqq.* Præterquamquod, ut allegata conſuetudo eximere poſſet prædictam Eccleſiam à procuratione non ſufficeret, ut illa nunquam Epiſcopum procuraverit, ſed requiritur, quòd Epiſcopus petierit procurationem, & Rector noluerit illam ſolvere, & poſteà, quòd Epiſcopus per longum tempus acquieverit, juxta *Bald. conſ.201. num.1. lib.2. Fagnan. ubi ſupra num. 29. Rot. in Leodien. Canonicatus 1. Julii 1707. §. Leviori coram Eminentiſſimo Scotto, & in Leodien. ſeu Aquiſgranen. Canonicatus 22. Januarii 1703. §. Privileg. coram Reverendiſſimo Molines, & in Burgen. jurium Parochialium 11. Decembris 1716. §. Fruſtrà coram R. P. D. Falconerio nunc meritiſſimo Almæ Urbis Gubernatore*; Et ita ſentiebam *in Nepeſina Procurationis, & exactionum* relata in Sac. Congregatione Concilii non obſtante, quòd loca Pia Oppidi Campaniani, quibus Epiſcopus injunxit onus procurandi,allegarent adverſùs Archipresbyterum, & Canonicos Collegiatæ Eccleſiæ ejuſdem Oppidi conſuetudinem, & diuturnam obſervantiam non ſolvendi Epiſcopo viſitanti procurationem, ad quam ſententiam devenit etiam eadem Sac. Congregatio *die 3. Decembris 1712. & 27. Maji 1713.* reſpondendo ad dubium ibi propoſitum -- *An locá Pia Campaniani teneantur contribuere pro Procuratione in caſu &c.* -- Reſponſum fuit -- *Affirmativè*.

17 In caſu autem quo Rector dictæ Eccleſiæ Patronalis tenuerit ſolvere Epiſcopo hujuſmodi jura Epiſcopalia, poſſet idem Epiſcopus illum compellere per cenſuras, ut de procuratione docet *Fagnan. in cap. Procurationes de cenſib. n. 29. & ſeqq.* & de ſubſidio charitativo teſtantur *Antonell. de jurib. & onerib. Cleric. lib.2. par. 6. cap. 17. num. 57. Ventrigl. in prax. par.2. annot.25. §.2.num.10.*

18 Quæ verò ſuperiùs in contrarium objiciebantur non obſtant, dum ex eo, quòd ſupradicta Eccleſia Patronalis fuerit translata cum univerſitate bonorum ad Monaſterium A. à Lege Epiſcopali exemptum, non proinde præjudicatum, & diminutum remanſit in ea jus Epiſcopale, ſed ſicuti eadem Eccleſia antea quam deveniret ad Monaſterium erat ſolita ſolvere Epiſcopo Cathedraticum, ſubſidium Charitativum, Portionem Canonicam, & Procurationem, ita etiam nunc debet continuare in hac ſolutione, quia cenſetur deventa ad exempt os cum ſuo onere, juxta *Clement. cùm ſit de cenſib. Antonell. de jurib. & onerib. Cleric. lib.2. par.6. cap. 17. num. 46. Ventrigl. in prax. par. 2. annot.25. §.1. num.35., & §.2. num. 6.*, & juxta ſecundam concluſionem *in Commentario* deductam.

19 Nec dici poteſt tam Cathedraticum, quàm ſubſidium Charitativum fuiſſe ſublatum per Concilium Tridentinum, quia Concilium *dicto cap. 3. ſeſſ.24.*, prohibet exactiones illas, quæ fiunt cauſa procurationis pro viſitatione altera victualia, adeôque non prohibet Cathedraticum, quod neque cauſa procurationis, nec pro viſitatione exigitur, ſed ſolùm in ſignum Cathedræ, & in Synodo, ut bene probat *Fagnan. in cap. conquerente de offic. ordin. an. 49. & ſeqq. Barboſ. ad Concil. ſeſſ. 24. cap.3. num.38.*

20 Neque adverſatur allegata reſolutio Sac. Congregationis Concilii *in Marianen. ſubſidii charitativi*;ibi enim agebatur de Rectoriis pleno jure unitis Monaſterio

Mona-

Monachorum Congregationis Olivetanæ adeôque exemptis, quòd nihil commune habet cum casu nostro, in quo Ecclesia hæc Patronalis vigore ejus translationis, cum universitate bonorum ad Monasterium non fuit ipsi pleno jure unita.

ARGUMENTUM.

Translata Ecclesia Patronali cum universitate bonorum ad Monasterium Deputatio Collectorum, & Perquisitorum eleemosynarum in dicta Ecclesia, nec non earum administratio an spectet ad Episcopum, vel potiùs ad Abbatem? Et an Episcopus, seu ejus Vicarius Generalis possit exigere redditionem rationis bonorum ejusdem Ecclesiæ, ac onerum Missarum ad dictam Ecclesiam spectantium, revidendo ibi libros administrationis privativè ad Abbatem?

SUMMARIUM.

1 *Usus Quæstorum, seu Collectorum, & Perquisitorum eleemosynarum an sit per Concilium Tridentinum abolitus?* & n.13.

2 *Oblationes, & eleemosynæ, quæ fiunt Ecclesiæ, Cappellæ, aut S. Imagini existenti intrà limites Parochiæ, ac earum administratio, & deputatio Collectorum, & Perquisitorum spectant ad Parochum?* & num.7. Intellige ut ibi, & num.8.

3 *Oblationes, & eleemosynæ factæ S. Imagini depictæ in pariete non spectant ad Laicum Patronum parietis.*

4 *Concordia inita inter Laicum Patronum parietis ubi depicta est S. Imago, & Parochum, qua concedatur eidem Laico administratio eleemosynarum, & oblationum jure proprio non est confirmanda.*

5 *Ecclesia Patronalis translata titulo emptionis, aut donationis universitatis bonorum, cui est annexa ad exemptos, an sit exempta?* & num.14.

6 *Oblationes, & eleemosynæ factæ Ecclesiæ, Cappellæ, aut S. Imagini pleno jure unitæ Monasterio exempto, necnon harum administratio, ac deputatio Collectorum, & Perquisitorum spectant ad Abbatem, seu ad Monasterium, non verò ad Episcopum,* & num.9.

10 *Oblationes, & eleemosynæ factæ Ecclesiæ, Cappellæ Patronali, aut S. Imagini existenti extra omnem Parochiam non unitæ pleno jure Monasterio, sed solùm ad ipsum translatæ cum universitate bonorum, necnon illarum administratio, ac deputatio Collectorum, & Perquisitorum spectat ad Episcopum, & non ad Abbatem,* & num.11.

12 *Sicuti ad ipsum Episcopum spectat in dicta Ecclesia exigere redditionem rationis bonorum, ac onerum Missarum, revidendo ibi libros administrationis.*

15 *In Ecclesiis pleno jure unitis Monasterio Abbas habet jus exercendi omnia ea, quæ respiciunt spiritualia, vel temporalia.*

CASUS XII.

EXtat in Ecclesia Patronali A. ubi Patronus eligit Sacerdotem pro celebratione Missæ quolibet die festo insignis, ac frequentibus miraculis Illustris Imago Beatissimæ Virginis, ad quam fideles quotidie confluunt cum eleemosynis, & oblationibus; Episcopus autem loci, ubi sita reperitur dicta Ecclesia, solet quolibet anno deputare Collectores, & Perquisitores earumdem eleemosynarum, eas administrare, & exigere redditionem rationis bonorum, ac onerum Missarum ad dictam Ecclesiam spectantium ab hujus Cappellano amovibili, revidendo ibi libros administrationis. Translata nuper eadem Ecclesia Patronali unà cum universitate bonorum, cui erat annexa ad Monasterium B. & volente Episcopo continuare in deputatione Collectorum, & Perquisitorum dictarum eleemosynarum, in exactione redditionis rationis, ac in revisione librorum administrationis, ei se oppositi Abbas præfati Monasterii B. prætendens sibi competere hæc omnia post translationem dictæ Ecclesiæ annexæ universitati bonorum per Monasterium emptæ, vel ei donatæ peragere. Quæro in hoc casu An, & ad quem spectat exercitium horum omnium actuum in dicta Ecclesia ad Abbatem nè, vel potiùs ad Episcopum?

1 Et videtur dicendum non spectare neque ad Episcopum, neque ad Abbatem; Usus namque Quæstorum, seu Collectorum, & Perquisitorum eleemosynarum fuit penitùs abolitus per Concilium Tridentinum *cap.9. sess.21.* ibi -- *Cùm multa à diversis antea Conciliis &c. adversus pravos*

vos eleemoſynarum Quæſtorum abuſus remedia tunc adhibita poſterioribus temporibus reddita fuerint inutilia, ſtatuit, ut poſt hac in quibuſcumque Chriſtianæ Religionis locis eorum nomen, atque uſus penitùs aboleatur &c. non obſtantibus privilegiis Eccleſiis, Monaſteriis &c. conceſſis, aut conſuetudinibus etiam immemorabilibus.

Sed quatenus admittatur non abolitus, nec ablatus à Coniclio Tridentino hujuſmodi uſus, adhuc videtur dicendum deputationem Collectorum, & Perquiſitorum eleemoſynarum, & harum adminiſtrationem in hac Eccleſia Patronali translata unà cum univerſitate bonorum ad Monaſterium B. nullatenus ſpectare ad Epiſcopum, ſed pertinere ad Parochum intrà cujus limites ſita eſt dicta Eccleſia Patronalis. Parochus enim habet intentionem in jure fundatam ſuper omnibus obventionibus, & redditibus ſpiritualibus intrà limites propriæ Parochiæ, itaut niſi obſtet contraria mens offerentium, oblationes, & eleemoſynæ, quæ à piis fidelibus offeruntur alicui Eccleſiæ, Cappellæ; vel S. Imagini etiam depictæ in pariete de dominio alicujus Laici exiſtenti intrà eoſdem limites, ac earum adminiſtratio non ſpectant ad Epiſcopum, ſed ad ipſum Parochum, qui poterit deputare etiam laicos in Collectores, ut iſti nomine ſuo oblationes, & eleemoſynas percipiant, & cuſtodiant, juxta magis communem, & approbatam Doctorum ſententiam, quam ſequuntur. *Abbas in cap. Paſtoralis de his quæ fiunt à Prælat. num. 2. ibique Fagnan. num. 16. & ſeqq. & ſignanter num. 20. & 30. Decian. conſ. 16. lib. 2. Torr. de pact. futur. ſucceſſ. lib. 3. cap. 1. num. 241. & ſeqq.* & latè *R.P.D. meus Petra ad Conſtit. Apoſtolic. 1. Anaſtaſii IV. ſect. 2. nu. 16. & ſeqq. tom. 2. fol. 23. Tondut. quæſt. benefic. cap. 63. num. 8. tom. 1. Mareſcott. var. reſol. lib. 2. cap. 42. num. 6. Bellett. diſquiſit. Cleric. de Bonis Cleric. par. 1. §. 3. nu. 3. & ſeqq. Ventrigl. in prax. par. 2. annot. 26. §. vnic. num. 11. & ſeqq. Antonell. de regim. Eccleſ. lib. 5. cap. 18. nu. 6. Rot. dec. 37. num. 3. & ſeqq. par. 5. rec. & deciſ. 256. n. 1. par. 1. rec. & deciſ. 166. poſt Poſth. de manut. num. 6. & ſeqq. & deciſ. 257. num. 2. coram Merlin. Adden. ad Pamphil. dec. 272. num. 6.*

2

3 Nec Laicus Patronus parietis ubi dipicta eſt S. Imago ratione dominii ejuſdem parietis prætendere valet oblationes, & eleemoſynas, quæ ipſi S. Imagini offeruntur, & eas diſpenſare ad libitum ſuum quia cùm oblationes ſint res ſpirituales, & Deo dicatæ, ad Clericos pertinent, non verò ad Laicos, qui ſunt illarum incapaces jure proprio, quidquid ſit utì deputati à Perſona Eccleſiaſtica, ad *Text. in cap. Sacroſancta de elect.*, & *cap. Cauſam de præſcript.*, & docet *D. Thomas 2.2. quæſt. 86. art. 2.* ibi -- *Oblationes, quæ à Populo Deo exhibentur ad Sacerdotes pertinent non ſolùm, ut eas in ſuos uſus convertant, verùm etiam, ut fideliter eas diſpenſent* -- *Fagnan. in dicto cap. Paſtoralis num. 20., & 23. de his, quæ fiunt à Prælat. Lotter. de re benefic. lib. 1. quæſt. 30. nu. 30. Mareſcott. var. reſol. lib. 2. cap. 42. num. 5. R.P.D. meus Petra in comment. ad conſtit. Apoſtolic. 1. Anaſtaſii IV. ſect. 2. tom. 2. n. 34. & 44. cum ſeqq.*

4 Et ſi idem Laicus Patronus præfati parietis ubi veneratur S. Imago perſiſtat in prætentione recipiendi, & adminiſtrandi dictas oblationes, & eleemoſynas, adeout ſuper hoc lis ab eo mota fuerit Parocho, iſte ob liberandum ſe à moleſtiis litium, & expenſarum non poteſt devenire cum illo ad concordiam, & tranſactionem, in qua ei concedatur jure proprio adminiſtratio earumdem oblationum, & eleemoſynarum, nec concordia hæc eſſet confirmanda, ut cenſuit S. Congregatio Concilii *in Carpentoracten. Oblationum, & Præeminentiarum 6. Junii* 1716. ubi cùm aucto Divino cultu S. Imaginis lapideæ B. Mariæ Virginis exiſtentis in quadam Cappella Oppidi Maſſani, & excreſcentibus piorum oblationibus orta eſſet controverſia inter Parochum, intrà cujus Parochiæ limites ſita eſt Cappella, & Conſules dicti Oppidi ſuper retentione clavis, & Cuſtodia Cappellæ, & oblationum adminiſtratione, deventum fuit inter partes litigantes ad concordiam, qua conventum fuit. Primò, quòd Communitas duos eligeret Cappellæ Priores, ſeu Adminiſtratores ab Epiſcopo prima vice confirmandos, in ſequentibus autem electionibus pro confirmatis haberi voluerunt. Secundò, quòd Priores claves Cappellæ aſſervarent, omneſque fidelium oblationes reciperent, & codicem accepti, & expenſi reti-

retinerent, ut quolibet semestri, vel anno rationem administrationis Parocho pro tempore tamquam ab Episcopo Deputato redderent. Tertiò, quòd Parocho tertiam partem eleemosynarum, & Missarum distribuerent, vt per se, vel per alium illas celebraret. Supplicantibus autem partibus pro confirmatione hujusmodi concordiæ, & proposita instantia per Summarium, rescriptum fuit -- *Quoad approbationem Concordiæ lectum, & ponatur in folio* -- Posita verò hac Causa in folio cum dubio -- *An sit recedendum à decisis sub die 6. Junii 1716.* -- responsum fuit 15. Maii 1717. -- *In decisis* --

5 Vel saltèm videtur dicendum spectare ad Abbatem Monasterii B. Ecclesia namque hæc Patronalis translata unà cum universitate bonorum titulo hujus emptionis, vel donationis ad dictum Monasterium, & ab eo dependens videtur exempta sicuti est exemptum ipsum Mo-
6 nasterium. *Pignattell. consult. 39. num. 5. tom. 10. Rot. decis. 723. nu. 1. & seqq. coram Cerro.* Adeout oblationes, & eleemosynæ factæ eidem Ecclesiæ spectare debent ad Superiorem Monasterii, nec Episcopus in illis se ingerere valet, juxta *Text. in cap. 1. de Stat. Monach.*, *& in cap. Nimis il 1. de excess. Prælat. Donat. in prax. quæst. Regul. tom. 2. tract. 13. qu. 24. num. 10. R.P.D. meum Petra in Comment. ad constit. Apostolic. 1. Anastasii IV. sect. 2. nu. 42. Pignatell. consult. 59. n. 13. tom. 10. Lezzan. in Summa Regul. verb. Oblatio facta Regul. nu. 3., & seq. tom. 2. Marescott. var. resol. lib. 2. cap. 42. nu. 3. Bellett. disquisit. Cleric. de Bonis Cleric. par. 1. §. 3. num. 2. Rot. decis. 373. num. 11. par. 8. rec.* Ac proinde sicuti hujusmodi oblationes, & eleemosynæ factæ dictæ Ecclesiæ Patronali spectant ad Abbatem Monasterii, ita ad eumdem Abbatem spectabit illarum administratio; ac deputatio Collectorum, & Perquisitorum, ea ratione, quia administratio spectat ad eum, qui earum est Dominus ut resolutum fuit à Sacra Congregatione Concilii in *Brictinorien. exemptionis, & eleemosynarum* 12. *Decembris* 1711., Ubi prætendente Episcopo Brictinorien. deputare Collectores eleemosynarum in Ecclesia Beatissimæ Virginis nuncupat. de Lacu, quæ pluribus ab hinc sæculis reperitur sub regimine, & cura Abbatis, & Monachorum Monasterii S. Mariæ de Urano Ordinis Camaldulensium ejusdem Civitatis inter cætera disputata fuerunt sequentia dubia -- Tertiò -- *An deputatio Collectorum, & Perquisitorum eleemosynarum tam in Ecclesia B. Virginis de Lacu, quàm pariter in Diœcesi, ac etiam extra Diœcesim Brictinorien. spectat ad Episcopum Brictinorien., vel potiùs ad Abbatem, seu Superiorem Monasterii S. Mariæ de Urano prævia licentia dicti Episcopi, & respectivè Diœcesani loci eleemosynæ quæruntur* -- Quartò -- *An administratio tam dictarum eleemosynarum, quàm etiam oblationum quæ fiunt primo dictæ Ecclesiæ B. Virginis de Lacu, spectet ad dictum Abbatem, vel potius spectet ad Depositarium à dicto Episcopo deputatum? Et quatenus spectet ad Abbatem* -- Quintò -- *An de dictis eleemosymis, ac oblationibus reddi debeat ratio Episcopo, vel sufficiat illam reddere Superioribus Ordinis? Et quatenus negativè quoad primam partem* -- Sextò -- *An saltèm Episcopus possit super intendentiam habere, ut dd. elemosynæ erogentur in causam debitam* -- Quibus responsum fuit -- Ad tertium -- *Quoad eleemosynas intrà Ecclesiam spectare ad Abbatem absolutè quoad eleemosynas verò extra Ecclesiam in casu de quo agitur spectare ad eumdem cum licentia Ordinarii respectivè* -- Ad quartum: *Affirmativè quoad primam, negativè quoad secundam partem in casu de quo agitur* -- Ad quintum: *Negativè quoad primam partem, & affirmativè quoad secundam in casu de quo agitur* -- Ad sextum: *Negativè in casu de quo agitur*.

Sed reflectendo ad veritatem in hoc casu contrarium veriùs de jure procedit; pro cujus assecutione tres distinguo species Ecclesiarum; Aliæ enim sunt Ecclesiæ, quæ existunt extra omnem Parochiam, nec reguntur per Rectorem perpetuum, sed per Cappellanum amovibilem; Aliæ sunt, quæ existunt intrà limites certæ Parochiæ; & aliæ, quæ sunt subjectivè, & pleno jure unitæ Monasterio Regularium.

7 Licèt Episcopus non habeat œconomicam administrationem illarum oblationum, & eleemosynarum, quæ à piis fidelibus devota manu elargiuntur Ecclesiæ, Cappellæ, aut S. Imagini existenti intrà limites certæ Parochiæ, quia hujusmodi obla-

oblationes, & eleemoſynæ ſpectant ad Parochum, juxta auctoritates ſuperiùs
8 relatas §. *Sed quatenus*, ſed ob univerſale jus, quo potitur in tota Diœceſi, ſolùm habeat directionem, & ſuperintendentiam ejuſdem adminiſtrationis, revidendo nimirum rationem dictarum oblationum, & eleemoſynarum per Parochum reddendam, ut illæ fideliter diſtribuantur, & erogentur in uſus deſtinatos, ut deciſum fuiſſe à Sac. Congregatione Concilii, teſtatur *R.P.D.meus Petra in ſæpè dicta Conſtitutione 1. Anaſtaſii IV. ſect.2.num.21. & 25. tom.2. pag.25. R.P.D.Zaul. ad Statut. Favent. pag.282. tom.1. num.70.Carol. Anton. de Luc. ad Ventrigl. par. 2. annot. 26.*
9 §. *unic. num. 6.* Neque habeat œconomicam adminiſtrationem reſpectu illarum oblationum, & eleemoſynarum, quæ fiunt Eccleſiis pleno jure unitis Monaſterio,
10 juxta Doctores ſupra allatos §. *Vel ſaltèm.* Habet tamen adminiſtrationem oblationum, & eleemoſynarum, quæ à Benefactoribus traduntur Eccleſiæ, Cappellæ, aut S. Imagini exiſtenti extra omnem Parochiam, & quæ regitur per Cappellanum amovibilem, prout eſt Eccleſia de qua agitur translata ad Monaſterium B. titulo emptionis, aut donationis univerſitatis bonorum, cui eſt annexa, ea ratione, quia oblationes, & eleemoſynæ, quæ fiunt huic Eccleſiæ ſpectant ad ordinationem Epiſcopi, juxta *Text. in cap. Decretum 10. q.1.* ibi -- *Decretum eſt, ut omnes Eccleſiæ cum dotibus ſuis, & decimis, & omnibus ſuis in Epiſcopi poteſtate conſiſtant, atque ad ordinationem ſuam ſemper pertineant*-- & *in Can. Præcipimus 16. q.2.* ibi: *Præcipimus, ut decimæ, & primitiæ, ſeu oblationes vivorum, & mortuorum Eccleſiis Dei fideliter reddantur à Laicis, & ut in diſpoſitione Epiſcoporum ſint -- Abb. in cap. Quoniam num.1.de decim. Mantic. de tacit. & ambig. lib.13. tit.21. num.38. Lotter. de re benef. lib.1. q.30. num.32. Ventrigl. in pract. par.2. annot.26.§.unic. nu.28. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcopi par. 3. alleg. 80. num.13. §. An autem oblationes, & de offic. & poteſt. Parochi par.3. cap.24. n.29. Card. de Luca de decim. diſc. 19. num. 12. R.P.D.Zaul. ad Stat.Favent. to.1. fol.282. num.71. R.P.D. meus Petra in Comment. ad Conſtit. Apoſtol.1. Anaſtasii IV. dicta ſect. 2. num.34. tom.2. Rot. deciſ.37. num.4. par.5. recen. & deciſ.257. num.4. coram Merlin*

11 Unde Epiſcopus poterit adminiſtrare has oblationes, & eleemoſynas factas in hac Eccleſia Patronali uti ſupra ad dictum Monaſterium translata, ibique deputare Collectores, & Perquiſitores eleemoſynarum, quia ad ipſum ſpectat concedere licentias, & facultates quæſtuandi per loca, cùm habeat juriſdictionem in tota ſua Diœceſi, à qua tamquam à radice oritur conceſſio hujuſmodi licentiæ. *Barboſ. de poteſt. Epiſcopi alleg. 109. num.9. per tot. Campanil. in diverſ. jur. Can. rubr.12. cap.13. num. 134. Leo in Theſaur. for. Eccleſ. par.4. cap.2. num.146. Pignatel. conſult.12. num.16. tom.8. R.P.D.meus Petra ad Conſtit. Apoſtolic. 16. Innocentii IV. ſect. unic. num.9. tom.3. Rot. deciſ.38. n.29. coram Sperell.* Necnon poterit etiam ipſe,
12 aut ejus Vicarius Generalis exigere redditionem rationis bonorum, ac onerum Miſſarum ad dictam Eccleſiam ſpectantium ab hujus Cappellano, revidendo ibi libros adminiſtrationis, juxta *Tridentin. cap.8. ſeſſ. 22. de reformat. Gratian. deciſ. March. 188. num.16. & 17. Monacell. to.1. tit.1. formul.2. & formul.14. & tit. 5. formul.2. num.8. Nicol. in floſcul. verb. Viſitatio num. 1. ampliat. 10.* & in terminis Eccleſiæ, aut Cappellæ Confraternitatis erectæ in Eccleſia Regularium, & aliquo modo ab his dependentis reſolutum fuit à Sacra Congregatione Concilii *in Ripana Confraternitatis 30. Martii 1715.* ubi cùm reperiretur erecta Cappella Societatis Sanctiſſimi Roſarii in Eccleſia S. Dominici Ripanæ Civitatis, hujus Epiſcopus inter cætera inſtetit pro declaratione ſequentium dubiorum, nimirum Secundo: *An Epiſcopus, ſeu ejus Vicarius Generalis poſſit exigere redditionem rationis bonorum Confraternitatis privativè quoad Priorem dicti Conventus, & quatenus affirmativè.* Tertiò -- *An id agere valeat revidendo libros adminiſtrationis in ipſo Oratorio Confraternitatis in caſu &c.* Quarto: *An Epiſcopus, ſeu ejus Vicarius Generalis poſſit exigere rationem onerum Miſſarum tam perpetuarum, quàm manualium ſpectantium ad dictam Confraternitatem in caſu &c.* Quibus Sacra Congregatio cenſuit reſpondere-- *Ad ſecundum, & tertium affirmativè*--*Ad quartum affirmativè ab ipſa Confraternitate.* Eodem modo quo idem Epi-

scopus ante hujusmodi translationem Ecclesiæ Patronalis ad dictum Monasterium ibi administrabat eleemosynas, & oblationes, deputabat harum Collectores, & Perquisitores, ac exigebat redditionem rationis bonorum, & onerum Missarum; ea ratione, quia vigore hujus translationis diminutum non fuit in dicta Ecclesia Patronali jus Episcopale, juxta secundam conclusionem ex his *Canonibus* in *Commentario* deductam.

13 Hinc respondendo ad ea superiùs in contrarium allata. Non quicumque usus Quæstorum, seu Collectorum, & Perquisitorum eleemosynarum fuit per Concilium Tridentinum abolitus, & ablatus, sed solùm pravus usus illorum Quæstorum, & Collectorum eleemosynarum, qui facultate sibi concessa abutebantur, nimirum, qui in prædicationibus de Reliquiis, & Indulgentiis mendacia plura aspergebant. *Fagnan. in cap. Cùm ex eo de pœnit. & remiss. num. 18. & seqq. ibique Gonzal. num. 2. R.P.D. meus Petra in Comment. ad Constit. 16. Innocentii IV. sect. unic. num. 1. to. 3. pag. mihi 171. Pignattell. consult. 12. num. 1. tom. 8.*

14 Nec dici valet, quòd Ecclesia hæc Patronalis translata ad Monasterium B. exemptum titulo emptionis, aut donationis universitatis bonorum, cui est annexa, sit exempta à jurisdictione Episcopi, quia per hanc translationem ipsa non acquisivit hujusmodi exemptionem, sed solùm effecta fuit dependens à Monasterio quoad præsentationem, seu nominationem Cappellani, quæ simplex dependentia apta non est reddere eamdem Ecclesiam exemptam. *Rot. in Firmana jurisdictionis 10. Maji 1700. §. Parùm refragante, coram Reverendiss. Molines*, minusque adversatur resolutio Sac. Congregationis Concilii *in dicta Brictinorien. exemptionis, & eleemosynarum*, ibi enim agebatur de Ecclesia pleno jure unita Monasterio, videlicet in spiritualibus, & temporalibus quoad omnia exercenda. Undè non mirum si resolutum fuit, quòd deputatio Collectorum, & Perquisitorum eleemosynarum, & exercitium aliorum actuum
15 in dicta Ecclesia spectet ad Abbatem, & non ad Episcopum, cùm illa verba præbeant Abbati illius Monasterii, cui facta fuit unio, facultatem exercendi omnia ea, quæ respiciunt spiritualia, vel temporalia. *Abb. in cap. de Monachis num. 9. de præben. Rot. decis. 62. num. 5. & 6. par. 15. rec. & decis. 858. num. 1. coram Cerro.*

ARGUMENTUM.

Parocho in associatione cadaverum an liceat ingredi Ecclesiam Patronalem existentem intrà ejus limites translatam cum universitate bonorum ad Exemptos, cum Stola, & Cruce elevata, ibique dare ultimum vale, & exequias peragere, & exigere quartam funeralem pro cadaveribus ibi tumulandis?

SUMMARIUM.

1 *Parochus associans cadaver in Ecclesia Regularium tumulandum, cum horum interventu, non defert propriam Crucem, sed incedit sub Cruce eorumdem Regularium.*

2 *Regulares si velint associare cadaver tumulandum in eorum Ecclesia debent convenire in Ecclesia Parochiali, si verò nolint associare, debent illud expectare ante januam propriæ Ecclesiæ, non autem per vias.*

3 *In associatione cadaveris tumulandi in Ecclesia Regularium, si interveniat Capitulum Cathedralis, vel Collegiatæ, tam Parochiani, quàm Regulares incedere debent sub Cruce ejusdem Capituli.*

4 *Capitulum Ecclesiæ Cathedralis occasione associationis, & tumulationis cadaverum in Ecclesia Regularium, potest illam ingredi cum Stola, & Cruce erecta.*

5 *Parocho in associatione cadaveris non licet ingredi Ecclesiam Regularium cum Stola, & Cruce erecta, ibique dare ultimum vale, & exequias peragere.*

6 *Opinio* Pignattelli, & Caroli Antonii de Luca *non est approbata.*

7 *Parocho non licet exigere quartam funeralem pro cadaveribus in Ecclesiis Regularium tumulandis.* Amplia, ut num. 9.

8 *Concilium Tridentinum* cap. 13. sess. 25. de reform. *quæ Monasteria, & Ecclesias comprehendat?*

10 *Parochus occasione funerum potest ingredi Ecclesiam Patronalem translatam unà cum universitate bonorum titulo hujus em-*

emptionis, aut donationis ad exemptos cum Stola, & Cruce erecta, ibique dare ultimum vale, & exequias peragere, ac exigere quartam funeralem.

11 *Translata Ecclesia Patronali unà cum universitate bonorum ad exemptos, non minuitur in ea jus Parochiale.*

12 *Vendita universitate bonorum, cui sit annexum juspatronatus, hoc transfertur in emptorem, seu ejus hæredem,* & n.18.

13 *Annexio jurispatronatus Castro, ex quibus non probetur, & excludatur,* & n.14. & 15. & n.21. usque ad 25.

16 *Juspatronatus non transit in Legitimatarium cum legitima,* & n.19.

17 *Congrua, seu assignamentum Cappellano debitum, an pro parte spectare possit ad hæredem universalem, ad quem transivit juspatronatus cum hæreditate, & pro parte ad legitimatarium,* & n.26.

20 *Annexio jurispatronatus est concludenter ab allegante probanda.*

27 *Prohibita à Fundatore alienatione Cappellæ sub pœna caducitatis, an ea alienata, incurratur hujusmodi caducitas.*

28 *Unita Ecclesia cum suis juribus, per hanc unionem ipsa dicitur translata cum suis juribus.*

29 *Juspatronatus dicitur jus proprium Patronorum, non verò Ecclesiæ.*

30 *Translatis à Patrono omnibus, & singulis bonis, cum omnibus, & singulis juribus, transfertur etiam Ecclesia materialis eisdem bonis annexa, & juspatronatus,* & num.32.

31 *Ecclesia respectu ædificii, situs, & ornamentorum dicitur esse in hæreditate profana, & in hominum commercio.*

33 *Hæreditas est quid universale continens omnia bona, & jura Testatoris.*

34 *Juspatronatus est quid personale, & ab hæreditate distinctum.*

35 *Relatio efficit, ut relatum sit in referente cum omnibus suis qualitatibus, adeout unica ex utroque fiat dispositio.*

36 *Jus præsentandi potest esse penès unum de familia, licèt juspatronatus sit penès hæredes ejusdem familiæ.*

37 *Præsentatus ab existente in possessione præsentandi est instituendus.* Limita ut n.38. Amplia ut n.39. & n.43. & 44.

40 *Existens in possessione præsentandi respectu unius beneficii annexi Castro, dicitur etiam existere in possessione præsentandi respectu alterius beneficii eidem Castro pariter annexi.*

41 *Quando juspatronatus est annexum Castro non transit in Creditorem possidentem dictum Castrum jure pignoris conventionalis, vel jure Creditoris nullum transferentis dominium directum, neque utile; secus si sit translatum dominium, quia licèt revocabile sit per luitionem, hoc non operatur, ut usquequo dominium non revocetur possessor non sit verè Dominus, & præsentare non possit,* & nu.42. & nu.45. 47. 48.

46 *Juspatronatus imputari non potest in satisfactionem debiti.*

48 *Juspatronatus transit in Emptorem universitatis bonorum cum pacto redimendi, in Creditorem deliberatarium durante anno luitionis, in usufructuarium durante usufructu, in Uxorem possidentem bona Mariti pro satisfactione suæ dotis, & in Conductorem durante locatione.*

CASUS XIII.

DEfuncto Titio, & electa sepultura in Ecclesia Patronali A. translata unà cum universitate bonorum ad Monasterium B. exemptum. Parochus in assotiatione illius cadaveris intendebat ingredi dictam Ecclesiam existentem intrà limites propriæ Parochiæ cum Stola, & Cruce elevata, ibique dare ultimum vale, & exequias peragere, & exigere quartam funeralem pro cadaveribus ibi tumulandis. Quæro, an Parochus possit exercere hujusmodi actus in dicta Ecclesia Patronali?

In hac quæstione, ut clarius procedatur, præsertim quoad ea, quæ concernunt actum assotiationis cadaverum sejungenda sunt certa ab incertis. Igitur inter cætera animadverto assotiationem cadaverum illorum defunctorum, qui elegerunt sepulturam in Ecclesia Regularium fieri posse. Primò, per solum Parochum. Secundò, per Parochum cum interventu illorum Regularium, in quorum Ecclesia sepeliendum est cadaver. Tertiò, cum interventu eorumdem Regularium, & Capituli, sive Cathedralis, sive Collegiatæ.

1 Quæstio præsens non procedit in assotiatione cadaveris tumulandi in Ecclesia Regularium cum horum interventu; Quoniam

niam in casu, quo Regulares spontè, vel invitati velint intervenire,& associare cadaver in eorum Ecclesia tumulandum,Parochus non defert propriam Crucem, sed incedit cum Cruce earumdem Regularium, quia associantes funus debent incedere sub Cruce illius Ecclesiæ,ad quam corpus defertur sepeliendum, juxta resolutiones Sac. Congregationis Rituum *in Baren. 29. Julii 1616.* apud *Nicol. in flosc. verb. sepult. num.13.,& in Fossunen. 21. Julii 1645. in responsione ad secundum* apud *Monacell. formul. legal. for. Eccles. par.1. tit. 5. formul.7. num.38. Matthæuc. offic. Cur. Eccles. quoad exequias cap. 20. n.9. Barbos. de Offic. Paroch. par.3. cap.26.*
2 *num.78.* Regulares tamen in hoc casu debent convenire in Ecclesia Parochiali,vel in Ecclesia ubi reperitur per modum depositi cadaver, & nullatenus expectare possunt Parochum per vias, aut ad domum defuncti, & si nolint intervenire, & associare, cùm non possint cogi ad exeundum à propriis Ecclesiis ad effectum associandi cadavera in eisdem sepellienda, juxta sensum Sacræ Congregationis Rituum *in Senogallien. die 22. Junii 1675.*, & Episcoporum, & Regularium *in Auximana 17. Augusti 1708.* debent illud expectare ante januam propriæ Ecclesiæ, ut docent *Dian. in tract. de Regul. resol.239. num. 1. Barbos. ad Concil. cap. 13. sess. 25. de reform. num. 12., & de offic., & potest. Paroch. par. 3. cap. 26. num. 63., & seqq. Lezzana in Sum.Regul. tom.1.cap.12.n.41. vers. ad quartum,* & resolutum fuit à Sac. Congregatione Concilii, me Studente apud R.P.D. meum Ansidæum *in Tudertina funerum 8. Augusti 1716.*, ubi contendente Parocho Oppidi Massæ Fratres Tertii Ordinis S. Francisci Conventus B.Mariæ de Pace in Ecclesia Parochiali convenire debere pro associatione cadaverum, quæ ad Ecclesiam dictorum Regularium tumulanda deferuntur, examinatum fuit dubium -- *An PP. Tertii Ordinis S. Francisci Conventus Pacis Terræ Massæ occasione, qua cadavera Parochiæ dicti loci in eorum Ecclesia tumulantur, debeant priùs convenire in Ecclesia Parochiali, vel liceat illa expectare per viam, & ante januam eorum Ecclesiæ Regularis* -- cui responsum fuit -- *Affirmativè quoad primam partem, si Regulares velint associare cadaver, & licere tantùm expectare ante januam Ecclesiæ, non autem per vias, quatenus nolint associare.*

3 Nec procedit in associatione cadaverum cum interventu Regularium, & Capituli Cathedralis, vel Collegiatæ; quia Parochus nec etiam in hoc casu defert propriam Crucem, sed tam ipse, quàm iidem Regulares convenire debent ad Ecclesiam Cathedralem, & deinde ob reverentiam debitam dignitati, & præeminentiæ, qua pollet Cathedralis super omnibus aliis Ecclesiis inferioribus Diœcesis, omnes incedere ad Ecclesiam eorumdem Regularium tumulantem sub Cruce ejusdem Cathedralis, cujus Capi-
4 tulum poterit cum illa erecta ingredi dictam Ecclesiam Regularium, sed post ingressum non potest assistere exequiis cum dicta Cruce, sed adhibenda est Crux Ecclesiæ Regularium ad quos spectat exequias, & officium defunctorum celebrare. *Samuel. de sepult. tract. 1. disput. 3. controv.3. concluf.6. n.39.* & decisum fuisse à Sac. Congregatione Rituum testantur *Monacell. formul. legal. par. 1. tit. 5. formul.7. num.37., & seq. Matthæuc. offic. Cur. Eccles. quoad exequias cap.20. nu. 11. Ursaya par.2. discept. Eccles. 14. num. 79. Rot. in Tranen. Præeminentiarum super reservatis 3. Junii 1715.§.Consistit cum seq. coram Eminentissimo Scotto*, & resolutum fuit à Sac. Congregatione Concilii, me studente apud R.P.D. meum Petra *in Ruben. juris funerandi 29. Julii 1713.*; Ubi vindicante sibi Capitulo Cathedralis Ecclesiæ Rubensis jus celebrandi Missas, & exequias,necnon Anniversaria recolendi, in quibuscumque Ecclesiis tam Regularium, quàm Confraternitatum, & occasione funerum, eorum Ecclesias subeundi, Crucis vexillo erecto, contradicentibus,præ cæteris PP. Dominicanis ejusdem Civitatis, deducta fuerunt ad examen sequentia dubia Primò -- *An PP. Dominicanis Civitatis Ruben. liceat in propria Ecclesia celebrare Missas, Exequias, & Anniversaria, vulgo Terzi, Settimi, & Trigesimi, tam pro his, qui tumulati reperiuntur in dicta Ecclesia, quàm extra, necnon alia, & quæcumque Anniversaria, & pro his eleemosynam recipere, sive potius hæc omnia privativè spectent ad Capitulum illius Cathedralis in eadem Ecclesia PP. Domini-*

minicanorum -- Secundò -- *An liceat Capitulò dictæ Cathedralis occasione associationis, & tumulationis cadaverum in Ecclesia dictorum Patruum Dominicanorum eam ingredi cum Stola, & Cruce erecta, ibi facere funus circa cadaver in casu &c.* -- Quibus responsum prodiit -- *Ad primum affirmativè quoad primam, & negativè quoad secundam partem* -- Ad secundum, *quoad Crucem affirmativè, in reliquis negativè.*

5 Sed quæstio versatur in associatione cadaveris, quæ fit per solum Parochum cum propria Cruce, quo casu respondendum videtur Parochum non posse amplius ingredi hanc Ecclesiam Patronalem translatam cum universitate bonorum ad dictum Monasterium, cum Stola, & Cruce erecta, ibique dare ultimum vale, & Officium, & Preces defunctorum recitare, cùm sit interdictus Parochis talis ingressus, & dare ultimum vale consistens in simplici benedictione, juxta resolutionem Sac. Congregationis Episcoporum, & Regularium, Ponente cla.mem. Eminentissimo S. Clementis *in Nullius, seu Aquinaten. juris sepeliendi 2. Augusti* 1709. ad quartum intrà Ecclesiam Regularium, ea ratione, quia Parochus habet jurisdictionem supra defunctum solùm usque ad januam Ecclesiæ Regularium, intrà autem Ecclesiam jurisdictio supra eumdem defunctum est penès Regulares, non autem penès Parochum, ut docent *Novar. in Summ. Bullar. comm.* 91. *num.* 1. *Barbos. ad Concil. sess.* 25. *cap.* 13. *num.* 23., & 32., & *de offic. & potest. Paroch. par.* 3. *cap.* 26. *num.* 74. & *seq. Lantusch. in Theatr. verb. exequiæ num.* 8., & 9. *Tamburin. de jure Abbat. tom.* 1. *disput.* 15. *quæst.* 17. *num.* 21. *Card. de Luc. de Regul. disc.* 1. *num.* 53. *Amostaz. de causis piis par.* 2. *lib.* 6. *cap.* 3. *nu.* 24. *Pasqualig. in observat. ad Lauren. de Franc. num.* 1791., *Advocatus Ursaya* (vir maximè accuratus, & in matrimonialibus, ac criminalibus optimè versatus, ut testantur ejus opera) *discept. Eccles. par.* 2. *discept.* 14. *n.* 9. & *seqq.* & *n.* 79., ubi refert quamplures resolutiones S. Congregationum Episcoporum Concilii, & Rituum.

6 Minimè attentis nonnullis Doctoribus contrarium tuentibus, nimirum *Pignattell. consult.* 48. *num.* 20. *tom.* 3. *Carol. Anton. de Luc. ad Gratian. discept.* 298. *num.* 1. sentientibus posse Parochum occasione funerum ingredi Ecclesiam Regularium cum Stola Superpelliceo, & Cruce erecta, dummodo ipse exequias non peragat supra defunctum. Quoniam horum opinio non est amplexa, nec approbata, præsertim à Sac. Congregatione Concilii, à qua *in Lauden. funerum* 2. *Maji* 1711. Cùm prætenderent Parochi Civitatis Laudæ occasione associationis cadaverum contumulandorum in Ecclesia Conventus S. Marci PP. Carmelitarum Discalceatorum eam ingredi cum Cruce, & intrà eandem dare ultimum vale, proposito inter cætedubio -- *An liceat Parochis in associatione Cadaverum ingredi Ecclesiam PP. Carmelitarum Discalceatorum cum Stola, & Cruce elevata, & intrà Ecclesiam dare ultimum vale, vel potius eisdem Parochis liceat dare ultimum vale extra Ecclesiam, eam, ut supra non ingredientibus:* responsum fuit *negativè quoad primum, & affirmativè quoad secundam partem* relat. etiam per *Ursayam ubi supra num.* 133., ubi licèt contrarium impressum reperiatur, hoc tamen evenit per errorem, & defectum Impressoris, quibus infeliciter sunt subjecti ferè omnes Auctorum libri.

7 Quoad quartam funeralem videtur etiam dicendum non posse Parochum illam exigere à Rectore præfatæ Ecclesiæ Patronalis, uti supra translatæ ad Monasterium occasione funerum defunctorum, qui in ea sepeliuntur, stantibus privilegiis, & exemptionibus à solutione quartæ funeralis à Summis Pontificibus eidem Monasterio, ejusque Ecclesiis concessis *Pignattell. consult.* 145. *tom.* 9.

8 Non obstat Concilium Tridentinum *cap.* 13. *sess.* 25. *de reform.* ubi mandat persolvi quartam funeralem Ecclesiæ Parochiali non obstantibus concessionibus gratiis, privilegiis, etiam Mari magno nuncupatis; Quoniam distinguendum est inter Monasteria, seu Ecclesias aut loca, quæ ante annos quadraginta à die publicationis Concilii erant solita solvere quartam funeralem Parocho, non obstantibus privilegiis in contrarium, & inter Monasteria, seu loca, quæ ante annos 40. non erant solita solvere quartam, aut quæ fuerunt fundata ab anni 40. citra vel post publicationem Concilii. Concilium Tridentinum in hoc decreto comprehendit ea Monasteria, seu Ecclesias,

quæ

quæ ante annos 40. erant solita solvere quartam, & disposuit, quòd ista continuent etiam in futurum in hac solutione quartæ funeralis, non obstantibus privilegiis in contrarium; non verò comprehendit ea Monasteria, seu Ecclesias, quæ ante annos 40. à die publicationis non erant solita solvere, quartam, vel quæ sunt fundata à 40. annis citra, aut post publicationem Concilii; uti est Monasterium, de quo agitur, quod fuit fundatum à 40. annis citrà post publicationem Concilii; ista enim loca habentia privilegium non solvendi non debent solvere quartam, juxta declarationem S. Pii V., de qua in ejus *constitit la* 41. §. *Quartam*, quam sequuntur *Gallemart. in dicto cap.* 13. *sess.* 25. *num.* 1. *ibique Barbos. num.* 2., *& seqq.*, *& de offic.*, *& potest. Episcopi par.* 3. *alleg.* 86. *num.* 17. *Rot. decis.* 84. *n.* 4. *post Tamburin. de jure Abbat. tom.* 3. & juxta resolutionem S. Congregationis Concilii *in Rossanen.* 21. *Septembris* 1594. relat. à *Gallemart. ubi supra*. Quod procederet etiam si Rector Ecclesiæ Patronalis
9 post hujus translationem, aut Abbas præfati Monasterii persolvisset quartam Parocho, quia per hujusmodi solutiones, nec Rector, nec Abbas poterant præjudicare successoribus, aut Monasterio, & renunciare privilegiis ei concessis, ac etiam quia quæcumque possessio, quæ prætendi posset à Parocho inficeretur ab eisdem Privilegiis decreto irritante munitis *Pignatell. consult.* 145. *num.* 9. *tom.* 9. *Rot. decis.* 179. *num.* 7. *coram Roxas*, & ita resolutum fuit à Sac. Congregatione Concilii *in Æsina quartæ funeralis* 14. *Junii* 1710., non obstante quòd à Patribus Minimis S. Francisci de Paula Civitatis Æsii, pro triginta quatuor cadaveribus in eorum Ecclesia tumulatis semper Parochis quarta funeralis soluta fuerit, & non obstante, quòd eisdem Patribus fuerit concessa ab Episcopo facultas aperiendi sepulchrum in eorum Ecclesia cum clausula --*sine præjudicio jurium Parochialium* -- Et novissimè *in Ampurien. quartæ funeralis* 6. *Junii* 1716. ubi prætendente Parocho exigere quartam funeralem pro cadaveribus tumulatis in Ecclesia S. Teclæ PP. Capuccinorum Oppidi Nulvi, tam ratione consuetudinis, quàm ratione prætensæ jurisdictionis in dicta Ecclesia, contradicentibus eisdem Patribus, & allegantibus amplissima privilegia eorum Ordini à Summis Pontificibus concessa, proposito dubio: *An debeatur quarta funeralis in casu &c.*: *negativum* prodiit responsum.

10 Verum his omnibus non obstantibus, censeo in hoc casu posse Parochum occasione associationis cadaverum absque interventu Capituli Cathedralis, vel Collegiatæ posse ingredi hanc Ecclesiam Patronalem translatam unà cum universitate bonorum, cui est annexa ad Monasterium B. cum Stola, & Cruce erecta, ibique dare ultimum vale, ac exigere quartam funeralem, cùm Parochus habeat intentionem in jure fundatam exercendi jura, & functiones Parochiales in Ecclesiis sitis intrà limites propriæ Parochiæ, nisi Rectores earumdem Ecclesiarum ostendant, aliquod clarum privilegium exemptum ab his actibus, juxta *Abb. in cap. dilectus de Cappell. Monach. nu.* 4. 11. *&* 12. *Card. de Luc. de Paroch. disc.* 31. *n.* 4. *& seqq. Rot. in Civitatis Plebis jur. Parochialium* 6. *Junii* 1708. *coram R.P.D. Ansaldo* superiùs impress. *Par. I. Can. I. Cas. IX. num.* 28., *& in Florentina quartæ funeralis* 1. *Decembris* 1704. §. *Resolutioni coram bo. me. Caffarello*, & dixi plenè ibi *n.* 4., *& seqq.*

Nec pro exemptione hujus Ecclesiæ Patronalis à supradictis juribus, & functionibus Parochialibus allegari potest illius translatio unà cum universitate bonorum ad dictum Monasterium exemptum, quia ut pluries supra dixi vigore hujusmodi translationis, eadem Ecclesia Patronalis non acquisivit exemptionem, sed solùm subjecta evasit Monasterio,
11 quoad præsentationem Rectoris, & sicuti per eamdem translationem, non diminuitur in ipsa jus Episcopale, juxta dispositionem horum *Canonum*, & secundam conclusionem in *Commentario* deductam, ita nec diminui debet jus Parochiale.

Post hæc scripta, & Typis mandata sequentes emanarunt S. Rotæ Decisiones concernentes materiam præsentium *Canonum*, quæ cùm supradicta confirment hìc eas imprimi opportunum duxi. Primæ tres decisiones spectant ad *Casum II.* aliæ duæ ad *Casum IV.* pertinent, ubi quidem propria earum sedes fuisset, si priùs mihi innotuissent.

R.P.D.

R.P.D. LANCETTA.

Viterbien. Cappellaniæ.

Veneris 26. Junii 1716.

INformante tantum Ioſepho Tano præſentato per D. Hieronymum de Alteriis ad unam ex Cappellaniis erectis à bo. me. R.P.D. Scipione Sanctacruce in Oppido Caſtri Viani, Domini cenſuerunt conſtare de Jurepatronatus favore ejuſdem D. Hieronymi, & ab eo deberi aſſignamentum Cappellanis pro duabus ex tribus partibus, pro alia verò tertia parte deberi à D. Principe Gaſpare ipſius patre.

12 Quòd enim Juſpatronatus pertineat ad D. Hieronymum viſum eſt in dubium revocari non poſſe, cùm illud à March. Antonio de Sancta Cruce memorati Scipionis hærede, prævia approbatione, & licentia à ſan. mem. Clemente X. per ſpeciale Chirographum eidem conceſſa, translatum, & ceſſum fuerit unà cum venditione cæterorum bonorum allodialium in eodem Caſtro, & Territorio exiſtentium favore clar. mem. Principis Angeli de Alteriis, à quo D. Hieronymus tanquam hæres univerſalis cauſam habet ad *Text. in cap. 1., & cap. cum ſæculum de jurepatr., & in Clement. plures eodem tit. Rota coram Buratt. deciſ.183. num.1. cum aliis in deciſ.11. num.17. coram bo. me. Beninca ſa.*

13 Abſque eo quòd opponi valeat Juſpatronatus prædictum annexum eſſe eidem Caſtro, ac proinde potiùs pertinere ad D. Principem Gaſparem illius Dominum, & Baronem; Aſſumptum enim aſſertæ annexionis non probatur in facto prout cæteroquin plene, & concludenter probandum eſſet, ut in ſpecie reſpondit *Rot. deciſ.885. num.11. coram Emerix jun.* Immo vero potiùs excluditur tum, quia Juſpatronatus reſervatum fuit pro hæredibus, & ſucceſſoribus, quæ ſanè reſervatio comprehendit hæredes, & ſucceſſores univerſales, non autem hæredes, & ſucceſſores bonorum particularium, ut alias ad excludendam annexionem hujuſmodi dixit *Rot. dicta deciſ. 885. num.12. coram Emerix.*. Tum, & certiùs, quia antequam Caſtrum, & bona allodialia in poteſtatem Principis Angeli devenirent cùm diviſim à ſeparatis Dominis, poſſiderentur, Caſtrum videlicet cum juriſdictione Territoriali à Domo Urſina, & bona allodialia à Familia de Sancta Cruce, occurrentibus tamen vacationibus dictarum Cappellaniarum hæc ſolùm ad illas præſentavit, imò, quod plus eſt, anno 1663. unam ex illis ad Caſtrum Petræ Fortis auctoritate Apoſtolica tranſtulit ſcientibus, & patientibus Dominis de Urſinis ejuſdem Caſtri Viani Dominis, & Baronibus, quod quidem ab ipſis permiſſum non fuiſſet, ſi juſpatronatus feudo adnexum extitiſſet, cùm hujuſmodi jura honorifica certo pretio per ſe in æſtimabilia, quando tamen feudo in ſunt, illius valorem, & æſtimationem maxime augeant ex adductis per *Cardinal. de Luc. de jurepatronat. diſc.2. num.13. Rot. dec.697. num.3. par.1., & dec.46. n.9. par.9.*, & ſæpe alibi.

14 Præterea cum à DD. de Urſinis Caſtrum cum juriſdictione venditum fuerit Principi Angelo, nec verbum quidem fuit inter Partes habitum de dicto jurepatronatus, & è converſo cum bona allodialia in eodem Caſtro, & Territorio exiſtentia ab eodem Principe empta fuerunt Marchio Antonio de Sancta Cruce illorum venditor expreſſis verbis ceſſit, & tranſtulit in emptorem juſpatronatus dd. Cappellaniarum, illa excepta, quæ ad Caſtrum Petræfortis jam pridem translata fuerit, & ſucceſſivè occurrentibus Vacationibus idem Princeps emptor nominando, & præſentando ad dd. Cappellanias ſemper aſſeruit illas olim fuiſſe de jurepatronatus DD. de Sancta Cruce, nunc verò ad ipſum, & ejus hæredes pertinere vigore Inſtrumenti rogati per acta Belli Notarii A. C. ſub die 20. Januarii 1674. quo mediante venditio bonorum allodialium celebrata fuit: Hujuſmodi autem factum, & declaratio primi Acquirentis quantæ ſit virtutis, & efficaciæ nemo eſt, qui ignoret, ut in propoſito advertit *Surd. conſ.305. num.32., & ſeq., & conſ.351. num.24. lib.3. Rot. deciſ.125. num.7. par.14. recent.*, & in puncto *d. deciſ. 885. num.16. coram Emerix jun.*

15 Neque adverſùs prædicta ullam vim facit, quòd tam in acquiſitione d. juriſpatronatus, quàm in ſucceſſivis nominationibus

tionibus à Principe Angelo factis, ipse assumpserit, atque adhibuerit titulum Principis Viani, nam cùm ipse non expresserit se acquirere, & præsentare tanquam talis, dicta simplex enunciativa apta non est operari effectum assertæ annexionis optimè *Surd. cons.*423. *num.*21., & 22. *Rot. decis.*119.*num.*11. *par.*19. *rec.*, neque censetur taxativè apposita, sed solùm demonstrativè ad majorem honorificentiam, prout de facto in præsentationibus additus quoque fuit titulus *Ducis Montarani*, quamvis ratione hujus feudi nullum procul dubio jus quoad controversum Patronatum eidem Principi inesset, ut in his terminis advertit *Lotther. de re benef. lib.*2. *quæst.* 9. *à num.* 54., & melius *Rot. in toties laudata dec.* 885. *nu.*15. *coram Emer.*

Atque ex his penitùs excluſa prætensa annexione juriſpatronatus cum feudo Viani posſesſo per D. Principem Gasparem, minus eidem suffragari posset, quatenus prætenderet tertiam saltem partem in dicto jurepatronatus,quòd post obitum Principis Angeli ejus Patris sibi adjudicari obtinuerit per Judices Compromissarios in Causam legitimæ tertiam partem bonorum, & jurium hæreditariorum sub illius hæreditate cadentium; Quandoqui-
16 dem cùm legitima sit quota bonorum non hæreditatis, & legitimarius censeatur solùm particularis succeſſor; juspatronatus idcirco tanquam jus hæreditarium non potuit in ipsum transire, sed cum ipsa hæreditate remansit favore D. Hieronymi universalis hæredis, ut discusso formiter articulo respondit *Rot. decis.* 413., & *decis.*560. *num.*1. & 2. *par.*12. *rec.*

17 Et ex hac eadem ratione DD. desumpserunt fundamentum secundæ partis præcensitæ resolutionis; Nam cùm assignamentum Cappellanis debitum sit onus infixum bonis à Marchione de Sancta Cruce venditis Principi D. Angelo, procul dubio solvi debet pro rata à posſesſoribus eorundem bonorum, & sic pro duabus ex tribus partibus à D. Hieronymo, & pro alia tertia parte à Principe D. Gaſpare,nè aliàs iſte subducto ejusmodi onere plus sua tertia parte in bonis hæreditariis Principis D. Angeli ejus Patris ex causa legitimæ consequatur; & de facto cùm ad hanc rationem utrumque hactenus suam ratam persolviſſe constet, nemo eorum conqueri potest, quod eodem jure etiam imposterum censeantur juxta *Text. in l. sed*, & *Julianus* §. *Proinde ff. ad Macedon.*, & tradita per *Rot. in Lauden. pensionum* 4. *Decembris* 1715.§.*Majorem coram Me*.

Et ita Joſepho tantùm informante, & jura D.Hieronymi à quo præsentatus fuit in præsenti deducente responsum fuit.

R. P. D. LANCETTA.

Viterbien. Cappellaniæ.

Lunæ 15.*Martii* 1717.

SUppositis hodie novo examini fundamentis decisionis editæ coram me die 26. Junii superioris anni, per quam in contumaciam D. Principis Gaſparis de Alteriis declaratum fuerat: *Constare de jurepatronatus favore D. Hieronymi ejus filii, atque ab eo deberi assignamentum Cappellanis pro duabus ex tribus partibus; Pro reliqua verò tertia parte deberi à D. Principe Gaſpare*, DD. illam approbarunt quoad pertinentiam Juriſpatronatus, sed in alium sensum abeuntes quoad emolumentum Cappellanorum,censuerunt istud in totum deberi à D. Hieronymo, atque ideo rescripserunt-- *Standum esse in decisis juxta modum*.

Enimvero in eo, quòd attinet ad controversum Juspatronatus firmiter subsi-
18 sistere visum fuit fundamentum illud præteritæ decisionis, quòd cùm agatur de Jurepatronatus hæreditario translato per Marchionem Antonium, & Cardinalem Andream de Sanctacruce hæredes Scipionis fundatoris in clar.mem. Principem Don Angelum de Alteriis, prævia licentia, & approbatione speciali san.me. Clementis X. utique illud post obitum ejusdem Principis transire debuit in Hieronymum ipsius ex filio nepotem, & universalem hæredem in testamento institutum, *cap.*1. *de jurepatr. Clem.plures*, & *ibi Gloſſ.* & *Scribentes eod. tit.* cum aliis concordantibus, de quibus *Rota coram Emer. jun. decis.*885. *num.*2. & 3. non obstante, quòd D. Princeps Gaſpar tanquam filius memorati Principis Angeli obtinuerit sibi assignari per Judices Compromissarios in causam legitimæ tertiam partem bonorum, & jurium sub illius hæreditate cadenden-

dentium: Nam ut præcisè reſponſum fuit in deciſione Cauſæ §. *Atque ex his*, legitima eſt quota bonorum, non hæreditatis, & legitimarius cenſetur ſolùm particula-
19 ris ſucceſſor; Unde jura honorifica, & patronatus cùm ſint jura hæreditaria in eum non tranſeunt, ſed remanent cum ipſa hæreditate penès hæredem univerſalem, ut articulo formiter diſcuſſo aliàs reſpondit *Rot. deciſ.* 413. *& deciſ.* 560. *n.* 1. *& 2. par.* 12. *rec. & deciſ.* 3. *n.* 27. *& ſeqq. coram Otthobon. & deciſ.* 9. *num.* 14. *& deciſ.* 11. *num.* 17. *coram bo.me. Benincaſa*, cum quibus omnino conſonat *deciſ.* 367. *nu.* 1. *coram Emerix jun.* ubi concordantes.

Prout etiam neque obſtare viſum fuit aliud objectum, ſuper quo acriter inſiſtebant Defenſores D. Principis, quòd nimirum Juſpatronatus controverſum ſit annexum Caſtro Viani, ac proinde non ad alium pertinere poſſit, quàm ad ipſum D. Principem unicum illius poſſeſſorem, ex cenſura *Text. in cap. ex literis, ubi communiter Scribentes de jurepatr.* Præmiſſa enim certiſſima illa juris concluſione,
20 quòd ejuſmodi annexio plenè, & concludenter ab allegante ſit probanda, etiam quando agitur de Beneficiis ſitis, ut in caſu, intrà Caſtrum, vel in ejus Territorio, aliàs contra ipſam judicandum veniat, ut communiter firmant Doctores *ſuper eodem cap. Ex literis*, & præſertim *Barboſ. num.* 2. *Lotter. de re benefic. lib.* 2. *quæſt.* 9. *num.* 54. *Rot. coram Mantic. deciſ.* 164. *num.* 2. *& deciſ.* 198. *nu.* 4., *& coram Emerix deciſ.* 885. *num.* 10. *& ſeqq.*, *& in Compoſtellana Parochialis de Pardeſſoa* 2. *Julii* 1710. §. *Primogeniali coram R. P. D. meo Falconerio, &* 22. *Junii* 1711. §. *Atque ex his coram Reverendiſs. Anſaldo*; Domini in hypotheſi animadvertebant illam non ſatis probari, imo potiùs excludi ex pluribus facti circumſtantiis relatis in antecedenti deciſione §. *Abſque eo quod*, *& ſeqq.*

21 Et ſanè omiſſis iis, quæ ad hunc effectum deducebantur ex teſtamento poſtea condito ab eodem Scipione tanquam non aptis alterare qualitatem Beneficiorum jam priùs erectorum, quatenus aſſerta annexio deſumebatur ex eo, quòd Scipio de Sanctacruce Cappellaniarum Fundator eſſet Dominus, & Poſſeſſor dicti Caſtri, ac talem ſe enunciaverit in Inſtrumento fundationis, plana occurrebat reſponſio, quòd cùm Ipſe non expreſſerit ſe fundare tanquam Baronem, & Dominum dicti feudi, ſimplex enunciativa ejuſmodi dignitatis cenſetur demonſtrativè appoſita ad deſignandum gradum, & prærogativam ipſius Fundatoris, prout de facto in eodem Inſtrumento legitur quoque præpoſitus titulus Epiſcopi Cervienſis, & ſic apta non eſt operari effectum aſſertæ annexionis. *Lotter. dicta quæſt.* 9. *n.* 56. *&* 57. *Rot. deciſ.* 53. *num.* 4. *in fine par.* 1. *rec.*, *& coram Emerix d. deciſ.* 885. *num.* 15., *& in dicta Compoſtellana Parochialis de Pardeſſoa* §. *Primogeniali coram R. P. D. meo Falconerio*.

Quatenus verò eadem annexio argue-
22 batur, ex quo in dicto Inſtrumento fundationis aſſignata fuerit Cappellanis portio panis, & vini de Menſa Domini, atque injunctum onus habitandi in palatio, & extra ipſum non pernoctandi ſinè licentia Domini, colendique viridarium ſumptibus Patroni, ejuſque fructus, & vuas cuſtodiendi pariter pro Domino; Argumentum diluebatur ex eo, quod illa toties repetita Domini appellatio non erat perneceſſe referenda ad dominium Caſtri, ſed commodè intelligi poterat de dominio ipſius palatii, in quo continuo habitare, & viridarii, quod colere debebant Cappellani, quod ſatis eſt, ut probatio exinde deſumpta dubia, & æquivoca reddatur, atque ideo attendenda non veniat. *Rot. deciſ.* 77. *num.* 8. *par.* 14. *& deciſ.* 19. *n.* 6. *par.* 18. *& coram Cerro deciſ.* 493. *num.* 9.

Omnino autem inſubſiſtens erat aliud
23 ſuppoſitum, quod Fundatot mandaverit celebrari Miſſam à Cappellanis hora, & loco à Barone præſcribendis, quodque Cappellani appellarentur Cappellani Baronis. Quamvis enim in dicta fundatione cautum fuerit, quòd volente aliquo ex dictis Cappellanis Sacrum peragere, tradatur illi pro quocumque Sacro certa, ac determinata eleemoſyna juxta qualitatem dierum feſtorum, vel ferialium, quodque ea Miſſa ſit ultra Miſſam celebrari debitam à Parocho, & reſpectivè à Cappellano Dominorum; Hic tamen loquendi modus neque ullam inducit celebrandi obligationem, ſed potiùs eam excludit, ex deductis per *Rot. coram Se-*

raphin. decis.39. num. 3. & coram Peutinger. decis.53. nu.69., & in recent. dec.27. num .3. par. 19. neque præsefert, quòd Cappellani denominentur Cappellani Dominorum, quinimo illos ab istis omnino separat, ac distinguit, virtute illius dictionis *ultra*, de qua *Rota decis. 15. n.7. par.12. & decis.418. n.5. par.19. rec.*

Sed certius hæc omnia procedere videbantur, quia in exclusionem assertæ annexionis plura concurrunt validissima
24 argumenta desumpta ex viscеribus ipsius fundationis, & subsequuta uniformi observantia. Ac primò quidem se offert reservatio Jurispatronatus, quæ expressè legitur facta *pro hæredibus, & successoribus quibuscumque*, ac proinde necessariò comprehendit hæredes, & successores universales, neque ullo pacto restringi potest ad successores in feudo, qui sunt successores bonorum particularium, ut aliàs in proposito dixit *Rot. decis. 70. num. 16. par.12. decis.413. num.11. par.18.*, & magis in puncto *coram Emerix dicta dec.885. num.12.* Secundò, hoc ipsum comprobat alia valde notabilis reflexio, quòd pro dote dictarum Cappellaniarum non quidem bona feudalia assignata fuerunt, sed census liber, & proprius ipsius Fundatoris, & ad eum pertinens non tanquam Baronem, sed utì privatam personam: Unde eò magis Juspatronatus dici nequit annexum Castro, & acquisitum Baroni, sed potiùs censeri debet hæreditarium, & aptum transire in eos, in quos bona pro illarum dote assignata transiissent, si pro tali dote collata non fuissent. *Rot.dec.299. num.10. par.16. & decis.19. nu.5. par.18. & decis. 662. num. 19. in fine par. 19. rec. & in dicta Compostellana Parochialis de Pardessoa 2. Julii 1710. §. Quæ sanè in fine coram R.P.D. meo Falconerio.*

25 Denique ita declaravit subsequuta observantia; Antequam enim Castrum, & bona allodialia in eo existentia in potestatem Principis Angeli devenirent, illa divisim à duobus Dominis possidebantur; Castrum nempe cum jurisdictione Territoriali à Domo Ursina vigore cessionis per ipsum reportatæ à Camera Apostolica, quæ propter quoddam delictum Honuphrii Sanctacrucii illud Fisco addixerat; Arx verò, sive palatium cum cæteris bonis allodialibus ab ipsa familia Sanctacrucia: Occurrentibus autem hoc tempore vacationibus dictarum Cappellaniarum, hæc solùm ad illas præsentavit; imò, quod notabilius est, unam ex illis anno 1663. ad Castrum Petræ fortis auctoritate Apostolica transtulit, videntibus, & patientibus Ursinis ejusdem Castri Viani possessoribus. Ulterius quando iidem Ursini Castrum cum jurisdictione vendiderunt Principi Angelo nulla facta fuit mentio de dicto Jurepatronatus; Et è converso cùm Marchio Antonius de Sanctacruce Arcem, sive palatium cum cæteris bonis allodialibus eidem Principi vendidit, expressis, dissertisque verbis cessum quoque, ac translatum fuit in eundem Principem Juspatronatus dictarum Cappellaniarum, illa excepta, quæ ad Castrum Petræ fortis jam pridem translata fuerat; Et successivè idem Princeps emptor, occurrentibus vacationibus, nominando, & præsentando ad dictas Cappellanias semper asseruit illas olim fuisse de Jurepatronatus DD. de Sanctacruce, nunc verò ad ipsum, & ejus hæredes pertinere vigore ejus Instrumenti, quo mediante venditio bonorum allodialium celebrata fuerat. Quamobrem hac stante adeò præcisa, uniformi, ac longa observantia dictæ annexionis exclusiva, nemo non videt quàm durum sit illam hodie prætendere, sub debili obtentu quarumdam levium conjecturarum, ut in specie respondit *Rot. decis. 314. sub nu. 4. par.4. & decis.70. num.16. & 17. par. 12. & decis.19. n.7. par.19. rec.*

26 Firmata itaque ex hactenus deductis pertinentia Jurispatronatus favore D. Hieronymi, ac transeundo ad aliam resolutionis partem respicientem assignamentum Cappellanorum, quamvis DD. in præterita Causæ propositione credederint, illud pro tertia parte deberi à D. Principe Gaspare sub fundamento, quòd illud esset onus infixum bonis hæreditariis defuncti Principis Angeli illius patris, quorum tertia pars ab ipso possidetur, ut latius firmat decisio Causæ §. *fin.* Hodie tamen audito D. Principe, factoque meliùs elucidato, censuerunt assignamentum prædictum in totum deberi a D. Hieronymo, quia revera onus prædictum non est infixum bonis possessis ab eodem D. Principe, sed est onus merè

hære-

hæreditarium, tanquam ſuſceptum, & accollatum à Principe Angelo in ipſo Inſtrumento emptionis bonorum allodialium loco cenſus ab initio aſſignati pro dote dictarum Cappellaniarum; unde omnino pertinere debet ad ipſum D. Hieronymum univerſalem hæredem, *leg. unic. C. ut action. ab hæred. & in hæred. Rot. coram Coccin. deciſ. 36. n. 4., & coram Dunoz. jun. deciſ. 658. num. 15.*, & meliùs *coram Bich. deciſ. 55. num. 18. & ſeqq.* Non verò ad D. Principem Gaſparem, cui in cauſam legitimæ ipſi debitæ in bonis paternis ex judicio, & ſententia Arbitrorum à Partibus non impugnata certa pars bonorum tradita fuit immunis, & exempta ab omnibus oneribus: vnde illi omnino ſtandum eſt, nè aliàs minùs ſua legitima conſequatur, ut in puncto dixit *Rot. coram Bich. deciſ. 55. num. 21. & 22.*, & nullum in Jurepatronatus commodum ſentiens, ſubire debeat incommodum ſolvendi emolumentum Cappellanis, contra regulam *Text. in l. ſecundùm naturam ff. de regul. jur.* cum aliis notiſſimis concordantibus, de quibus *Rot. deciſ. 46. num. 2. par. 16., & deciſ. 58. num. 1. par. 18. rec.*

Et juxta hunc modum utraque &c.

R. P. D. CERRO.

Romana Fideicommiſſi.

Lunæ 22. Febr. 1717.

FRatres de Cia ſub fundamento diſtractionis Cappellæ erectæ à Franciſco Cia in Eccleſia Sanctæ Mariæ *del Piſciarello* Terræ Poli, ac aliorum bonorum, quæ pro cautela illius dotis à dicto Franciſco fuerant relicta, putantes ad eorum commodum apertum fuiſſe non minùs fideicommiſſum reſtitutorium, quàm contraventionale ordinatum ab eodem Teſtatore occaſione erectionis dictæ Cappellaniæ, petierunt ſub die 29. Aprilis anni proximi elapſi à me proponi dubium -- *An danda eſſet immiſſio* -- quòd cùm reſolvi tunc non potuerit ob ſuffragiorum paritatem, in audientia diei 22. Junii ſubſequentis deciſum fuit ſub reſponſo negativo. Quapropter admiſſi ad beneficium novæ audientiæ hodie omnem reſtrinxerunt conatum ad ſolum fideicommiſſum contraventionale; ac propterea agnoſcendo DD. illud rectè de per ſe ſtare poſſe, ſecluſo etiam fideicommiſſo reſtitutorio, ut aliàs monuit *Card. de Luca de fideic. diſc. 143. ſub num. 5.* ſedulò examinatis rationum momentis, quæ pro illo Actoribus patrocinabantur, diſcedendo à priori opinione receſſerunt à deciſis.

27 Præfatus enim Franciſcus in erectione dictæ Cappellaniæ cum conſtitutione determinatæ dotis, pro qua ſpecialiter hypothecavit duas domos, & generaliter omnia, & univerſa bona ita præcepit -- *Item detto Signor Fondatore eſpreſſamente proibiſce a tutti li ſuoi Eredi, e ſucceſſori in infinitum Padroni pro tempore di poter in alcun tempo mai vendere, alienare, impegnare, o in qualſivoglia altro modo diſtraere la detta Chieſa, e Cappella con altre ſue ragioni, ſotto pena di caducità dal commodo di detta ſua eredità da incorrerſi ipſo jure, & ipſo facto per qualſivoglia preteſto, e cauſa anche quì non eſpreſſa &c. e venendo il caſo (il che Dio non voglia) che alcuno di detti ſuoi Eredi &c. in avvenire mai per alcun tempo aveſſe tal' intenzione di alienare &c. in tal caſo la detta alienazione s'intenda nulla &c. e quello, che averà tal temerità di fare tal alienazione &c. in tal caſo decadi dal commodo di detta eredità ipſo jure, & ipſo facto, come in effetto da adeſſo per allora lo diſſeredita, e non abbia alcun titolo, nè azione alcuna ſopra la detta ſua eredità, ed altro, che ſi contiene nella preſente fondazione, ed in luogo ſuo ſucceda, debba, e vadi, e cadi nell'altro più proſſimo della linea, agnazione, e parentela di detta deſcendenza della Caſa Cia.* Quamobrem cùm in teſtamento deinde confecto, ratificato, ac approbato Inſtrumento dictæ fundationis hæredem ſcripſerit Lucam fratrem, dum iſte grandi contracto ære alieno in ſuos Creditores alienavit tam Cappellam, quàm duas domos ſpecialiter obnoxias oneri ejus dotis, unà cum omnibus aliis bonis hæreditariis, pari modo pro cautela dotis hypothecatis, ſtatim factus fuit locus ſubſtitutioni contraventionali favore Actorum, utì proximiorum de linea, agnatione, & parentela, non expectata morte Alienantis; qui, ſicuti in ipſo momento alienationis privatus legitur omni commodo, & jure ſuper prædicta hæreditate, ita illius exiſtentia nequaquam impedit quominùs ad ſubſequen-

quentes in gradu ob ejus contraventionem successio devolvatur, ut probant *Peregrin. de fideicom. art.14. num. 8. Ciarlin. controv.43. num.6. & seqq. Capon.discept. 373. num.10. Rota Lucen. apud Balduccium ad Ramon. decis.36. num.2. & seqq. lib. 2. Rota nostra in recen.decis.205.nu.2.par.15. & in Cavallicen. bonorum 16. Junii 1704. §. Ex quibus coram bo.me. Caffarello, & in Romana domus, seu palatii 2.Decemb.1707. §. Visa etenim coram bo. me. Omanna, & 4. Februarii 1709. §. Descendendo coram Eminentiss. Scotto, & in Romana primogenituræ de Cardellis 16. Martii 1711. §.Inficiari coram R.P.D. meo Crispo.*

Nec incursus caducitatis sic à Testatore comminatæ evitari posse videbatur ex ea responsione, cum qua pertransit decisio, quæ revidetur §. *Attamen*, quòd nempe præceptum de non alienando restrictum fuerit ad Ecclesiam tantùm materialem, id confirmando verbis illis -- *Ne tampoco farvi Convento* -- quasi ista Ecclesiæ solummodo materiali congruere debeant; Etenim assumptum istud undique subvertitur ab amplitudine verborum, quibus dicta prohibitio concepta fuit ibi -- *detta Chiesa, o Cappella con altre sue ragioni* -- Prædicta enim jura, quæ eodem modo cadunt sub præcepto de non alienando, sicut & ipsa Cappella, seu Ecclesia hanc restrictionem non admittunt, sed æquè illorum nuncupationem comprehenduntur etiam prædia, & bona dotalia, in quibus præcipuè consistere dicuntur jura ipsius Ecclesiæ, ad *Text. in leg. quid aliud 86. ff. de verb.signif. Barbos. app.134. num. 10. Simon de Præt. de interpret. ult.volunt. lib.2. solut.4.num.39. Rota coram Ninot. decis.28. num.9.* Quemad-
28 modum experimur in unione, quæ ubi facta legatur de Ecclesia cum suis juribus translata per ea dicitur Ecclesia cum suis bonis. *Lapus alleg.139. num. 10. & seqq. Rota coram Emerix jun. decis.786.num.2., & in recent. decis.10. num.2.par.14., & decis.49. num.8.par.15., & decis.321.n.2. par.19.* Prædicta enim verba-- *nè tampoco farvi Convento*-- stant ampliativè,nec tollunt præcedentem inhibitionem generaliter expressam de non alienando Cappellam cum suis juribus, cùm species non restringat genus, sed addita censeatur gratia majoris declarationis, juxta doctrinam *Bart. in leg. quæsitum 12. §. si quis fundum sub num.11. & seqq. ff. de fund. instruct. Gratian. discept.692. num.5. Rota coram Emerix jun. dec.1272. n.8.*

Atque ex ea universalitate verborum tollitur aliud objectum,quod verba illa-- *con altre sue ragioni* -- verificari possint in jure honorifico Patronatus;Præterquamquod enim nulla congrua ratio esset assignabilis cur prædicta jura Cappellæ potiùs verificari debeant in solo Jurepatronatus, nec æquè complectantur cætera bona dotalia ejusdem Cappellæ, quando eorum generalitas potest utrumque comprehendere, per ea, quæ advertit *Rota coram Propatruo meo decis.28.n.12.,& coram Benincasa decis.144. num.10.,& in recent. decis.251. num. 16. par. 19.* Attamen excluditur in universum ista interpretatio, quia cùm verba illa -- *con altre sue ragioni*-- sint significativa dominii favore Ecclesiæ, cui annectuntur, juxta monitum *Text. in leg. Quintus §.Argento ff. de auro,*
29 *& argento legat.*, non possunt ullo pacto adaptari juripatronatus, cujus Ecclesia non est domina,quodque propterea dicitur jus proprium Patronorum, non verò Ecclesiæ, ut tradunt *Barbos. appell. 124. num.31. Lambertin.de jurepatr.lib.1.par.2. q.7. art.1. nu.5. vers. Non venire, Vivian. eod. tract. lib.1. cap.2. n.2.*

At ubi pro incursu caducitatis exposceretur effectiva alienatio Cappellæ, seu Ecclesiæ materialis, ac Jurispatronatus nec ista revera deficeret;Nam cùm fundator in erectione dictæ Ecclesiæ reservaverit sibi,ejusque hæredibus mansionem cum mobilibus in eadem Ecclesia, necnon stabulum ibi -- *Ad effetto, che dette stanze con detti mobili, e rimessa le possi sempre godere detto Signor Fondatore &c. e doppo di sè i suoi heredi, e successori, e perciò prohibisce espressamente che detti mobili, e robbe*
30 *non si possino mai vendere &c.* eo ipso quòd Lucas primus hæres cessit, & renunciavit generaliter favore Creditorum -- *Omnia, & singula ejus bona stabilia, mobilia, semoventia, jura, credita, & actiones quascumque in quovis loco posit., & existen., & ad ipsum quomodolibet spectan., & pertinen. &c.* -- cum omnibus, & singulis eo-
31 rum juribus, jam distraxisse censetur tam Ecclesiam materialem, quæ respectu ædificii ejusque situs, & ornamentorum dicitur

citur esse in hæreditate prophana, & in hominum commercio, ut testantur *Salgad. Labyrinth. Credit. part. 3. cap. 5. num. 48. Loter. de re Benefic. lib. 2. quæst. 4. num. 14. Card. de Luca de jurepatr. disc. 53. n. 3. & in Miscell. Eccles. disc. 28. n. 12. & de Præemin. disc. 40. num. 9.*, quam prædictas mansiones unà cum mobilibus, quæ veluti ipsius Ecclesiæ partes erant affectæ hypothecæ Creditorum, & expositæ illorum concursui, ad tradita per *Rebuff. in leg. verbum 181. vers. 14. ff. de verb. signific.* cum aliis per *Rot. in Firmana jurisdictionis super reservatis 15. Aprilis 1701. §. Non obsciente coram Reverendissimo Molines Generali Hispaniarum Inquisitore.*

32 Quinimo ipsum Juspatronatus, quòd in vim memoratæ cessionis adeò amplæ de omnibus bonis, & juribus translatum dicitur in Creditores tametsi nulla de eo facta fuerit specialis mentio, ut tenent *Vivian. de jurepatronatus lib. 4. cap. 4. nu. 16. & 17. Rota coram Bich. decis. 15. num. 4., & coram Beninca. decis. 90. num. 6., & in Urbanien. Canonicatus 23. Januarii 1697. coram Reverendissimo dell'Olmo, & 20. Juni 1698. coram bon. mem. Pio impress. apud modernum Romanum discept. Eccles. 4. n. 84. & 95.*

Minusque caducitas valet excusari ex eo quòd dicta alienatio facta à Luca interpretanda sit exclusivè ad bona illa, quæ sub pœna caducitatis alienari prohibebantur. Sumendo sic interpretationem benignam pro actu licito, ut excludatur illicitus; Etenim conclusio ista tollitur à circumstantia facti, dum Lucas ante generalem cessionem omnium bonorum, & jurium usque de anno 1712. alienavit in specie unam ex domibus assignatis pro fundo, & dote Cappellaniæ; Alteram verò ejusdem Cappellæ domum dotalem distraxit in generali cessione omnium bonorum, in cujus sequelam inclusit istam domum mediante indicatione, quæ sit per cedentem bonis, de qua *Scanerol. de Visit. Carcerat. lib. 3. §. 9. cap. 7. num. 2.*, & demum conclusio allegata in objecto non applicatur in nostra hypothesi, ubi fundator jura Cappellaniæ, quæ alienari prohibuit non restrinxit ad certa tantum bona, sed extendit ad universa, ac ad jura hæreditaria, quæ generaliter hypothecare declaravit pro cautela dotis Cappellaniæ tam in Instrumento Fundationis, quàm in Testamento, in quibus terminis, cùm prohibitio omnia complectatur, non intrat interpretatio eximendi ab actu alienationis bona prohibita, attenta deficientia distinctæ speciei bonorum liberorum, & prohibitorum, *Bich. decis. 426. num. 7. part. 2. divers.* Atque ideo cùm Lucas universa bona alienaverit, nullo justo colore excusari queit ab inflicta pœna, cùm institutus censeatur sub conditione resolutiva de non alienando, & hæres tamdiu designatus, quamdiu bona hæreditaria non alienasset, ad *Text. in leg. si legatum ff. de adimen. legat. Tancrediti consult. 10. num. 46., & seqq., Thesaur. decis. 270. num. 20.* in modum ut secuta contraventione, lex ipsa statim exequi dicatur voluntatem defuncti transferendo hæreditatem in substitutum *Ciarlin. controv. 126. num. 54., & seqq.* cum aliis per *Rot. in dicta Romana Primogenituræ de Cardellis 16. Martii 1711. §. In altera cor. R. P. D. meo Crispo.*

Cùm verò inexcusabilis undique reddatur incursus Lucæ in caducitatem, omnino irrelevanter ea reduci prætendebatur ad nudam amissionem juspatronatus, quasi fundator hæreditatis appellatione loqui intellexerit de solo jurepatronatus; Intellectui enim isti nimis adversatur littera Instrumenti ex pluribus locis desumpta iuxta quam non semel, sed pluries expressit se caducitatem imponere ab universa hæreditate ibi -- *Sotto pena di caducità dal commodo della sua Eredità da incorrersi ipso jure, & ipso facto, come in effetto da adesso per allora lo dissredita, e non abbia alcun titolo, nè azione alcuna sopra la detta sua eredità* -- Quapropter de directo destrueretur dicta litera, ubi pro hæreditate intelligendum sit juspatronatus ob nimis patentem di-
33 versitatem inter unam, & alteram intercedentem, cùm hæreditas sit quid universale continens omnia bona, & jura Testatoris *leg. nihil aliud 24., & leg. hæreditatis appellatio 119., & leg. hæreditatis appellatione 138. ff. de verb. signif.* jus verò
34 patronatus sit quid personale, ac ab hæreditate penitùs distinctum. *Lambert. de jurepatronatus lib. 1. part. 2. quæst. 5. art. 14. num. 6., Rota in Mantuana Beneficii impress. apud eumdem Romanum discept. Eccles.*

Eccles. 14. *num.* 32., *& in Balneoregien. Beneficii* 11. *Januarii* 1707. §. *Qualitas coram Reverendissimo Kaunitz*; Potissimùm ubi non agitur de fundatore rudi,& idiota, sed sagaci experto utpote Beneficiato Basilicæ Lateranensis, quique propterea præsumitur, quòd sciverit quid appellatione hæreditatis, quidve nuncupatione jurispatronatus contineretur ad hoc, ut unum pro alio non usurpaverit, prout pro interpretandis Testamenti verbis indagandum esse monuit *Card. de Luca de fideicomm. disc.* 58. *sub num.* 2. *vers. in proposito igitur in fine*, *Gobbius consult.* 150. *num.* 32.,*&* 33., *Rota in dicta Romana Domus, seu Palatii* 31. *Januarii* 1710. §. *Nihil adversante coram R.P.D. meo Crispo*.

Et de facto in suo proprio sensu fundatorem intellexisse nomen hæreditatis demonstrat superior pars Instrumenti fundationis,in qua mentionem fecit de duabus domibus assignatis in fundum Cappellaniæ ibi -- *Che le sudette case con tutti l'altri suoi beni, che lascerà nella sua Eredità* -- cùm una pars dispositionis declaret quid appellatione hæreditatis senserit fundator in altera *Mantic. de conject. lib.* 3. *tit.* 9. *num.* 5. *& seqq.*, *Rot. dec.* 647. *num.* 34. *part.* 19. *recent.*, *& in Sulmonen. jurispatronatus* 21. *Januarii* 1715. §. *Hæcque intelligentia coram R. P. D. meo Falconerio*.

Parumque relevat quòd, sicuti in erectione Cappellaniæ fundator non instituerat sibi hæredem universalem,ita dijudicandum non sit voluisse infligere pœnam privationis totius hæreditatis, quæ regulare est quòd nec dari, nec auferri possit nisi per testamentum; Huic enim objecto occurrunt pariter verba ejusdem testamenti, in quo præfatus Franciscus ratificavit, & explicitè approbavit fundationem Cappellaniæ -- *Con tutti li patti, prohibizioni, obblighi, & altro contenuti, & espressi nell'Istromento di essa fondazione, quale in tutto, e per tutto, ratifico, approvo, & accetto, e voglio che se gli dia la sua piena esecuzione nel modo, e forma, che in esso, e per tutto si contiene* -- ac propterea, cùm prohibitio alienationis sub pœna caducitatis ab integra hæreditate adjecta legatur in memorato Instrumento fundationis uti ratificata in testamento desuper condito, in esse dicitur in eodem testamento, ac si in isto fuisset
35 expressè repetita, idque ex vi relationis, quæ efficit ut relatum ita inesse dicatur in referente cùm omnibus suis qualitatibus, ut unica ex utroque quodammodo fiat dispositio ad *Textus expressos in leg. asse toto* 77. *de hæred. instit. col. si ita scripsero* 38. *ff. de cond.*, *& demonstrat.*, *& leg. institutio* 10. *ff. eodem*, *Capon. discept. forens. cap.* 100. *lib.* 2., *Mansius controv.* 315. *num.* 28., *Rot. in recent. dec.* 87. *num.* 4. *par.* 15., *& in Romana, seu Reatina Fideicommissi* 2. *Decembris* 1697. §. *Hæc enim argumenta*, *&* 23. *Januarii ejusdem anni* §. *At hujusmodi coram Eminentissimo Cardinali de la Tremoille*, *& in Reatina Fideicommissi de Vincentinis* 14. *Martii* 1701. §. *Neque coram Card. Scotto*.

Cujus relationis vis minus rectè declinari contendebatur sub respectu diversitatis personarum, quæ invitantur in testamento, ab illis, quæ vocatæ noscuntur in instrumento fundationis, cùm in isto jus nominandi ad Cappellaniam relictum fuerit Hieronymo filio Lucæ, quando in testamento Lucas reperitur hæres scriptus in omnibus bonis, & in universa hæreditate, qui vocatus non legebatur in fundatione Cappellaniæ: Quandoquidem, licèt Lucas non fuerit invitatus ad jus nominandi in fundatione Cappellaniæ, non idcirco argui rectè poterat non fuisse ei relictum juspatronatus, nec fuisse in fundatione vocatum; Fundator enim declaravit velle Cappellaniam erigere -- *Per se, suoi eredi, e successori di qualsivoglia sorte in infinitum &c. della Casata, e Famiglia Cia in perpetuo* -- Unde, cùm sit extra controversiam Lucam fuisse primum hæredem institutum in testamento, fit inde consequens fuisse itidem vocatum ad dictum juspatronatus, quod si jus nominandi fuit relictum Hieronymo filio Lucæ, hoc nil aliud infert, nisi quod fundator distinxerit juspatronatus à jure no-
36 minandi,quòd tamquam effectus juspatronatus bene stare potest penès unum de familia, quantumvis juspatronatus insit penès hæredes ejusdem familiæ, ut in specie advertunt *Vivian. de jurepatronat. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 31., *& lib.* 5. *cap.* 2. *nu.* 3. *Gonzal. ad regul. Cancell. gloss.* 18. *num.* 92. *Rot. coram Seraphin. decis.* 456. *nu.* 3. *&* 4. *& in recent. decis.* 809. *num.* 13. *part.* 18., *& in*

& in Alexanen. Beneficii 11. *Aprilis* 1712. *§. fin. coram R.P.D. meo Aldrovando.*

Et ita utraque &c.

R. P. D. LANCETTA.

Leodien. Paſtoratus.

Veneris 20. *Martii* 1716.

37 PRopoſui hodie dubium *An Sententia Rotalis ſit confirmanda, vel infirmanda*, & Domini confirmandam eſſe reſponderunt, quia, ut bene firmatum fuit *in deciſione R. P. D. mei Falconerii* 2. *Julii* 1714. in præſenti Judicio vertente ſuper inſtitutione inter duos Præſentatos ad controverſum Paſtoratum, illa omninò concedenda eſt Joanni, qui præſentatus reperitur à Barone Friderico poſſeſſore Caſtri de Pettigny,& Ceſſionario Odyliæ, quæ in ultima præcedenti vacatione, cum ſubſequuto effectu præſentavit, juxta diſpoſitionem celebris *Textus in cap. conſultationibus de jurepatr.*, quam in ſimilibus controverſiis perpetuò ſervat *Rota*, ut videre eſt *in recent. deciſ.* 73. *à num.* 17. *par.* 11., *& in Oſtunen. Beneficii* 3. *Decembris* 1714. *coram Eminentiſſimo Scotto*, *& in Cremonen. Beneficii* 4. *Februarii* 1715. *§. Quandoquidem coram R.P.D. meo Cerro*, & millies alibi.

Abſque eo quod ad evertendum dictum ultimum ſtatum ſuffragari valeat Ægidio Collitiganti, vel quod ille ſit dubius, & æquivocus, ex quo perpetuus Purleaux ultimus dicti Beneficii poſſeſſor illud à S.Sede impetraverit non tamquam ab Odylia præſentatus, ſed tam quam devolutum, ob incapacitatem Laurentii no-
38 minati à Carolo Barone de Kerchem; vel quòd ſaltem cùm hodie doceatur de pertinentia dicti Juriſpatronatus favore Vicecomitis Franciſci à quo ipſe Ægidius præſentatus fuit, quæcumque Odyliæ, & Friderici quaſi poſſeſſio à proprietate, ac titulo abſorbeatur, ut ſepe aliàs ad limitationem *dicti cap. conſultationibus* reſpondit *Rot.*,*& præſertim in Matheranen. Parochialis* 11. *Januarii* 1712. *§. Quod autem coram R. P. D. meo Falconerio*, *& in Piſana Prioratus* 11. *Aprilis* 1712. *§. Atque id ipſum coram R.P.D. meo Anſaldo*, *& Bononien. Beneficiorum de Caſtello* 12. *Decembris ejuſdem anni coram R. P. D. meo Criſpo.*

39 Quòd enim attinet ad primam objecti partem, difficultas omnis removetur ex ipſo contextu literarum Apoſtolicarum, in quibus diſertiſſimis verbis primo loco enunciatur vacare Beneficium per obitum Lamberti illius dum viveret ultimi Rectoris, non obſtante proviſione reportata ab Ordinario per Laurentium, tamquam in ætate legitima non conſtitutum, & forſan nulliter,& de facto præſentatum à memorato Carolo Barone de Kerchem, qui extra poſſeſſionem Dominii loci de Pettigny, cui d. Iuſpatronatus annexum reperitur, juris ordine ſervato jam pridem expulſus fuerat; Deinde verò committitur officiali Epiſcopi Leodien., ut eumdem Paſtoratum Apoſtolica Auctoritate conferat perpetuò Purleaux *aſſerenti ſe* (ſunt eadem verba dd.literarum) *à dilecto filio Erneſto Barone de Kerchem moderno dictæ Eccleſiæ unico Patrono, ſeu dilecta in Chriſto filia Odylia de Dobbleiſtein moderna unica dictæ Eccleſiæ Patrona, & in poſſeſſione dominii dicti loci, ut etiam accepimus, exiſtentibus ad dictam Eccleſiam, ut præfertur vacantem, intrà legitima tempora præſentatum*: Sicuti de facto verificato prius dicto Jurepatronatus, aliiſque de jure, & juxta formam earumdem literarum verificandis, fuit idem Perpetuus ad poſſeſſionem memorati Beneficii à dicto Officiali Commiſſario immiſſus, expulſo exinde Laurentio Oppoſitore,atque in expenſis condemnato. Quamobrem in hiſce rerum, factique circumſtantiis tantum abeſt, ut dictus ultimus ſtatus, & quaſi poſſeſſio Odyliæ dubia,aut æquivoca dici valeat, ut potius ex oppoſito magis clara, & univoca exoptari nequeat, utpote canonizata in contradictorio Judicio per ſententiam Delegati Apoſtolici in excluſionem alterius Præſentati ab Auctore moderni Vicecomitis cum ſubſequuta pacifica poſſeſſione uſque ad obitum *Rota coram Celſ. deciſ.* 193. *num.* 9., *& in recent. deciſ.* 269. *n.* 7. *cum ſeqq. par.* 15. *& in Barchinonen. Parochialis del Prat.* 13. *Junii* 1695. *§. Nec relevat coram bon. mem. Urſino*, *& in Mediolanen. Cappellaniæ* 9. *Maji* 1701. *§. Et tanto magis*, *&* 5. *Maji* 1702. *§. Non minori coram Eminentiſſimo Priolo*, *& in Melevitana juriſpatronatus* 13. *Januarii* 1708. *coram bon. mem. Omaña.*

Eoque

40 Eoque certius quia idem eveniſſe conſtat reſpectu alterius Beneficii ſub invocatione Sanctæ Catharinæ eidem Feudo de Pettigny pariter annexi, in quo anno 1699. excluſo præſentato à dicto Carolo, inſtitutionem obtinuit Præſentatus ab Odylia, qui non obſtante lite ab initio mota adhuc hodie in ejus poſſeſſione perſeverat; unde etiam ſi deficeret certus ſtatus controverſi Paſtoratus, ſatis eſſet in præſenti Judicio pro effectu manutentionis certa quaſi poſſeſſio quoad aliud Beneficium ab eadem univerſali cauſa dependens, ut bene de more proſequitur *dicta deciſio præcedentis inſtantiæ* §. *Non obſtante*, & aliàs reſpondit *Rota dec.* 820. *num.*7. *coram Emerix jun.*, *& in Majoricen. Beneficii* 11. *Maji* 1705. §. *fin. coram bon. mem. Muto*, *& in Friſingen. Decanatus* 12. *Junii* 1711. §. *Præſertim in fin. coram Reverendiſſimo Domino Molines Decano*.

41 Poſito itaque ex his ultimo ſtatu claro, & indubitato favore Odyliæ Auctricis Friderici, qui Joannem præſentavit, deſcendentes Domini ad aliam objecti partem minùs Ægidio proficere poſſe cenſuerunt ſolitum diffugium ad titulum, & pertinentiam Juriſpatronatus, ſub obtentu, quód memoratum feudum de Pettigny, cui illud reperitur annexum, non jure dominii, ſed ſimplicis, tantum pignoris in Odyliam translatum fuerit à dicto Carolo Vicecomitis Auctore pro relevatione moleſtiarum illi illatarum ſuper Terra de Naderharen, quodque per conſequens jus præſentandi unà cum dominio tam utili, quàm directo dicti Caſtri ſemper remanſerit penès Carolum debitorem atque ejus ſucceſſores, ex literali diſpoſitione *Textus in cap. cum Bertoldus de ſententia*, *& re judicata*, ubi cavetur quod ſi Villa, cui ſit juſpatronatus annexum pignori detur, juſpræſentandi in Creditorem non tranſit, quia fructus præſentationis eſt pretio inæſtimab ilis atque ideo in ſortem debiti, cum pignus luitur, imputari non poteſt, ut bene ibi explicat *Gloſs.*, *& Innocent.*, *& poſt eos Lambertin. de jurepatronat. lib.*1. *part.* 2. *quæſt.*1. *artic.* 2. *per tot.*, cum aliis adductis *in præcedenti deciſione* §. *Nec relevante*.

42 Fuit namque animadverſum memoratam Odyliam pro relevatione dd. Moleſtiarum licèt de conſenſu Caroli, non ſine tamen Magiſtratus, & Curiæ Feudalis auctoritate immiſſam fuiſſe in actualem dicti Caſtri poſſeſſionem in vim cujuſdam conſuetudinis, ſive remedii, quod apud Leodienſes Gallico vocabulo *Sayſina* dicitur, & quidem ſervatis omnibus in eo Judicio de more ſervandis: Quidquid autem ſit; an Immiſſio ejuſmodi ſimplicem tantum detentationem ab initio in Odyliam tranſtulerit ad inſtar pignoris, & Immiſſionis in Salviano, vel potiùs plenam poſſeſſionem, & dominium cùm dictum verbum diverſimode à noſtratibus acceptum reperiatur, & quandoque uſurpatum fuerit pro injectione manus, & occupatione dominii, ut *in cap. Clericis* §. *Nos igitur de Immunit. Eccleſ. lib.*6. ſicuti vulgo apud Gallos accipi teſtatur *Tiraquell. in tract. le mort ſaiſit le vif. declar.*1. *num.*3. Quandoque verò pro traditione poſſeſſionis, vt placuit *Cyno in l. in ea lege C. de condict. ob cauſam* quem ſequutus eſt *Caſtren. in l. qui univerſas* §.1. *in fin. ff. de acquiren. poſſeſſ.* Illud utique certum eſt, quod cùm Carolus dicto feudo judicialiter exutus fuerit, tamquam ſpecialiter hypothecato in caſu dd. moleſtiarum neque intrà terminum unius anni illud reluerit; Saltem ex tunc, conſuetudine regionis attenta, quæſitum fuit Odyliæ dominium illius irrevocabile, ut firmat *de Mean. ad conſuetudin. Leodien. obſerv.*544. *par.*5. *n.*1.

Abſque eo, quòd negari valeat poſſeſſionem prædictam judicialiter captam fuiſſe: Quamquam enim Carolus conſenſum ſuum illi præſtiterit, cùm tamen ad eum effectum adhibita fuerit Magiſtratus auctoritas, parvumque, ac magnum, præceptum interpoſitum, ac tandem ſervata omnia de more, & conſuetudine in ejuſmodi judiciis ſervanda nullo modo cenſeri poteſt intrà limites privatæ, & extrajndicialis conceſſionis reſtricta, ad ea, quæ tradit idem *de Mean. loco ſupracit. in fin.*, & priùs dixerat *obſer.*301. *per tot.*, *& ſignanter n.*1.

Et nihilominus quatenus etiam id admitti vellet, adhuc tamen cum de tempore, quo Vicecomes dicti Caroli debitoris ſucceſſor Ægidium præſentavit jam lapſus eſſet alius terminus quadraginta anno-

annorum in Sayſinia conventionali ab eadem conſuetudine ad reluendum præfixus, ejus præſentatio ſuſtineri non poſſet, cùm jam tunc Dominum d. Caſtri, unà cum Jurepatronatus eidem annexo, ad Fridericum Odyliæ Creditricis ceſſionarium irrevocabiliter pertinere cœpiſſet, ut diſtinguendo inter unam, atque alteram ſpeciem dictæ Sayſiniæ firmat citatus *de Mean. dicta obſervat.* 301. *num.* 1.

Quam quidem veritatem ipſe quoque Vicecomes optimè agnovit dum ſucceſſive anno 1711. ex propria perſona, atque ex titulo cujuſdam fideicommiſſi immiſſionem petiit, atque obtinuit adverſùs Fridericum ſuper dicto feudo de Pettigay, ejuſque pertinentiis, ac nominatim ſuper juribus honorificis eidem annexis; Quod ſane factum clariſsimè demonſtrat eadem jura honorifica, interquæ ſinè dubio memoratum juſpatronatus continebatur, ex confeſſione ipſius Vicecomitis penès Fridericum ab eo conventum extitiſſe, ut bene obſervat *deciſio præcedentis inſtantiæ* §. *Que omnia cum ſeqq.*

43 Tantùm itaque abeſt, quòd ultimus ſtatus, & quaſi poſſeſſio ab oppoſito titulo pertinentiæ, & juriſpatronatus abſorberi valeat, ut potius ex ſupra deductis plurimum ab eo confoveatur: & tamen in præſenti Judicio ſufficeret eamdem pertinentiam aliquatenus dubiam eſſe, ad hoc ut interim Paſtoratus adjudicandus ſit Joanni, qui præſentatus reperitur à Patrono exiſtente vigore ultimi ſtatus inclara quaſi poſſeſſione præſentandi, ut pluribus adductis concordantibus reſpondit *Rota in Melevitana juriſpatronatus* 31. *Martii* 1702. §. *Etenim coram Eminentiſſimo Scotto, & in Mediolanen. Cappellaniæ* 25. *Aprilis* 1704. §. *fin. coram Reverendiſſimo Domino Molines Decano*, cum aliis *in Firmana beneficiorum* 3. *Junii* 1715. §. *Non obſtat coram Me*.

Et ita utraque &c.

R. P. D. ROVAULT DE GAMACHES. Leodien. Paſtoratus.

Lunæ 12. *Aprilis* 1717.

OB turni mutationem contigit hodie diſputari coram me de viribus deciſionis diei 20. Martii 1716. à R.P.D. meo Lancetta in hac Cauſa editæ, & licèt in audientia 11. Decembris anni proximi præteriti ſinè reſolutione ab eodem propoſitum fuerit dubium -- *An ſit ſtandum, vel recedendum à deciſis* -- nihilominus hodie Domini *in deciſis* perſiſtendum eſſe reſponderunt.

44 Quidquid enim ſit de ultimo ſtatu quoad Juſpatronatus Paſtoratus controverſi, tam in deciſione, quæ revidetur, quàm in altera præcedentis inſtantiæ diei 2. Julii 1714. coram R.P.D. meo Falconerio adjudicatum favore Odyliæ Auctricis Baronis Friderici, à quo in vacatione noviſſimè ſequuta præſentatus fuit Joannes Gaye, Domini in hodierna propoſitione alteri firmiori fundamento adhæſerunt, in citatis deciſionibus quoque deducto, quòd nempe dictus Paſtoratus cùm ſit de Jurepatronatus annexo dominio Caſtri de Pettigny, quod modò pertinet ad Fridericum, ab eodemque poſſidetur, juremeritoque inſtitutio ad eumdem Paſtoratum danda ſit Joanni, quem idem Fridericus in Rectorem præſentavit, excluſo Ægidio Boulard nominato à Franciſco Paulo Vicecomite de Freneau dictum Caſtrum non poſſidente, juxta *Text. apertum in cap. ex literis de jurepatronatus, ibique Innoc. num.* 2. *Lambertin. de jurepat. par.* 2. *lib.* 1. *q.* 5. *art.* 11. *num.* 2. *Vivian. eod. tractatu lib.* 5. *cap.* 2. *num.* 18. *Garz. de benefic. par.* 5. *cap.* 5. *num.* 37. *Rota in Reatina juriſpatronatus* 2. *Maji* 1710. §. *Quia poſita coram R.P.D. meo Lancetta, & in Viterbien. Cappellaniæ* 15. *Martii proximi præteriti* §. *Prout etiam coram eodem.*

In dubium autem revocari poſſe non videtur pertinentia dicti Caſtri ad Fridericum, cùm illud à Carolo Guillelmo de Kerckem, cui occaſione matrimonii anno 1655. contracti, aſſignatum fuerat à Franciſco patre cum altero feudo de Nedeharen ſub reſervatione annui redditus florenorum 1500. favore Erneſti fratris, & viri Odyliæ ad iſtam, ob moleſtias paſſas ſuper dicto feudo de Nedeharen in cauſam ſupradictæ annuæ præſtationis priùs recepto, translatum fuerit anno 1669. auctoritate Curiæ de Surice, quæ poſt editum magnum, & parvum decretum, juxta ſtylum illarum Partium pro conceſſione dominii, & Saiſſiniæ, triduo ſtetit in poſſeſſione ejuſdem Caſtri, & in eam, ac Saiſ-

siniam, deinde immisit Odiliam, quæ ipsum Castrum postmodum cessit Ferdinandæ ejus filiæ, seu Friderico viro; ambigi proinde nequit quin iste pro Domino habendus sit, ut probat decisio cor. R. P. D. meo Falconerio §. *Nulla sanè*, & *sequentibus*, & altera coram R. P. D. meo Lancetta §. *Posito itaque*, & *seq.*

45 Neque ex eo, quod Odilia possessionem hanc prædicti Castri acquisiverit, ex remedio à Leodiensibus nuncupat. *saisinia* prætendi potest, quòd ipsa, & Fridericus ab ea causam habens nudam tantùm detentationem ejusdem Castri acquisiverit jure pignoris, & in qualitate Creditoris, qui cùm pignus pro Domino possidere diceretur, inde sequatur Juspatronatus unà cum dominio Castri, tam utili, quàm directo, semper remansisse penès Carolum debitorem, ejusque successores, ad *Text. in cap. cùm Bertoldus de sent. & re judic.* & tradunt *Canonistæ in cap. ex literis de jurepatr.*, & præcipuè *Fagnan. ibidem num.* 8. & 15. *Lambertin. de jurepatr. par.* 2. *lib.* 1. *q.* 9. *art.* 9. *num.* 12. *Vivian. eodem tractatu lib.* 4. *cap.* 7. *num.* 1. Certius verò id procedere objiciebatur, inspecto tum pacto inter Carolum debitorem, & Odiliam inito, restituendi illi Castrum, quando de suo credito satisfact. fuisset ex fructibus, tum natura dicti remedii, cujus vigore Creditor imputat in suum fructus rei saisitæ, ut tradit *Mean. ad consuet. Leodien. observ.* 237. *num.* 5., & 240. *num.* 13. *tom.* 2., & ideo inferebatur, quòd in Odiliam transire non potuit jus præ-
46 sentandi dicto Castro annexum, cùm illud, veluti quid spirituale, in satisfactionem debiti non imputetur. *Gloss. in d. cap. cùm Bertoldus verb. Patruus de sentent. & re judic. A Costa de privileg. credit. regul.* 3. *num.* 109. *circa finem*, *Merlin. de pignor. lib.* 2. *q.* 22. *num.* 9. *Pignattel. consult. Canon.* 82. *num.* 97. *tom.* 9. *Rot. coram Duran. decis.* 298. *num.* 11.

47 Placuit namque responsio, quòd Creditor immissus pro suo credito in possessionem rei debitoris jure saisiniæ non dicitur possidere nomine ipsius debitoris, ut accidit in pignoratario, seu salvianista, sed nomine proprio, cùm efficiatur statim Dominus, non tamen irrevocabiliter, nisi post annum, si saisinia, ut in præsenti fuerit judicialis, & post 40. annos, si fuerit extrajudicialis, seu conventionalis, ut testatur *cit. Mean. observat.* 142. *sub nu.* 1. *observat.* 237. *num.* 5., & 7. *observat.* 240. *vers. licèt dominium* quo circa Fridericus ratione ipsius saisiniæ, ac dominii ex ea resultantis, rectè potuit ad Pastoratum, de quo agitur, præsentare juxta auctoritates supra relatas in §. *Quidquid in fine*.

48 Idque justum locum sibi vindicat, tametsi dominium istud esset resolubile per luitionem, quia ex ea resolvitur quidem dominium, & cessat possessio, at non etiam Creditor saisitus desinit esse interim Possessor, & Dominus, ad effectum, præsertim præsentandi, antequam luitio sequatur, ut contingit tum in Emptore cum pacto redimendi, tum in Creditore adjudicatario, seu deliberatario durante anno luitionis de jure competente Debitori, tum in usufructuario durante usufructu, tum in muliere possidente bona viri pro suæ dotis satisfactione, tum demum in Conductore, in quibus omnibus casibus, quamvis Dominium sit resolubile per emptionem, luitionem, obitum, satisfactionem, & finem locationis, attamen donec hæc non sequantur, illud sufficiens est pro præsentatione explenda, ut de Emptore cum pacto redimendi *Vivian. de jurepatron. lib.* 4. *cap.* 7. *num.* 2. *Rot. in Sulmonen. Benefic.* 7. *Maji* 1714. §. *Transfundo coram R. P. D. meo Falconerio*, de deliberatione, *Rot. in Melevitana juris patronatus* 29. *Aprilis* 1701. §. *Quia coram Eminentissimo Card. de la Tremoille* de usufructuario, *Garz. de Benefic. par.* 5. *cap.* 9. *num.* 22. de muliere tenutaria bonorum viri *Fontanell. de pact. nuptial. claus.* 7. *glos.* 3. *par.* 4. *num.* 31. *tom.* 2., & de conductore *cap. ex litteris de jurepatr. Pacion. de locat. & conduct. cap.* 11. *nu.* 38., & 45. *in fine*.

Quamobrem minus offici Odiliam, seu Fridericum imputare teneri fructus perceptos ex dicto Castro in suum Creditum ex vi conventionis à Carolo cum Odiliæ initæ, & vigore saisiniæ; Quoniam prædicta conventio non probatur ex informi documento allato; Specialis verò censura saisiniæ demandans dictorum fructuum imputationem, non excludit Dominium in possessore saisito, & per consequens, neque jus præsentandi utpote, quia illa

procedit

procedit in hypotheſi jam ſequutæ reluitionis ſaiſiniæ, non autem ſaiſinia durante, aut elapſo termino ad illam reluendam; In utroque enim ex his caſibus dominium rei ſaiſiniæ quæſitum dicitur Poſſeſſori cum ſola differentia revocabilitatis, & irrevocabilitatis, ut ſupra probatum eſt; Immo verò cum Carolus Debitor à cujus facultate pendebat d.ſaiſiniam mediante luitione revocare, eam nunquam revocaverit, omni procul dubio relui, ſeu revocari amplius modo nequit à Frenau, à quo Ægidius nominatus fuit ad controverſum Paſtoratum, ſive quia dicti Caroli hæreditatem repudiavit ex notatis per *Rota dec.53. num.7. poſt Merlin. de pignor., & in rec. deciſ.613. per tot. par.19.*

Sive quia ſaiſinia, illiuſque dominium poſt tanti temporis decurſum, longè ultra annos 40., irrevocabile effectum fuit quando cùm agitur de ſaiſinia judiciali uſque ab anno 1669. ſequuta, utique ad hunc effectum ſatìs eſſet lapſus unius anni, ut ſuperioribus locis dictum eſt non obſtantibus indultis à ſtatibus Leodienſibus publicatis pro ſuſpenſione ſaiſiniæ ex Cauſa Belli, quo durante, & ſeptennio poſt Pacem factam, in bonis ſaiſitis, tempus, & tempora non currerent pro luitione.

Nam dicta indulta, providendo bonis ſaiſitis ab anno 1688., retrotrahi non poſſunt ad ſaiſiniam Caſtri prædicti antea factum; ad *Text. in l. leges Cod. de legibus cap. final. de conſtitut. Rot. coram Bich. dec.109. nu.8.* minuſque tollere jus poſſeſſori, iam quæſitum ſuper ejuſdem irrevocabilitate *Felin. in cap. final. num.11. verſic. primo extra de Conſtitut. Innocen. in cap. ſtatuimus num.2. de major. obedien., Conſtantin. ad Stat. Vrb. in prælud. art.4. n.228.* cum aliis relatis per *Rot. in Fulginaten. quarti Dotalis 9. Aprilis currentis §. Minùs vero coram Me.*

Et ita utraque &c.

CANON XVI.

ALEXANDER III. Vintonien. Epiſcopo.

ILlud prætereundum non duximus, quod ſi Laicus, Epiſcopo inconſulto, Eccleſiam non vacantem concedit Religioſæ Domui, & poſtea cùm vacaverit ad præſentationem ejuſdem Laici, Clericus ibi fuerit per Diœceſanum Epiſcopum inſtitutus, prior conceſſio ſecundam inſtitutionem, quo minùs habeatur rata, & firma, non poteſt aliquatenus impedire, cùm illa conceſſio de jure nullius poſſit eſſe momenti, tum quia de re non vacante facta eſt, tum quia Laicus ſinè auctoritate Epiſcopi nemini poteſt Eccleſias dare. Licèt Religioſo loco Juſpatronatus conferendi liberam habeat facultatem. Si verò Juſpatronatus vacante Eccleſia, Religioſo loco contulerit, & aliquis ſinè præſentatione Fratrum ejuſdem loci fuerit in ipſa Eccleſia inſtitutus, ejus ſecundùm rigorem juris eſt inſtitutio irritanda.

CANON XVII.

Idem Abbatibus, Prioribus, & Clericis per Archiepiscopatum Eboracen. constitutis.

CUra Pastoralis. Et infra: Mandamus, quatenus ex donatione Laicorum, nisi auctoritas Diœcesani Episcopi, & consensus adsit, nullus vestrum aliquas sibi Ecclesias vindicare præsumat, vel retinere taliter acquisitas; nisi legitima fuerit præscriptione munitus, aut Diœcesani Episcopi habuerit postea consensum. Cùm enim Laici non possint in alios, nisi jus, quod habent transferre, hujusmodi concessiones irritas penitùs esse censemus.

CANON XVIII.

Idem.

EX insinuatione O. Clerici accepimus, quod cùm ei frater ejus Jusparonatus, quod in quibusdam Ecclesiis habebat, liberaliter contulisset, eas quidam sinè ipsius assensu occuparunt, & detinent occupatas. Et infra: Mandamus, quatenus (si est ita) earum detentores, ut easdem prædicto Clerico restituant, per eum liberè, & pacificè ordinandas, monitione præmissa, compellas.

CANON XIX.

Idem.

NUllus Laicus decimas, aut Ecclesiam, aut quidquid Ecclesiastici juris est, sinè concessione sui Pontificis, Monasteriis, vel Canonicis conferat; Et si quis Episcopus improbitatis, vel avaritiæ causa consentire noluerit, Romano Pontifici nuncietur, & quod offerendum est, tunc ejus licentia offeratur.

CANON XX.

Idem Eboracen. Archiepiscopo.

SUggestum est, quod cùm Ecclesia quædam de assensu Domini fundi, auctoritate Eboracen. Archiepiscopi Ecclesiæ Beati P. Eboracen. concessæ, & assignatæ sint in Præbendam, Canonici de Novoburgo concessionem illam irritare nituntur, occasione donationis, quam sibi asserunt priùs factam; Unde licèt in donationibus Ecclesiarum requirendus sit, & expectandus Patronorum consensus, quia tamen Ecclesiæ, nisi auctoritas intervenerit Pontificalis, canonicè concedi non possunt: Significamus, quòd prior concessio, si cum assensu Patroni, & auctoritate Diœcesani Episcopi facta est, aut ejus assensus fuerit postea subsecutus, posteriori concessioni præfertur, alioquin illa debet præferri, quamvis posterius facta, quæ consensu Domini fundi, & Episcopi auctoritate fulcitur.

COMMENTARIUM.

EX his Canonibus, quorum primus in Decretalibus legitur in ordine l'VIII., secundus legitur in ordine l'XI., Tertius legitur in ordine il XIV., Quartus legitur in ordine il XVII., Quintus denique in ordine il XX. deducuntur sequentes conclusiones.

Prima: Non potest Patronus Laicus concedere, seu donare Ecclesiam non vacantem loco Religioso, nec iste illam retinere sine consensu Episcopi præcedente, aut subsequente, nisi legitima præscriptione fuerit munitus. Et si illam concesserit absque consensu Episcopi, non obstante hac concessione, potest Patronus in casu ejus vacationis ad illam præsentare.

Secunda: Patronus Laicus potest donare loco Religioso Juspatronatus sine consensu Episcopi, non autem Laico, et tunc præsentatio spectat ad locum Religiosum.

Tertia: Absque præsentatione Patroni non potest quis valide obtinere, et occupare Ecclesiam, seu Beneficium Patronale.

Quarta: Potest Ecclesia Patronalis donari, et concedi in Præbendam loco Religioso de consensu Episcopi, et Patroni, et hujusmodi concessio præfertur donationi etiam anteriori factæ de consensu solius Patroni. Ita *Gloss. in d. cap. Illud in tertio, & quarto notabili, & verb. Ecclesiam, & Gloss. in d. cap. Cura Pastoralis verb. Cura Pastoralis, & Gloss. in d. cap. Ex insinuatione verb. Liberaliter contulisset, & Gloss. in d. cap. Nullus verb. Ecclesiam. Innocent., Abb., Anan., Butr., Berous, Barbos., Gonzal., hìc Lotter. de re benefic. lib. 2. quæst. 12. num. 2., & 3., Lambertin. de jurepatr. lib. 1. par. 2. quæst. 1. art. 10. num. 1., & 2., Rocch. de Curt. de jurepatr. verb. Pro eo num. 4., & seqq., Barbos. de offic., & potest. Episc. par. 3. alleg. 71. num. 21., & seqq., Gratian. discept. 177. num. 3., Card. de Luc. de jurepat. disc. 19. num. 6., & disc. 56. num. 7., & seqq., Rot. decis. 576. num. 1. par. 1. recent., & decis. 257. num. 1. par. 2.* Secundam conclusionem probat etiam *Text. in cap. Unic. de jurepatr. in 6.*, de quo infra *Par. III. Can. Unic.*

Ratio

Ratio autem horum omnium est, quia Patronus ratione constructionis, fundationis, & dotationis non acquirit Ecclesiam quoad proprietatem, seu quoad census,& alia jura temporalia ; nisi hæc sibi reservaverit in limine fundationis, vel habuerit ex privilegio. Unde si hanc proprietatem Patronus, nec ex privilegio, nec ex reservatione habet, non potest Ecclesiam transferre, nec cum consensu, nec sinè consensu Episcopi, dum nemo plus juris in alium transferre potest, quàm ipse habeat, *Gloss. hic in cap. Cura*. Si verò hujusmodi proprietatem habet aliquo ex dictis titulis, potest Ecclesiam transferre in locum Religiosum de consensu Episcopi.

Permittitur autem Patronis donare Juspatronatus, quod ratione fundationis, constructionis, aut dotationis illud acquisierunt in Ecclesia; quia cùm homines non magis sibi, quàm suis successoribus studeant prodesse, juxta *l. si pactum ff. de probat.* Si impedirentur Patroni Laici donare jus suum, quibus eis placet, facilè eveniret, quòd non bene facerent Ecclesiis; unde, ut facilius invitentur ad benefaciendum Ecclesiis, providè à Sacris Canonibus concessa fuit eis facultas donandi Juspatronatus; cum hac tamen distinctione, quòd loco Religioso donari potest Juspatronatus absque consensu Episcopi; quia locus Religiosus, sive Ecclesia est de per se capax jurium spiritualium, sive spiritualitati annexorum; secus verò alteri Laico non Compatrono. Ea ratione, quia Laicus est incapax jurium spiritualium, aut spiritualitati annexorum; Unde, ut ipse efficiatur capax requiritur consensus Episcopi, *Lambertin. de jurepat. lib. 1. par. 2. art. 1. q. 6. num. 12.*, ac etiam quia quando fit donatio Jurispatronatus alteri Laico, debet Episcopus priùs agnoscere, an expediat Ecclesiæ Patronum mutare,& an fraus aliqua simoniaca intercedat, quod si inveniret, denegabit assensum.

Quoad tertiam conclusionem, quæ expressè deducitur ex Canone XVIII., jam diximus supra *Part. I. Can. V.*, quoad quartam agemus infra *Part. V.*, quoad primam verò, & secundam conclusionem examinantur sequentes Casus.

ARGUMENTUM.

Concessa Ecclesia, aut Beneficio Patronali à Patrono loco Religioso de consensu Episcopi, per hanc concessionem quid censeatur dicto loco concessum? Subministratio hostiarum, & vini pro sacrificio Missæ an spectet ad Patronum, cui ex privilegio competunt decimæ, & primitiæ Ecclesiæ Patronalis concessæ loco Religioso, vel potiùs ad hujus Superiorem?

SUMMARIUM.

1 *Concessio Ecclesiæ Patronalis non vacantis alicui facta, an, & quando sit nulla?* & num. 14.

2 *Pro validitate concessionis Ecclesiæ Patronalis an, & quando requiratur consensus Capituli?* & num. 15.

3 *Donans censetur donare jus, quod habet in re donata.*

4 *Episcopus si donet alicui loco Religioso Ecclesiam Patronalem de consensu Patroni, an, & quando censeatur ei concessisse juspatronatus?* & num. 16.

5 *Donatio transfert jus, quod Donanti competebat tam possessionis, quàm dominii.*

6 *Patronus concedens loco Religioso Ecclesiam Patronalem, in qua ultra juspatronatus habeat etiam jus percipiendi decimas, non censetur ei concessisse juspatronatus, sed solùm decimas, si concurrunt conjecturæ, de quibus* num. 8. 11. 12., *& observantia subsecuta.* num. 13.

7 *Donatio cùm sit odiosa est strictè interpretanda.*

9 *Patronus concedens Ecclesiam Patronalem verbis effrænatis, & prægnantibus, præsumitur concedere etiam juspatronatus.*

10 *Verbum* concedo *ex suo proprio significatu non inducit totalem translationem dominii rei concessæ.*

17 *Concessis à Patrono decimis, & primitiis Ecclesiæ Patronalis Monasterio, subministratio hostiarum, & vini pro sacrificio Missæ spectat ad Abbatem, & non ad Patronum; Et quare?* Vide ibi.

18 *Ecclesia de jure communi præsumitur Sæcularis, & non Regularis.*

19 *Sæcularitas Ecclesiæ probatur ex observantia,* & num. 20.

21 *Donatio Ecclesiæ Patronalis resolvitur in simplicem cessionem juris patronatus.*

22 *Beneficium Regulare suapte natura est amovibile, & manuale.*

23 *Juspatronatus propriè est servitus.*

CASUS

CASUS I.

COnceſſit quidam Patronus, requiſito prius, ac obtento conſenſu Ordinarii, Monaſterio A. pauperi, & ſufficientes redditus pro manutentione Religioſorum ibi exiſtentium vix habenti abſolutè, & ſimpliciter Eccleſiam Patronalem non vacantem, in qua non ſolùm habebat juſpatronatus titulo oneroſo, ſed inſuper ei ex ampliſſimo Privilegio Apoſtolico competebant omnes decimæ, & primitiæ ejuſdem Eccleſiæ, ratione quarum ſubminiſtrabat Rectori hoſtias, & vinum pro Sacrificio Miſſæ. Hinc Abbas Monaſterii duplicem excitavit prætentionem contra ipſummet Patronum, prætendendo nimirum vigore præfatæ conceſſionis ad ſe ſpectare non ſolùm decimas, & primitias Eccleſiæ Patronalis, verum etiam jus præſentandi Rectorem in caſu illius vacationis, ſubminiſtrationem verò hoſtiarum, & vini pro Sacrificio Miſſæ non ſibi, ſed eidem Patrono competere. Unde quæro in hoc Caſu.

Primò -- *An conceſſa à Patrono de conſenſu Epiſcopi purè, & ſimpliciter Eccleſia Patronali non vacante Monaſterio cenſeatur ei conceſſum juſpræſentandi* --

Secundò -- *Subminiſtratio hoſtiarum, & vini pro Sacrificio Miſſæ an ſpectet in hoc Caſu ad Patronum Eccleſiæ Patronalis, vel potius ad Abbatem* --

1 Quoad primum in primis reſpondendum videtur hanc conceſſionem Eccleſiæ Patronalis eſſe nullam, & inſubſiſtentem, tum quia fuit facta à Patrono de Eccleſia adhuc non vacante contra prohibitionem *Text. in cap. nulla de conceſſ. præben.* expreſsè damnantis tanquam nullas eas conceſſiones, quæ fiunt de Eccleſiis, & Beneficiis nondum vacantibus; tum quia in ipſa non intervenit conſenſus Capituli; 2 pro validitate namque hujuſmodi conceſſionis non videtur ſufficiens ſolus conſenſus Epiſcopi, cum hic etiam cum conſenſu Patroni, ſinè tamen conſenſu Capituli non poſſit concedere Monaſterio Eccleſiam, vel ejus fructus, & obventiones juxta diſpoſitionem *Text. in cap. Paſtoralis de his, quæ fiunt à Prælat.* ibi -- *Paſtoralis officii diligentia &c. poſtulas edoceri, an Epiſcopus valeat Religioſis, conſentiente Patrono, totam Eccleſiam, vel de novo conferre aliquam portionem; Ad quod breviter reſpondemus, quod ſalva conſtitutione Canonica de concedenda piis locis quinquageſima portione, neque primum, neque ſecundum facere poteſt Epiſcopus (niſi de licentia Romani Pontificis) præter Capituli ſui voluntatem* -- ibique docent *Abb.*, *Anan.*, *Butr.*, *Barboſ. num. 1.*

Deinde admiſſa validitate præfatæ conceſſionis videtur dicendum, Patronum per eam conceſſiſſe Monaſterio non ſolùm decimas, & primitias Eccleſiæ ſibi ex Privilegio competentes, verum etiam jus præſentandi Rectorem; Quoniam cum Patronus præfatus habeat in Eccleſia Patronali tam jus percipiendi decimas, & primitias illius, quàm jus præſentandi Rectorem; conceſſa abſolutè, & ſimpliciter per eum Eccleſia Patronali Monaſterio, præſumitur ei conceſſiſſe utrumque jus 3 ſtante illa generali præſumptione, qua donans cenſetur donare jus, quòd habet in re donata. *Vivian. de jurepat. lib. 4. cap. 4. num. 68. Palm. alleg. 160. num. 37.*, *& 166. num. 5. tom. 2. Antunez de donat. lib. 1. prælud. 1. num. 27. Barboſ. in cap. Paſtoralis de donat. n. 4. Rot. deciſ. 192. n. 18. par. 6. recent. & in Cracovien. Plebaniæ 22. Januarii 1717. §. Pro declinanda coram R. P. D. Cerro inferius impreſſ. num. 17.*

4 Quòd etiam comprobatur ex *Text. in cap. Paſtoralis de donat.* diſponitur enim ibi ab Innocentio III., quòd ſi Epiſcopus donet alicui loco Religioſo Eccleſiam Patronalem ſibi ſubjectam cùm conſenſu Patroni cenſeatur ei donaſſe juſpatronatus, & omne id, quod percipiebat à dicta Eccleſia ibi -- *Paſtoralis officii, & infra. Tua nos duxit diſcretio conſulendos, ſi Epiſcopus conſentiente Patrono, viris Religioſis aliquam Eccleſiam concedendo, hac utatur ſimplicitate verborum: concedimus vobis illam Eccleſiam: Utrum eo ipſo videatur in eorum uſus fuiſſe conceſſa, vel jus tantummodo patronatus? Nos autem Inquiſitioni tuæ duximus reſpondendum, quòd ſi Epiſcopus Eccleſiam illis conferat de conſenſu Patroni; Profectò Patronus, quòd ſuum eſt conferre videtur, jus videlicet patronatus, & Epiſcopus, quòd temporaliter obtinet in eadem &c.* ſi igitur ex conceſſione Eccleſiæ Patronalis initium habente ab Epiſcopo de conſenſu Patroni favore loci Religioſi, cenſetur ei conceſſum juſpatronatus

tus à fortiori præsumendum est concessum idem juspatronatus eidem loco Religioso ex concessione Ecclesiæ Patronalis initium habente ab ipso met Patrono, seu facta ab ipsomet Patrono de consensu
5 Episcopi juxta naturalem indolem concessionis, seu donationis, cujus est transferre in donatarium licèt extraneum omne jus, quòd donanti competebat tam possessionis, quàm dominii, illumque constituere verum, & legitimum Beneficii, seu Ecclesiæ Patronum, ut expresè docet *Antonell. de Regim. Eccles. lib. 3. cap. 6. n. 81.* ibi -- *observa tamen, quòd si Laicus de consensu Episcopi Ecclesiam Monachis donaret, eo casu ex hujusmodi donatione non solùm transfertur juspatronatus, sed etiam dominii proprietas, & omnia jura temporalia, quæ habebat Episcopus -- Card. de Luca de jurepat. disc. 63. num. 33., & seq. Rot. decis. 20. num. 8. coram Celsi. & dec. 293. n. 12. & seqq. coram Royas, & decis. 255. num. 5. coram Cerr., & in Derthonen. Beneficii S. Catharinæ 20. Aprilis 1708. §. Quasi verò possessio coram Polignac.*

6 Verum his omnibus non obstantibus censeo in hoc casu Patronum concessisse prædicto Monasterio A. solùm decimas, & primitias sibi ex privilegio competentes, non verò juspatronatus; ad quod dicendum me suadet natura ipsa concessionis, seu donationis, quæ cùm sit odiosa,
7 & contractus strictissimi juris, strictè venit interprætanda, adeout dum ea congruè limitari potest solùm ad decimas, & primitias, extendi non debeat ad juspatronatus, & ubi alia sumi possit præsumptio, sive conjectura, quàm donationis juris patronatus, semper illa sumi debet, quæ pro non donatione facit etiamsi præsumptio contra donationem sit levis, ut docent *Donad. de renunciat. cap. 27. num. 136. Palma alleg. 138. num. 50. tom. 2. Mascard. de probat. conclus. 555. num. 13. & seq. Rot. decis. 23. num. 22. par. 15. rec. & dec. 346. num. 10. coram Dunox. jun., & in Avenionen. donationis prima Julii 1707. §. Accedente coram Reverendissimo Molines.*

8 In casu præsenti quamplures concurrunt conjecturæ, sive præsumptiones, quæ faciunt pro non concessione juris patronatus. Prima namque desumitur ex eo, quòd Patronus in concessione Ecclesiæ Patronalis præfato Monasterio usus non fuerit verbis adeò effrænatis, & prægnantibus, ut ex eis apertissime resultaret voluisse etiam comprehendere juspatronatus, dum non concessit Ecclesiam Patronalem cùm omnibus, & singulis juribus, & actionibus super ea quomodolibet,
9 quomodocumque, & qualitercumque ipsi spectantia; Si enim tali modo Ecclesiam concessisset, certò equidem præsumeretur voluisse concedere etiam juspatronatus, *Cirocch. discept. 60. num. 4. & 5. Adden. ad Buratt. decis. 310. num. 9. Rot. decis. 212. num. 12. par. 7. recent., & in Romana renunciationis 8. Junii 1705. §. Accedebant coram Reverendissimo Molines, & in Compostellana Parochialium 13. Martii 1716. §. Cum enim coram R. P. D. Ansaldo.* Sed processit per viam puræ, & simplicis concessionis, dicendo nimirum -- *Concedo Ecclesiam Patronalem Monasterio A.* -- Adeôque non censetur ei concessisse tam decimas, & primitias, quàm juspatronatus,
10 dum verbum *concedo* ex suo proprio significatu non inducit omnimodam, ac totalem translationem dominii, rei concessæ, ut testatur *Abb. in cap. Pastoralis num. 2. de donat.* ibi -- *Concedo ex suo proprio significatu non inducit translationem dominii rei concessæ, nàm vides hic, quòd Episcopus dicendo, Concedimus vobis talem Ecclesiam, non videtur concessisse omne jus, quòd habeat in ea, sed jus quoddam singulare, ut puta pensionem, vel quid simile* -- quam refert, & sequitur *Rota in Meliten. jurisdictionis 27. Januarii 1716. §. Existimarunt coram R.P.D. Falconerio.*

Secunda depromitur ex eo, quòd in
11 hac concessione Ecclesiæ Patronalis, Patronus requisivit consensum Ordinarii; si Patronus per eam voluisset comprehendere, & concedere juspatronatus, consensus Ordinarii non fuisset ab eo requisitus, cùm hic non sit necessarius in concessione, seu donatione juris patronatus loco Religioso juxta secundam conclusionem superius in *Commentario* deductam. Igitur si consensum Ordinarii requisivit signum evidens voluisse concedere dicto Monasterio solùm decimas, & primitias, aut alias proprietates sibi ex privilegio, aut ex lege fundationis competentes, pro quarum valida concessione requiritur consensus Ordinarii juxta *Tex. in cap. cum Apostolica de his, quæ fiunt à*

præ-

prælat. Menoch. conſ. 90. num. 91. tom. 1., non verò Juſpatronatus, ut docent *Abb. in ſupradicto Canon. XVI. num. 3. Butr. n. 8. in fin. Berov. num. 8. & in Can. XVII. nu. 8. §. Præterea, Rocc. de Curt. de jurepat. verbis, vel ipſe quæſt. 21. num. 38. Lambertin. eodem tract. lib. 1. par. 2. quæſt. 1. art. 9. num. 10., & 25.*

12 Tertia demum conjectura reſultat ex qualitate Monaſterii Donatarii, & recipientis, iſtud enim magna paupertate laborat, & indiget neceſſariis pro congrua ſuſtentatione Religioſorum; Unde Patronus concedendo ei abſolute, & ſimpliciter Eccleſiam Patronalem de conſenſu Ordinarii, in qua ultra juſpatronatus habet etiam ex privilegio jus percipiendi decimas, & primitias, præſumitur has potius ei conceſſiſſe, per quas conſulitur indigentiæ, & neceſſitati Monaſterii, quam juſpatronatus; ex qualitatibus enim perſonarum dantium, & recipientium cognoſcitur, quid dari intelligatur, *Rot. deciſ. 883. nu. 11. coram Emerix jun. & in dicta Meliten. juriſdictionis 27. Januarii 1716. §. Exiſtimarunt coram R. P. D. Falconerio.*

13 Quod quidem abſque difficultate procederet, ſi unà cum ſupradictis præſumptionibus, & conjecturis concurreret etiam obſervantia, nimirum ſi poſt dictam conceſſionem, ſeu donationem Eccleſiæ Patronalis factam Monaſterio in caſu vacationis ejuſdem Eccleſiæ præſentaſſet ad illam Patronus donator cum ſubſecuto effectu, non verò Abbas, ſeu Monaſterium donatarium; Ex hac enim obſervantia clarè reſultaret præfatam donationem Eccleſiæ Patronalis fuiſſe reſtrictam ad ſolas decimas, & primitias, non verò comprehenſivam etiam juriſpatronatus, dum donatio talis præſumitur, qualem ſubſecuta obſervantia demonſtravit *Card. de Luc. de jurepat. diſc. 60. num. 9. Tondut. quæſt. Benefic. par. 3. cap. 157. num. 42.*, & in ſimilibus terminis *Rota in Mediolanen. Prioratus ſuper dubio ignobilium 15. Junii 1703. §. Et demum coram Eminentiſſimo Scotto, & in Compoſtellana Beneficii 15. Martii 1717. §. Idque coram R. P. D. Althan.*

14 Hinc non obſtant ea, quæ ſuperius in contrarium objiciebantur, & quidem non obſtat *Text. in cap. nulla de conceſſ. præben.*, declarans nullam conceſſionem Eccleſiæ, ſeu Beneficii non vacantis; quoniam procedit in conceſſione Eccleſiæ non vacantis, quæ fit in titulum, ea ratione nè inducatur votum captandæ mortis, & nè præjudicium inferatur Rectori viventi, cujus naturæ non eſt, nec poteſt eſſe conceſſio Eccleſiæ Patronalis, de qua agitur, quia cùm Patronus non habeat jus inſtituendi, ſeu conferendi Eccleſiam Patronalem in titulum juxta *Canones IV. V. VI. VII.*, & *VIII.* ſuperiùs expoſitos, per conceſſionem Eccleſiæ Patronalis non vacantis Monaſterio A., non præſumitur ei conceſſiſſe eamdem Eccleſiam in Titulum, nemo enim dat, quòd non habet ad *Text. in l. nemo plus ff. de regul. jur. & cap. nemo plus de regul. jur. in 6.*, *Imol. in cap. exhibita de rer. permut. num. 31. in fine Rota deciſ. 223. num. 2. & ſeqq. coram Otthobon. & in Tarraconen. Parochialis de Vimbondino 15. Januarii 1706. §. final. cor. R. P. D. Anſaldo.* Non verò procedit in conceſſione Eccleſiæ, ſeu Beneficii non vacantis quoad proprietatem, ſeu quoad decimas, & primitias, aut bona ad Patronum legitimo titulo ſpectantia, quoad hanc enim proprietatem, ſeu decimas, & primitias poteſt Patronus validè concedere de conſenſu Epiſcopi loco Religioſo Eccleſiam Patronalem etiam non vacantem, quia per hanc conceſſionem non fit ullum præjudicium Rectori viventi juxta ſupradictum *Canonem XVI.*, ibique *Innocent. num. 2. Abb. num. 1., & 7. Butr. num. 2. & 8.* & juxta *Canon. XVII.*, *ibique idem Abb. num. 1. Berov. num. 1. & 7. Gonzal. num. 1.* & diſponitur etiam à *Textu in cap. conſultationibus de donat. ibique gloſſ. verb. auctoritate*, *Abb. num. 1. Anan. num. 1. Imol. num. 1. & 4. Barboſ. num. 1. Lambertin. de jurepat. lib. 1. par. 2. art. 16. & art. 9. num. 5. Lotter. de re benefic. lib. 2. quæſt. 12. n. 4. §. Quapropter.*

15 Nec obſtat *Text. in cap. Paſtoralis de his, quæ fiunt à Prælat.* prohibens concedere Eccleſiam ſine conſenſu Capituli loco Religioſo, ſiquidem Textus iſte procedit in conceſſione Eccleſiæ plenariam tam in temporalibus, quàm ſpiritualibus, quæ ſecum fert unionem ſubjectivam, & acceſſoriam, ut dicam infra *Part. V.* non verò in conceſſione Eccleſiæ ſimplici quoad decimas, & primitias, prout eſt præſens conceſſio, de qua agitur, hujuſ-

modi enim concessio valide fieri potest absque consensu Capituli cum solo consensu Episcopi, quia ipsa stare potest sinè unione juxta distinctionem inter unam, & alteram concessionem, seu subjectionem, quam tradit *Rot. decis.* 88. *num.* 6., *& seq. par.* 9. *recent. & in Burgen. jurisdictionis super actibus Parochialibus* 26. *Junii* 1715. §. *Nec dicatur coram R.P.D. Crispo*.

16 Minusque adversatur *Text. in cap. Pastoralis de donat.* quia militat in casu, quo Patronus in Ecclesia Patronali non habeat, nisi juspatronatus, tunc quidem si Episcopus de consensu Patroni concedat Ecclesiam Patronalem loco Religioso, Patronus præsumitur ei concessisse juspatronatus juxta Doctores superiùs relatos §. *Secunda*, & sentit *Rot. in Cracovien. Plebaniæ* 22. *Januarii* 1717. §. *Pro declinanda coram R.P.D. Cerro*. Non verò in casu, quo Patronus ultra juspatronatus habeat in Ecclesia Patronali ex privilegio, vel ex lege fundationis alia jura; tunc enim Patronus concedendo purè, & simpliciter de consensu Episcopi loco Religioso Ecclesiam patronalem præsumitur ei concessisse illa jura extraordinaria, non verò juspatronatus, maximè si concurrant supradictæ conjecturæ; Unde in casu præsenti Abbas Monasterii A. contentus esse debet de solis decimis, & primitiis Ecclesiæ Patronalis, & non excitare prætentionem contra Patronum etiam præsentandi in casu vacationis Ecclesiæ.

17 Quoad verò secundum dubium censeo submministrationem hostiarum, & vini pro Sacrificio Missæ in hoc casu non spectare amplius ad Patronum, sed ad Abbatem Monasterii. Ratio est quia onus hoc submministrandi hostias, & vinum, non est personale, & infixum ossibus Patroni, sed est reale, & intrinsecum decimis, tum ex consuetudine, quia Patronus ratione decimarum, quas percipiebat ab Ecclesia, submministrabat hujus Rectori hostias, & vinum, tum de jure, juxta quòd decimæ, & primitiæ inservire debent pro victu Ministrorum Ecclesiæ, Sacrificiorum oblatione, ac pro restauratione, luminaribus, & ornamentis Ecclesiæ *Franc. de Eccles. Cathedral. cap.* 20. *num.* 31., *& seqq. Rot. decis.* 307. *num.* 2., *& decis.* 340. *num.* 1. *coram Emerix jun. & decis.* 41. *num.* 1. *& 2. post Antonell. de jurib. Cleric.* Ac proinde cum decimæ, & primitiæ vigore concessionis Ecclesiæ Patronalis favore Monasterii A. possideantur ab Abbate, non verò à Patrono, ad eumdem Abbatem, & non amplius ad Patronum spectabit hujusmodi submministratio hostiarum, & vini pro Sacrificio Missæ, *Card. de Luc. de donat. disc.* 58. *num.* 4. *& seq. Rot. decis.* 184. *num.* 5. *& 20. par.* 17. *recent.*, *& in Leodien. submministrationis hostiarum, & vini* 28. *Junii* 1706. §. *Concurrente cor. Eminentissimo Priolo*.

R. P. D. CERRO.

Cracovien. Plebaniæ.

Veneris 22. *Januarii* 1717.

ADtramites donationis expletæ usque de anno 1040. per Casimirum I. Poloniæ Regem Insigni Monasterio S. Benedicti Tynecensi de Ecclesia Parochiali, seu Plebania sub titulo S. Andreæ Villæ Tyniec de Jurepatronatus Regio, unà cum aliis nonaginta Villis, suborto acri certamine super regularitate, vel sæcularitate ejusdem Ecclesiæ inter Casimirum Kosinski Sacerdotem sæcularem; & Provisum Apostolicum, ac Patrem Rupertum, qui literarum executioni se opponebat, & post istius mortem renovato cum Patre Josepho Paczinski, qui ex eadem Dataria alteram obtinuerat provisionem, Causaque proposita sub die 2. Julii 1700. & 11. Martii 1701. coram bo. mem. Muto, & successivè die 2. Julii, & 1. Decembris 1710. coram R. P. D. meo Crispo, nunquam resolutio capta fuit, itaut Casimirus prædictus non valens pluribus expensis succumbere liti renunciavit, quapropter remoto Contradictoris obstaculo, facile fuit præfato Patri Josepho sub die 1. Julii 1712. coram laudato R. P. D. meo Crispo victoriam reportare in contumaciam Partis, ac Causæ expeditionem pro literarum Apostolicarum executione. Quamvis verò experrectus Casimirus deinde reclamaverit ad Signaturam Justitiæ, & cum eo Instigator Fiscalis Curiæ Episcopalis Cracovienſis, agnoscens præjudicium Episcopo illatum ab hoc Judicato Rotali, per quod firmari videbatur status Regularitatis hujus Ecclesiæ, adhuc rejecta instantia dicti Casimiri ob expositam renunciationem liti, quoad Instiga-

stigatorem rescriptum fuit -- *ut atur jure suo* -- in cujus sequelam postulante Instigatore prædicto Causam proponi ab Eminentissimo Scotto tunc nostri Ordinis Auditore sub die 22. Novembris 1715. sub dubio -- *An Ecclesia Parochialis Plebania Tynecensis esset Sæcularis, vel Regularis*, eo quia nulla aderat Commissio, dilata fuit resolutio, & injunctum, ut impetraretur Commissio, qua propterea impetrata, mihique directa, exhibui Dominis resolvendum idem dubium, quod pro Instigatore informante decisum fuit.

18 Suasit rescriptum hujusmodi tum juris præsumptio, tum etiam uniformis, ac pervetusta observantia; nam quod attinet ad præsumptionem juris ista favet Sæcularitati Ecclesiæ, & adversatur Regularitati, *Hojed. de incompatib. benefic. in præfat. n. 6. Lotter. de re benef. lib. 3. q. 8. num. 93. Zerol. in prax. Episc. par. 2. verb. Beneficium* §. 12. & 19. *Rot. coram Emerix jun. decis.* 550. *num.* 2. potissimum ubi res sit de Ecclesia Parochiali, ut adhæsivè tenet *Monet. de commut. ultim. volunt. cap.* 10. *n.* 21. *Garz. de benef. par.* 7. *cap.* 10. *num.* 1. *Rota in recent. decis.* 215. *num.* 4. *par.* 15. & *decis.* 48. *num.* 12. *par.* 18., & *in Salisburgen. Vicariæ* 17. *Februarii* 1715. §. *Fortius cor. R. P. D. meo Crispo*; Quo verò ad obser-

19 vantiam, ista non potest esse magis conformis eidem sęcularitati, quantùm enim datum fuit perquirere spatium præteriti temporis per duo ferè sæcula Ecclesia ista semper collata fuit in titulum Presbyteris Sæcularibus ab Episcopis Cracovien-sibus ad solam præsentationem Abbatis absque ulla, vel minima interruptione Sacerdotum Regularium, ut constitit ex *Summario num.* 2., ac proinde status Sæcularitatis plenè ab eo dicitur firmatus *Ros. de execut. liter. Apostolic. cap.* 5. *n.* 128. *Massobr. in prax. habend. concurs. prælud.* 7. *dub.* 21. *num.* 23., & 24. *Rot. coram Bich. decis.* 433. *num.* 23. & *in recent. decis.* 48. *num.* 13. *par.* 18. & *in Frisingen. juris deputandi Curatos* 24. *Martii* 1713. §. *Ac propterea coram Reverendissimo Domino meo Ansaldo, confirmata* 22. *Junii* 1716. §. *Et hinc omisso coram Me, & in dicta Salisburgen. Vicariæ* §. *Confirmationem cor. R. P. D. meo Crispo*.

20 Quòd si observantia isthæc adeò pervetusta ex solo temporis beneficio esset attendenda, eo fortiùs urget ob duplicem circumstantiam, qua corroborata reperitur in hac hypothesi, quarum altera desumitur ex institutione data ab Episcopo Cracovien-si anno 1681. Patri Carolo Jazvviecki Ordinis S. Benedicti, ille enim ne ex ea provisione facta in personam Regularis aliquod erui posset argumentum pro Ecclesiæ regularitate addidit in literis institutionis, ibi -- *Ea adiecta cautela, & præcustoditione, ne trahatur in sequelam, quoad institutionem Religiosorum, siquidem ex ultimo statu constat anteactis temporibus Beneficia per personas spirituales status sæcularis possessa esse* -- Et altera ex eo, quòd cum memoratus Pater Carolus hanc Ecclesiam libere resignaverit, atque ideo Ordinarius Cracovien-sis illam oscitanter contulerit Patri Ruperto pariter Monacho ad contradictionem Instigatoris Episcopalis, introducto judicio coram eodem Ordinario, causaque maturè agitata prodiit anno 1696. Sententia, per quam pronunciata fuit nulla, & invalida antedicta institutio facta in personam dicti Patris Ruperti, unà cum declaratione, quòd Ecclesia esset merè sæcularis, ideoque sæculari Ecclesiasticæ personæ conferenda, quapropter cum ista sententia præterlapsa fuerit in auctoritatem rei judicatæ non remanet amplius controvertibilis qualitas ipsius sæcularitatis, ut in specie notat *Rot. in Cracovien. Parochialis* 18. *Junii* 1703. §. *Evenisse coram bon. mem. Caffarello, & in Cracovien., seu Sandomirien. Juris patronatus* 15. *Januarii* 1714. §. *Atque hæc coram R. P. D. meo Lancetta*.

Pro declinanda itaque præmissorum efficacia parum tutum, videbatur recurrere ad enunciatam donationem Casimiri Regis Poloniæ factam Monasterio quasi ex ea vigore unionis effecta fuerit Regularis; Præterquamquod enim nec tali unione admissa urgere desineret juris dispositio, per quam determinatur in Cappellis, & Ecclesiis quamtumvis unitis alicui Collegio, vel Monasterio Regularium Cappellanum, seu Vicarium esse debere Sæcularem, ut sancitur expressè in *Cap. primo de Cappell. Monach.*, & *in cap uuic. eo-*

dem tit. in.6. & in cap. extirpandæ §. Qui verò de præbend., *Fagnan. in cap. ex parte num.11. de Offic. Vicar.*, *Rot. coram Dunozett. jun. decis. 368. nu.2.*, *& dec.382. nu.1.*, *& in Brixien. jurisdictionis 27. Junii 1710. §. Quia cum coram Reverendissimo Kaunitz Episcopo Labacen.*, & plenius in dicta *Frisingen. juris deputandi Curatos coram Reverendissimo Domino meo Ansaldo*, Confirmata deinde coram Me . Adhuc ruebat penitùs quodcumque fundamen-
21 tum ex defectu potestatis in ipso Rege donante ; qui cum nullum potuisset sibi dominum asserere super Ecclesia , de qua agitur , ita ejus largitas ; ac donatio potest solum resolvi in simplicem cessionem jurispatronatus , non verò extendi ad unionem Ecclesiæ, illiusque Tituli Parochialis , vel distractionem Jurium Spiritualium , quæ non erant in potestate Regis , sed legitimi Superioris Ecclesiastici, ut pluries dixit Rota , præsertim in *Barchinonen. Parochialis de Albiniana 1. Junii 1696. §. Decisio namque , & §. Alii vero coram bon. mem. Muto , & in Vicen. Parochialis de Aqualata 1. Julii 1702. §. De qualitate vero coram R.P.D. meo Crispo, & in Constantien. Vnionis super bono jure 23. Junii 1710. §. Sed particulariter coram eodem .*

Atque hinc nil proficit ad intentum liber Beneficiorum , & Retaxationum Regni Poloniæ, in quo descriptum legitur -- *Tyniec Villa sub Monasterio Tyniecen. sita &c. Beato Andreæ Apostolo dicata , cujus proprietas ad Monasterium Tyniecen. pertinet , in qua sunt quatuordecim Hortulariæ* -- Nam liber hic non alium ob finem compilatus anno 1448., & rursus renovatus anno 1520., nisi pro adnotatione bonorum decimabilium occasione,qua Polonia Bellis Turcicis , atque Tartaricis post cladem Varnen. pressa obtinuit à san.me. Nicolao V.decimam decimæ ab Ecclesiastico Ordine solvi consuetæ in subsidium contra Paganos , ut refert *Andreas Lipski in suo Cod. Decass. quæst. 1. num.17. & 18.* Nil aliud indicat , quam Catalogum bonorum , ex quibus decimæ erant solvendæ , atque ideo cum decimæ non solvantur ab Ecclesia,sed de bonis ejusdem Villæ Tyniec verba illa *cujus proprietas ad Monasterium Tyniecen. pertinent*, referenda sunt , non ad Ecclesiam , sed ad ipsam Villam , quæ sub donatione includebatur idque clarius efficitur , ex ipsis verbis , quæ subsequuntur , ibi -- *in qua sunt Hortulariæ quatuordecim* , quæ sanè congruere non valent Ecclesiæ , sed Villæ , & per consequens multo minus præseferre potest unionem Ecclesiæ Parochialis,quæ nullimodè sustinetur absque dispensatione Summi Pontificis , & sinè concursu causæ necessariæ , ac Ecclesiæ evidentis utilitatis , *Cap. exposuisti §. Si evidens extra de præb.*, *Turricell. de union. cap.8.n.1. Rot. coram Cels. decis.260. num.25.*, *& in recent. decis.231. num.3. par.11.*, *& in dicta Constantien. Unionis super bono jure §. Cùm itaque coram R.P.D. meo Crispo* .

Deficiente autem dispensatione Apostolica expressa in vanum confugi valet ad præsumptam ex lapsu longissimi temporis à donatione Regis Casimiri , cum enim quicumque temporis decursus inutilis prorsùs sit pro effectu ubi Comitem non habeat observantiam , hæc in totum destruebatur , sive quia collationes , & Institutiones factæ semper fuerunt in titulum perpetuum , quod de directo pugnat
22 cum Statu Beneficii Regularis suapte natura manualis , & ad nutum amovibilis per *Text. in cap. cum ad Monasterium 6. §. Tales de Stat. Monach. Paris. de resign. Benefic. lib.11. quæst.3. nu.81. Rot. coram Cassador. dec.653. num.4.*, & perspicuè ostendit Ecclesiæ Sæcularitatem , dum ex ipsis literis habetur collationes factas fuisse , vel per obitum , vel per resignationem , *Massobr. in prax. haben. concurs. prælud.7. dub.21. num.26.*, *& 27.*, *Gonzal. ad regul. Cancell. glos.5. §. 6. num.5. & 6.* ; Sive quia collationes factæ dignoscuntur ab Episcopis Cracovienſis Presbyteris Sæcularibus ad solam præsentationem Abbatis Monasterii Tyniecensis , quod non bene compatitur cum unione , ac Ecclesiæ Regularitate eam ob rationem , quia cum Juspatronatus propriè sit servitus , hæc dari non potest in re propria , qualis dicitur Ecclesia unita , quæ
23 per formalem unionem efficitur quodammodo Prædium alterius Ecclesiæ , cui facta est unio , *Card. de Luc. de Paroch. disc. 10. nu.8.*,*Rot. coram san. mem. Alexandro VIII. disc.223. num.8.*, *& in Bisuntina, seu Basilien. Parochialis 5. Martii 1700. §. Est Certum* , *& 27. Junii 1701. §. Absque*

que eo quòd coram Rmo Molines Generali Hiſpaniarum Inquiſitore, & 26. Junii 1702. §. *Et ob id coram Reverendiſſimo D. meo Anſaldo Decano, & in d. Conſtantien. Vnionis* §. *Præſertim*.

Et ita Promotore Fiſcali tantùm informante &c.

ARGUMENTUM.

Juſpatronatus Gentilitium an donari poſſit per eos de familia, & an reſervato Jurepatronatus favore familiæ hoc competat tam Nobilibus, quàm Ignobilibus ejuſdem familiæ.

SUMMARIUM.

1 *Ultimus de familia poteſt validè donare extraneo juſpatronatus gentilitium*. Limita ut ibi.

2 *Qualis eſt obſervantia, talis præſumitur fundatio*.

3 *Una rata juriſpatronatus an poſſit eſſe gentilitia, & altera hæreditaria*, & num. 15.

4 *Patronus exiſtentibus eis de familia poteſt donare juſpatronatus gentilitium in proprium præjudicium, non verò in præjudicium eorumdem de familia*. Limita ut ibi, & *quare*? Vide num. 6.

5 *Reſervato jurepatronatus favore Primogeniti proximioris de familia, non poteſt Primogenitus proximior illud donare remotiori de eadem familia in præjudicium proximioris*.

7 *Juſpatronatus mixtum donari non poteſt extraneo*.

8 *Enumerantur ſpecies Nobilitatis*.

9 *Pauper deſcendens à familia Nobili, licèt non ſit Nobilis nobilitate bonorum, aut divitiarum, eſt tamen Nobilis nobilitate natalium*.

10 *Nobilitas natalium non perditur per paupertatem*.

11 *Reſervato jurepatronatus pro eis de domo, & familia, hoc competit tam Nobilibus, quàm Ignobilibus ejuſdem familiæ*. Amplia ut num. 12.

13 *Vox, ſeu rata juriſpatronatus donata à Patrono alteri Compatrono, induit naturam illius portionis, cui vox, ſeu rata donata accedit*.

14 *Donatio juriſpatronatus facta à Patrono alteri Compatrono, dicitur potiùs remiſſio juriſpatronatus, quàm donatio*.

CASUS II.

QUidam Fundator in limine fundationis Beneficii reſervavit Juſpatronatus pro una voce favore Titii, ejuſque hæredum, pro alia verò voce favore eorum de propria domo, & familia; Titius vocem ſibi à Fundatore reſervatam pleno jure donavit eiſdem de domo, & familia Fundatoris. Hinc Cajus credens ſe eſſe ultimum de hac domo, & familia donavit de conſenſu Ordinarii donatione irrevocabili inter vivos Juſpatronatus cuidam extraneo. Succedente vacatione præfati Beneficii comparuit quidam dicta domo, & familia ignobilis, & ignotus, & in humiliori fortunæ ſtatu conſtitutus impugnans tamquam nullam hanc donationem juriſpatronatus factam à Cajo, prætendendo ad ſe ſpectare in hac vacatione Beneficii jus præſentandi Rectorem ad excluſionem dicti extranei Donatarii. Quæro in hoc caſu, an hujuſmodi donatio juriſpatronatus ſuſtineatur?

1 Et videtur reſpondendum affirmativè; Ultimus enim de familia poteſt validè titulo donationis irrevocabilis inter vivos de conſenſu Ordinarii transferre in alium etiam extraneum Juſpatronatus. Cùm hoc in ultimis de familia, niſi eis fuerit reſervatum taxativè, efficiatur hæreditarium, juxta *celebre conſilium Ancharani*, & auctoritates ſupra relatas *Can. I. & II. Caſ. XVI. nu.* 1. quibus addo *Lotter. de re benef. lib. 2. q. 11. num. 11. Vivian. de jurepat. lib. 4. cap. 9. nu. 1. Palm. alleg. 159. num. 20. tom. 2. Rot. deciſ. 280. num. 22. coram Thomato tom. 2. deciſ. 106. num. 5. coram Coccin. & deciſ. 319. num. 1. par. 3. recen. & in Valentina Beneficii 26. Februarii 1697. §. Ex facto coram Eminentiſs. Priolo, & in Lucana Beneficii 22. Februarii 1709. §. Quo verò coram R. P. D. Falconerio, nunc Urbis Gubernatore, & in Nolana Beneficii 2. Maji 1712. §. Neque attendi coram eodem*, ſecus ſi fuiſſet reſervatum eis de familia taxativè, & cum clauſulis taxativis, tunc enim ab ultimo de familia donari non poſſet, ſed Beneficium efficeretur liberum. *Rocch. de Curt. de jurepatr. verb. ipſe, vel is num.* 73. *Fagnan. in cap. Perlatum*

tum de jurepat. num.23. Capon.discept.12. num.14. tom.1. Paris. cons.48. num.6.& 7. tom.4. Gabriel. cons.196. num.2. tom.2. Piton. discept. Eccles. 33. num. 3. & alii per me relat. ubi supra *d. Cas. XVI.*

Nec meretur attendi instantia, & oppositio illius, qui licèt sit de familia, & domo Fundatoris, est tamen ignobilis, quia ipse non videtur comprehensus in reservatione Juris patronatus, dum Fundator reservando Jus patronatus favore eorum de propria domo, & familia, præsumitur illud reservasse pro Nobilibus, non verò pro Ignobilibus ejusdem familiæ, sicuti de facto demonstravit subsequuta observantia, juxta quam semper
2 Nobiles familiæ præsentarunt. Qualis autem est observantia, talis præsumitur fundatio. *Lotter. de re benef. lib. 2. qu. 11. num.125. Card. de Luc. de jurepat. disc.60. num.9. Tondut. quæst. benef. par.3. num.42. Rot. decis.364. num.1. coram Emer. jun.*

Sed quatenus admittatur hujusmodi donatio Juris patronatus non sustineri pro ea rata, & voce à Fundatore relicta favore eorum de domo, & familia, eo quia præfatus ignobilis sit revera comprehensus in hac reservatione, tamen negari non posse videtur, quòd saltèm sustineatur pro ea rata, & voce, quæ ab initio fuit reservata ab eodem Fundatore favore Titii, & deinde ab hoc donata eisdem de domo, & familia; hæc enim vox cùm fuerit hæreditaria, & transmissibilis per Titium ad quoscumque, retinuit etiam in eis de dicta familia Donatariis, eamdem qualitatem hæreditariam; non
3 implicat enim unam ratam Juris patronatus esse gentilitiam, & alteram hæreditariam. *Card. de Luc. de jurepat. disc.35. n.5. Piton. discept. Eccles. 33. nu. 2. Rot. in Imolen. juris patronatus 27. Januar. 1710. §. final. coram R.P.D. Lancetta.* Ac proinde donato absolutè, & simpliciter Jurepatronatus à Cajo, qui credidit se esse ultimum de familia favore supradicti extranei; hæc donatio saltèm ustinebitur pro ea voce hæreditaria, adeout extraneus donatarius si non in totum, saltèm pro una voce poterit præsentare in hac vacatione Beneficii; cùm Jus patronatus hæreditarium donari possit extraneis, ex auctoritatibus superiùs relatis §. *Et videtur.*

His tamen non obstantibus censeo hanc donationem Juris patronatus factam à Cajo, qui credidit se esse ultimum de
4 familia Fundatoris favore extranei, nullatenus sustineri. Quoniam licèt ille de familia Patronus possit donare Jus patronatus gentilitium durante tantùm ejus vita, extraneo, in proprium præjudicium. *Covarr. var. resol. lib. 2. cap. 18. num. 10. Garz. de benef. par.5. cap.9. num. 70. Lotter. de re benef. lib.2. q.11. num.14. Capon. discept.12. num.22. tom. 1.* tamen non valet illud absolutè, & perpetuo titulo donationis validè in extraneum transferre, existentibus eis de familia à Fundatore contemplatis in horum præjudicium, nisi isti de communi consensu approbent hanc translationem, & donationem. *Rocc. de Curt. de jurepatr. verb. ipse, vel is n.72. Lambertin. de jurepat. lib.1. par.2. q.2. art.8. num.6. Covar. var. resol. lib.2. cap.18. n.10. Vivian. de jurepat. lib.4. cap.9. num.4. Paris. cons.48. num.6. lib.4. Gabriel. cons. 96. num.2. lib.2. Garz. de benef. par. 5. cap. 9. num.70. Lotter. de re benef. lib. 2. qu. 11. num.6. Palm. alleg.159. num.18. to.2. Rot. decis.103. num.15. par.13. rec. & in Bononien. juris patronatus de Ghisleriis 22. Aprilis 1695. §. Justitia coram bo.me. Pio, & in Asten. juris patronatus 14. Februarii 1698. §. Steterunt coram clar. mem. Card. Caprara, & in Faventina Beneficii 11. Decemb. 1702. §. Cùm supposito coram eodem Card. Caprara, & in Fossanen. juris patronatus 12. Martii 1703. §. final. coram eodem Card. Caprara, & in Tridentina juris patronatus 26. Martii 1703. §. Respectu coram Eminentiss. Scotto, & in Compostellana Parochialis 1. Martii 1709. §. Nullitas coram Eminentiss. Priolo, & in Casertana Beneficii 13. Decembris 1709. §. Etenim coram R.P.D. Kaunitz*, & resolutum fuit à Sac. Congregatione Concilii *in Florentina donationis juris patronatus 12. Augusti 1679.*

5 Sicuti reservato Jurepatronatus favore primogeniti proximioris de familia, non potest primogenitus proximior illud alienare, & cedere favore remotioris de eadem familia in præjudicium proximioris, qui sublato de medio cedente, seu alienante, tamquam proximior succedere deberet. *Dec. cons.443. num. 292. lib. 2. Roman. cons.20. num.6. Tiraquell. de jure primog. q.27. num.4. Molin. de primogen. lib.1. cap.6.*

cap. 6. num. 45. & cap. 16. num. 32., & alii relat. per *Rot. in Ferrarien. primogenituræ* 14. *Martii* 1712. §. *Abſque eo, coram R. P. D. Criſpo*.

6 Ratio autem eſt, quia exiſtentibus eis de familia à Fundatore contemplatis Patronus non poſſidet Juſpatronatus purè, & ſimpliciter, ſed cum onere, & obligatione illud reſtituendi eiſdem de familia. Unde non poteſt horum ſpem decipere, his venientibus ex propria perſona, & jura ſua à Fundatore metientibus præjudicare, Juſpatronatus alteri, qui non ſit de familia, perpetuò donando, ut optimè ratiocinatur *Textus in l. ſi duobus §. ſed quia C. de legat.* ibi -- *Quia ſatis abſurdum eſt, & irrationabile, rem, quam in ſuis bonis purè non poſſidet, eam ad alias poſſe transferre, & alienam ſpem decipere*. Ob quam
7 rationem neque poteſt Patronus Juſpatronatus mixtum extraneo donare, cùm pro illius acquiſitione requiratur utraque qualitas, nimirum, quod quis ſit hæres, & de ſanguine. *Rot. deciſ. 47. num. 17. poſt Tondut. de penſion. & deciſ. 96. nu. 18. par. 6. recen.*, & *in dicta Compoſtellana parochialis 1. Martii 1709. §. Nullitas coram Eminentiſs. Priolo*.

8 Nec dici poteſt, quòd ille, qui comparuit, & ſe oppoſuit huic donationi factæ à Cajo non ſit comprehenſus à Fundatore in reſervatione Juriſpatronatus, eo quia ſit Ignobilis. Quatuor enim à Doctoribus aſſignantur ſpecies Nobilitatis; Alia eſt Nobilitas Theologica, & ſupernaturalis conſiſtens in gratia ſanctificante, & gratum faciente, quæ ſola eſt vera, & propria Nobilitas, & qui taliter ſunt Nobiles, filii Dei dicuntur, ad *Text. in cap. ſi ex bono de pœnit. diſt. 4.* Alia eſt Nobilitas moralis, ſeu animi, quæ nihil aliud eſt, niſi ſplendor, & dignitas quædam ex virtutis amore, proſecutione, & obſervatione procedens; juxta *Text. in cap. nemo de vitiis diſt. 56.*, & ſecundùm Stoicorum opinionem illi ſoli dicuntur Nobiles, qui ſunt Sapientes, & virtutis compotes, ſeu qui virtuti inſerviunt, obſequuntur, & inſudant; Alia eſt Nobilitas naturalis, quæ eſt quædam qualitas naturaliter, vel ex actuum excellentia infita, reddens aliquem Nobiliorem præ cæteris, ut patet in Artificibus, quorum aliis præcellunt ob artis, induſtriæ generoſitatem; Et alia eſt Nobilitas politica, & civilis, & hæc alia dicitur Nobilitas natalium, ſeu generis conſiſtens in coruſcatione ſanguinis parentum, ſeu in origine, & deſcendentia ab eis, qui ſunt, aut fuerunt Nobiles: Alia Nobilitas honorum, quæ eſt qualitas, ſeu dignitas quædam per Principem, ſeu Principatum tenentem collata, per quam quis honorabilior præ cæteris efficitur, & alia Nobilitas divitiarum conſiſtens in harum affluentia, ut colligitur ex *Abbat. in cap. Venerabilis de præb. n. 4. ex Bono de Curtil. de Nobilit. par. 2. tract. magn. tom. 5. pag. 4. Joan. le Cloer. de primogen. art. 2. num. 10. & ſeqq. ſignanter num. 15. tract. magn. tom. 7. pag. 70. Tiraquell. de Nobilitate cap. 3. num. 3. Lotter. de re benefic. lib. 2. q. 5. num. 80.* Hoc poſito.

9 Ille, qui ſe oppoſuit præfatæ donationi Juriſpatronatus, licèt non ſit Nobilis nobilitate honorum, aut divitiarum, eo quia ſit in paupertate conſtitutus, eſt tamen Nobilis nobilitate natalium, ſeu generis, cùm deſcendat, & ſit de eadem domo, & familia Nobili Fundatoris. Quæ Nobi-
10 litas natalium, licèt ſinè divitiis ſit, ſicut fides ſinè operibus, tamen per paupertatem ſimpliciter non perditur, ut teſtantur *Bonus de Curtili de Nobilitate par. 7. nu. 4. tract. magn. tom. 5. pag. 22. Tiraquel. eodem tract. cap. 25. num. 5.*

Ac proinde ipſe, licèt Ignobilis, ob defectum divitiarum, & honorum, dicitur comprehenſus in reſervatione Juriſpatronatus facta à Fundatore pro eis de ejus familia, & domo; cùm nomen *domus*, & *familiæ* comprehendat univerſam familiam, nulla habita diſtinctione Nobilium, vel Ignobilium. *Vivian. de jurepat. lib. 4. cap. 9. num. 55. §. Nec obſtat*, & in puncto *Rot. in Mediolanen. Prioratus ſuper dubio Ignobilium 15. Junii 1703. §. Tota itaque coram Eminentiſs. Scotto*.

12 Minimè attento, quòd illi de familia Ignobiles, ratione defectus divitiarum, & honorum in præteritis vacationibus Beneficii nunquam præſentaverint, ex hac namque obſervantia excludi non poteſt præfatum Oppoſitorem Ignobilem à ſucceſſione hujus Juriſpatronatus gentilitii, & à præſentatione in hac vacatione Beneficii; quoniam ipſa non probatur cum ſuis requiſitis, nimirum, quod occurrentibus vacationibus adfuerint Ignobiles

de

de dicta familia, quòd Nobiles præsentaverint cum horum scientia, & patientia, & privativè quoad eos, quodque ipsi Ignobiles præsentaverint, & eorum præsentationes fuerint rejectæ, prout requiritur ad effectum excludendi ratione subsecutæ observantiæ Ignobilem de eadem familia à præsentatione in futuris vacationibus Beneficii. *Card. de Luc. de jurepat. disc.35. num.7.*, & in terminis *Rot. decis.103. num.17. par.13.rec.*, *& in dicta Mediolanen. Prioratus super dubio Ignobilium 19. Novembris* 1703. §. *Nec etiam coram Eminentiss. Scotto*.

Minusque sustineri valet eadem donatio Jurispatronatus facta à Cajo, quoad illam vocem donatam à Titio eis de dicta familia, hæc enim vox post donationem amisit qualitatem hæreditariam, & transmissibilem ad quoscumque, & assumpsit qualitatem gentilitiam, adeout existentibus eis de familia non potest titulo donationis in extraneum transferri.

13 Siquidem donante Compatrono suam vocem, seu ratam alteri Compatrono, hæc propter individuitatem Jurispatronatus consolidatur cum altera voce Compatroni donatarii, & hujus induit naturam, cùm quodlibet augmentum sequatur naturam subjecti principalis, cui facta est augmentatio, & regulatur secundùm naturam, & qualitatem ejusdem rei principalis, juxta *consil. Soccin. sen.* 153. *num.* 10. *vers. confirmatur volum.* 2. *& cons.67. num.6. volum.4. Bellon. de jur. accrescen.cap.9.q.43. &* 44. *per tot. Rot. in Gerunden, Prioratus super reservatis* 14. *Decembris* 1703. §. *Prout neque coram Reverendiss. Molines, & in Tridentina beneficii* 20. *Junii* 1712. §. *Fortius coram R. P. D. Ansaldo* superiùs impress. *Par. I. Can. VI. Cas. II. num.* 14. Immo donatio

14 hæc facta à Titio suæ ratæ, & vocis eis de dicta familia non est propriè donatio, sed potiùs remissio Juspatronatus, per quam efficitur, ut solùm illi de familia possint validè præsentare, juxta *Gloss. in Can. XVIII. verb. liberaliter contulisset* ibi: *Verius videtur, quòd hæc non erat vera donatio, quia uterque istorum fratrum erat verus Patronus in solidum &c. & ideo nihil dedit in veritate, sed concessit fratri tantùm liberam ordinationem Ecclesiarum, ut ipse solus posset præsentare -- Lambertin. de jurepatr. lib. 1. par. 2. q. 1. art. 12. num. 1. 7. & 8.*

15 Neque obstat, quòd una rata Jurispatronatus possit esse gentilitia, & altera hæreditaria, hoc enim procedit in casu quo adsit diversitas personarum, seu linearum, juxta *Card. de Luc. de jurepatr. disc.35. nu.10. Rot. decis.798. coram Merlin.* Secus quando consolidatur in una, eademque familia, & in eisdem personis possidentibus alteram vocem, seu ratam Jurispatronatus, ut docet *Rot. decis.* 446. *num.10. coram Roxas, & decis.667. n.13. & seq. par.18. tom.2. rec.*

ARGUMENTUM.

Donato donatione inter vivos Jurepatronatus ab vltimo de familia Fundatoris, si iste vergat ad inopiam, an Ecclesia teneatur ei præstare alimenta; Et si tam Donans, quàm Donatarius sit pauper, quis eorum sit præferendus?

SUMMARIUM.

1 *Jus alimentorum est unus ex fructibus jurispatronatus.*

2 *Translato titulo donationis jurepatronatus in extraneum, an in eum censeatur translatum jus, & usus alimentorum,* & num.9. & 10.

3 *Donato jure præsentandi purè, & simpliciter, aut cum clausulis* tantùm, solùm, *non transit in Donatarium jus alimentorum.*

4 *Jus alimentorum transit in Patronum extraneum.*

5 *Donatarius jurispatronatus an, & quando alere teneatur Donatorem,* & nu. 16.

6 *Donatarius jurispatronatus si deleret Arma, & Insignia Patroni donantis ab Ecclesia, esset privandus donatione.*

7 *Ecclesia Patronalis tenetur alere ultimum de familia inopem donantem juspatronatus, & quarè?* Vide ibi. Limita, ut num.8.

9 *Jus alimentorum extinctis omnibus de familia Fundatoris, transit in extraneum titulo donationis jurispatronatus causa mortis.*

10 *Sed non transit titulo donationis jurispatronatus inter vivos factæ ab ultimo de familia, isto adhuc vivente, & quarè?* Vide n.11. Amplia, ut n.12. & 13.

Do-

14 *Donanti non eſt licitum actum donationis perfectum alterare, permiſſum tamen eſt ei verba donationis, obſcura, & dubia declarari*, ut num.15.

17 *Si tam Donans, quàm Donatarius juriſpatronatus ſit pauper quis eorum ſit præferendus in perceptione alimentorum?* Vide ibi, & num.18.

19 *Futura alimenta cedi, & renunciari nequeunt.*

CASUS III.

ULtimus de familia, cui reſervatum fuit à Fundatore Juſpatronatus Eccleſię A. donavit donatione irrevocabili inter vivos de conſenſu Ordinarii idem Juſpatronatus cuidam extraneo. Poſt expletam hanc donationem decurſu temporis abſque propria culpa, ſolùm ob inſtabilitatem hujus vitæ, in qua homo nunc divitiis extollitur, nunc paupertate deiicitur, devenit ad maximam egeſtatem, & cùm ſupradicta Eccleſia Patronalis, deductis ſibi, ejuſque Rectori neceſſariis, ſuperabundantes haberet redditus, petiit ab ea, ſeu ab eius Rectore alimenta. Quæro an ipſa Eccleſia, ſeu ejus Rector in hoc caſu teneatur illum alere?

Cui reſpondendum videtur negativè. Ultimus namque de familia Fundatoris per donationem hanc Juriſpatronatus favore extranei ſe ſpoliavit veſte nuptiali, qua comparere poſſit coram Eccleſia, petendo ab ipſa alimenta, videlicet Jurepatronatus, & ea induit extraneum Donatarium efficiendo illum Patronum. Unde Eccleſia potiùs tenebitur hunc extraneum Donatarium in caſu inopiæ alere, non verò ultimum de familia, qui ampliùs non eſt Patronus, ea ratione, quia
1 cùm jus alimentorum ſit unus ex fructibus, & quidem principalis Juriſpatronatus, juxta *Innocen. in rubrica de jurepatr. num. 3. Abb. in cap. præterea de jurepatr. Rocch. de Curt. eodem tract. verb. Et utile, Pax Jordan. tom.2. lucubrat. lib.10. tit.7. num.487. Lotter. de re benef. lib.2.q.5.n.1. Card. de Luc. de jurepat. in Summa n. 137.*
2 translato titulo donationis Jurepatronatus in extraneum, ad eum quoque tranſfertur jus, & uſus alimentorum in caſu inopiæ, ſicuti in eumdem transferuntur alii fructus Juriſpatronatus, nimirum jus proceſſionis, jus præſentandi, & jus defendendi Eccleſiam, de quibus diximus *Par.I. Can. I. & II. Can. IV. & V. Abb. ubi ſupra in d. cap. præterea de jurepatr.nu.11. Carol. Anton. de Luc. ad Ventrigl. par.2. annot.1.§.4. num.3. Rot. in Salernitana alimentorum 12. Januarii 1712. coram Eminentiſs. Scotto* ſuperiùs impreſs. *Par.I. Can.III. Caſ.III. num.* 15. Quicquid ſecus
3 eſſet ſi donaretur jus præſentandi purè, & ſimpliciter, vel cum clauſulis taxativis *tantùm, ſolùm*, tunc certò equidem non transferretur in Donatarium jus alimentorum, ut bene advertit *Roch. de Curt. de jurepat. verb. Et utile nu.1.* ibi-- *Et nota, quòd tale jus alimentorum non poterit Patronus retento jurepatronatus alienare-- Lambertin. eod. tract. lib. 3. qu.3. art.* 15. *num.7. R.P.D. meus Petra in Comment. ad Conſtit. Apoſtolic. Conſt.7. Gregorii IX. to.2. pag.541. num.27. Ventrigl. in prax. par.2. annot.1.§.1v. num.20. Van. Expen. jus Eccleſ. par.2. tit.25. cap.6. n.8.*

Nihil obſtante, quòd præfatus Donatarius ſit extraneus, & non de ſanguine Fundatoris, quia hodie eſt opinio inconcuſſa S. Rotæ *in dicta Salernitana ali-*
4 *mentorum* ubi ſupra impreſſa, quòd jus alimentorum tranſeat etiam in extraneum, quam Ego quoque amplexus fui *Par.I. Can.III. Caſ.III. num.* 5. ubi remiſſivè me habui ad Tractatum *de Controv. Patron.* D. Advocati Pitonii, coactus ex obſequio, & reverentia naturaliter debita proprio Magiſtro, qui de ea mihi prohibuit formiter pertractare, ſicuti in multis aliis ſimile infortunium infeliciter paſſus fui.

Sed hæc alimenta ultimus de familia donator in ea paupertate conſtitutus, po-
5 tius videtur petere, & conſequi debere ab ipſo met extraneo donatario juriſpatronatus, cùm ſit proprium debitum donatarii alere donatorem pauperem juxta *Gloſ. in l. fin. C. de revoc. don. verb. voluerit, Surd. de alimen. tit.1. quæſt.48. num.1. Leoncil. de Privil. Pauper. par.2. Privil.92. num.* 1. *R. P. D. Petra ubi ſupra num.* 24. *Cutell. de donat. tract.2. diſc.1. ſpec.8.n.21. tom.* 2. Adeout ſi recuſaret hæc alimenta præſtare ob ingratitudinem privaretur
6 donatione juriſpatronatus, ſicuti ratione ingratitudinis eadem donatione privaretur, ſi inſignia, vel arma Patroni donantis in re donata exiſtentia abraderet, vel

deleret in spretum ejusdem Patroni *Duran. decis. par.3. cap.3. num.16. tom.2.* igitur si adest alius, qui tenetur alere ultimum de familia sequitur, huic multo minus competere ullam actionem contra Ecclesiam, quæ non tenetur alimenta præstare Patrono egeno, quando ipse habeat unde vivere possit aliunde, juxta superiùs firmata *Part.I. Can. III. Cas. I. num.1. §. Tertio, quibus addo Leoncil. ubi supra privil.312. num.9.*

7 Hæc omnia primo aspectu ingerere videntur aliquam difficultatem, sed eis non obstantibus re maturè perpensa, censeo in hoc casu Ecclesiam Patronalem, sive ejus Rectorem teneri de superfluis redditibus alere ultimum de familia ad inopiam redactum, cùm enim in ipso conservetur sanguis benemeritus fundatoris, à quo Ecclesia accepit suum esse, & omnia bona quæ possidet; Congruum, & rationabile est non solùm ratione generalis obligationis, qua tenetur Ecclesia fructus superfluos generaliter in Pauperum alimoniam erogare, verùm etiam ratione specialis, & antidoralis obligationis, juxta quam benefacienti benefacere debemus, quòd eadem Ecclesia ultimum de familia fundatoris fortunæ bonis destitutum fame perire non permittat, sed alat, & nutriat, cæterisque pauperibus, qui non sunt de sanguine Fundatoris, quo usque vivit, præferat, ut disponitur *in Can. Quicumque de quo Part.I. Can.III.* & docent communitet Doctores ibi lato calamo in *Com-*
8 *mentario* cumulati: Excepto casu quo ipse commisisset aliquod delictum, & ingratitudinem Ecclesiam ex.gr. dilapidasset hujus bona, vel ejus Rectorem necasset, tunc enim Ecclesia non teneretur eum alere, sed privandus esset jure alimentorum eo modo, quo filius ob ingratitudinem alimentis privatur *Paul. de Citad. de jurepat. par.6. art.4. num.164. Surd. de aliment. tit.7. quæst.32. num.6. Ventrigl.in prax. par.2. annot.1. §.4. n.27.*

Non obstat donatio juris patronatus facta ab ultimo de familia favore extranei, per hanc enim donationem ipse non se spoliavit jure alimentorum neque hoc in ea comprehenditur. Quoniam distinguendum est inter donationem juris patronatus factam ab ultimo de familia causa mortis, & quæ effectum habet post illius mortem, & donationem juris patro-
9 natus ab eodem factam inter vivos. Certum est, quod titulo donationis juris patronatus causa mortis extinctis omnibus de familia Fundatoris, unà cum jure patronatus transeat in hæredem extraneum, etiam jus alimentorum tamquam illius fructus, juxta opinionem de qua *Part. I. dicto Can. III. Cas. III. num.5.* hodie admissam à Sac. Rota *in dicta Salernitana alimentorum*, alias juspatronatus in sua creatione integrum quoad omnes fructus continuaret diminutum, & non integrum in hæredibus, quòd esset absurdum, ut optimè ponderat eadem Sac. Rota *in dicta Salernitana* impressa ubi supra *nu. 19.*

10 At verò titulo, & vigore donationis juris patronatus inter vivos factæ ab ultimo de familia; isto adhuc vivente non transit in donatarium jus alimentorum, sed hoc tamquam cohærens personæ ultimi de familia remanet apud ipsum durante hujus vita, sicuti remanet apud ipsum jus honorificentiæ *Vanespen. jus Eccles. par. 2. tit. 25. cap.7. num. 33.*, nec venit in generali donatione juris patronatus, nec umquam censetur donatum nisi de eo sit facta specialis mentio *Surd. de aliment.tit.7. quæst. 32. num. 13. Gratian. discept. 177. num. 11. tom. 1. Carol. Anton. de Luc. ad Gratian. discept. 552. nu.8. Olea de cession. jurium tit.3. quæst.8. num.28. Carol.Anton. de Luc. ad Oleam quæst.99. num.8. Galerat. de renunciat. lib.1. cap.4. num. 123. Giurb. in consuetud.Messanen.cap.7.gloss.15.par.1. num.21. Castill. de alimentis cap.69.num.8. lib. 8. Palm. alleg. 164. num. 9. Nolan. de transmission. Cas. 19. num. 16. Ventrigl. in prax. par. 2. annot. 1. §. 4. num. 20. ibique Carol. Anton. de Luc. num. 3. R. P. D. meus Petra in Comment. ad Constit. Apostolic. Const. 7. Gregor.IX. tom.2. pag.541. nu.31.* Immo etiam in casu, quo ultimus de familia donaret, & renunciaret juspatronatus ipsimet Ecclesiæ Patronali, adhuc hæc, licèt efficeretur libera teneretur ad illum alendum in casu inopiæ, & non censeretur donatum jus alimentorum *Lambertin. de jurepat. lib. 3. q. 3. art. 13. num. 3. Ventrigl. in prax. par. 2. annot. 1. §.4. num. 21.* Et in hoc sensu censeo procedere sententiam eorum, de quibus *dicto Canone III. Cas. III. num.4.* docentium jus alimentorum non transire in extra-

neos

neos, ſcilicet titulo donationis juriſpatronatus inter vivos exiſtentibus eis de familia fundatoris.

11 Ratio autem eſt quia jus alimentorum fundatur in munificentia, quam Eccleſia Patronalis accepit ab ultimo de familia, ſive ab ejus Parentibus, aut majoribus, hæc autem munificentia remanet, & non extinguitur per donationem juriſpatronatus factam extraneo ab ultimo de familia, non obſtante enim hac donatione, ſemper verum eſt ultimum de familia eſſe de ſanguine benemerito fundatoris, ac proinde eadem donatione non obſtante Eccleſia tenebitur ei honorem deferre, & alimenta exhibere; Et quia donatio juriſpatronatus inter vivos cum ſit odioſa venit ſtrictè interpetranda, itaut ſi intelligi poſſit de ſolo jure præſentandi, extendi non debet ad jus alimentorum juxta auctoritates ſuperiùs relatas *Caſ. I. n.* 7. cùm autem juſpatronatus multoties idem ſonat, ac juſpræſentandi, & ſumatur pro ſolo jure præſentandi, juxta *Lambertin. de jurepat. lib.* 1. *par.* 1. *quæſt.* 2. *art.* 3. *n.* 4. *Vivian. eodem tract. lib.* 5. *cap.* 2. *num.* 3. *Rot. in Bituntina juriſpatronatus* 31. *Januarii* 1716. §. *Et profecto coram R. P. D. Foſcaro inferius impreſſa Caſ. XI.* Hinc ultimus de familia donans extraneo purè, & ſimpliciter juſpatronatus præſumi debet ei donaſſe ſolum juſpræſentandi non vero jus alimentorum *Cravett. conſ.* 466. *nu.* 12. *Mantic. de tacit. lib.* 13. *tit.* 9. *n.* 18.

12 Maximè ſi de tempore donationis ultimus de familia donator fuiſſet pauper, aut poſt donationem Eccleſiam reparationi indigentem reparaſſet, ex his namque circumſtantiis fortius argueretur in dicta donatione comprehendere noluiſſe jus alimentorum, dum ſicuti noluit in ea comprehendere onus, & in commodum reparationis, & illud transferre in donatarium, ita præſumitur noluiſſe comprehendere commodum, & utilitatem alimentationis ſtante illa juris regula, quòd qui ſentit incommodum debet ſentire & commodum *C. ſecundum naturam ff. de regul. jur. Caſtren. conſ.* 307. *num.* 2. *lib.* 2., & aliis penes *Rot. in dicta Salernitana alimentorum ubi ſupra num.* 17.

13 Et quidem quòd ultimus de familia noluerit comprehendere in præfata donatione juriſpatronatus, jus alimentorum ſuadet factum ſubſecutum; ipſe enim poſt eamdem donationem Pauper effectus petiit ab Eccleſia Patronali, ſive ab hujus Rectore alimenta, ex quo facto ipſe donator declaravit ſuam donationem juriſpatronatus non importare jus alimentorum, ſed ſolum jus præſentandi, aliàs poſt ipſam donationem alimenta non petiiſſet, nec eſt prohibitum donatori declarare donationem; quoniam licèt ei licitum non ſit in inſtrumento actum donationis jam perfectum alterare, & novas in eo adjicere conditiones, niſi expreſſè hanc facultatem ſibi reſervaverit *l. perfecta C. de donat. quæ ſub modo l.* 2. *Cod. quæ adverſus donat. Mantic. de tacit. lib.* 13. *tit.* 47. *num.* 1. *& ſeqq. Covarr. var. reſol. lib.* 1. *cap.* 8. *de Donat. num.* 179. *Tondut. quæſt. Civil. par.* 2. *cap.* 110. *num.* 12. *Rot. deciſ.* 515. *num.* 1. *par.* 13. *rec.*, *& in Romana Donationum* 24. *Januarii* 1701. §. *Ejuſdemque*, *&* §. *Etenim coram Reverendiſſimo Molines*.

14

15 Tamen permiſſum, & licitum eſt Donanti ex intervallo verba donationis obſcura, & dubia (utì eſt verbũ *juſpatronatus*, quòd non clarè nec expreſſe importat jus alimentorum, cùm ſecundum uſum loquendi quandoque ſumatur pro ſolo jure præſentandi, ut ſupradictum fuit) per actum ſeparatum declarare, quæ declaratio omnino attendenda venit, ut docent *Bonden. colluct. legal.* 28. *num.* 44. *Palm. nep. alleg.* 231. *num.* 3., *& ſeqq. Rodulphin. alleg.* 114. *num.* 3. *Card. de Luc. de fideic. diſc.* 33. *num.* 22., *& diſc.* 135. *num.* 16. *Cyriac. controverſ. forenſ. cap.* 203. *nu.* 29. *Rot. deciſ.* 153. *num.* 9. *par.* 8., *& in Melevitana juriſpatronatus* 13. *Maji* 1707. §. *Parumque coram R. P. D. Kaunitz*, *& in dicta Romana donationum coram Reverendiſſimo Molines* §. *Quamobrem*, *& in Romana donationis* 4. *Februarii* 1711. §. *His igitur coram R. P. D. Anſaldo*.

16 Neque ultimus de familia habet ullam actionem petendi in hoc caſu ab extraneo donatario juriſpatronatus alimenta. Etenim, quòd donatarius teneatur alere donatorem pauperem procedit in caſu quo donator donaret juſpatronatus cum univerſitate omnium bonorum, & per talem donationem efficeretur Pauper, tunc quidem donator juriſpatronatus unà cum univerſitate omnium bonorum effectus pau-

pauper ali deberet à donatario,& sic cùm haberet aliunde vivere non posset peti ab Ecclesia Patronali alimenta, secus in casu præsenti, quo ultimus de familia donavit solum juspatronatus, & in quo talis donatio non fuit causa suæ paupertatis, ut advertunt *Abb. in cap. Propter de donat. num.3. Crott. cons.76. num.21.*

17 Quis autem esset præferendus in perceptione alimentorum si tam donans, quàm Donatarius juris patronatus esset Pauper? Uidetur dicendum in hoc casu esse præferendum donatarium, ut sentire videtur *Lambertin. de jurepat. lib. 3. qu.3. art. 13. num.2.* ibi -- *Concluderem in præsenti articulo, quòd si Patronus transtulit juspatronatus in alium, adeò quòd Ecclesia non efficiatur libera, quòd in illum sint translata omnia ista jura, & illum fore alimentandum si deveniret ad inopiam, & non transferentem juspatronatus, quia nimiùm gravaretur Ecclesia* --

18 At contrarium verius de jure procedere sentio; Etenim vel Ecclesia Patronalis habet redditus superfluos sufficientes pro alimentis utriusque, nimirum donantis, & donatarii juris patronatus, & debet utrique præstare alimenta,ultimo quidem de familia donanti pauperi ex debito, & obligatione ex Canone,alteri verò extraneo donatario, ex misericordia, & quadam æquitate, adeout Rector Ecclesiæ benefaceret præferre illum cæteris pauperibus: vel habet redditus superfluos sufficientes solùm pro alimentis unius personæ, & tunc debet præstare alimenta ultimo de familia donanti juspatronatus, & hunc extraneo donatario præferre propter supradictas rationes, videlicet quia in hujusmodi donatione juris patronatus comprehensa non sunt alimenta, nec poterant comprehendi, si ultimus de familia donans juspatronatus non habebat aliunde vivere,aliter prefata donatio esset nulla,cùm nequeant futura alimenta cedi, & renunciari, aliàs esset indirectè se ipsum necare,& fame perire *Donad.de renunciat. cap.4. num. 57. & seqq. tom.1. Covarr. de Matrim. par.2. cap.8. §.6. num.4. R. P. D. Petra ad Constit. Apostolic. unic. Honorii II. sect.2. tom.1. pag.597. num.58. §. Ita etiam & in Comment. ad Constit. Gregorii IX. num.13. tom.2. pag.541.* Lambertinus autem in contrarium adductus procedit in casu, quo transferens juspatronatus haberet aliunde vivere.

ARGUMENTUM.

Ad validitatem donationis Juris patronatus favore Laici requiritur consensus Episcopi, & non sufficit consensus Vicarii Capitularis sede vacante, aut Vicarii Generalis, absque speciali mandato; secus in donatione Juris patronatus facta Compatrono, aut Ecclesiæ. Et an hujusmodi consensus Ordinarii intervenire possit ex post facto, & retrotrahi ad diem donationis?

SUMMARIUM.

1 *Patronus per donationem à se abdicat juspatronatus, illudque transfert in Donatarium.*

2 *Vicarius Capitularis an confirmare possit donationes juris patronatus?* & n.15.

3 *Consensus Episcopi non requiritur, ut interveniat in ipso actu donationis, sufficit si ex post interponatur.*

4 *Enumerantur modi, quibus fieri potest donatio juris patronatus à Patrono.*

5 *Consensus Episcopi non requiritur in donatione juris patronatus cum universitate bonorum, aut favore Ecclesiæ,aut favore Compatroni facta,* & num.6. & 7.

8 *Non requiritur consensus Ordinarii in translatione juris patronatus facta per Universitatem Patronam non directè, sed consecutivè.*

9 *In donatione juris patronatus facta à patre favore filii, an requiratur consensus Ordinarii.*

10 *Requiritur consensus Episcopi in donatione juris patronatus de per se directè facta Laico omnino extraneo.*

11 *Qui consensus præstari potest per Episcopum extra proprium territorium, & non requiritur, quòd sit expressus, sufficit tacitus; & ex quibus præsumatur?* Vide ibi.

12 *Tacitus consensus Ordinari,an excludatur per expressum subsequenter reportatum à Donatario?*

13 *Donatio juris patronatus facta Laico omnino extraneo absque consensu Ordinarii est nulla.*

14 *Patronus ante confirmationem Ordinarii potest*

potest iterum alteri donare juspatronatus, aut præsentare, imo & donationem revocare. Intellige ut ibi. *Et ejus præsentatio est admittenda, & præferenda præsentationi factæ à Donatario.*

16 *Vicarius Generalis non potest confirmare donationes juris patronatus, etiam absente Episcopo, absque hujus speciali mandato.*

17 *Hujusmodi speciale mandatum in Vicario Generali, ex quibus præsumatur?*

18 *Consensus, seu confirmatio Episcopi obtenta à Donatario juris patronatus post præsentationem factam à Patrono Donante, ei non suffragatur pro ea vacatione, sed solùm pro futuris vacationibus.*

19 *Episcopus in præjudicium præsentati à Patrono Donante, cui medio tempore fuit jus quæsitum, non potest confirmare donationem juris patronatus.*

20 *Consensus, seu confirmatio Episcopi an, & quando retrotrahi possit ad diem donationis.*

21 *Juspatronatus, seu jus nominandi ad Cappellanias merè laicales, aut ad alia legata pia transferri, & donari potest absque consensu Ordinarii.*

22 *In translatione, seu donatione juris patronatus Ecclesiastici non sufficit consensus Ordinarii, sed requiritur beneplacitum Apostolicum.*

CASUS IV.

SEde Episcopali vacante donavit Patronus Ecclesiæ A. juspatronatus, quod in ea jure hæreditario possidebat, Titio Laico, & omnino extraneo, cum approbatione Vicarii Capitularis. Deinde provisa sede Episcopali de novo Episcopo, & succedente hoc interim vacatione ejusdem Ecclesiæ Patronalis, Patronus donans præsentavit ad illam quemdam Sacerdotem; è contra Titius donatarius præsentavit aliam personam idoneam, ac postmodum obtinuit confirmationem, & approbationem hujus donationis à novo Episcopo. Quæritur quænam præsentatio in hoc casu sit præferenda?

Prima facie concludendum videtur esse præferendam præsentationem factam à Donatario, ejusque præsentatum esse ab Episcopo in dicta Ecclesia instituendum, ad exclusionem præsentati à Patrono donante.

1 Patronus namque per supradictam donationem à se abdicavit juspatronatus, illudque transtulit in Donatarium; unde non potest ampliùs præsentare, & contra donationem à se factam venire, sed præsentatio totaliter spectabit ad Donatarium, ac proinde ab hoc præsentatus venit instituendus. *Rot. decis. 803. num. 12. coram Emerix jun. & in Derthonen. Beneficii S. Catharinæ 20. Aprilis 1708. §. Nec movit coram R. P. D. Polignac.*

2 Neque adversùs hujusmodi donationem opponi valet defectus consensus, &
2 confirmationis Episcopi. Tum quia statim ac sequuta fuit donatio, confirmata fuit à Vicario Capitulari, qui cùm sede vacante succedat in jurisdictionalibus Episcopi, ad *Text. in cap. is, qui de ma. & obed. & cap. cùm olim eod. tit. in 6. & cap. 1. nè sede vacante in 6. Fagnan. in cap. his, quæ de maior. & obed. num. 49. Card. de Luc. de Regul. disc. 64. nu. 18. & in annot. ad Concil. disc. 31. num. 1.* videtur posse validè consentire, & confirmare donationes juris patronatus, juxta sensum *Calderini cons. 3. de jurepatr. num. 1.*, quem sequi videtur *Roch. de Curt. de jurepatr. verb. pro eo num. 24.* Tum quia accessit etiam consensus, & confirmatio Episcopi ex post, dum Titius Donatarius juris patronatus post expletam præsentationem Rectoris ad Ecclesiam A. Patronalem vacantem, obtinuit à novo Episcopo consensum, & confirmationem donationis, quod sufficit ad hoc, ut hæc donatio dicatur valida, & apta abdicandi juspatronatus à Donante, & illud transferendi in
3 Donatarium, ea ratione, quia cùm consensus Episcopi in donatione Juris patronatus non requiratur per modum auctoritatis, nec per modum solemnitatis, sed per modum simplicis consensus, eo quia Episcopus debet inquirere, an donatio expediat Ecclesiæ, vel non, & an adsit fraus, vel ficta venditio, non est necesse, ut interveniat in ipso actu donationis, sed sufficit si ex post interponatur, dum retrotrahitur ad diem donationis. *Lambertin. de jurepat. lib. 1. par. 2. q. 1. art. 16. Capon. discept. 12. num. 29. to. 1. & discept. 193. num. 8. tom. 3. Palm. alleg. 77. num. 5. tom. 1. Rot. decis. 101. num. 7. par. 7. rec. & decis. 255. num. 5. coram Cerro, & in Recanaten. beneficii 9. Maji 1701. §. Cessat coram*

ram R.P.D. Lancetta. Quia retrotrahitur ad diem donationis. *Antunez de donat. Reg. lib.3. cap.28. num. 43. Rub. annot. ad decis.46. num.68. par. 9. rec. & decis. 177. num.7. coram Peutinger. & decis.455. n.6. & 12. coram Cerro, Adden. ad decis. 702. num.10. coram Buratt. & in Melevitana juris patronatus 13. Maji 1707. §. Parumque coram R.P.D. Kaunitz.*

Verùm his non obstantibus censeo præsentationem factam à Donante esse præferendam, & ab eo præsentatum esse instituendum in hac vacatione Ecclesiæ Patronalis.

4 Pro cujus veritatis assequutione præmitto multipliciter fieri posse donationem Jurispatronatus à Patrono. Patronus namque donare potest Juspatronatus cum universitate bonorum, & potest illud donare de per se; de per se autem potest illud donare Compatrono, Ecclesiæ, aut Laico; & quidem potest donare Laico non directè, sed consecutivè, vel Laico proximè successuro juripatronatus, vel Laico simpliciter.

5 Si Patronus donet juspatronatus non de per se, sed cum universitate bonorum, cuicumque illud donet, pro validitate hujus donationis non requiritur consensus, confirmatio, aut approbatio Ordinarii. *Roch. de Curt. de jurepatr. verb. pro eo num.4. Fagnan. in cap. ex literis de jurepat. num.45. Card. de Luc. de jurepatr. disc.19. num.14. & disc.56. num. 6. Vivian. eodem tract. lib.4. cap.1. num.15. Olea de cession. jur. tit.3. q.8. num.26. Capon. discept.193. num.9. & 53. tom.3. Rot. in Lunen. Sarzanen. Beneficiorum post Bertachin. vot. de-*

6 *cis.47. num.5.* Sicuti non requiritur idem consensus, & confirmatio Ordinarii si donet juspatronatus de per se Ecclesiæ, aut personæ Ecclesiasticæ intuitu dignitatis, vel officii Ecclesiastici. *Fagnan. in cap. querelam de elect. num.23. & in cap. cùm propter de jurepat. nu. 16. Card. de Luc. dè jurepat. disc.56. num. 13. Gratian. discept. 107. num. 2. Tondut. quæst. benef. cap. 54. num.13. tom.1. Duran. decis.463. nnm. 3.*, & dixi superiùs *in Comment. conclus.2.* Aut

7 si donet illud de per se Compatrono. *Cardin. de Luc. de jurepat. d. disc.56. num.13. Gratian. discept. 577. num. 37. Capon. discept.12. num.32. tom.1. Rot. decis.101. n.5. par. 7. Add. ad dec.420. n.7. cor. Ludovis.*

8 Neque requiritur idem consensus si Universitas Patrona transferat Juspatronatus, seu jus præsentandi de per se in Laicum non directè, sed consecutivè illum nimirum aggregando in Collegium. *Lambertin. de jurepat. par.1. q. 3. art. 17. num. 11.* quem refert, & sequitur *Rot. in Syracusana Præposituræ 5. Decemb. 1696. §. Absque eo quod, coram bon.mem. Muto.*

9 Si verò pater Patronus donet Juspatronatus de per se proprio filio intuitu illius personæ, non verò dignitatis, aut officii Ecclesiastici, quod ipse filius gerat; pro validitate hujus donationis requiri consensum Ordinarii sentit. *Rot. decis. 231. par.2. num.3. apud Caputaquen.* cum qua pertranseunt *Gratian. discept.577. nu. 38. Rot. decis.238. num. 8. par. 10. rec.* ea ratione, quia filius vivente patre nullum jus habet in Jurepatronatus hæreditario, neque est Compatronus, sed se habet ad instar extranei. Contrariam tamen sententiam sequitur *Card. de Luc. de jurepat. disc.56. num. 14.* quam censeo veriorem, quia licèt filius respectu Jurispatronatus hæreditarii non sit hæres necessarius, cùm pater in testamento possit illud omnino extraneo relinquere, tamen dicitur proximè successurus, adeout donatio ipsa se habeat ad instar præventivæ successionis, in qua non requiritur consensus Ordinarii; & quia in hac donatione cessat illa ratio, ob quam requiritur consensus Ordinarii, videlicet suspicio simoniæ, vel fraudis.

10 Requiritur tamen indispensabiliter ad validitatem donationis consensus, & confirmatio Ordinarii, in cujus Diœcesi sita est Ecclesia, aut Beneficium Patronale, si Patronus donet Juspatronatus sive erectum, sive erigendum de per se directè Laico omnino extraneo, juxta supradictos Canones, & auctoritates in *Commentario* deductas, quibus addo *Vivian. de jurepat. lib.4. cap.1. nu.17. & 34. Rodulphin. alleg.31. num.1. Capon. discept. 12. num.26. tom.1. Palma alleg.77. num.4. tom.1. Olea de cession. jur. tit.2. q. 5. nu. 3. Tondut. quæst. benef. cap.54. num. 3. tom.1. Mantic. decis.86. num.5. Duran. dec. 463. num.1. & 4. Rot. decis.337. num.4. par. 2. rec. Adden. ad decis.46. num.57. par.9. rec. & decis.555. num. 1. par. 3. & decis. 420. num.1. & 7. coram Ludovis. & decis. 177. num.5.*

num. 5. *coram Peutinger.* & *in Malevitana juriſpatronatus* 13. *Maji* 1707. §. *Nec obſtat coram R.P.D. Kaunitz*, & reſolutum fuit à Sacra Congregatione Concilii in *Dubio juriſpatronatus* 13. *Aprilis* 1680. *Lib. Decr.* 31. *pag.* 96.

11 Qui conſenſus neceſſarius ad validitatem hujuſmodi donationis poteſt præſtari per Epiſcopum extra proprium territorium, cùm confirmare donationem juriſpatronatus ſit actus voluntariæ juriſdictionis. *Carol. Anton. de Luc. ad Ventrigl. annot.* 26. §. *unic. num.* 7. & non requiritur, quòd ſit expreſſus, ſufficit enim tacitus, qui præſumitur primò, ſi donatio fiat præſente Epiſcopo, & iſto non contradicente. *Capon. diſcept.* 12. *num.* 31. *tom.* 1. Secundò, ex præſentationibus factis à Donatario, & ab Ordinario admiſſis, *Lambertin. de jurepat. par.* 2. *lib.* 1. *q.* 1. *art.* 7. *num.* 5. *Gratian. diſcept.* 303. *num.* 24. *in fin. Rot. deciſ.* 555. *nu.* 3. *par.* 3. *rec.* & *deciſ.* 177. *num.* 6. *coram Peutinger.* & *deciſ.* 803. *num.* 13. & *ſeq. coram Emerix jun. Adden. ad Gregor. deciſ.* 420. *ſub nu.* 7. *verſic. Item ſufficit*, *Ro-. in Maioricen. Beneficii* 28. *Novembris* 1704. §. *Non obſtat coram ho.me. Muto*, & ſentiit Sacra Congregatio Concilii *in Nullius*, *ſeu Firmana* 5. *Febr.* 1650. *Lib. Decr.* 19. *pag.* 25. Tertiò, ex ſolo lapſu 40. annorum cum obſervantia. *Lambertin. ubi ſupra art.* 8. *num.* 1. *Vivian. eod. tract. lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 74. *Adden. ad Gregor. d. deciſ.* 420. *num.* 7. *verſ. verum*, *Rot. deciſ.* 803. *num.* 13. *coram Emer. jun.* & *in Compoſtellana Parochialium* 13. *Martii* 1716. §. *Inſuhſiſtentiam coram*

12 *R. P. D. Anſaldo*. Nec tacitus iſte conſenſus Ordinarii excluderetur per expreſſum conſenſum donationis ſubſequenter reportatum à Donatario, quia diceretur reportatus, & procuratus ex abundanti, & ad majorem cautelam, & propterea non præjudicaret. *Gratian. diſcept.* 141. *num.* 13. *Rot. deciſ.* 830. *nu.* 24. *coram Dunozett.* & *deciſ.* 905. *coram Cerro*, & alii apud *Rot. in dicta Majoricen. Beneficii* 28. *Novembris* 1704. §. *final. coram Muto*.

13 Hoc præmiſſo jam clarè apparet ratio, & veritas præfatæ concluſionis, quia nimirum cum donatio juriſpatronatus fuerit facta à Patrono non intuitu Eccleſiæ, nec favore Compatroni; Sed de per ſe, & directè Laico omnino extraneo, abſque conſenſu Ordinarii, ipſa dicitur nulla, nullumque jus per eam abdicatum fuit à donante, & acquiſitum Donatario. Ac

14 proinde poterat Patronus, aut etiam ejus hæres poſt illius mortem, non obſtante donatione validè præſentare, imò juſpatronatus iterum alteri donare *Rot. deciſ.* 18. *lib.* 2. *coram Puteo*, & *deciſ.* 337. *num.* 2. *par.* 2. & *deciſ.* 258. *num.* 5. *par.* 9. *recent. Adden. ad deciſ.* 46. *num.* 62. & 64. *par.* 9. *recent.* & *ad Gregor. deciſ.* 420. *n.* 7. & fuit reſolutum à Sacra Congregatione Concilii *in Melphiten.* 4. *Maji* 1647. *lib. decr.* 16. *p.* 519.; Et primam donationem revocare niſi munita fuerit juramento de eam non revocando; Etenim ſi Patronus donaverit juſpatronatus cum juramento non revocandi donationem, nec ei umquam contraveniendi, donatio ratione talis juramenti ex parte Patroni Donantis erit irrevocabilis etiam ante confirmationem Ordinarii, *Rot. deciſ.* 549. *num.* 4. & *deciſ.* 593. *num.* 3. *coram Emerix jun.*, & *deciſ.* 80. *num.* 5. & *ſeqq. par.* 17. *rec.* & *in Lunen. Sarzanen. Beneficiorum apud Bertachin. vot. deciſ.* 47. *num.* 24. Nec donanti eſſet concedenda abſolutio à tali juramento ad effectum agendi contra propriam donationem, cùm illud ſit ex omni parte licitum *Abb. in cap. cùm contingat de jure juran. num.* 21. Adeout præſentatio, facta à Patrono donante, eſt admittenda, & præferenda præſentationi donatarii nullum præſentandi jus habentis in hac vacatione beneficii, ſeu Eccleſiæ patronalis, juxta *Calderin. conſ.* 6. *de jurepat. num.* 1. *Lambertin. de jurepat. lib.* 1. *par.* 2. *quæſt.* 1. *art.* 17. *num.* 10. *Card. de Luc. de jurepat. diſc.* 56. *num.* 10. *Carol. Anton. de Luc. ad Gratian. diſcept.* 303. *num.* 9. *Rodulphin. alleg.* 32. *num.* 7. *Mantic. dec.* 86. *num.* 7. *Rot. deciſ.* 277. *num.* 12. *coram Bich. Adden. ad deciſ.* 420. *num.* 7. *coram Ludoviſ.* & *deciſ.* 337. *num.* 7. *par.* 2. *rec.* & *deciſ.* 652. *num.* 14. & 17. *coram Coccin.*, & *deciſ.* 620. *num.* 1. *coram Emerix jun.*, & *in Melevitana juriſpatronatus* 13. *Maji* 1707. §. *Nec obſtat coram R.P.D. Kaunitz*.

15 Non obſtat, quòd hujuſmodi donatio fuerit confirmata à Vicario Capitulari; Quoniam Vicarius Capitularis, ſeu Capitulum ſede vacante facultatem non habet confirmandi donationes juriſpatronatus

natus *Barbos. de offic.*, *& potest. Episcopi par. 3. alleg. 71. num. 24. Vivian. de jurepat. lib. 4. cap. 1. num. 26. Pellegr. in. prax. Vicar. par. 1. sect. 4. subsect. 3. nu. 22. Ciarlin. controv. for. lib. 1. cap. 107. num. 84.*, cùm ipsum sede vacante non succedat in jurisdictione Episcopi voluntaria, utì est actus confirmandi has donationes, sed in necessaria tantùm *Gloss. in Clement. 1. verb. Capituli de hæretic. Fagnan. in cap. Illa ne sede vacante num. 13.*

16 Immò nec ipsemet Vicarius Generalis Episcopi etiam absente Episcopo potest validè confirmare, & auctorizare similes donationes, nec explicitè, nec implicitè, instituendo scilicet præsentatum à Donatario, nisi habeat ab Episcopo speciale mandatum, quia absentia Episcopi non dilatat facultatem Vicarii nisi in casibus à jure expressis *Text. in cap. Nullus de tempor. ordin. in 6. Gratian. discept. 303. n. 10. & seqq. Barbos. de offic. & potest. Episcopi par. 3. alleg. 71. num. 25. Vivian. de jurepat. lib. 4. cap. 1. num. 25. Palma alleg. 77. num. 4. tom. 1. Rot. decis. 576. num. 1. par. 1. recent. & decis. 257. num. 1. & 337. nu. 5. par. 2. recent.*, *& decis. 555. num. 1. & 3. par. 3. rec. Adden. ad decis. 46. num. 73. & 76. par. 9. recent. & decis. 277. num. 3. coram Bich. & decis. 420. num. 2. & 8. coram*

17 *Ludovis.*: Quod speciale mandatum, seu facultas specialiter delegata ab Episcopo omnino necessaria pro auctorizandis donationibus jurispatronatus præsumitur in Vicariis Generalibus ex consuetudine, & observantia, seu ex pluribus confirmationibus donationum jurispatronatus per Vicarios factis per spatium multi temporis *Mantic. decis. 86. num. 10. Rot. dec. 598. num. 12. par. 1. divers. & decis. 536. sub num. 3. par. 1. rec. Adden. ad Gregor. decis. 420. num. 8. & in Majoricen. beneficii* 28. *Novembris* 1704. §. *Minimè coram Muto*.

18 Minusque attendi valet pro validitate ejusdem donationis consensus, & confirmatio novi Episcopi illius Diœcesis, in qua situm est Beneficium Patronale, siquidem cùm hæc confirmatio fuerit successivè obtenta à Donatario, tempore non habili, nimirum post præsentationem factam à Patrono Donante; Et sic postquam fuerit medio tempore jus quæsitum Præsentato à Patrono suffragari non potest Donatario pro ea vacatione, sed solùm pro futuris vacationibus; *Rot. decis. 177. num. 3. coram Peutinger. & decis. 140. num. 4. post Vivian.*, *& in Lunen. Sarzanen. Beneficiorum post Bertachin. vot. decis. 47. num. 25.*, *& in Recanaten. Beneficii 9. Maji* 1701. §. *Quin relevet coram R. P. D. Lancetta*. Imò Episcopus in præjudicium presentati à Patrono, cui medio tempore erat jus quæsitum non poterat consentire, & confirmare dictam donationem jurispatronatus. *Rot. dec. 463. num. 7. coram Duran. & decis. 255. num. 7. coram Cerro*; Et ejus consensus, & confirmatio subsequuta, re amplius non integra; post videlicet præsentationem exaratam à Patrono donante retrotrahi nequit ad diem donationis in præjudicium præsentati, cui ante confirmationem fuit jus quæsitum, *Rodulphin. alleg. 32. num. 7. Rot. dec. 277. n. 14. coram Bich.*

20 Quoniam retrotractio consensus, seu confirmationis Ordinarii omnino requisitæ ad validitatem donationis jurispatronatus favore Laici locum dumtaxat habet re integra, seu quando medio tempore non est alteri jus quæsitum; Aut etiam quando Donatarius petierit ab Episcopo confirmationem donationis, & Episcopus neglexisset illam præstare, aut sinè justa causa confirmare recusasset, & Donatarius contradictioni Episcopi non consensisset, sed recursum habuisset ad Superiorem; tunc enim si Patronus donans præsentaret, aut alteri donaret juspatronatus, confirmatio subsequuta retrotraheretur ad diem donationis in præjudicium medio tempore præsentati, aut secundi Donatarii, ut expresè docent. *Lambertin. de jurepat. lib. 1. par. 2. quæst. 1. art. 21. num. 3. Card. de Luc. eodem tract. disc. 56. num. 12. Carol. Anton. de Luc. ad Gratian. discept. 303. num. 10. Mantic. decis. 86. n. 7. & seqq. Adden. ad decis. 46. num. 72. par. 9. recent. & ad decis. 702. num. 11. coram Burat. Rot. decis. 277. num. 15. coram Bich. & in Melevitana Beneficiorum* 10. *Junii* 1712. §. *Quòd autem coram R. P. D. Aldrovando superiùs impress. Part. I. Can. V. Cas. XIII. num. 26.* Non verò locum habet re non integra, & quando fuit alteri medio tempore jus quæsitum; Sic si Patronus post primam donationem jurispatronatus favore Laici donaret idem juspatronatus

Com-

Compatrono, aut Eccleſiæ, ſeu loco pio, & deinde ſuperveniret conſenſus, aut confirmatio Ordinarii, iſte conſenſus ſuperventus retrotrahi non poſſet ad diem primæ donationis in præjudicium compatroni, aut Loci pii ſecundi Donatarii, quibus ſtatim acquiſitum fuiſſet jus, ſed ſuſtineretur ſecunda donatio in præjudicium primæ, ut in terminis ſecundæ donationis favore compatroni teſtantur *Roch. de Curt. de jurepat. verb. ipſe, vel is num. 36. in fin. Lambertin. eodem tract. lib. 1. par. 2. quæſt. 1. art. 17. num. 10. & art. 19. Rot. deciſ. 463. num. 5. & ſeqq. coram Duran. & deciſ. 277. num. 13. coram Bich.*, & *deciſ. 306. num. 7. par. 11. rec.*; Et in terminis ſecundæ donationis favore Eccleſiæ, aut loci pii tuentur *Tondut. quæſt. benef. cap. 54. num. 14. & ſeq. tom. 1. Capon. diſcept. 22. num. 12. tom. 1. Duran. dicta deciſ. 463. num. 7. & ſeq.* Sic etiam ſi Patronus donator, aut ejus hæres iterum donaret ante confirmationem Ordinarii alteri juſpatronatus, & iſta ſecunda donatio eſſet confirmata ab Ordinario; Aut ſi transferret juſpatronatus in hæredem cum generali ſucceſſione, & deinde accederet confirmatio primæ donationis, hæc retrotrahi non poſſet in præjudicium ſecundi donatarii, aut hæredis, juxta *Abb. quæſt. 5. num. 5. Lambertin. de jurepat. lib. 1. par. 2. quæſt. 1. art. 17. num. 10. & 16. Rodulphin. alleg. 31. num. 4. & ſeq. Carol. Anton. de Luc. ad Gratian. diſcept. 303. nu. 8. & ſeq. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcopi par. 3. alleg. 70. num. 21. Rot. dec. 277. n. 13. coram Bich.*

Hìc tamen notandum venit ſupradicta procedere in jurepatronatus Beneficii Eccleſiaſtici; non verò in jurepatronatus, ſeu jure nominandi ad Cappellanias merè laicales, ſeu legata pia; quoniam juſ-
21 patronatus, ſeu jus nominandi ad hujuſmodi Cappellanias, aut ad alia legata pia validè alienari, transferri, & donari poteſt cuicumque perſonæ abſque conſenſu, & actoritate Ordinarii; quia Canones iſti loquuntur ſolùm de jurepatronatus Beneficiorum Eccleſiaſticorum, non verò de jurepatronatus ſimilium Legatorum, ut animadvertit *Card. de Luc. de jurepat. diſc. 53. num. 2.* Procedere etiam in jurepatronatus mere laicali; non verò in jurepatronatus Eccleſiaſtico; Quia ad va-
22 liditatem donationis, & alienationis juriſpatronatus Eccleſiaſtici favore cuiuſcumque perſonæ ſive Laicæ, ſive Eccleſiaſticæ, ſive Compatronæ, ſive omnino extraneæ hodie non ſufficit conſenſus Ordinarii, ſed requiritur Beneplacitum Apoſtolicum juxta *Extravag. ambitioſæ de reb. Eccleſ. non alienan.* & docent *Turricell. de reb. Eccleſ. non alienan. cap. 8. num. 13. Rot. deciſ. 1312. coram Seraph. & dec. 191. num. 8. par. 5. & deciſ. 129. num. 16. par. 7. recent. & deciſ. 533. num. 15. coram Emerix jun.* & notavi ſuperiùs *Part. I. Can. VII. Caſ. Unic. num. 8.*

ARGUMENTUM.

Donatio Juriſpatronatus facta à Sene, an, & quando ſuſtineatur, & an in donatione Juriſpatronatus requirantur ſolemnitates ſtatutariæ?

SUMMARIUM.

1 *Senes æquiparantur pueris, & dicuntur repuereſcere; ſed quomodo hoc procedat?* Vide num. 7.

2 *Donatio juriſpatronatus facta ad preces Donatarii an ſit ſimoniaca?* & n. 13.

3 *Donatio juriſpatronatus non ſervatis ſolemnitatibus ſtatutariis an ſuſtineatur?* & num. 14.

4 *Patronus ſenex poteſt validè donare juſpatronatus.*

5 *Non omnis ſenectus cauſat nullitatem donationis.*

6 *In dubio quo quiſque ſenior eſt, eo præſumitur prudentior.*

8 *Prætendens nullam donationem juriſpatronatus ob ſenectutem Patroni, tenetur concludentiſſimè probare de tempore donationis Patronum ſenem habuiſſe illam ſpeciem imbecillitatis, & levitatis judicii, quæ cauſat inſufficientiam, & defectum mentis.* Amplia ut num. 10.

9 *Quilibet etiam ſi ſit centum annorum præſumitur eſſe ſanæ mentis.*

10 *Ex quibus conjecturis excludatur imbecillitas, & levitas mentis in Patrono ſene.*

11 *Preces non important dolum, & machinationem, neque arctant liberam voluntatem diſponentis.*

12 *Senes non facilè dolis, & artibus decipiuntur.*

15 *Statuta Laicorum nequeunt comprehendere res spiritualitati annexas, nisi sint confirmata à Sede Apostolica*. Intellige ut ibi.

CASUS V.

GRavi, ac ferè decrepita senectute laborans quidam Patronus donavit donatione irrevocabili inter vivos, mediante publico Instrumento coram Testibus, & Notario, Juspatronatus Beneficii A. pinguis, ejus amico benemerito roganti, & precibus petenti hanc donationem, absque tamen decreto Judicis sæcularis, requisito in donationibus à Statuto municipali. Defuncto eodem Patrono, ejus hæres universalis impugnavit hanc donationem tamquam nullam, prætendens excludere Donatarium, qui intendebat præsentare proprium filium, à præsentatione novi Rectoris dicti Beneficii nuper vacati. Hinc quæro an revera hæc donatio Juriſpatronatus sit valida, & sustineri possit?

1 Quòd non sit valida suadere videntur quamplures circumstantiæ; Et prima, quia videtur carere consensu Donantis: fuit namque facta à Patrono sene, & ferè decrepito, & sic non maturo consilio, & animi certa determinatione, & cognitione, sed levitate, & imbecillitate intellectus processit, dum homo in eo statu gravis, ac ferè decrepitæ senectutis, videtur se nescire, non habere neque velle, neque nolle, & repuerascere, seu pueris omnino æquiparari, ut notat *Textus in cap. Tanta dist.* 86. ibi-- *Senes dicti sunt, quia se nesciunt, delirant enim per nimiam ætatem, quidam tamen senes dictum putant à sensus diminutione, eo quia jam præ vetustate desipiant, Physici enim dicunt puerorum, & senum ætates convenire*: & animadvertunt *Tiraquell. de pœnis temperan. aut remitten. cauſ.* 8. *num.* 3. *& seqq. Andreol. controv.* 89. *num.* 1. *tom.* 1. *Gratian. discept.* 506. *nu.* 20. *& seq. Oddus de rest. in integr. par.* 2. *q.* 80. *nu.* 110. *Donad. de renunciat. cap.* 31. *n.* 15. *& 18. tom.* 2. Unde ficuti donatio facta à puero de per se ob imbecillitatem intellectus dicitur nulla, ita ob eamdem rationem nulla existimari debet donatio Juriſpatronatus facta à sene.

Præterea idem Patronus senex devenit ad hanc donationem non motu proprio, sed precibus ipsius amici donatarii inductus, ex quo duo sequi videntur. Primò, quòd ipse Donator non liberè consensum donationi præstiterit, sed dolo, fraude, ac malis artibus fuerit à donatario seductus, ut sic iste præsentare posset proprium filium ad Beneficium pingue. Secundò,

2 quòd hæc donatio Juriſpatronatus sit simoniaca, utpote facta à Patrono intuitu rei temporalis, nimirum intuitu precum donatarii, ex superiùs deductis *Can. XII., & XIII. Cas. VIII. num.* 1.

3 Altera autem circumstantia eamdem insubsistentiam hujusmodi donationis suadens est, quia Patronus donavit Juspatronatus absque decreto Judicis omnino requisito in donationibus à Statuto municipali; Unde cum à dispositione Statuti non liceat recedere, *Palm. allegat.* 262. *num.* 4. *tom.* 3. donatio hæc Juriſpatronatus facta à Patrono non servata forma à dicto Statuto præscripta videtur nulla, iuxta *Card. de Luc. de donat. disc.* 18. *n.* 1., *& disc.* 21. *n.* 3. *Francisc. Palma consult.* 24. *num.* 14. *Rot. decis.* 410. *num.* 2. *par.* 2. *decis.* 293. *num.* 1. *par.* 4. *tom.* 1. *rec. & in Nucerina Donationis* 12. *Decembris* 1710. §. *Præsupposita coram R.P.D. Aldrovando*.

4 At his omnibus motivis, & circumstantiis posthabitis pro validitate, & subsistentia supradictæ donationis censeo respondendum: Jus namque patronatus hujusmodi numerabatur inter bona Patroni, & ab eo jure proprio possidebatur, unde poterat iste validè in proprium amicum titulo donationis illud transferre; Cùm licitum sit unicuique non solùm extraneo, verùm etiam penitùs ignoto rem propriam donare. *Samin. controv.* 143. *n.* 1. *& seqq. Rot. dec.* 191. *num.* 5. *coram Dunozzet. jun., & in Nullius, seu Sublacen. Donationis* 26. *Junii* 1711. §. *Cùm enim coram R.P.D. Lancetta*.

5 Neque validitati hujus donationis opponi valet senectus Patroni donantis, quoniam non omnis senectus est impedimentum, quo minùs, quis possit validè donare, sed illa solùm, quæ est unita cum hebetudine mentis, & levitate, seu infirmitate judicii, ad *Text. in l. Senectus* 16. *Cod. de donat.* ibi-- *Senectus ad donationem faciendam sola non est impedimentum*-- *Andreol. controv.* 89. *num.* 3. *Antonell. de tempor. legal. lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 5. *Merlin.*

Pignat-

Pignattel. cent. 2. cap. 52. num. 11. Rota dec. 191. nu. 2., & seqq. coram Dunozzet. sen., & in Albanen. Donationis 9. Martii 1711. §. Quippe coram R. P. D. Aldrovando; Adeôque ex eo præcisè, quòd Patronus donaverit proprio amico suum Juspatronatus in statu gravis senectutis, deduci nequit donationem carere consensu necessario pro ejus validitate, immo potiùs ex hoc argui debet ipsam fuisse factam saniori consilio, maturitate, ac prudentia, cùm in senibus reperiatur major
6 prudentia, & intellectus, quàm in juvenibus, & in dubio, quo quisque senior est, eo præsumitur prudentior, & animi virtutibus superior, dum senectus ætate fit doctior, usu tritior, processu temporis sapientior, ut testantur *Job. 12.* ibi -- *In antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia* -- & *Ecclesiasticus 25.* ibi -- *Quam speciosum caniciei judicium, quam speciosa veteranis sapientia, & gloriosus intellectus, & consilium* -- & est *Textus in cap. Porrò dist. 84.* ibi -- *Unde, & in proverbiis dicitur, Gloria senum canicies, hæc vero canicies sapientiam designat, de qua scriptum est canicies hominum prudentia est: Tiraquell. de jure primogenit. in præfat. num. 89.*

7 Hinc auctoritates superiùs in contrarium allatæ §. *Quod* asserentes senes equiparari pueris, & repuerascere, procedunt in senectute non simplici, sed unita cum hebetudine mentis, & imbecillitate judicii, quæ sensum abstulit, juxta *Glos. in d. l. Senectus Cod. de donat. verb. sola, Merlin. Pignattell. cent. 2. cap. 52. nu. 23. Gratian. discept. 506. num. 23., & seqq. Odd. de restitution. in integr. par. 2. quæst. 80. num. 110.*

8 Hæres igitur dicti Patroni defuncti, qui prætendit nullam hanc donationem juris patronatus ex defectu consensus, & excludere donatarium à præsentatione novi Rectoris, durum onus habet probare per exactas, & concludentissimas probationes Patronum senem habuisse illam speciem imbecillitatis, & levitatis judicii, quæ causat insufficientiam, & defectum mentis, dum ad effectum, ut quis dicatur incapax donandi, & disponendi de rebus suis non sufficit quæcumque levitas, & imbecillitas judicii usum rationi non adimens, & quidem probare debet habuisse dictam speciem imbecillitatis de tempore donationis, aliàs nihil prodesset si solùm per alicujus temporis intervallum constaret de imbecillitate mentis, ac judicii levitate ejusdem Patroni donantis; eodem modo, quo prætendens nullam donationem juris patronatus ob furorem, & dementiam Patroni donantis tenetur probare de tempore donationis illam speciem furoris, & dementiæ, quæ prorsus tollit usum rationis, ad *Text. in l. 2. ff. de testam. Menoch. consil. 683. num. 12. & 15. Mans. consult. 29. nu. 31. Rub. de testam. cap. 13. num. 93. & seqq. Caren. resol. 171. num. 14. Antunez de donat. Reg. lib. 3. cap. 15. num. 25. Rota decis. 256. num. 5. & seqq. coram Buratt., & dec. 191. num. 10. & seqq. coram Dunozzet. sen., & decis. 52. post Albit. de inconstant. in judic. nu. 13., & decis. 366. n. 7. coram Cavaler., & dec. 44. num. 17. coram Ansaldo, & in Albanen. Donationis 9. Martii 1711. §. At non solùm, & §. Hæc autem coram R. P. D. Aldrovando.*

Ratio verò quare hæres prætendens nullam hanc donationem ob imbecillitatem, & levitatem judicii Patroni donantis, sit adstrictus ad dictum onus concludentissimæ probationis, est, quia Donatarius dicti Juspatronatus pro se habet Juris assistentiam, & præsumptionem,
9 juxta quam quilibet etiam si sit centum annorum præsumitur esse sanæ mentis, cùm naturale sit quem esse mentis compotem, imbecillem verò, & levem accidentale, juxta *Text. in l. nec codicillos 5. C. de codicillis, Mans. consult. 29. num. 11. Rot. decis. 13. num. 14. apud de Luc. ad mater, de Testam. & decis. 366. num. 3. coram*
10 *Cavaler.* Fortiùs ad dictum onus probationis teneretur, si ultra præsumptionem juris concurrerent circumstantiæ, & conjecturæ excludentes dictam imbecillitatem, & insufficientiam intellectus in dicto Patrono gravi senectute laborante, nimirum si Patronus in eo statu gravis senectutis tam ante, quàm post donationem Juspatronatus, quamplures gessisset actus solis hominibus sanæ mentis convenientes; ex. gr. si frequentaverit Ecclesias, si confessus fuerit peccata, & susceperit Eucharistiæ Sacramentum; si sanæ mentis fuerit undequaque reputatus, si Notarius de sana mente Patroni teste-

tur, vel si adsint Testes, qui deponant tam de tempore donationis, quàm postea Patronum senem fuisse mentis compotem, etiam si adsint in contrarium alii Testes de imbecillitate deponentes, quia plus creditur duobus Testibus de sana, quàm mille de infecta mente deponentibus. Ex his omnibus excluderetur imbecillitas, & defectus judicii in Patrono, & allegans imbecillitatem eò magis teneretur concludentissimè illam probare. *Jason. cons. 2. num. 10. & seq. lib. 1. Menoch. cons. 683. num. 4. & seq. & præsumpt. 45. nu. 21. lib. 6. Mans. consult. 29. num. 28. 45. & 51. Caren. resol. 171. num. 4. & seqq. Rot. decis. 256. num. 16. coram Buratt. & decis. 52. post Albit. de inconstant. in judic. num. 21. & seq. & decis. 44. num. 18. & 22. coram R.P.D. Ansaldo, & in Nullius, seu Sublacen. donationis 26. Junii 1711. §. Accedunt coram R.P.D. Lancetta.*

Quòd autem præfatus Patronus devenerit ad hanc donationem Juris patronatus ad preces ipsius amici Donatarii, ex hoc nequit deduci ipsum non liberè, sed dolo, & malis artibus fuisse ad illam in-
11 ductum; quoniam preces, suasiones, & blandæ hortationes de sui natura non important dolum, & machinationem, neque arctant liberam voluntatem disponentis. *Soccin. jun. cons. 144. num. 55. lib. 2. Gratian. discept. 659. num. 4. Card. de Luc. de Testam. disc. 33. num. 23. Cyriac. controv. 407. num. 93. Palm. alleg. 68. n. 11. Altograd. cons. 5. nu. 66. lib. 1. Rot. dec. 77. num. 3. coram R.P.D. Ansaldo.* Immo at-
12 tenta qualitate personæ donantis, quæ erat senex sanæ mentis potiùs excluditur quicumque dolus, & machinatio, dum seniores non facilè dolis, & artibus decipiuntur propter multam, longamque rerum experientiam, juxta illud adagium *senex simia non præhenditur laqueo*-- relat. à *Tyraquell. de jure primogen. in præfat.*
13 *num. 92.* Minusque dici valet simoniaca hujusmodi donatio Juris patronatus facta ad preces Donatarii, siquidem preces etiam porrectæ pro seipso non inducunt simoniam, juxta *Text. in cap. si motu proprio de præben. in 6. Ripa in cap. cùm M. Ferrariensis de Constit. num. 30.*

14 Parum etiam meretur attendi altera circumstantia in contrarium allata contra validitatem hujus donationis, nempe, quòd fuerit facta à Patrono, non servata forma Statuti municipalis requirentis in donationibus decretum Judicis sæcularis; quoniam hodie certi juris est, non requiri solemnitates statutarias in donationibus Juris patronatus, ut animadvertunt *Lambertin. de jurepatr. par. 1. lib. 2. q. 4. art. 9. num. 7.*, & expressè *Constantin. ad Stat. Urb. annot. 44. art. 6. num. 696. to. 2. pag. mihi 242.* ibi-- *Vigesimo secundo, non requiruntur solemnitates statutariæ in donatione juris patronatus, ac juris præsentandi-- Rot. decis. 707. num. 3. par. 1. recent.* ibi -- *Non obstat solemnitatis defectus, cùm in donatione Judicis decretum, juxta Marchiæ Constitutionem non intervenerit, dicta enim Constitutio locum non habet in jurepatronatus, sicut neque in alia re spirituali, vel spiritualitati annexa* -- Ratio autem
15 est; quia Statuta Laicorum includere, & comprehendere nequeunt neque personas, neque res Ecclesiasticas, & spirituales, sive spiritualitati annexas, uti est Jus patronatus, aut jus præsentandi ad Beneficia Ecclesiastica ex defectu potestatis in Laicis quicquam disponendi circa res Ecclesiasticas, aut spirituales, ad *Text. in cap. Ecclesia S. Mariæ, & cap. quæ in Ecclesiarum de Constit. ibique Abb. num. 2. Fagnan. num. 14. Alexand. de Nevo num. 1. Barbos. num. 2. Gonzal. num. 6. Abb. in cap. cùm contingat de jure juran. num. 12. Honded. cons. 20. num. 6. & seqq. tom. 2. Card. de Luc. de donat. disc. 32. num. 6. Palm. alleg. 55. num. 13. tom. 1. Rot. decis. 424. n. 1. coram Seraph.* Nisi loquantur de rebus Ecclesiasticis, spiritualibus, aut spiritualitati annexis, & sint confirmata à Sede Apostolica in forma specifica, secus si non sint confirmata à Sede Apostolica, aut sint confirmata, sed loquuntur in genere de bonis, & rebus Communitatis, & Civitatis, non verò specificè de rebus spiritualibus, Ecclesiasticis, aut spiritualitati annexis; quia tunc etiam si sint confirmata à Sede Apostolica non comprehenderent, neque extenderentur ad hujusmodi res spirituales, aut spiritualitati annexas, quia confirmatio non extendit Statuta confirmata ad ea, de quibus in ipsis nulla fit mentio. *Honded. d. cons. 20. n. 15. tom. 2. Palm. alleg. 347. n. 12. to. 4. Rot. dec. 429. n. 1. par. 2. rec. & dec. 58. n. 29. & seq. par. 6. rec.*

ARGU-

ARGUMENTUM.

Donatio universitatis bonorum, cui sit annexum Juspatronatus, facta à minore, an sustineatur?

SUMMARIUM.

1 *Donatio juris patronatus, aut alicujus universitatis bonorum, cui sit annexum juspatronatus, facta à minore absque solemnitate est nulla*, & num. 17. sed limitatur num. 6.

2 *Juramentum contra Legem interpositum, an, & quando sit nullum?* & num. 8. usque ad 11.

3 *Juramentum à minore præstitum super donatione supplet defectum ætatis?* limitatur ibi, *secus si sit præstitum circa modum*, ut num. 15. & 20.

4 *Donatio excessiva, & immensa, est læsiva.*

5 *Ex traductione minoris Donantis extra propriam domum, an præsumi possit dolus, & fraus in donatione?* & num. 14.

6 *Donatio universitatis bonorum, cui sit annexum juspatronatus, facta à minore, & juramento firmata, est valida, adeout succedente vacatione præsentatio non spectat ad minorem Donantem, sed ad Donatarium.*

7 *Juramentum an, & quando suppleat defectum ætatis, & an, & quando minori non sit concedenda absolutio ad effectum rescindendi donationem?*

9 *Vendens juspatronatus si juret habere ratam, & gratam hanc venditionem, juramentum est nullum, & non obligat.*

10 *Donans juspatronatus Laico omnino extraneo, si juret non requirere consensum Ordinarii, non tenetur hoc juramentum observare.*

11 *Ex quibus præsumatur donatio non esse læsiva?* Vide ibi.

12 *Dolus, & fraus in donatione ex quibus excludatur?*

13 *Amor, & benevolentia est sufficiens causa donandi.*

16 *Laicus si præsentetur à Patrono, præsentatio est nulla.*

18 *Donatio juris patronatus an salvari possit à nullitate, si minori donanti deficiant pauci menses pro complendo vigesimo quinto anno.*

19 *Jus Canonicum in quibus casibus habilitaverit minores?* Vide ibi.

21 *Ratificatio donationis à minore expletæ ex quibus excludatur.*

22 *Juspatronatus an, & quando veniat in restitutione fideicommissi?* Vide ibi, & num. 23. cum seqq.

CASUS VI.

DEfuncto quodam divite, relicto pinguis patrimonii hærede unico ejus filio ætatis viginti quatuor annorum, iste post paucos menses traductus in domum proprii consanguinei ob affectum, & amorem, quo ipsum prosequebatur, ad sublevandam illius miseriam, & paupertatem, ei donavit, absque tamen consensu Curatoris à patre assignati, donatione irrevocabili inter vivos quoddam Castrum, cui erat annexum juspatronatus Beneficii A. cum omnibus suis juribus, & pertinentiis, intervenientibus decreto Judicis, Notario, & Testibus, ac in Instrumento donationis apposuit juramentum habendi illam ratam, & gratam, & nunquam ei contraveniendi. Vacato nuper dicto Beneficio per obitum Rectoris, Minor Donator prætendens ex variis capitibus nullam donationem à se factam, præsentavit ad illud Titium, acriter se opponente, & contradicente ejus consanguineo Donatario. Quæro proinde ad effectum agnoscendi ad quem spectet præsentatio in hac vacatione Beneficii, an hæc donatio sustineatur?

Multæ quidem, & non spernendæ rationes militare videntur in hoc casu pro nullitate hujusmodi donationis. Hæc nam-
1 que expleta fuit ab hærede prædicti defuncti, ea ætate, qua de jure interdicta est donatio, & quæcumque alienatio bonorum absque auctoritate Curatoris, & aliis solemnitatibus, dum quando donavit dictum Castrum, cui annexum erat juspatronatus minor erat 25. annorum, unde lege resistente non poterat validè ad hanc donationem devenire, non adhibita prius auctoritate Curatoris à proprio Patre sibi in testamento assignati, nec ullum dominium fuit ad consanguineum Donatarium translatum, ac proinde vacato nuper beneficio, præsentatio Rectoris videtur spectare debere ad ipsum Minorem Donatorem, non verò ad eumdem Donatarium, juxta *Text. in l. non solùm C. de præd. minor. Marin. resol. jur. cap. 136. num. 3., & seqq.*

seqq. tom.2. Palm. alleg.373. num.1. to. 4. & in terminis resolutum fuisse videtur à Sac. Rota *in Majoricen. Beneficii 20. Januarii 1717. §. Hoc idem coram R. P. D. Falconerio nunc meritissimo Urbis Gubernatore inferiùs legen.*

Neque hic suffragari posse videtur juramentum ab eodem Minore præstitum habendi donationem ratam, & gratam, & nunquam ei contraveniendi, quia in primis juramentum contra legem interpositum est nullum *Text. in l. non dubium C. de leg. & cap. si diligenti de for. compet.*, & cùm sapiat naturam actus, cui adhæret. *L. juris gentium 7. §. Si pacisear ff. de pact. l. non dubium C. de leg.*; Si donatio facta à minore sinè solemnitatibus est nulla, etiam juramentum ei accessorium erit nullum; Deinde licèt admittatur juramentum supplere defectum ætatis, & reddere minorem per fictionem majorem, & habilem ad contrahendum, ut notant *Honded. cons. 42. num. 15. tom. 1. Castil. controv. jur. lib. 3. cap. 1. num. 1., & 34. Card. de Luc. de alienat. disc. 29. num. 13.* hoc tamen duplicem patitur limitationem, alteram nimirum, quando contractus apparet enormiter læsivus, & alteram quando adest suspicio fuisse minorem dolo seductum ad donandum, tunc enim juramentum non est operativum, sed vel intrat invaliditas contractus ratione doli præsumpti, vel beneficium restitutionis in integrum, ac relaxationis juramenti, quia juramentum non debet esse iniquitatis vinculum, & ad sui validitatem debet habere tres Comites, veritatem scilicet, judicium, & justitiam ad *Tex. in cap. animadvertendum 22. quæst. 2. & cap. inter cætera 12. quæst. 4. & cap. quamvis pactum de pactis in 6.* & docent *Abb. in cap. cum contingat de jure juran. num. 3. 9. & seqq. ibique Barbos. num. 5. in fin. Card. de Luc. de donat. disc. 33. num. 20. & disc. 143. de dote num. 66. Palm. alleg. 145. num. 7. to. 2. Castil. controv. jur. cap. 2. num. 18. cum seqq. lib. 3. Rot. decis. 306. n. 20. par. 18. & dec. 371. num. 9. par. 19. rec.*

4 Utraque limitatio in præsentiarum concurrere videtur, quòd enim attinet ad primam, apparet hanc donationem factam à minore non esse restrictam ad certa particularia bona modici valoris, sed comprehendere universitatem bonorum, scilicet Castrum, cui erat annexum juspatronatus cùm omnibus suis juribus, & pertinentiis, adeôque tamquam excessivam, universalem, & immensam esse læsivam. *Marin. resol. jur. cap. 136. n. 16. tom. 2.* Quòd verò spectat ad secundam limitationem negari non posse videtur eamdem donationem esse dolo, & fraude extortam, animadvertendo, quòd minor illam explevit absque ulla causa non in propria domo, sed traductus in domum 5 ejus Consanguinei, ex qua traductione minoris extra propriam habitationem, magnam oriri suspicionem doli, & fraudis, etiamsi agatur de donatione facta favore consanguinei, docent *Cyriac. contr. 10. n. 82. & seq. Ciarlin contr. 121. n. 24. Andreol. contr. 414. n. 23. Card. de Luc. de donat. disc. 35. n. 17. Rot. dec. 306. n. 8. par. 18. & dec. 371. n. 12. & seqq. par. 19. recent.*

6 His tamen non obstantibus censeo dictam donationem esse validam, & per eam translatum fuisse juspatronatus ad Donatarium, quòd transit cum universitate bonorum donata, adeout in hac vacatione beneficii præsentatio Rectoris spectare debeat ad consanguineum Donatarium possessorem Castri donati, cui est annexum juspatronatus, non verò ad Minorem Donantem. Quoniam iste donando dictum Castrum ejus consanguineo donationem juramento confirmavit, promisitque illam non revocare, nec ei unquam contravenire, quòd juramentum confirmat donationem à Minore factam, licèt de jure nullam, & eam validam, reddit, & est omnino, & inviolabiliter observandum, quamvis minor donaverit sinè Curatore, quem habebat, juxta *Text. in auth. Sacramenta puberum C. si adversus vendit.*, & *in cap. in præsentia de probat. Altograd. cons. 5. num. 46. lib. 1. Honded. cons. 42. num. 9. & seqq. tom. 1. Castill. controv. jur. cap. 2. num. 2. & 4. cum seqq. tom. 3. Gratian. discept. forens. 555. nu. 22. de Marin. resol. 136. num. 6. lib. 2. Rot. decis. 1184. num. 6. & 15. coram Seraph., & decis. 647. num. 6. par. 2. rec., & in Avenionen. donationis 1. Julii 1707. §. Et si coram Reverendissimo Molines Decano.*

7 Ratio est quia juramentum hoc à minore præstitum non accessit actui à jure prohibito propter publicam utilitatem, neque actui dolo, vi, aut machinatione extor-

extorto, & consensum Jurantis auferente, neque actui enormissime læsivo, quo casu non suppleret defectum ætatis, nec esset observandum, sed accessit actui, nimirum donationi à jure prohibitæ solùm, & principaliter propter utilitatem minoris liberæ, & non enormissimè lesivæ, unde supplet defectum ætatis, & cum vergat solùm in detrimentum minoris, cujus favore introductum est, ut alienatio bonorum ab ipso facta sit nulla, & servari possit sinè detrimento salutis eternæ, venit observandum, & si minor petat absolutionem ad effectum rescindendi donationem, ut præsentare valeat ad dictum Beneficium, illa non est ei impendenda ad *Text. in cap. 2. de pactis in 6. & cap. Cùm contingat de jure juran. ibique Gloss. Abb. num. 21. Gonzal. num. 10. Barbos. num. 1. Alexand. de Nev. num. 6., & seq., & num. 140.*

Quare rationes in contrarium perpensæ non merentur hìc attendi; Et quidem
8 quòd supradictum juramentum sit nullum, eo quia fuerit contra legem à minore interpositum non est absolutè verum, sciendum est enim legem aliam esse, quæ prohibet aliquid fieri propter bonos mores naturales conservandos, aliam, quæ prohibet aliquid fieri propter bonum publicum, & aliam, quæ prohibet aliquid fieri propter bonum privatum; juramentum interpositum contra legem prohibentem aliquid fieri propter bonos mo-
9 res naturales conservandos, uti esset ex. gr. si quis venderet de per se juspatronatus, & juraret habere hanc venditionem ratam, & gratam, & nunquam ei contravenire, hoc juramentum esset nullum, & nullatenus obligaret, quia opponitur legi *in cap. de jure de jurepat.* superius exposit. *Can. XIII.* prohibenti venditionem juris patronatus tamquam simoniacam, & contrariam bonis moribus. Est etiam nullum juramentum interpositum contra le-
10 gem prohibentem aliquid fieri propter bonum publicum ex. gr. Si quis donaret juspatronatus laico omnino extraneo, & juraret non requirere consensum Ordinarii in hac donatione; Juramentum hoc esset pariter nullum, & non obligaret Donantem ad non requirendum hujusmodi consensum, quia esset oppositum legi, nimirum his *Canonibus* requirentibus consensum Ordinarii in hac specie donationis juris patronatus ob bonum Ecclesiarum, quòd est bonum publicum, Non verò est nullum illud juramentum, quod opponitur legi prohibenti aliquem actum principaliter ob utilitatem, & bonum privatum; ut est casus noster, in quo lex prohibuit minori donare, & alienare propria bona sinè solemnitatibus ad bonum, & utilitatem privatam ejusdem Minoris, videlicet nè propter fragilitatem ætatis multis deceptionibus expositam minor deciperetur; Unde iste donando sponte, & liberè, absque dolo Castrum, cui erat annexum juspatronatus proprio Consanguineo, si juravit habere ratam, & gratam hanc donationem, & nunquam ei contravenire, hoc juramentum est validum, & à minore observandum, juxta theoricam Abbatis *in cap. cum contingat de jure juran. n. 5. ibique Alexand. de Nev. num. 21. & seqq.*

Neque verificatur in casu præsenti utraque supra decantata limitatio, ratione cujus juramentum non supplet defectum ætatis, nec est operativum, sed est locus absolutioni, & rescissioni contractus ex auctoritatibus superiùs allatis
11 §. *Neque hic*. Quoniam quod attinet ad enormem læsionem, ab hac profectò est omnino immunis præsens donatio; attentis tum illius natura, quæ non est correspectiva ad aliquid, quòd daretur, vel promitteretur per donatarium, sed est pura, & simplex procedens ex mera liberalitate, in qua quoties constat de vera voluntate donantis, læsio non consideratur, neque attenditur *Bar. cons. 90. num. 2. Corn. cons. 254. num. 12. Honded. cons. 42. num. 23., & seqq. tom. 1.*, tum illius qualitate, quæ tamquam facta à minore ob sublevandam miseriam, & paupertatem proprii consanguinei, est pia, & laudabilis, & consequenter exclusiva enormis læsionis *Altograd. cons. 5. num. 85. lib. 1.* tum denique illius verbis, dum non legitur esse comprehensiva omnium, & singulorum bonorum ejusdem minoris, sed solùm restricta ad Castrum cum omnibus suis juribus, & pertinentiis, unde cum sit donatio particularis limitata ad certas rerum species cessat læsio, ut docent *Ruin. cons. 170. num. 21. & seq. lib. 1., & cons. 60. n. 24. lib. 3. Andreol. controv. 414. num. 39.*

num. 39. & 80. cum seqq. Rot. decis. 371. num. 16 par. 19. & alii quos refert, & sequitur *Rot. in Avenionen. Donationis 1. Julii 1707. §. Visum coram Reverendissimo Molines Decano.*

12 Cessant quoque in hac eadem donatione dolus, fraus, & machinatio, enim advertendo, quòd minor devenit ad hanc donationem Castri habentis annexum jus patronatus cum præsentia, & assistentia Notarii, Testium, & Judicis, qui suum interposuit decretum, quòd quidem tollit omnem suspicionem doli, & fraudis *Gratian. discept. 555. nu. 15. Rot. dec. 184. num. 2. par. 2. & decis. 2. num. 5. par. 8. rec. & in Romana Donationis 1. Martii 1709. §. Qua posita coram R. P. D. Kaunitz., & in dicta Avenionen. donationis §. Sed exabundanti coram Reverendissimo Molines*; Et juravit habere illam ratam, & gratam, quòd juramentum etiam facit cessare præsumptionem doli, quia per juramentum præsumitur deliberata voluntas, & omnia præsumuntur facta ex certa scientia *Alexand. cons. 233. incipien. Super quæsitis, Alexander de Nevo in cap. cùm contingat de jure juran. num. 154.*

Non subsistit, quòd hæc donatio fuerit facta absque causa; etenim in facto apparet minorem donasse dictum Castrum ejus consanguineo ob sublevandum eum à miseria, & à paupertate, ob amorem,
13 & benevolentiam, qua ipsum prosequebatur; quem amorem, & benevolentiam præsertim erga Consanguineos esse sufficientem, & honestam causam donandi docet *Rot. in dicta Romana Donationis 1. Martii 1709. §. Demum cor. R. P. D. Kau-*
14 *nitz.* Quòd autem minor expleverit hanc donationem non in propria domo, sed traductus in domum ejusdem consanguinei donatarii, ex hoc præcisè nequit deduci donationem fuisse dolo, & fraude extortam, cùm non appareat hanc traductionem fuisse violentam, sed potiùs fuisse voluntariam, & habuisse originem ab amore erga proprium consanguineum, juxta *Rot. in dicta Romana Donationis §. Qua posita coram R. P. D. Kaunitz.*

15 *Rota* autem in *Majoricen.* Beneficii hic immediatè impressa non adversatur, immo favet, & confirmat hactenus dicta, dum non tuetur donationem juris patronatus factam à minore, & juramento firmatam esse nullam, sed solùm sentit juramentum non supplere defectum ætatis, quando illud non versatur circa substantiam, seu quod non fuit præstitum super observantia donationis, sed solùm versatur circa modum, ut legenti patet §. *Quo tandem* igitur à contrario sensu si juramentum sit præstitum super observantia donationis, ut est casus noster etiam juxta eamdem *Rotam*, hæc donatio juris patronatus facta à minore erit valida.

R. P. D. FALCONERIO.

Majoricen. Beneficii.

Mercurii 20. Januarii 1716.

PEr obitum Jacobi sequutum die 9. Maji anni 1712. vacato Beneficio erecto in Altari Sanctæ Ciciliæ existenti in Cathedrali Ecclesia Majoricensi, de institutione coram Ordinario contendere cœperunt tres Præsentati, nempe Joannes Duran. præsentatus ab Hæredibus fideicommissariis Joannis Michaelis de Sancta Cilia: Joseph Sanxo præsentatus à Petro Antonio fratre Donatario Arnaldi de Sancta Cilia filii, & hæredis dicti Joannis Michaelis: Et Antonius Gaya præsentatus à Gabriele Rocca posteriori Donatario ejusdem Arnaldi; Qui tamen omnes fuerunt per sententiam excluſi confirmatam in gradu appellationis coram Me; Dum in hodierna audientia Domini dixerunt: *Nulli esse dandam adjudicationem Beneficii.*

16 Et jure quidem, meritoque decisum fuit non esse adjudicandnm Joanni Beneficium, utpote nulliter præsentato, dum erat in statu Laicali, ut probat, *Vivian. de jurepatr. lib. 6. cap. 3. num. 12.*, quam nullitatem prænoscens, prout, & alteram secundæ præsentationis reportatæ post susceptum Clericatum de mense Januarii 1713., & sic post octo menses à die vacationis Beneficii, recursum habuit de anno 1716. ad Sanctissimum pro gratia *si Neutri*, pro cujus executione contemporaneè instat in altero distincto dubio, & proinde hoc solùm sufficit pro confirmanda nullitate suæ præsentationis, & pro excludendo quolibet suo prætenso jure, cum impetrans gratiam *si Neutri*, confiteatur, neque sibi, neque Collitiganti aliquod jus competere, *Amayd. de styl. Datar. cap. 23. num. 17. Ros. de execut. liter.*

ter. Apostolic. cap. 17. num. 22. par. 1. Rot. coram. Card. Cerr. decis. 205. num. 3. & 4. & dec. 227. num. 1. cum aliis *in Leodien. Monasterii 4. Maji 1699. §. Quo enim coram Reverendissimo D. meo Ansaldo Decano, & in Romana Cappellaniæ 3. Julii 1707. §. Quod nec poterat coram Eminentissimo Scotto.*

17 Hoc idem concluſum fuit contra Joſephum Sanxo ex defectu ſuæ legitimæ præſentationis, nam Petrus Antonius, qui eum præſentavit, uti Donatarius Arnaldi de Sancta Cilia, nullum habebat jus in hoc Patronatu, ſtante nullitate d. Donationis abſque ulla ſolemnitate expletæ à d. Arnaldo in minori ætate, & nondum completo vigeſimo quinto anno *l. 1. in princip. verſ. ſed ſi non mortis ff. de Tutel. & ration. diſtrahen. l. non ſolùm C. de præd. minor. Caſtren. in l. 2. in fin. Cod. ſi adverſ. donat. Bald. in leg. 1. C. eodem tit. Donat., Anton. de Marin. reſol. jur. cap. 136. à n. 3. ad 21.* cum aliis ab eo relatis.

18 Abſque eo, quòd dicta donatio à nullitate ſalvari poſſit, ſive ex quo de tempore ejuſdem donationis, nonniſi tres menſes deficiebant Arnaldo pro complendo vigeſimo quinto anno, & ita utì proximus majori ætati pro majori reputari debeat, cum in favorabilibus annus inceptus habeatur pro completo, *Antonell. de tempor. legal. par. 4. cap. 1. num. 12. cum allegatis*: Sive quia major ætas non veniat in iſto caſu attendenda juxta Imperiales ſanctiones, ſed juxta Pontificia Decreta, à quibus in multis caſibus minor ætas fuit abbreviata ad collecta per *Dayx in Judice juris Pontific. lit. M. verbo Minor. num. 1.*, & præſertim in donatione Juramento firmata ex *Text. in cap. in præſentia verſ. præterea de probat.*

Etenim quoad primam objecti partem cùm hìc agatur de ſuſtinenda donatione in minori ætate expleta, quæ nequit numerari inter actus lucrativos, & favorabiles, ſed inter contractus præjudiciales; & damnoſos, cùm juxta commune adagium deſumptum à *Text. in l. filius familias ff. de donat.*, donare ſit perdere, hac de re ætas debet eſſe completa, & ſpectatur tempus de momento in momentum, ut expreſsè diſponit *Text. in leg. 3. §. Minori, ibique Gloſs. ſub verbo momentum ff. de minor. 25. ann., l. ſi Maritus 15. §. fin. verſ. minorem ff. adl. Jul. de Adult. Cancer. var. reſol. to. 2. cap. 1. de minor. 25. annor. nu. 106., & ſeq. Groſs. de contract. minor. in prælud. à num. 46., & ſeq., Conſtant. ad Statut. Vrb. annot. 44. art. 1. à num. 56.*, & in præciſis terminis Minoris, cui deficiebant tres menſes pro complenda ætate *Rot. coram Dunozett. ſen. dec. 38. nu. 3. & 4.*

19 Quo verò ad ſecundam partem, tametſi jus Canonicum in aliquibus ſpecialibus caſibus minores 25. annorum habilitaverit, ut puta ad conſequenda Beneficia, ad ineunda matrimonia, & ſuſcipiendum habitum Religioſum, & profeſſionem emittendam, atque ad alia, attamen quoad contractus, contrarium non diſponit, neque ætatem à jure præſcriptam minuit ex notabili, *Gloſ. in can. primo verbo in minoribus annis 27. quæſt. 1. cap. in præſentia verſ. præterea de probat.*, & optimè omnes ſex ætates diſtinguens, & ſubjungens, quæ in qualibet ætate fieri poſſunt, probat *Philippus Franc. in cap. ſi Pater à num. 17. ad 20. in antiqua impreſſione, in nova vero à nu. 42. ad 47. de Teſtamen. in 6. Conſtantin. ad Statut. Vrb. annot. 4. num. 16.*

20 Quo tandem ad ultimam partem, in qua donatio eximitur à nullitatibus à jure civili inductis ex capite minoris ætatis propter juramentum, quod adeò eam roborat, ut non ſolùm de Jure Canonico ſuſtineatur ex *dicto Text. in cap. in præſentia verſ. præterea de probat.*, Sed etiam de jure civili *ex Auth. Sacramenta puberum Cod. ſi adverſ. vendit.* cum, ut ait ibi *Gloſſ. in verbo Puberum*, ſufficiat, quòd impubes ſit major Infante proximus pubertati, ita quòd in eo cadet delictum, ad hoc ut obligetur juramento, quia ſicut peccando, & pejerando poteſt ſe obligare Diabolo, ita & Deo, quod pariter dixit *Abb. ad eamdem Gloſſ. allegat. conſ. 39. num. 1. in fin. lib. 1.* Omne dubium in hypotheſi excluditur ab ipſa qualitate juramenti præſtiti, ut ibi -- *Necnon juro ad Dominum Deum noſtrum, ejus Sancta quatuor Euangelia, quòd in præmiſſis nullus dolus, fraus, ſymoniæ labes, aut aliqua alia illicita pactio intervenit, aut intervenire ſperatur*; Unde cùm juramentum non fuerit præſtitum in forma pleniſſima ſuper obſervantia ipſius contractus donationis,

& super promissione illam non retractandi, neque illud versetur circa substantiam, sed circa modum; Hac de re prætendi neutiquam potest ad supplendam ætatem, & ad validandum ipsum principalem contractum donationis, ut præfert *dictus Text. in auth. Sacramenta puberum in exordio* ibi -- *Sacramenta puberum sponte facta super contractibus rerum suarum non retractandis inviolabiliter custodiantur*, ibique *Paul. de Castr. n. 1. & 2. Philipp. Corn. num. 16. & seq., Curt. nu. 7., Jo: ign. à num. 16. & seq., Jo: Gutter. num. 8. & num. 86. & sequen., Gloss. in cap. penultim. sub verbo restituerent vers. sed quid dices de empt. & vendit. Abb. cons. 31. sub num. 1. in med. lib. 2., Soccin. jun. cons. 188. num. 20. lib. 1.* Validius quia juramentum prædictum non respicit observantiam de futuro, sed solùm loquitur de præsenti circa exclusionem doli, fraudis, symoniæ &c. ut considerat idem *Curt. in d. Auth. Sacramenta puberum num. 61.*

Probata ex his nullitate dictæ donationis propter minorem ætatem inutile existimatum fuit diffugium, quòd eadem nullitas nequeat à Collitigantibus proponi, ex quo nec sunt hæredes, nec universales successores donantis; Quia fideicommissarii ultra titulum fideicommissi ordinati à Joanne Michaele Patre Arnaldi Donantis, sunt etiam Donatarii universales ejusdem Arnaldi, & ideo uti successores illius ex dicto universali titulo habentur loco hæredis, & possunt proponere nullitatem ab eorum Auctore non deductam, ut magistraliter distinguit *Rot. penes Constant. ad Statut. Urb. decis. 154. num. 13. & seq.* Maximopere quia dictam nullitatem non proponunt per viam actionis, sed per viam simplicis exceptionis, in quo casu, licèt nullitas non fuisset à minore, agnita, & intentata, attamen cuilibet tertio datum esset illam proponere, ut distinguendo prosequitur *eadem Rota penès Constant. ad Statut. Urb. dicta decis. 154. num. 14.* & priùs dixerat *in dec. 613. num. 21. part. 19. recent. tom. 2.* & ultimo loco *in Spoletana Immissionis 4. Maji 1716. §. Minoris relevantia coram Me.*

21 In nihilo attenta prætensa ratificatione dictæ donationis desumpta ab acquiescentia Arnaldi post majorem ætatem in toto suæ vitæ decursu; Quia ultra dictam donationem universalem ab illo factam favore fideicommissariorum de anno 1692. & sic duodecim annis post primam donationem expletam in minori ætate favore Petri Antonii, aliam donationem consimilem peregit favore Gabrielis Rocca, ideoque ex ipso facto excluditur Arnaldum acquievisse dictæ primæ donationi, illamque habuisse pro valida, dum statim ac de eadem re disposuit favore alterius, censetur agnovisse nullitatem primæ donationis, & illam revocasse. *Oldrad. cons. 245. num. 2. vers. secunda ratio, Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 23. num. 13. & 14. Cancer. var. resol. lib. 1. cap. 8. num. 41., Mansi. consult. 1. num. 47. & consult. 6. num. 59. in fine, & num. 60.*

22 Nullitati dictæ Donationis ex defectu ætatis Arnaldi Donatarii addita fuit à Dominis altera nullitas ex defectu potestatis, nàm Joannes Michael illius Pater perpetuum, & universale ordinavit fideicommissum prius favore descendentium, deinde Collateralium; & demum favore Eleonoræ de Berga, ejusque successorum, & ideo cum agatur de jurepatronatus hæreditario, istud transit cum universitate bonorum, & cadit sub fideicommisso ab illius Possessore ordinato, & juxta illius providentiam defertur ad personas in eodem fideicommisso invitatas, *Archidiac. in cap. 1. de jurepatr. in 6. Covar. lib. 2. var. resol. cap. 18. sub n. 9. Ciarlin. contr. jur. lib. 1. cap. 1. num. 38. & 47. Lotter. de re benef. lib. 2. quæst. 11. n. 37. Garz. de benef. par. 5. cap. 9. num. 19. Rota decis. 20. num. 10. & 11. post Antonell. de jur. & oner. Cleric. & in Barchinonen. Beneficii 25. Februarii 1701. §. Cùm enim coram R. P. D. meo Lancetta, & in Romana Cappellaniæ 16. Martii 1708. Verum etiam coram Reverendissimo D. meo Ansaldo Decano.*

23 Neque hìc congruit illa propositio, quòd Juspatronatus non veniat in restitutione fideicommissi, sed liberum maneat penès hæredem gravatum, ut reprobato *Romano* sequuntur opinionem *Bart. in l. qui proinde ff. ad Trebell. Peregrin. de fideicom. art. 6. num. 37. Fusar. de substit. quæst. 634. num. 2. Vivian. de jurepatron. lib. 4. cap. 2. num. 76. Rota post eumdem dec. 124. & decis. 121. & coram Bich. dec. 361. n. 10.*

& in

& in rec. decis. 542. par. 5. per tot., *& decis. 170. num. 172. & 206. par. 7.*, *& decis. 289. num. 8. par. 9.*, *& decis. 100. & 190. pat. 12. per tot.*, *& decis. 64. nu. 4. par. 13.*

24 Quia eadem propositio, etiamsi in abstracto sit verissima, attamen ex quo non est fundata in defectu potestatis fideicommittentis includendi Juspatronatus in suo fideicommisso, neque ex quo Juspatronatus hæreditarium non est transmissibile ad fideicommissarium ex natura rei, sed solùm id provenit ex præsumpta voluntate fideicommittentis, qui censetur voluisse solùm bona subjicere restitutioni, non autem jura honorifica, ut post alios censuit *Rot. coram Bichio decis. 19. num. 2. & 3.* Hac de re passim receditur à dicta regula quotiescumque constat de contraria fideicommittentis voluntate etiam resultante ex levibus, & generalibus conjecturis, ut optimè probat *Card. de Luc. de jurepat. disc. 36. num. 4. & 5. & discurs. 60. nu. 3. Rota coram Bich. d. dec. 15. à num. 4. & ferè per tot.*, *& decis. 26. pariter per tot.*, *& decis. 35. num. 20.*, *& coram Benincasa decis. 36. num. 5.*, *& ad ornatum Card. de Luc. de jurepatron. decis. 12. n. 4. & seq.*, *& decis. 13. num. 3.*, *& decis. 15. num. 13.*, *& decis. 16. nu. 4. vers. quoniam.*

25 In præsenti verò hypothesi voluntas fideicomittentis comprehendendi etiam jura honorifica in suo fideicommisso, non solùm eruitur ex universalibus verbis appositis in institutione, & restitutione hæreditatis favore substitutorum, ut firmavit *Rot. post Vivian. de jurepatron. dec. 121. num. 8. & 10.*, *& coram Zarat. dec. 114. num. 4.*, *& ad ornat. Card. de Luc. dec. 12. num. 10. & 11.*, *& decis. 15. nu. 19. & seq.*, *& decis. 16. num. 4. & 5.*, *& coram Benincasa decis. 36. num. 6.*, *& in rec. decis. 271. num. 2. & seq. par. 12.*, *& decis. 136. n. 11. par. 13.* ea ratione, quia juspatronatus hæreditarium tamquam res spectans ad universæ hæreditatis successorem de sui natura transit ad quemcumque, in quem universa hæreditas devolvitur, ut post *Scribentes in cap. ex literis*, *& in cap. cùm sæculum de jurepatron.* concludit *Molin. de primogenit. Hispan. lib. 1. cap. 24. num. 18. sub vers. quibus obstat*; sed etiam clarius desumitur ex totalitate addita universalitati, ut ibi -- *sostituisco in quello, e faccio erede universale di tutta la mia intiera eredità*, & alibi -- *che la mia eredità si devolva pleno jure all'altro figlio*; itaut si à dicta hæreditate jura honorifica evellerentur, nec tota, nec integra, nec pariter cum plenitudine jurium ad substitutum transiret, quia ab universo una res vacare non potest, ut præcisè considerat *Bald. in l. fin. num. 59. ad fin. Cod. de edict. Div. Adrian. tollen. Lotter. de re benef. lib. 2. qu. 11. num. 37. & seq. Rota ad ornat. Card. de Luc. ubi supra decis. 16. num. 7.*, *& coram Benincasa d. decis. 36. num. 6.*

26 Eoque validius, quia fideicommittens in ultima parte testamenti prohibuit gravatis quamcumque deductionem, ut ibi: *volendo finalmente, e disponendo, che nessuno degl'eredi da me chiamati, & instituiti possano detrarre quarta, trebellianica, ne iun dritto*, & ita semper magis, magisque incalescit ratio, quòd Testator optaverit integram suam hæreditatem, nulla facta jurium deductione debere transire ad substitutos, ut appositè determinat *Guidopap. decis. 707. sub num. 1. Rot. post Vivian. de jurepatron. decis. 121. num. 8. & seq.*, *ad ornatum Card. de Luc. de jurepatr. dec. 14. num. 10.*, *& decis. 16. num. 9. coram Benincasa d. decis. 36. num. 7. coram Zarat. d. decis. 114. num. 5.*, *& in rec. d. decis. 171. n. 4. par. 12.*

Pro declinanda autem comprehensione dicti juris patronatus in fideicommisso Joannis Michaelis, minimè potest in controversiam deduci illius qualitas hæreditaria sub obtentu, quòd licèt ex sui antiquitate nullum adinveniatur publicum documentum fundationis, tamen ex Majorum præordinatione appareat gentilitium, & familiare, ac debitum Arnaldo jure proprio, non autem jure hæreditario sui patris fideicommittentis, ac per consequens, quòd fuerit effectum hæreditarium in eodem Arnaldo ultimo de familia, qui liberè potuit de illo disponere favore particularis Donatarii, quia pro arguenda qualitate gentilitia in jurepatronatus quælibet antiquitas non sufficit, sed solùm illa, quæ præcedit dispositionem *Clementinæ plures de jurepatronat.* editæ in Concilio Viennensi celebrato sub Clemente V. 13. Novembris 1311., ut probat *Modern. Romanus discept. Eccles. num. 1. & 2.* Unde cùm de ista antiquitate aliquod non afferatur documentum,

tum, imo potiùs ex alia fundatione consimilis Beneficii in eodem Altari constet illam sub expressa qualitate hæreditaria expletam fuisse, & post dictam Clementinam de anno nempe 1397., in isto casu omnis præsumptio militat pro qualitate hæreditaria Jurispatronatus, ad plenè firmata *in Comen. Cappellaniæ 31. Martii 1702. §. Non enim coram Eminentiss. de la Tremoille*: Potissimè in his facti circumstantiis, in quibus observantia succedit loco deperditæ fundationis. *Tondut. quæst. benefic. par. 3. cap. 157. nu. 4. Modern. Roman. ubi supra num. 32.* quæ non solùm qualitati gentilitiæ non adstipulatur, sed potiùs qualitati hæreditariæ congruit, dum tam uxor, & hæres usufructuaria Joannis Michaelis fideicommittentis, hac expressa qualitate in hoc Patronatu præsentavit, quàm etiam Arnaldus in ipsis met donationibus expressè declaravit dictum Juspatronatus esse hæreditarium dicti Joannis Michaelis sui patris, ac ad ipsum dicto jure hæreditario spectare, & ideo nequeunt Donatarii, qui vigore dictarum donationum in judicio sistunt, confessionem proprii Auctoris impugnare. *Rota coram Buratt. decis. 367. num. 3., & coram Coccin. decis. 2305. num. 96., & in rec. decis. 306. num. 1. par. 5.*

Ex hactenus igitur firmatis constito de non jure Joannis, & Josephi putarunt Domini, quòdnon sit immorandum in discutiendo non jure Antonii præsentati à Gabriele Rocca posteriori Donatario dicti Arnaldi; Tum quia ex superiùs constabilitis, cadente hoc Jurepatronatus sub fideicommisso Joannis Michaelis, ipsa qualitas fideicommissaria, quæ primam donationem inutilem reddidit in præjudicium vocatorum ad dictum fideicommissum, aufert etiam de medio hanc secundam favore Gabrielis; Tum etiam quia optimè conscius dictus Antonius de obstaculo anterioris donationis, quæ sive valida, sive nulla ex defectu potestatis Donantis, semper influit in subversionem secundæ, hac de causa neglexit ad Judicium venire, & sua jura in Rota promovere.

Et ita utraque &c.

ARGUMENTUM.

Donatio Jurispatronatus facta à Novitio Patrono tempore suæ probationis an, & quando sustineatur?

SUMMARIUM.

1 *Donatio jurispatronatus facta à Novitio intrà duos menses ante professionem, si hæc non sit valida, suum non sortitur effectum.* Amplia, ut ibi.

2 *Donatario non licet apprehendere possessionem jurispatronatus, nisi sequuta valida professione.*

3 *Professio emissa per vim, & metum an, & quando sit nulla?* & num. 11.

4 *Professio tacita excluditur per reclamationes emissas tam ante, quàm extra quinquennium.*

5 *Donatio jurispatronatus facta à Patrono ante ingressum Religionis purè, & simpliciter, est nulla.*

6 *Donatio jurispatronatus facta ante ingressum, sed intuitu ingressus Religionis non servata forma Concilii* cap. 16. sess. 25. de Regul. *an sustineatur?*

7 *Donatio jurispatronatus facta intrà annum probationis statim aut paulò post susceptum habitum est nulla.*

8 *Donatio jurispatronatus expleta ad formam Concilii* d. cap. 16. sess. 25. de Regul. *est valida,* & num. 10.

9 *Concilium Tridentinum ubi supra comprehendit etiam donationes jurispatronatus, & renunciationes Beneficiorum.*

12 *Professio emissa non servata forma Constitutionum Religionis an, & quando sustineatur?*

13 *Annus probationis an, & quando non interrumpatur per egressum, & fugam è Monasterio,* & num. 14.

CASUS VII.

VEhementibus suasionibus, & assiduis minis à proprio consanguineo illatis quidam Patronus expleto probationis anno devenit ad professionem in Monasterio A. in manibus legitimi Superioris, absque tamen interventu aliorum Regularium ejusdem Monasterii, juxta Constitutiones Ordinis in professionibus requisito; Tempore Novitiatus, & etiam post intrà quinquennium continuas reclamatio-

tiones, & proteſtationes emiſit, ſæpè ſæpiùs, de mandato tamen præfati Superioris ad prædia ruſtica Monaſteria, noctis tempore aufugit, non dimiſſo tamen habitu Regulari, & poſt paucas horas in Monaſterio denuo ſe recepit, eodem tempore Novitiatus infra duos menſes proximos antè profeſſionem cum licentia Epiſcopi donavit ejus Amico juſpatronatus. Quæro an hujuſmodi donatio juriſpatronatus ſuſtineatur?

1 Reſpondendum videtur negativè: Ad validitatem enim donationis Juriſpatronatus, aut alterius cujuſcumque rei facta à Novitio tempore probationis non ſufficit, quòd expleatur intrà duos menſes ante profeſſionem cum licentia Epiſcopi, aut ejus Vicarii, ſed ulteriùs requiritur ſubſecuta profeſſio ejuſdem Novitii Donantis, & quidem valida; Si enim Novitius completo anno probationis non emiſerit actum profeſſionis, aut emiſerit, ſed nulliter, donatio juriſpatronatus ſuum ſortiri non poteſt effectum, ſed Novitius Patronus egrediens de Religione illud recuperat, & vacante Beneficio ad ipſum, & non ad Donatarium ſpectare debet præſentatio, ut diſponitur à Concilio Tridentino *cap. 16. ſeſſ. 25. de Regul.* ibi: *Nulla quoque renunciatio, aut obligatio antea facta, etiam cum juramento, vel in favorem cujuſcumque cauſæ piæ valeat, niſi cum licentia Epiſcopi, ſive ejus Vicarii fiat intrà duos menſes proximos ante profeſſionem, ac non aliàs intelligatur effectum ſuum ſortiri, niſi ſecuta profeſſione, aliter verò facta etiam ſi cum hujus favoris expreſſa renunciatione etiam jurata ſit irrita, & nullius effectus -- ibique Barboſ. num. 15.* & docent *Fagnan. in cap. ſtatuimus de Regular. num. 34. & ſeqq. Roderic. quæſt. Canonic. & Regul. quæſt. 67. art. 11. Tamburin. de jure Abbat. diſp. 6. q. 10. n. 6. to. 3. idem Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. par. 3. alleg. 99. n. 11. in fin. Lezzan. in Summ. to. . . cap. 24. n. 36. Capyc. Latr. dec. 29. n. 23. & ſeq.*, & notavi ſuperiùs *Part. I. Can. VI. Caſ. VII. num.* 5. Etiam ſi eſſet appoſitum pactum non revocandi hanc donationem ſi contingeret à Religione exire, quia hoc pactum eſſet nullum, utì eſt nulla ipſa donatio non ſequuta valida profeſſione. *Gratian. diſcept. 96. num. 35. ibique Carol. Anton. de Luc. num. 5. & 15. Rocc. reſponſ. legal. 85. num. 21. tom. 1.* Sicutì ad ipſum Novitium Donantem, & non ad Donatarium ſpectare debet præſentatio (ſi idem met Novitius velit præſentare) ſuccedente vacatione Beneficii intrà annum 2 probationis; Quia non licet Donatario apprehendere poſſeſſionem juriſpatronatus, niſi ſequuta valida profeſſione, ut firmavi ſuperiùs *Par. I. Can. V. Caſ. III. nu. 2.*, & in aliis terminis notat *Fagnan. in d. cap. ſtatuimus de Regul. num. 48.*

3 Profeſſio autem emiſſa à præfato Patrono ex pluribus capitibus ſuſtineri non videtur; fuit namque inductus ad profitendum vehementibus ſuaſionibus, & continuatis minis proprii conſanguinei, quæ cùm inducant vim, & metum, & auferant libertatem conſenſus in profitente reddunt profeſſionem nullam, adeout taliter profitenti concedenda venit reſtitutio in integrum adversùs lapſum quinquennii, ut docet *Fagnan. in cap. Perlatum num. 3. & ſeqq. de iis, quæ vi, metuque cauſ. fiunt, & cap. Nullus nu. 22. de Regul.* & pluries reſolutum fuit à Sac. Congregatione Concilii, ſignanter *in Toletana reſtitutionis in integrum 13. Aprilis 1715., & in Mantuana reſtitutionis in integrum 7. Decembris 1715., & in Peruſina nullitatis profeſſionis 8. Auguſti 1716., & in Syracuſana reſtitutionis in integrum 5. Decembris ejuſdem anni*, maximè ſi de vi, & metu conſtet ex confeſſione metum incutientis, ut *in Taurinen. reſtitutionis in integrum 20. Februarii 1712., & in Amalphitana reſtitutionis in integrum 8. Auguſti 1711.*

4 Nec dici poteſt idem Patronus tacitè ratificaſſe ſuam profeſſionem, eo quia per multum tempus permanſerit in Religione; ſiquidem cùm ſemper tam intrà, quàm extra quinquennium reclamaverit, hujuſmodi reclamationes, & lamentationes profeſſionem tacitam excludunt, cùm expreſſus diſſenſus faciat ceſſare præſumptionem taciti conſenſus ex permanentia in Religione. *Text. in cap. 2. & cap. cùm virum de Regul. Card. de Luc. de Regular. diſc. 45. nu. 5. Pignattell. conſult. 173. n. 76. tom. 9. & conſult. 76. num. 57. tom. 10. Barboſ. ad Concil. ſeſſ. 25. de Regul. cap. 19. n. 20. Urſaya diſcept. Eccleſ. par. 1. diſcept. 1. n. 10. Rot. dec. 579. n. 3. par. 1., & dec. 221. n. 20. p. 13. rec. & dec. 14. n. 12. penès Monacel. p. 2.*

Eſt

Est etiam nulla eadem professio, quia fuit expleta à Patrono non servata forma Constitutionum Religionis, nimirum in manibus legitimi Superioris Monasterii absque interventu aliorum Regularium à Constitutionibus requisito. Et denique, quia annus ejus novitiatus non fuit continuus, sed interruptus, dum pluries aufugit, & exiit è Monasterio tempore probationis, juxta *Tridentin. cap. 15. sess. 25. de Regul. ibique Barbos. num. 24. Ciarlin. controv. forens. lib. 1. cap. 108. nu. 15. Tamburin. de jure Abbat. tom. 3. disput. 6. qu. 7. num. 9. Gratian. decis. March. 35. nu. 3. in addit. Barbos. de offic. & potest. Episcopi par. 3. alleg. 101. num. 23.* Ex qua nullitate professionis sequitur perneceſse nullitas etiam donationis, adeout vigore hujus non fuit abdicatum à Donante Juspatronatus.

Hæc omnia suadere videntur nullitatem præfatæ donationis, sed pro clara notitia, & plena resolutione hujus quæstionis considero donationem Juris patronatus in multiplici statu. Primò nimirum ante ingressum Religionis purè, & simpliciter factam. Secundò, factam ante ingressum, sed intuitu ingressus. Tertiò, intrà annum probationis factam statim post susceptum habitum. Quartò denique factam intrà duos menses proximos ante professionem cum licentia Ordinarii, aut ejus Vicarii Generalis.

5 Si donatio Juris patronatus sit facta à Patrono anteaquam ingressus fuerit Religionem, & habitum Novitii susceperit purè, & simpliciter, nulla facta mentione de ipso ingressu, certum est illam esse validam, et si Patronus è Religione egrediatur, eum non recuperare Juspatronatus. *Capyc. Latr. decis. 31. num. 2. tom. 1. Rot. apud de Marin. resol. jur. lib. cap. 196. num. 10.*

6 Si donatio ejusdem Juspatronatus sit facta ante ingressum, sed intuitu ingressus Religionis magna est inter Doctores controversia super ejus validitate. Aliqui tuentur esse nullam utpote factam contra formam à Sacro Concilio Tridentino ubi supra præscriptam, ex ea ratione moti, quia nisi esset nulla, & Concilium non comprehenderet hanc donationem, elusoria redderetur dispositio Concilii, dum semper procurarentur donationes, & renunciationes ante ingressum, ita *Navar. cons. 7. num. 2. & cons. 8. num. 1. de donat. Cancer. var. resol. par. 2. cap. 7. num. 82. Rocc. respons. 85. num. 2. & seqq. Rot. dec. 8. num. 13. post Tamburin. de jur. Abbatis.* Alii verò tuentur esse validam, & non subjacere dispositioni Conciliari, quam sententiam sequor, & puto veriorem, nisi clarè constet donationem fuisse factam in fradem Concilii; quia Concilium loquitur de ingresso, & non de ingressuro in Religionem, & quia in donatione ante ingressum servari non possunt solemnitates ejusdem Concilii, ut expressè sentiunt *Fagnan. in cap. statuimus de Regul. num. 42. & seqq. Garz. de Benef. par. 11. cap. 9. n. 15. Tamburin. de jur. Abbat. tom. 3. disput. 6. quæst. 10. num. 10.* ubi ita resolutum refert à Sacra Congregatione Concilii *Barbos. de offic. & potest. Episcopi par. 3. alleg. 99. num. 17. Lezzan. in Summ. Regul. verb. Novitii num. 30. tom. 2. & cap. 24. nu. 34. tom. 1. Capyc. Latr. decis. 31. num. 3. lib. 1. Roderic. quæst. Regul. 47. art. 8. Cancer. var. resol. par. 3. cap. 15. num. 335. de Marin. lib. 2. cap. 196. num. 13. & seqq. Gratian. decis. March. 37. num. 1. cum seqq. ibique Carol. Anton. de Luc. num. 1.*

Nec admissa hac sententia redderetur elusoria dispositio Concilii, eo quia procurarentur donationes ante ingressum, quia istæ donationes sic ante ingressum procuratæ, licèt non subjacerent dispositioni Concilii, subjacerent tamen dispositioni juris communis, à quo statuitur illas non habere effectum, nisi sequuta valida professione, ut bene respondit *Fagnan. in d. cap. statuimus de Regul. nu. 46. in fin.*

7 Si verò donatio Juris patronatus sit facta intrà annum probationis statim, aut paulò post susceptam habitum est nulla, dummodo sequuta fuerit post publicatum Concilium, & in eis partibus, in quibus Concilium fuit acceptatum, ut patet ex lectura ejusdem Concilii *ubi supra*, & notant *Tamburin. de jur. Abbat. disput. 6. quæst. 10. num. 5. tom. 3. Barbos. de offic. & potest. Episcopi par. 3. alleg. 99. num. 1.*, & resolutum fuit à Sacra Congregatione Concilii *in Licien. 6. Decembris 1642. lib. Decret. 17. pag. 121. & in Cremonen. lib. Decret. 21 pag. 243.*

8 Denique si donatio Juris patronatus expleta

pleta sit intrà duos menses ante professiones cum licentia Episcopi, aut ejus Vicarii, aut Vicarii Capitularis sede vacante, aut alterius habentis jurisdictionem quasi Episcopalem cum Territorio separato, est valida, & sequuta professione suum sortitur effectum, *Tambur. de jur. Abbat. tom. 3. disput. 6. num. 1. Lezzan. Sum. Regul. verb. Novitii num. 25. & seqq. tom. 2.*, *Cancer. var. resol. par. 2. cap. 1. num. 123.*, *Barbos. de offic. & potest. Episcopi par. 3. alleg. 99. n. 11.*

9 Dices fortasse Concilium Tridentinum ubi supra licèt admittatur comprehendere donationes Juris patronatus unà cum universitate bonorum, tamen videtur habere non posse locum in donationibus Juris patronatus specificè, & secundùm se sumpti, tum quia loquitur ibi de donatione bonorum, tum quia in his donationibus cessat finis Concilii, qui fuit nè impediretur libertas egressus ob timorem, quòd Donans non possit recuperare bona, quæ intuitu ingressus donavit, *Roc. respons. 85. num. 6. tom. 1. Lezzan. in Sum. cap. 24. num. 33. tom. 1. Carol. Anton. de Luc. ad Gratian. decis. 37. num. 1. Rota decis. 8. num. 14. post Tamburin.*

Sed contrarium veriùs de Jure procedit, quoniam Concilium loquitur generaliter de donatione bonorum Novitii, nomine autem bonorum non solùm veniunt bona temporalia, sed etiam spiritualia, aut spiritualitati annexa, adeôque comprehendit etiam donationes Juris patronatus specificè sumpti, sicuti comprehendit renunciationes beneficiorum Novitii, licèt beneficia non sint bona merè temporalia, *Fagnan. in cap. statuimus de Regul. num. 18. Lezzan. in Sum. verb. Novitii num. 31. tom. 2.* Nec cessat in his donationibus finis Concilii, quia ipsæ retrahere possunt Patronum donantem ab egressu, & sic aliquo modo impedire omnimodam libertatem Novitii egrediendi à Religione, sicuti eam impediunt renunciationem Beneficiorum.

10 Considerata igitur donatione in hoc multiplici statu jam clarè apparet præsentem donationem Juris patronatus factam à Patrono tempore sui Novitiatus esse undequaque validam, dum fuit per Patronum canonicè expleta cum omnibus suis requisitis Concilii, nimirum intrà duos menses proximos ante professionem, & cum licentia proprii Ordinarii, & denique validam emisit professionem, unde Juspatronatus ad ipsum ampliùs spectare non potest, sed illud transivit ad donatarium, ex auctoritatibus supra deductis §. *Denique*.

11 Ea verò, quæ contra validitatem professionis superiùs objiciebantur non merentur attendi; Etenim quòd Patronus emiserit professionem ductus suasionibus, & minis proprii consanguinei, ex hoc nequit deduci eum nulliter professum fuisse; Quoniam non omnis vis, & metus est sufficiens reddendi nullam professionem, sed solùm illa vis, & metus, quæ cadunt in constantem virum, & quæ sunt illata directè ad extorquendam professionem *Card. de Luc. de Regul. disc. 44. nu. 4. Sacra Congregatio Concilii in Urbevetana restitutionis in integrum 11. Martii 1713.*, & in his terminis procedunt resolutiones ejusdem Sacræ Congregationis in contrarium allatæ; unde cum vis, & metus in casu præsenti non probentur qualificata his circumstantiis, professio non dicitur nulla, nec est locus restitutioni in integrum, *Fagnan. in cap. Perlatum de iis quæ vi, metuque caus. fiunt*, & pluries declaravit S. Congregatio Concilii, præsertim *in Aretina Restitutionis in integrum 6. Augusti 1712. in Tusculana Restitutionis in integrum 19. Augusti 1713. in Patavina Restitutionis in integrum 13. Januarii 1715., & in Bononien. Restitutionis in integrum 18. Maji 1715.*

12 Neque est nulla, eo quia Patronus emisit professionem purè, & simpliciter in manibus Superioris absque interventu aliorum Religiosorum à Constitutionibus Religionis requisito, quia Constitutiones non requirunt hujusmodi interventum pro forma substantifica professionis, dum non decernunt eam irritam aliter factam, neque præscribunt, quòd professio aliter fieri non possit, prout requiritur ad effectum, ut professio facta contra formam à Constitutionibus præscriptam sit nulla, ut animadvertit *Fagnan. in cap. perceptum de regul. n. 47.*

13 Nec dici potest annus probationis non fuisse continuus, sed interruptus, eo quia patronus pluries intrà eumdem annum egressus fuit à Monasterio accedendo ad prædia

prædia proprii Conventus, quia egressus fuit è Monasterio non proprio marte, & animo deserendi Religionem, sed de licentia proprii Superioris, ac proinde ratione hujus egressus è Monasterio annus probationis dici non potest interruptus, & discontinuus, dum manens extra Monasterium sub obedientia Superioris, & cùm ejus licentia dicitur residere intrà illud *Roderic. quæst. Regul. tom. 3. quæst.* 15. *art.* 10. *Tamburin. de jure Abbat. tom. 3. disput. 6. quæst.* 11. *num.* 18. *Barbos. ad Concil. cap.* 15. *sess.* 25. *de regul. nu.* 28. *& seqq. & de offic. & potest. Episcopi par. 3. alleg.* 107. *n.* 28.

14 Minusque dici valet interruptus idem annus ratione fugæ, quam arripuit Patronus è Novitiatu noctis tempore, quia hæc fuga contigit non dimisso habitu Regulari, & per paucas horas, & sic est ineptus interrumpere annum probationis, ut in similibus terminis resolutum fuit à Sacra Congregatione Concilii *in Tiburtina restitutionis in integrum* 7. *Julii* 1703. non obstante, quòd quidam Novitius, tempore baccanaliorum nonnullis vicibus extra Conventum permanserit pernoctando etiam domi suorum fratrum, *& in Patavina restitutionis in integrum* 29. *Novembris* 1710. Non obstante, quòd quidam Religiosus tempore Novitiatus crebrò de nocte per fenestram cum habitu sæculari è Conventu evasisset, & novissimè *in Cassanen. Professionis* 21. *Augusti* 1717.

ARGUMENTUM.

Donatio secunda Juris patronatus an sustineatur, quando conditio, sub qua fuit concepta prima donatio non fuit impleta per primum Donatarium intrà terminum statutum.

SUMMARIUM.

1 *Donatio juris patronatus facta à Patrono cùm pacto, ut Donatarius subministret expensas necessarias pro reparatione Ecclesiæ an sit Simoniaca?* Vide num. 10.

2 *Donatio modalis juris patronatus, quæ incœpit à traditione statim sortitur effectum, & Donatarius solùm tenetur ad adimplementum.*

3 *Donatio juris patronatus dicitur resoluta, non impleto per Donatarium modo, sive conditione in donatione appositæ.* Amplia ut num. 4. limita ut num. 8.

5 *Purgatio moræ non habet locum, quando resolutio donationis prætenditur non per viam pœnæ, sed ob inadimplementum modi, seu pacti in donatione appositi.*

6 *Resoluta prima donatione ob inadimplementum modi, sive conditionis, Patronus potest validè devenire ad novam donationem.*

7 *Secundus Donatarius juris patronatus non potest illius possessionem apprehendere nisi citato primo Donatario, & obtenta priùs sententia declaratoria Judicis super facto, & quare?* Vide num. 8.

9 *In concursu duarum donationum, an & quando donatio anterior sustineri debeat.*

10 *Patronus in actu donationis juris patronatus, quas conditiones possit, & quas non possit apponere?* Vide ibi.

CASUS VIII.

QUidam Patronus donavit donatione inter vivos de consensu Ordinari Titio præsenti, & acceptanti jus patronatus cum onere, & conditione, quòd ipse intrà quatuor menses subministraret expensas necessarias pro reparatione Ecclesiæ Patronalis, quam ipse donans intrà dictum terminum reparare intendebat, & succedente paulò post vacatione ejusdem Ecclesiæ Titius Donatarius præsentavit ad illam Rectorem. Elapsis autem quatuor mensibus, & non reparata Ecclesia, nec subministratis per Donatarium expensis idem Patronus existimans Titium in adimplemento conditionis defeciisse ad novam donationem juris patronatus cùm eodem onere, & conditione devenit favore Caji. Quæritur an, & quæ donatio sustineatur?

1 Videtur dicendum neutram sustineri, Patronus namque processit ad utramque donationem non liberaliter, prout insinuatur ab Alexandro III. superius *Can. XVIII. in illo verbo. liberaliter*, sed exigendo ab utroque Donatario subministrationem expensarum pro reparatione Ecclesiæ in recompensationem donationis, & sic aliquid temporale pro Spirituali. Unde tamquam simoniaca videtur utraque improbanda juxta *Canones XII. & XIII.* & auctoritates ibi in *Commentario*, ac in *Cas. I. num.* 6. relatas.

At

At hac ratione dubitandi non obstante censeo sustineri secundam donationem.

2 Quamvis enim prima donatio juris patronatus favore Titii ab initio fuerit valida, & perfecta, eo quia non incœpit à promissione, nec ei fuit adjecta conditio suspensiva, sed incœpit à traditione, dum Patronus dedit Titio juspatronatus cum onere reparandi Ecclesiam propriis expensis, & eum immisit in possessionem juris patronatus, permittendo ut paulò post donationem præsentaret in hac ultima vacatione ejusdem Ecclesiæ, quo casu statim sortita fuit effectum, æquè ac si fuisset purè, & simpliciter facta, & Donatarius solùm tenebatur ad adimplementum *Abb. in cap. verum de condit. appos. nu. 2. ibique Gonzal. num. 3. & 4. Alexand. de Nevo num. 6. & 8. & 10. Cyriac. controv. 236. num. 2. & seq. Rot. decis. 568. nu. 19. coram Merlin.*

3 Tamen quia ipse primus Donatarius non implevit modum, & pactum in donatione appositum, nimirum quia non reparavit Ecclesiam Patronalem, neque subministravit expensas pro illius reparatione intrà quatuor menses sibi assignatas, quòd fuit causa finalis, ratione cujus Patronus donavit illi juspatronatus, sequitur donationem esse resolutam, Donatarium indignum esse donationis emolumento, & Patrono donanti competere regressum ad juspatronatus donatum, etiamsi non fuerit appositum pactum resolutivum per *Text. expressum in l. 1. C. de donat. quæ sub modo, & in l. fin. ff. de revoc. donat. l. donatio C. de donat. Gloss. in cap. verum de condit. appos. verb. debeat revocari ibique Gonzal. n. 4. Bald. cons. 18. num. 1. lib. 1. & cons. 212. nu. 1. & 2. lib. 2. Antunez de donat. Reg. lib. 1. prælud. 2. §. 1. num. 3. Card. de Luc. de donat. disc. 9. nu. 6. & disc. 19. n. 2. Castill. de alimentis cap. 14. num. 7. lib. 8. Cyriac. controv. 239. num. 5. Rocc. respons. 85. num 26. tom. 1. Gratian. discept. 929. num. 35. Rot. decis. 315. n. 10. par. 17. & decis. 142. num. 21. par. 19. rec. & in Perusina donationis 5. Maji 1702. §. Et sanè possessio coram bon. mem. Pio, & in Romana, seu Reatina donationis 4. Julii 1704. §. Concurrente coram R. P. D. Lancetta, & in Placentina donationis 4. Maji 1708. §. Justitia coram Eminentissimo Scotto, & in Romana donationis 4. Junii 1717. §. Basis resolutionis coram R. P. D. Coiro.* Fortius si fuisset appositum hujusmodi pactum videlicet si Patronus donasset juspatronatus Titio cum onere reficiendi Ecclesiam propriis expensis intrà quatuor menses, adeout in casu non implementi voluisset donationem esse nullius valoris, hoc enim pactum in fine donationis appositum esset per se sufficiens ad inducendam resolutionem in casu non implementi *Marescot. var. resol. lib. 1. resol. 90. num. 1. & seq. Cyriac. controv. 239. num. 8. & controvers. 500. num. 32. Gratian. discept. forens. 307. num. 4. Rot. decis. 358. num. 6. coram Priolo, & decis. 353. nu. 33. par. 9. recent. & in Perusina donationis 5. Maji 1702. §. Et sane coram bon. mem. Pio, & in dicta Romana, seu Reatina donationis 4. Julii 1704. §. Etenim coram R. P. D. Lancetta.*

5 Nec Titio primo Donatario competere potest in hoc casu purgatio moræ, quia hæc dumtaxat admittitur ex æquitate Canonica in contractibus pœnalem caducitatem præseferentibus, non verò in contractu donationis de jure resolutæ, seu locum habet, quando resolutio donationis prætenditur per viam pœnæ, secus quando prætenditur, prout in casu præsenti, ob inadimplementum modi, seu pacti in donatione appositi, tunc enim solùm inadimplementum operatur, & causat resolutionem donationis, & regressum ad juspatronatus donatum favore donantis ratione defectus ejus consensus, qui non aliàs, quàm sub correspectivitate reparandi Ecclesiam Patronalem præstitus fuit *Card. de Luc. de donat. disc. 19. num. 4. Cyriac. controv. 239. num. 16. Gratian. discept. 786. num. 3. Rot. coram Merlin. decis. 19. & 20. & decis. 302. n. 19. par. 6. recent. & decis. 559. num. 16. coram Ludovis. & in Romana donationis 4. Junii 1717. §. Extranei coram R. P. D. Coiro.*

6 Cùm igitur prima donatio sit resoluta ob non implementum modi, sub quo fuit expleta, sequitur Patronum potuisse ad novam donationem ejusdem juris patronatus devenire favore Caji, & hanc se-

7 cundam donationem sustineri, sed tamen Cajus apprehendere non potest possessionem juris patronatus sibi donati, nisi citato primo donatario, qui est in possessione

præsentandi, quia licèt Patronus non adimpleto modo per primum Donatarium possit jusPatronatus alteri donare non obstante, quòd primus donatarius sit in possessione jurispatronatus, juxta *Gloss. in cap. licèt de præben. & dignit. in 6. verb. conferre* ibi -- *Quia istud est regulare, quòd rem ad collationem meam spectantem, vel jus quod in ea habeo donare, vel quocumque alio titulo in alium transferre possum detentione alterius non obstante* -- Tamen secundum donatarium in possessionem jurispatronatus corporalem inducere non potest, nec iste illam apprehendere, & privare primum Donatarium sua possessione absque citatione, ut veniat oppositurus quare non debeat fieri executio secundæ donationis, & ipse à possessione removeri, absque prævia Causæ cognitione, & absque sententia declaratoria Judicis super facto, per quam constet Donatarium non servasse modum in donatione appositum juxta *Textum expressum in cap. Licèt de Præben.*, *& Dignit. in 6. ibique Gloss. verb. te non vocato Passerin. num.* 17. *& seq. Archidiac. num.* 1. *Gemin. num.* 4., *& 11. Text. in cap. in literis de restit. spoliat. Præposit. in cap. verum de condit. appos. num.* 8. *in fin.* ibi -- *circa tertiam &c. Factum Judicis tamen requiritur ad ferendam sententiam declaratoriam facti per quam constet Ecclesiam, vel donatarium non servasse modum in donando appositum* -- *Gonzal. in cap. conquerente de restit. spoliat. num.* 9. *Card. de Luc. de judic. disc.* 9. *n.* 29. *& de benef. disc.* 55. *num.* 11. *Tondut. quæst. benef. cap.* 112. *num.* 9. *tom.* 1. *Gonzal. super regul.* 8. *Cancell. Gloss.* 15. §. 1. *num.* 39. *& seq. Mantic. decis.* 309. *n.* 4.

8 Ratio autem est, quia fieri potest, quòd primus Donatarius non impleverit modum, & conditionem donationis, seu quòd non reparaverit Ecclesiam, nec subministraverit expensas necessarias pro illius reparatione ex impedimento sibi præstito à Patrono, seu ex facto, & culpa Patroni donantis, quo casu defectus implementi non esset allegabilis à Patrono ad rescindendam donationem, nec esset Donatarius privandus sua donatione *Rot. decis.* 215. *num.* 3. *coram Dunozett. jun. & in Perusina donationis* 3. *Junii* 1701. §. *Nullatenus coram bo. me. Muto*; Immo secundam donationem cassari facere posset, unde, ut innotescat an inadimplementum provenerit ex culpa Donatarii, vel potiùs ex facto Patroni Donantis, requiritur citatio, & sententia declaratoria Judicis super facto juxta *Gloss. in cap. comissa verb. justo impedimento de elect. in 6.* ibi -- *Licèt tutius, & honestius esset ipsum citari, & facere pronunciari illum privatum si non ostendit dispensationem, vel justum impedimentum, nam si hoc ommisso fiat collatio, ipse postea veniens, & de justo impedimento, vel dispensatione fidem faciens, collationem cassari faciet.*

9 Non obstat si dicatur, quòd in concursu duarum donationum illa debeat sustineri, quæ est anterior, nulla habita ratione de secunda, quæ in præjudicium primæ fieri non poterat, maximè in casu præsenti, ubi dominium, & possessio jurispatronatus fuerunt translata in primum Donatarium ad *Text. in l. perfecta C. de donat. quæ sub modo Castald. consult.* 229. *num.* 1. *& seqq. Rot. decis.* 89. *num.* 16. *& seq. coram Duran. & decis.* 394. *num.* 3. *coram Cerr.*, *& in Perusina donationis* 3. *Junii* 1701. §. *Moti coram bo. me. Muto*. Quoniam hoc procedit quando prima donatio est pura, & simplex, aut quando est modalis, & conditionalis, & modus, sive conditio fuit impleta, tunc non potest revocari, & in præjudicium illius ad secundam donationem deveniri, ut loquuntur *Rot. decis.* 773. *num.* 5. *coram Dunozet. jun. & decis.* 168. *num.* 19. *coram Merlin.* & aliæ auctoritates contrariæ; non verò procedit quando primæ donationi fuit appositus modus, & iste non fuit intrà Statutum terminum per Donatarium ex propria culpa adimpletus, tunc prima donatio dicitur resoluta, & Patronus potest secundam donationem explere ex deductis.

10 Id verò, quòd superius pro ratione dubitandi in contrarium objiciebatur, attendi non meretur. Distinguendum est enim inter conditiones, seu onera omnino extrinseca juripatronatus, & conditiones, & onera, quæ sunt intrinseca, & de jure insunt eidem juripatronatus, Patronus quidem, nec post perfectam donationem, nec incontinenti in ipso actu donationis potest adjicere conditiones, & deducere in pactum ea onera, quæ sunt omnino extrinseca juripatronatus absque simonia

valet

valet tamen deducere in pactum eas conditiones, & onera quæ ſunt intrinſeca ipſi juripatronatus,& ad quæ Patronus de jure tenetur, juxta auctoritates ſuperiùs relatas *Can. XII. & XIII. Caſ.II. n. 3.* quibus addo *Palm. nep. alleg.77. n.9. tom.1.* Igitur cùm reparatio Eccleſiæ Patronalis, aut ſubminiſtratio expenſarum pro illius reparatione, ſit onus intrinſecum juripatronatus, & Patrono, ex deductis *Part. I. Can.IV.* poterat Patronus in actu donationis illam deducere in pactum, & injungere Donatario abſque ulla labe ſimoniæ.

ARGUMENTUM.

Donatio Juriſpatronatus an reſolvatur per ſupervenientiam filiorum Patroni Donantis?

SUMMARIUM.

1 *Refertur ſententia Decii.*
2 *Lex Civilis an locum habeat, ſeu an obſervari debeat in rebus Eccleſiaſticis, ſpiritualibus, vel ſpiritualitati annexis?* & num. 6.
3 *Lex* ſi unquam *comprehendit donationes earum rerum, quæ continet notabilem æſtimationem.*
4 *Eadem lex tota fundatur in præſumptione.*
5 *Lex* ſi unquam *habet locum in donatione juriſpatronatus.* Sed limita ut num. 10. uſque ad 14.
7 *Juſpatronatus licèt non ſit æſtimabile quoad pretium, eſt tamen æſtimabile quoad decorem, honorem, & præeminentiam, & conſervationem memoriæ familiæ.*
8 *Lex* ſi unquam *habet locum etiam in donatione earum rerum, quæ ſunt æſtimabiles quoad decorem, & præeminentiam.*
9 *Donationi juriſpatronatus congruit ratio, ſeu præſumptio, in qua fundatur eadem lex.*

CASUS IX.

CElebris diſpoſitio *legis ſi unquam Cod.de revocan. donation.* qua ſancitur donationes reſolvi, & revocari ob ſuperveníentiam filiorum, excitavit deſiderium in filio cujuſdam Patroni impugnandi tamquam reſolutam donationem juriſpatronatus Beneficii A factam ab eodem Patrono ante matrimonium favore proprii fratris. Quæro proinde an hæc donatio revera ſit reſoluta, ſeu an præfata lex locum habeat in donatione Juriſpatronatus?

1 Negativam ſententiam expreſsè tuetur *Decius conſ.675. num.1.* ibi-- *Conſuluit eleganter clariſſimus U. J. Doctor D. Philippus Griffus, quòd diſpoſitio leg. ſi unquam C. de revoc. donat. non habet locum in donatione juriſpatronatus, & juridicam eſſe arbitror concluſionem ab ejus excellentia firmatam--* Motus ex qualitate hujus Legis, quæ non eſt Canonica, promanans ab eo, qui rerum ſpiritualium, & Eccleſiarum eſt abſolutus Diſpenſator, & Moderator, ſed Civilis profluens à poteſtate laica, quæ ſuper rebus Eccleſiaſticis, & ſpiritualibus nullam juriſdictionem habet, & falcem ponere nequit, unde utì
2 talis inepta eſt comprehendere donationes Juriſpatronatus, quod eſt ſpirituale, vel ſpiritualitati annexum, ut ſæpius dictum fuit in decurſu hujus Operis, & animadvertit *Jo. Andreas in cap. Non minus de Immunit. Eccleſ. num.14.* ibi-- *Non video, quòd lex non ſolùm digeſtorum, ſed etiam codicis, vel authenticorum poſſit conſtringere Eccleſias ad talia--* & eſt Textus expreſſus *in cap. Eccleſia S. Mariæ de Conſtit. ibique Abb. num. 10. Fagnan. num. 7., & in cap. Quæ in Eccleſiarum eod. tit.n.25. Merlin. deciſ.902. num.42.*, & aliæ auctoritates ſuperiùs hìc relatæ *Caſ.V.num.15.*

3 Quæ *Decii* ſententia veritati conſona videtur, ſive attendatur natura hujuſmodi Legis, ſive illius ratio. Et quidem attenta hujus Legis natura, ipſa comprehendit donationes earum rerum, quæ continent notabilem æſtimationem, ſeu quæ ſunt conſiderabilis valoris. *Covarr. var. reſol. lib.1. cap.19. nu.12.§.His etiam Cancer. var. reſol. par.1. cap.8. num. 126. Gabriel. concluſ.2. num.77. lib. 3. Amoſtaz. de cauſ. piis lib.1. cap.3. num.25. Rot. in Fulginaten. donationum 26. Aprilis 1709. §. Quamvis coram R. P. D. Criſpo,* Jus autem Patronatus nullius eſt valoris, cùm
4 non ſit pretio æſtimabile, adeôque dicta Lex locum habere non poteſt in illius donatione. Attenta verò ratione præfatæ Legis, hæc tota fundatur in præſumptione; quia præſumit, quòd ſi de filiis Donator cogitaſſet donationem non feciſſet. *Honded. conſ.43. num.16.tom.1. Caſtill. controv. jur. lib. 4. cap. 31. num. 93.*

Card. de Luc. de donat. disc.20.num.9. Rot. decis.34. num.22. coram Ansaldo.

Quæ præsumptio cessat in donatione Juris patronatus secundùm se sumpti, quia cùm per eam nullum inferatur præjudicium bursale filiis. Patronus etiam si de illis cogitasset adhuc donationem Juris patronatus fecisset, ac proinde in ea cessare etiam debet ejusdem Legis dispositio, *Capyc. Latr. decis.160.num.11. Francisc. Palma consult.26. num.17. Rot. decis. 282.num.9. coram Buratt.*

5 Affirmativam verò sententiam defendunt *Tiraquel.in dicta leg.si unquam verb. donatione largitus num.353.cum duob.seqq. Vivian. de jurepat. par.1. lib.4. cap.4.n.31.* quam censeo veriorem, & amplectendam, nullatenus attentis contrariis *Decii* rationibus, & reflexionibus.

6 Quoniam, quòd præfata Lex non sit Canonica, sed Civilis, impedire nequit ejus observantiam; siquidem Lex Civilis multoties observari debet in rebus Ecclesiasticis, & spiritualibus, aut spiritualitati annexis, nimirum quando ipsa per Papam fuit inserta Canoni, aut quando disponens specificè de rebus Ecclesiæ fundatur super ratione naturali, & non contrariatur Canoni, aut quando generaliter loquitur, & Canonibus non contradicit, uti est præsens *lex si unquam*, quæ loquitur generaliter de revocatione donationis per supervenientiam filiorum, & nullus est *Canon*, qui ob dictam causam prohibeat donationes Juris patronatus, ac proinde etiam si sit Civilis, & non Canonica adhuc in donatione Juris patronatus est servanda. *Abb. in cap. 1. de oper. nov. nunciat. Fagnan. in cap.Canonum statuta de Constit. num. 39. & in cap. quæ in Ecclesiarum eodem tit. num. 29. & seqq.*

Quòd autem hæc Lex comprehendat donationes earum rerum, quæ sunt notabilis æstimationis non officit quin comprehendere possit donationem etiam Juris patronatus, dupliciter enim res aliqua dici potest æstimabilis, videlicet quoad pretium, & quoad decorem, honorem, præeminentiam, aut conservationem me-
7 moriæ agnationis; Juspatronatus certò equidem non est æstimabile, quoad pretium est tamen æstimabile, quoad decorem, honorem, præeminentiam, & conservationem memoriæ familiæ, dum ipsum est, quædam prærogativa, præeminentia, & honor, & conservat memoriam familiæ juxta *Bald. cons.373. vol.1. nu.4.* superiùs relat. *Can.I., & II. Cas.X. num.4.*, & dixi *Par.I. Can.I., & II. Cas.I., Rota in Bituntina Juris patronatus 31. Januarii 1716. §. Pro remotione coram R.P.D. Foscaro* inferiùs impress. *Cas.XI.*, unde illius donatio cadere potest sub dispositione legis *si*
8 *unquam* cum hæc non solùm habeat locum in donatione eorum pretio æstimabilium, verùm etiam earum rerum, quæ sunt æstimabiles, quoad decorem, præeminentiam, & agnationis memoriam conservandam, *Morot. resp.43. num.18., & seq. Rot. in Fulginaten. donationum 26. Aprilis 1709. §. Ad hujusmodi coram R.P.D. Crispo*, Cui donationi Juris patronatus
9 optimè congruit ratio, & præsumptio, in qua fundatur eadem Lex; non enim præsumitur Patronus voluisse præferre propriæ soboli extraneos, vel consanguineos remotiores in hoc honore, præeminentia, & decore, quem secum fert Juspatronatus si de filiis cogitasset, *Crot. consil.129. num.8., Tiraquel. in l. si unquam verb. donatione largitus num.356. Francisc. Palma consult. 26. num. 2. Antonell. de tempor. legal. lib.2. cap.61. n.11.*

Ac quamvis in abstracto, & in genere verior sit sententia *Tiraquelli*, attamen
10 ipsa in concreto suas patitur limitationes. Donatio namque Juris patronatus potest esse causativa, seu onerosa, nimirum si Patronus assumat pro causa donandi aliquod intrinsecum eidem Juri patronatus, e. g. si donet hoc cum onere, ut Donatarius reparet, reædificet, vel defendat Ecclesiam (non potest enim Patronus assumere pro causa donandi Juspatronatus secundum se sumptum aliquid ipso extrinsecum absque simonia, secus si donet universitatem bonorum, cui sit annexum Juspatronatus) & hæc donatio non resolvitur per supervenientiam filiorum, seu præfata Lex in ea non habet locum, *Menoch. cons.196. sub num.47. Rub. par.4. qu.37. num.200., Card. de Luc. de donat. disc.21. num.8., Rot. dec.320. num. 4. par.6. rec., & in Fulginaten. Donationum 26. Aprilis 1707. §. final. coram R.P.D.*
11 *Crispo.* Potest etiam esse pura, & simplex, & in ea non habet locum eadem Lex.

Primo

Primo quando fuit per Patronum individuè, & specificè ei renunciatum, secus si solùm fuisset renunciatum generaliter, *Gabriel. concluſ. 2. lib. 3. num. 63.*, *Rota decis. 597. num. 6. par. 3. rec.*, *& decis. 255. num. 10. coram Otthobon.*, *& dec. 379. n. 6.*

12 *coram Ubaldo*. Secundò quando donatio Juriſpatronatus fuit facta Eccleſiæ, aut piæ Cauſæ, *Gabriell. dicta concluſ. 2. nu. 61. Card. de Luc. de donat. diſc. 22. n. 7.* & reſolutum fuit à Sac. Congregatione Concilii *in Albanen. Donationis 2. Junii 1663. lib. Dec. 23. pag. 504.*

13 Tertiò quando Patronus cogitando ſpecialiter de filiis, adhuc veriſimiliter donaturus fuiſſet Juſpatronatus, uti eſſet e. g. ſi ipſe poſt donationem ſuſcepiſſet liberos, & ſupervixiſſet, & donationem non revocaſſet *Honded. conſ. 43. num. 16. lib. 1. Card. de Luc. dicto diſc. 22. num. 8.*, *Antonell. de tempor. legal. lib. 2. cap. 61. nu. 13. Rot. dec. 471. num. 16. coram Bich.*

14 Quartò non habet locum quando ſuperveniunt ſolùm filii adoptivi, ſeu non revocatur donatio per ſupervenientiam filii adoptivi Patroni donantis, *Roch. de Curt. de Jurepatr. verb. ipſe vel is n. 79.*, *Lambertin. eodem tract. lib. 1. par. 2. qu. 2. art. 9. num. 8.*, *Gabriell. concluſ. 2. num. 77. lib. 3.*

ARGUMENTUM.

Patronus donato Jure præſentandi dumtaxat, an cenſeatur illud donaſſe cumulativè, vel privativè; Et an donatio Juris præſentandi ab eo facta pro una vice tantùm ad Beneficium vacaturum ſuſtineatur?

SUMMARIUM.

1 *Ceſſante cauſa, ceſſare etiam debet effectus.*

2 *Mutare conſilium in præjudicium alterius quis non poteſt.*

3 *Patronus donans juſpatronatus, non poteſt ampliùs præſentare. Donans verò dumtaxat jus præſentandi poteſt concurrere cum Donatario ad præſentandum accumulativè, & quare.* Vide num. 4. Limita ut num. 6. uſque ad 11.

5 *Per donationem juris præſentandi non ceſſat in Patrono cauſa accumulativè præſentandi.*

12 *Patronus ſi donet alicui jus præſentandi pro una vice tantùm ad Beneficium vacaturum, an hæc donatio ſuſtineatur?* Vide ibi, & num. 14.

13 *Donatio juris præſentandi pro una vice nihil aliud eſt, quàm ſimplex mandatum procuræ ad præſentandum.*

CASUS X.

PAtronus de conſenſu Ordinarii donavit Titio præſenti, & acceptanti jus præſentandi, & ſuccedente vacatione Beneficii præſentavit ad illud Cajum, cui præſentationi ſe oppoſuit Titius Donatarius prætendens ad ſe ſolùm ſpectare vigore donationis jus præſentandi. Quæritur proinde, an Patronus potuerit in hoc caſu præſentare?

Pro quo, more ſolito procedendo per contraria, quo modo magis ſplendeſcit veritas, reſpondendum videtur negativè. Etenim Patronus eo ipſo, quòd donavit jus præſentandi alteri, à ſe illud abdicavit, & eo ſe ſpoliavit, unde vacato Beneficio, ad illud ampliùs præſentare non poteſt, ſed præſentatio totaliter ſpectare debet ad Donatarium, ut dixi ſuperiùs *Caſ. IV. num. 1.* aliàs in ipſo Patrono Donante ceſſaret cauſa præſentandi, nimirum jus præſentandi, & non ceſſaret effectus, videlicet præſentatio, con-

1 tra illud principium, quòd ceſſante cauſa, ceſſare etiam debeat effectus. *l. adigere §. quamvis ff. de jurepatr. Text. in cap. cùm ceſſante de appellat. ibique Gloſſ. Abb. num. 2. Gonzal. num. 1. Barboſ. axiom. 40. num. 4. Card. de Luc. de Benef. diſc. 87. n. 2.*

2 Ac etiam aliàs idem Patronus diceretur recedere à ſua deliberatione, & mutare conſilium in præjudicium Donatarii juris præſentandi, contra regulam, quam habemus *in cap. Mutare de regul. jur. in 6.*

3 At hoc non obſtante, cenſeo in caſu præſenti Patronum Donantem potuiſſe præſentare Rectorem Beneficii vacantis unà cum Donatario juris præſentandi, & hunc vigore dictæ donationis intentionem in jure fundatam non habere præſentandi privativè, & excludendi Donantem à præſentatione; Quoniam diſtinguendum eſt inter donationem juriſpatronatus, & donationem ſolius juris præſentandi; quamvis donato legitimè Jurepatronatus, Patronus non poſſit ampliùs

pliùs præsentare, tamen donato dumtaxat jure præsentandi, & sibi retento Jurepatronatus, idem Patronus Donans potest concurrere cum Donatario ad præsentationem, dum præsumitur donasse accumulativè, non autem privativè; tum quia si privativè donare voluisset, sibi non retinuisset Juspatronatus; tum quia, ubi fieri potest, semper actus interpretari debet, nè inducat totalem, & abdicativam renunciationem proprii juris: Eodem modo, quo Papa concedendo facultatem Ordinariis conferendi Beneficia, intelligitur eam contulisse accumulativè, & non privativè; adeout non obstante hac concessione potest Papa concurrere unà cum Ordinariis ad Beneficiorum collationem; & Princeps concedendo alicui jurisdictionem censetur cumulativè concessisse, & non privativè, ut docet expresè *Decius cons.* 542. *per tot.* quem sequuntur *Gonzal. ad regul.* 8. *Cancell.* §. 2. *prœm. num.* 32. & 38. *Capon. discept.* 12. *num.* 11. & *seqq. Gratian. discept.* 270. *n.* 15. *Piton. discept. Eccles.* 4. *num.* 65. & *seq. Rot. decis.* 385. *num.* 8. *par.* 1. *divers.* & *in Cracovien. Parochialis* 9. *Februarii* 1705. *coram R.P.D. Caffarello* §. *Quidquid* ibi-- *Patronus enim donans jus præsentandi intelligitur donasse cumulativè, & non privativè, & in Derthonen. Beneficii S. Catharinæ* 20. *Aprilis* 1708. *coram R.P.D. Polignac* §. *Nec movit* ibi-- *Quoniam animadversum fuit deducta per Decium in supradictis consiliis, & per Rotam &c. rectè quidem procedere, cùm ex verbis, & mente Donantis appareat cessum, seu donatum simplex jus præsentandi, at verò rem aliter se habere, quoties (prout in hypothesi) cessum, & donatum legitur universum juspatronatus cum clausulis translativis possessionis, & dominii, isto enim casu abdicatur omne jus à Cedente, seu Donante, illudque liberè transfertur in Cessionarium, seu Donatarium* -- & dixi superiùs *Par. I. Can. V. Cas. IV. num.* 2.

4 Ratio autem est, quia Patronus retento sibi Jurepatronatus per donationem simplicis juris præsentandi non abdicavit à se jus accumulativè variandi ei competens ratione Jurispatronatus juxta supradictos *Canones IX. X. & XI.*, & alias auctoritates ibi relatas *Cas. I. num.* 14. Unde non obstante dicta donatione poterit validè alium variando accumulativè præsentare, seu accumulativè concurrere cum Donatario ad præsentationem.

5 Ex qua ratione patet responsio ad ea, quæ in contrarium objiciebantur; per hanc enim donationem non cessavit in Patrono causa accumulativè præsentandi, cùm non cessaverit in ipso juspatronatus, quod est causa universalis multorum effectuum, & jurium, quorum unum est jus accumulativè præsentandi; unde si accumulativè præsentaret cum Donatario juris præsentandi non verificaretur, quòd in ipso cessante causa non cessaret effectus, nec diceretur recedere à sua deliberatione, & mutare consilium; quia ipsius deliberatio, & consilium fuit donare eidem Donatario jus præsentandi, non verò jus accumulativè variandi.

6 Supradicta autem concluso, quòd Patronus non obstante donatione juris præsentandi possit accumulativè præsentare, procedit in Patrono laico, seu in donatione juris præsentandi laicalis, secus in donatione juris præsentandi Ecclesiastici, seu in Patrono Ecclesiastico; iste enim facta donatione juris præsentandi, non potest accumulativè præsentare, & concurrere cum Donatario ad præsentandum, cùm ipsi sit interdicta variatio accumulativa, & non competat jus accumulativè præsentandi, juxta supra dicta in *Can. IX. X. & XI. in Comment. num.* 1. & *in Cas. II. ibi.*

7 Procedit etiam nisi aliter constet de mente Patroni Laici donantis; quippe si ex circumstantiis, conjecturis, aut verbis donationis appareat Patronum voluisse à se abdicare totum Juspatronatus, ipse, aut ejus hæredes non possent ampliùs præsentare; Diceretur autem Patronus per donationem juris præsentandi à se abdicasse totum Juspatronatus, si juxta communem loquendi usum loci, in quo ipse reperitur, jus præsentandi idem sonaret ac juspatronatus. *Rot. in Bituntina jurispatronatus* 31. *Januarii* 1716. §. *Et profectò coram R.P.D. Foscaro* inferiùs impress. *Cas. XI.* Si Patronus donans promiserit habere donationem ratam, & 8 nunquam ei contravenire-- *nè in tutto, nè in parte* -- ex his enim verbis ipse præsumeretur sibi abstuliisse jus variandi, & cumulativè præsentandi, juxta *Lambertin. de jurepatr. lib.* 2. *par.* 2. *q.* 7. *art.* 16. *sub num.* 2.

num. 2. & num. 3. & 4. & lib. 2. par. 1. q. 4.
9 *art. 6. num. 3. in fin.* si in donatione dixisset se *omnino, totaliter, penitùs transferre omne jus in Donatarium, seu nullo jure retento. Fagnan. in cap. cùm dilectus de Religios. domib. nu. 37. Piton. discept. Eccles. 4.*
10 *num. 66. in fin.* Si in donatione juris præsentandi sibi reservasset solùm jus alimentorum, aut aliquem particularem fructum Juris patronatus, tunc reservatio, & exceptio in isto fructu argueret omnimodam concessionem juris præsentandi etiam privativè. *Text. in cap. qualis vers. quod enim de uno negatur 25. dist. Fagnan. ubi supra num. 38.* Denique si post
11 donationem Patronus, aut ejus hæredes nunquam præsentassent, nec aliud jus honorificum exercuissent; secus si solùm in vacatione Beneficii immediatè sequuta post donationem juris præsentandi, Patronus nullatenus præsentasset. Ex hac enim sola omissione præsentationis accumulativæ in dicta prima vacatione deduci non posset Patronum à se abdicasse totum Juspatronatus, & in futuris vacationibus non posse ampliùs accumulativè præsentare, quia negligens in uno actu, non facit sibi præjudicium in sequenti, nisi expressè appareat Donatarium præsentando in dicta vacatione habuisse animum privandi Patronum donantem jure cumulativè præsentandi, & ei præjudicandi, sciente, & patiente eodem Donante. *Ruin. cons. 50. num. 9. tom. 5. Federic. de Sen. cons. 147. num. 1.* ibi -- *sed contrarium credo verius, nam licèt aliquis, qui habet simul cum aliis eligere semel non elegerit, non sequitur, quòd propter hoc amiserit jus, vel possessionem juris eligendi.*
12 Quæro hìc si Patronus donet alicui jus præsentandi pro una vice tantùm ad Beneficium vacaturum, an hæc donatio sustineatur?

Decius cons. 541. num. 1. tom. 2. absolutè tuetur hanc donationem non sustineri, nec valere, quia inducit votum captandæ mortis, ad *Text. in cap. nè captandæ, & in cap. detestanda de concess. præben. in 6.* Sed
13 quia hujusmodi donatio juris præsentandi pro una vice nihil aliud est, quàm simplex mandatum procuræ ad præsentandum. *Lambertin. de jurepat. lib. 2. par. 1. q. 8. art. 11. num. 2. Rot. decis. 537. num. 7. & decis. 583. num. 9. coram Emerix jun.* proinde censeo sententiam *Decii* absolutè, & indistinctè non esse veram; sed pro-
14 cedendum esse cum ea distinctione, quàm in terminis mandati procuræ ad præsentandum superiùs *Par. I. Can. V. Cas. I. n. 1. & seqq.* insinuavi; Aut enim Donator juris præsentandi pro una vice tantùm ad Beneficium vacaturum est directa ad certam personam, & tunc non sustinetur, & est nulla propter votum captandæ mortis, aut est directa generaliter ad præsentandum in genere in casu vacationis, & tunc est valida, quia nullum inducit votum captandæ mortis, juxta *Card. de Luc. de jurepat. disc. 64. num. 34. Marescott. var. resol. lib. 2. cap. 33. num. 1. & seqq. Adden. ad Gregor. decis. 420. num. 9. & Adden. ad Buratt. decis. 21. num. 29. Rot. coram Emerix jun. decis. 298. num. 11.*

ARGUMENTUM.

Donatarius Juris patronatus an possit præsentare Donatorem?

SUMMARIUM.

1 *Patronus non potest præsentare seipsum.*
2 *Donatarius juris patronatus potest præsentare Donatorem si juspatronatus sit ei donatum in perpetuum; quid autem si ei esset donatum pro una vice tantùm?* Vide ibi, & num. 4. usque ad 6.
3 *Præsentatus à Donatario juris patronatus est instituendus,*
7 *Donato jure præsentandi non censetur donatum totum juspatronatus.* Limita, ut ibi.
8 *Donatio juris patronatus, ut dicatur perpetua, quid sufficiat?*
9 *Animus fraudandi Legem super futura præsentatione Patroni Donantis in donatione juris patronatus, ex quibus cessare dicatur;* & num. seqq.

CASUS XI.

DOnavit Patronus donatione irrevocabili inter vivos de consensu Ordinarii cuidam Juspatronatus, qui in prima proxima vacatione beneficii præsentavit ipsum Patronum. Quæritur an hujusmodi præsentatio sustineatur?
1 Et videtur non sustineri, quia sicuti Patronus non potest præsentare se ipsum juxta *Text. in cap. per nostras*, de quo infra *Can. XXIX.*, ita nec Donatarius juris-

pa-

patronatus poterit præsentare ipsum Patronum donantem; quia talis donatio videtur facta in fraudem supradicti Canonis; ut sic Patronus possit præsentari, assequi, & instituì in beneficio de suo jure-patronatus.

2 Verùm huic quæstioni breviter respondendo, distinguo, aut Patronus donavit jusPatronatus donatario in perpetuum de consensu Ordinarii, & tunc posset Donatarius validè præsentare donatorem, quia tunc præsentaret illum nomine proprio, & nulla fieret fraus præfato Canoni; Aut donavit jusPatronatus Donatario pro una vice tantùm, scilicet pro prima vacatione beneficii, & in hoc casu subdistinguo; Aut donavit jusPatronatus illi, ut Procuratori, scilicet, ut præsentet nomine Donatoris, & tunc non potest præsentare Donatorem, quia iste intelligeretur præsentare se ipsum, aut donavit illi, ut donatario, de consensu Episcopi, scilicet, ut præsentet nomine proprio, & tunc Donatarius potest præsentare Donatorem. In Casu præsenti Patronus donavit jusPatronatus in perpetuum cùm debitis solemnitatibus; unde poterat Donatarius valide præsentare ipsum Patronum donantem, & præsentatio sustinetur, & ita docent *Abb. in cap. ex insinuatione de jurepat. num. 7. Rocch. de Curt. de jurepat. in verb. is, vel ipse quæst. 20. num. 37. Lambertin. eodem tract. par. 1. lib. 2. quæst. 8. art. 11. per tot. Vivian. eodem tract. lib. 6. cap. 9. num. 22. Barbos. de offic. & potest. Episcopi par. 3. alleg. 72. num. 95.* & resolutum fuit à Sac. Rota *in Bituntina jurispatronatus*, hic immediatè impressa.

R. P. D. FOSCARO.

Bituntina Jurispatronatus.

Ven. 31. Januarii 1716.

COntendentibus Joanne Petro, & Scipione de Rogadeis coram Episcopo Bituntino adjudicationem Beneficii, seu Rectoriæ Ecclesiæ S. Annæ de activo Jurepatronatus ejusdem familiæ, emanavit sententia Joanni Petro favorabilis; Scipio tamen huic Ordinarii judicio minimè acquiescens, appellationis Causam nostro Tribunali committi curavit, coram quo proinde proposito in hodierna Audientia per me Dubio -- *An, & cui sit adjudicandum Beneficium* -- Domini in consueto Turno mihi assidentes eidem responderunt -- *Beneficium adjudicandum Joanni Petro* --

3 Constitit enim in facto, quòd Jus præsentandi ad prædictum Beneficium ex lege fundationis spectabat ad Primogenitum pro tempore familiæ de Rogadeis, quo posito cùm Joannes Petrus actualis ejusdem familiæ Primogenitus, & Jurispatronatus respectivè possessor, illud fer. fer. donaverit Eustachio filio, inde evenit, ut quemadmodum vigore hujusmodi donationis prædictum JusPatronatus translatum, & transfusum remanserat in Eustachium Donatarium, ita quoque Beneficii adjudicatio denegari non poterat eidem Joanni Petro, tamquam præsentato ab Eustachio, qui erat unicus, ac legitimus ejusdem Beneficiatus Patronus, ut aliàs firmavit *Rot. in Camerinen. Beneficii 10. Maji 1709. §. 1. coram Reverendissimo D. meo Molines Decano, & in Valentina Beneficii 16. Januarti 1704. §. Quamvis enim coram R.P.D. meo Lancetta, & in Tuden. Parochialis 7. Decembris 1703. §. Fuit enim cor. clar. me. Card. Caprara.*

4 Nec ad obtinendam illius adjudicationem Joanni Petro resistere visa fuit dispositio famigerati *Text. in cap. per nostras de Jurepatr.*, in quo cùm ob necessariam differentiam, quæ debet intercedere inter Præsentantem, & Præsentatum prohibeatur Patrono, quo minus ad Patronale Beneficium se ipsum valeat præsentare, ex hoc proinde scribentes pro Scipione contendebant inferre, quòd sicuti Joannes Petrus ad sæpe laudatum Beneficium se ipsum præsentare non valuisset, ita quoque ad illud legitimè præsentari non valuit ab Eustachio ejusdem Jurispatronatus Donatario, ea ratione, quia talis donatio præsumatur, seu potiùs probari prætendatur facta in fraudem Legis, & ad effectum, ut Joannes Petrus Donator, quòd à se ipso recipere prohibebatur id per interpositam Eustachii Donatarii personam obtinere valeret.

5 Animadvertebant quippe Domini, superiùs recensiti Textus censuram locum quidem sibi vindicare posse, quoties agitur de donatione jurispatronatus, vel quæ facta fuerit ea lege, ut Donatarius unica

unica tantùm vice præſentare valeat, vel irrequiſito Donante præſentare non poſſit, vel quæ neceſſariò Ordinarii conſenſu munita non fuerit, in quibus ſanè terminis, cùm vigore hujuſmodi donationis, ſive ex defectu voluntatis, ſive ex deficientia ſolemnitatis juriſpatronatus eradicatum non remaneat ex oſſibus Donantis, ac integraliter in perſonam Donatarii transfundi non poſſit, inde fit, quòd ſi Donatarius eo caſu Donantem præſentet, diſſimulari nequit, quòd talis præſentatio in fraudem Legis machinata non fuerit, ex quo illa ſuum principium deſumere non valebat ab alio jure, quàm ab eo, quod, vel totum, vel pro parte in ipſius met Donantis præſentati perſona remanebat infixum, ut communiter firmant *Canoniſtæ in cap. ex inſinuatione de jurepat.*, & ſequuntur *Panorm. num. 7.*, *Jo: Andr. num. 3.*, *Butr. num. 5.*, *Zabarell. num. 1. in fin.*, *Henrich. in cap. per noſtras eodem tit. num. 4. Vivian. de jurepat. lib. 6. cap. 9. nu. 22.*

6 Secus tamen procedere viſum fuit, quando, prout in caſu præſenti, Joannes Petrus univerſum Juſpatronatus, de quo agitur eo modo, quo à fundatore quæſiverat Euſtachio filio donavit, cum effrænata facultate præſentandi in omnibus quibuſcumque vacationibus Perſonam eidem Donatario beneviſam, & cum ſucceſſiva etiam, ac ſpeciali Epiſpopi approbatione, in quibus profectò circumſtantiis, cùm controverti nequeat, quòd per hujuſmodi donationem abdicato quocumque jure ex perſona Donantis, tam ratione voluntatis, quàm ratione ſolemnitatis Donatarius effectus fuerit legitimus, & abſolutus Dominus Juriſpatronatus donati, dubitari quoque non poteſt, quòd ipſummet donantem præſentare valeret, eo modo, quo aliam quamcumque perſonam præſentare non prohibebatur, cùm jure ſuo, non jure Donantis id agere videretur, ut ultra Doctores ſuperiùs relatos diſtinguendo etiam concludunt *Speculat. de jurepatr. num. 16.*, & *confirmat Jo: Andr. in addit. ad eumdem Specul. ibidem*, *Piring. in jus Cononicum tom. 3. lib. 3. tit. 38. de jurepatr. ſect. 4. §. 2. nu. 90.*, & optimè *Lambertin. de jurepatr. lib. 2. par. 1. qu. 8. art. 11. nu. 1.*, *Sanch. conſ. moral. lib. 2. cap. 3. dub. 74. num. 3.*, *Barboſ. de poteſt. Epiſc. par. 2. allegat. 72. nu. 95.*, *Pax Jordan. tom. 2. lucubr. lib. 10. tit. 7. n. 270.*, & alii communiter per ſupra relatos congeſti.

Et profectò impugnari minimè poterat, quòd in prædicta donatione Joannes Petrus comprehendere voluerit univerſum controverſi Beneficii Juſpatronatus, quamvis eadem literaliter adſtricta legatur ad ſimplex jus præſentandi; etenim licèt verum ſit, quòd regulariter jus præſentandi ſit quædam pars, & effectus Juriſpatronatus univerſi, adeout donato 7 particulariter jure præſentandi, cenſeri non poſſit donatum quoque fuiſſe totum Juſpatronatus; æquè tamen verum eſt, quòd quemadmodum etiam à jure non abhorret, ut aliquando jus præſentandi idem ſonare poſſit, ac Juſpatronatus ex *Vivian. de jurepatronatus lib. 5. cap. 2 n. 3.*, & *Lambertin. eod. tract. lib. 1. par. 1. qu. 1. art. 3. num. 4.*, & *Paul. de Cittadin. de jurepatronatus par. 1. num. 44.*, Ideoque repugnare non videbatur, quòd Joannes Petrus donando jus præſentandi à ſe abdicare voluerit, totum Juſpatronatus, præſertim quando non ſolùm Epiſcopus confirmando hujuſmodi donationem profeſſus fuit confirmare donationem Juriſpatronatus, licèt Donator profeſſus fuiſſet donare jus præſentandi, ſed etiam fortius, quia ipſemet Fundator ſub hac eadem denominatione juris præſentandi illiud reſervavit Primogenitis familiæ de Rogadeis, quo caſu, vel dicendum eſt fundatorem de hoc Beneficio nullum reſervare voluiſſe Juſpatronatus univerſale, ſed ſimplex jus præſentandi, vel concedendum eſt ſub nomine juris præſentandi comprehendere, & intelligere voluiſſe, de univerſo Jurepatronatus. Quocumque tamen caſu dubitari non poteſt, quòd Joannes Petrus omne jus activum, quòd habebat ad controverſum Beneficium à ſe abdicare voluerit, quoties eadem formula, & latitudine verborum, quibus illud à Fundatore quæſiverat in Donatarium tranſtulerat.

Minus rectè ibidem obiiciebatur ſæpe laudatæ donationi defectus perpetuitatis, ex quo cùm ageretur de Jurepatronatus gentilitio, ac primogeniali, de illo proinde verificari non poſſet perpetua ejuſdem donatio in præjudicium voca-

torum post mortem Donantis.

8 Placuit enim responsio, quòd pro verificanda perpetuitate donationis juxta subjectam materiam, satis esset, quòd Donans metiendo voluntatem à potestate taliter à se abdicaverit omne jus, quod habebat super Jurepatronatus donato, ut excluſus perpetuò remaneret quilibet ejusdem regressus ad eumdem Donantem, ad hoc ut ita quoque excluſa remaneat quælibet suspicio fraudandi legem, nè scilicet sub palliato nomine temporaneæ, ac terminatæ donationis videretur voluisse potiùs constituere Procuratorem ad præsentandum pro vicibus, ac tempore convento, quàm plenum, & absolutum Jurispatronatus dominium in verum Donatarium transferre, prout satis clarè desumebatur, ex spiritu potiùs, quàm ex litera DD. superiùs allegat.

Ejusdem quoque momenti apparuit altera exceptio, quòd in donatione prædicta necessarius Ordinarii consensus non intervenerit, ex quo approbata solummodo legatur ab ipsius Vicario, qui in hujusmodi actibus approbatione interponere prohibetur absque speciali Episcopi mandato. Objectum quippe sublatum remansit ex facto, dum mihi originaliter exhibitum fuit adeò effrenatum Episcopi mandatum eidem Vicario non solùm inter cætera specialiter datum ad confirmandas donationes Juriumpatronatus, sed etiam ad ea omnia nomine constituentis peragenda, quæ expressè, & specificè etiam demandari oportuissent, prout constitit ex illius lectura.

9 Fruſtrà denique opponebatur, quòd in explenda sæpe recensita donatione intercesserit secreta pactio, & animus fraudandi legem super futura præsentatione Joannis Petri donantis; Animadversum namque fuit, quòd cùm ageretur de actu, qui sive inspicienda sit causa, ex qua processit, sive perscrutandus veniat modus, cum quo fuit celebratus omnimodam sinceritatis, & legalitatis speciem præseferat, quæcumque fraudis, aut vitiosæ conventionis suspicio penitùs cessare videbatur, quousque præsertim illa ex urgentibus, ac plenè concludentibus conjecturis comprobata remaneret.

10 Cessabat itaque suspicio fraudis respiciendo ad Causam prædictæ donationis, ex quo cùm illa facta fuerit à Joanne Petro intuitu, & contemplatione certi Matrimonii per Eustachium filium, ac Donatarium contrahendi, hinc necessariò consequebatur, quòd sicuti nulla considerari potest frequentior, ac rationabilior causa, quæ valeat infirmare hujusmodi donationes à parentibus erga filios nubentes exerceri consuetas, ita quoque cessare penitùs visa fuit quælibet contraria præsumptio, quòd fraudulenter, & criminosè actum fuerit, id, quòd ex licita, honestaque causa proficisci dignoscebatur ex regula *Text. in l. merito ff. pro socio, Rot. coram Gregor. decis. 486. num. 6., & coram Ottobon. dec. 253. num. 14. & 15. & in rec. decis. 7. num. 11. par. 18. tom. 1.*

Nec quid extraneum, aut impertinens gessisse redargui potest Joannes Petrus, eo quia sub expressa causa matrimonii donaverit Juspatronatas, ex quo cùm nullum Donatarius consequi valeret emolumentum ad subeunda onera matrimonialia divitiis, non titulis, ac juribus honorificis sustentanda, inferebant proinde Scipionis defensores, quòd sicuti inverisimile est contemplatione Matrimonii donatum fuisse id, quòd ad ipsius matrimonii commodum non concernebat, ita etiam verisimilius argui poterat sub palliato colore matrimonii per Donatarium contrahendi voluisse cohonestare secretiorem causam præsentandi Donantem vigore ipsius met patronatus donati.

11 Pro remotione siquidem objecti consideratum fuit, quòd Joannes Petrus non donavit Eustachio filio simpliciter juspatronatus controversi beneficii, sed ulterius unà cum aliis juribus patronatus ad alia quæcumque Beneficia competentibus, & competituris, in eumdem contulit duo conspicua feuda per ipsum Donantem possessa, adeout cùm Donatarius ex hujusmodi feudorum donatione provisus abunde remaneret divitiis, quibus onera contemplati matrimonii validiùs sustinere valeret, incongruum, idcirco dijudicari non poterat, ut eum, quem Donator bonis auxerat, juribus etiam honorificis condecoraret, ad hoc ut ita Eustachius, qui per matrimonium contrahendum Pater, & caput familias efficiebatur, faciliùs referre posset Nobilitatem proprii generis, quòd jamdiu inter nobilio-

ra

ra Civitatis effulserat, cùm regulariter nobilitas in familiis non solùm divitiis, sed juribus honorificis præsertim gentilitiis conservetur, & augeatur, ut optimè ad rem nostram dixit *Card. de Luc. de jurepatron. disc.25. num.4.*, *& Rot. post Antonell. de jurib. & onerib. Cleric. decis. 20. num.8.*, *cum ibi concordan.*

12 Tantoque evidentius sæpe laudatam donationem juriumpatronatus tali methodo, ac promiscuè cum bonis prophanis celebratam omni fraude vacare dignoscebatur, quanto inverisimilius apparuit, quòd Joannes Petrus ob solam spem futuræ præsentationis ad Beneficium, de quo agitur voluerit non solùm universa jurapatronatus competentia, & competitura totaliter à se abdicare, sed ulterius bona prophana, adeò conspicua in Donatarium conferre.

13 Idque præsertim, quia prædicta jurapatronatus adeò libere, & effrænatè per Joannem Petrum donata apparuerunt, ut omnimodam in Donatarium transtulerit facultatem -- *di presentare vnaltro Chierico della famiglia a suo arbitrio* -- adeo ut hæsitari ampliùs non valeret, quòd quemadmodum erat in libera potestate Donatarii Clericum de familia sibi beneviſum præsentandi, eodem quoque modo sublata remaneret tacita, & stricta conventio præsentandi Donantem, cùm ea soleat esse contrariorum natura, ut uno posito, alterum excludi necesse sit, ad *Text. in l. mutuis ff. pro socio*, *& l. 1. Cod. de furtis*, *Barbos. in axiomat. usufrequen. axiom.58. num.3.*

14 In prædictorum denique comprobationem accedebat, quòd sæpe laudata donatio non solùm confirmari promeruit ab Ordinario, sed ulterius quoque executioni demandari per Sententiam ab eodem latam favore ipsiusmet Donantis à Donatario præsentati, ideoque cùm in utroque ex prædictis actibus universa præcesserit negocii cognitio, præsumendum non est, quòd illud ab Ordinario confirmatum, vel executioni demandatum fuisset, si fraudem, aut vitiosam aliquam conventionem suboluisset ad firmata per *Imol. cons.98. num.9. Dec. cons. 463. nu.7. circa med. versic. quia propter*, *Farinacc. de falsit.*, *& simult. quæst. 133. num.227.*, *Rot. cor. Cavaler. decis. 479. num. 2.*, & alibi passim.

15 Neque è conspectu tot circumstantiarum, & argumentorum in omnimodam actus sinceritatem, & legalitatem coeuntium attendi promeruit imminens controversi Beneficii vacatio ob Matrimonium ab Eustachio illius possessore de proximo contrahendum, necnon actuum donationis, dimissionis Beneficii, & præsentationis contextualitas, adeò enixè ad suadendam fraudem per Scribentes pro Scipione inculcata; Etenim ultra quòd omnes prædicti actus non ita breviter dici poterant gesti in effluxu quatuor mensium, in quo celebrati apparuerunt; considerabant Domini, quòd cùm ex supra deductis constiterit licitam, & rationabilem causam controversæ donationis fuisse matrimonium à Donatario, & Beneficiato respectivè contrahendum, non poterat ex hujusmodi causa licitè donare, quin consecutivè, & secundariò non sequeretur Beneficii dimissio, & sequuta dimissione per Patronum ad illud intrà legitima tempora alius præsentaretur, ideoque sicuti prædictorum actuum contextualitas principium desumebat ex eademmet Causa, quæ fomentum præbuit donationi, ita quoque fraudulenter machinatum dijudicari non poterat id, quòd ex natura rei, vel ipsius actus licitè, honestêque gesti subsecutum fuit, cùm ad dimetiendum contrahentium animum regulare sit, quòd potius attenditur quidquid principaliter agitur, quam quòd secundario subsequitur, ad *Text. in l. quod dicimus ff. de auct. Tutor. l. 15. ff. de liber. caus. Ruin. cons.21. num. 16. lib. 1. Ferret. cons.64. num. 3.* benè *Gonzal. ad regul. 8. gloss. 45. §.5. num.35. & gloss.48. num.34. Rot. coram Veral. decis.15. num.6. par.2.*

Et ita utraque &c.

CANON XXI.

ALEXANDER III. Vintonien. Episcopo.

QUerimoniam. Et infra: Absurdum videtur omnino, ut ad singulas Patronorum, secundùm humanam conditionem mutationes, Ecclesiarum ordinationes mutentur; Et vicissitudines Ecclesiarum ab Advocatis, vel aliis præsumantur.

COMMENTARIUM.

EX hoc Canone, qui in Decretalibus legitur in ordine *il IX.* deducuntur sequentes Conclusiones.

Prima: PATRONUS NOVUS NON POTEST MUTARE, ET AMOVERE RECTOREM INSTITUTUM IN ECCLESIA, SED TENETUR STARE PRÆSENTATIONI PRIMI PATRONI.

Secunda: NON POTEST PATRONUS PERMUTARE JUSPATRONATUS ABSQUE CONSENSU EPISCOPI: Ita *Gloss. verb. mutationes, & verb. vicissitudines Innocen., Anan., Abb., Butr., Barbos., Gonzal. hìc Lambertin. de jurepat. lib. 1. par. 1. quæst. 9. artic. 2., Molin. de Primog. lib. 1. cap. 24. num. 42.* Primam Conclusionem probat etiam *Textus in cap. Laici q. 7.* ibi -- *Laici Presbyteros de Ecclesiis non ejiciant, neque in eis constituant sinè consensu Episcoporum -- & cap. Presbyteri de Cappell. Monach. in 6.* ibi -- *Presbyteri, qui ad Curam Populi per Monachos in eorum Ecclesiis præsentantur Episcopis, & instituuntur ab ipsis (cùm debeant esse perpetui) consuetudine, vel Statuto, quovis contrario non obstante ab eisdem nequeunt Ecclesiis (nisi per Episcopos, & ex causa rationabili) amoveri.*

1 Ratio autem est, quia Patrono ratione Jurispatronatus sicuti non competit institutio, ut supra dictum fuit in *Can. IV. V. VI. VII. & VIII.* ita neque competere potest destitutio, sed Ecclesia Patronalis, quoad utrumque actum plenè subest Potestati, & Dispositioni Episcopi, & non Patroni; Et quia absurdum est cùm mutatione voluntatis ipsius Patroni mutari etiam Rectorem Beneficii juxta *Gloss. hìc ubi supra Roman. cons. 465. sub n. 1. post medium versic. mutatio enim voluntatis Lotter. de re Benef. lib. 2. quæst. 6. num. 4.*

Secundam Conclusionem jam superius examinavi *Part. I. Can. VII.* in ordine verò ad primam sequentes differuntur Casus.

ARGUMENTUM.

An Patronus possit mutare, & amovere Cappellanum à Cappellania ad nutum amovibili.

SUMMARIUM.

1 *Beneficium dividitur in Regulare, & Sæculare.*

2 *Vis manualitatis diversimode constituitur in Beneficio Regulari, & in Beneficio Sæculari, & in quo consistat hujusmodi diversitas*; Vide ibi.

3 *Fundatio Cappellaniarum amovibilium cedit in majorem illarum utilitatem, ac eorum de sanguine Fundatoris.*

4 *Amovibilitas, seu manualitas Cappellaniæ, si sit deperditum Instrumentum fundationis; ex quibus probari possit*; Vide ibi, & num. 5. 6. & 7.

8 *Patronus potest removere Cappellanum à Cappellania ad nutum amovibili*; Amplia, ut num. 9. & 11. Limita, ut num. 13. & 24.

10 *Quòd quis nequeat venire contra proprium juramentum, quo sensu procedat?*

12 *Patronus successor quando amovere possit Cappellanum ad nutum amovibilem deputatum à Prædecessore*, & num. 23.

14 *Patronus an possit removere Cappellanum ad*

ad nutum amovibilem ſinè cauſa, & quid ſi lex fundationis ſit dubia, aut Cappellania ſit Eccleſiaſtica, & collativa? Vide num. 16. 17. & 18.

15 *Abbas, aut alius Superior an poſſit removere Regulares à beneficiis manualibus ſinè cauſa?* Vide ibi, & num. 19.

20 *Tradens rem temporalem pro nominatione ad Cappellaniam laicalem non incurrit in pœnam ex ſtatutis contra ſimoniacos.*

21 *Patronus laicus eſt incapax juris inſtituendi, & deſtituendi in Beneficiis Eccleſiaſticis etiam amovibilibus, & attento jure communi; Secus in Cappellaniis merè laicalibus; aut in Cappellaniis Eccleſiaſticis ex Privilegio Apoſtolico.*

22 *Patronus an poſſit libere amovere Cappellanum ad nutum amovibilem, quando iſte ſit nominatus, & deputatus cùm conſenſu, & approbatione Epiſcopi, aut Summi Pontificis, aut quando Summus Pontifex illum de Cappellania providiſſet?*

23 *Patronus habens ex lege fundationis jus nominandi Cappellanum amovibilem, vel perpetuum, non poteſt Succeſſor illum removere.*

25 *Cappellanus nominatus à Patrono reſervata facultate removendi, ſi nunquam fuit remotus, nominatio remanet perpetua.*

CASUS I.

QUidam Patronus laicus utens facultate nominandi ad Cappellaniam merè laicalem Cappellanum, vel amovibilem, vel perpetuum ſibi ejuſque Deſcendentibus à Fundatore conceſſa, nominavit, & deputavit in Cappellanum ejuſdem Cappellaniæ de conſenſu, & approbatione Epiſcopi quemdam Clericum ſub conditione, & reſervatione illum removendi ad nutum, & ad placitum, ac ſub conditione, quòd ſi in vita illum non removeret, idem Clericus perpetuò, nimirum tota ejus vita durante poſſideret dictam Cappellaniam, qui Clericus, ut ſic nominareur, donavit Cappellæ certa bona: Defuncto præfato Patrono non amoto Cappellano, ejus hæres, & deſcendens non requiſito conſenſu Epiſcopi removit illum à dicta Cappellania; & hanc contulit, & conceſſit ejus Amico. Quæritur in hoc caſu, an hujuſmodi remotio ſuſtineatur.

1 Pro clariore hujus articuli diſcuſſione præmittendum eſt. Beneficium in ſtricta ſignificatione ſumptum dividi in Regulare, quòd confertur Regularibus, uti ſunt Prælaturæ Regulares, Abbatiæ, Prioratus, Adminiſtrationes, Præceptoriæ, Commendæ, Officium Cellerarii, Eleemoſynarii, Theſaurarii; In ſæculare collativum, ſeu Eccleſiaſticum, & in ſæculare non collativum, nec Eccleſiaſticum, ſed merè laicale, & prophanum, quòd impropriè dicitur beneficium. Unum quod-

2 que ex his beneficiis poteſt eſſe manuale, & amovibile; Sed vis manualitatis, & amovibilitatis diverſimode ſe habet in Beneficio Regulari, & in Beneficio Sæculari, ſive Eccleſiaſtico, ſive laicali. Siquidem in Beneficio Regulari conſtituitur non in ipſa ſubſtantia beneficii, ſed in obedientia, quam profitetur Regularis, cujus vigore tenetur demittere beneficium ſi revocetur ad Clauſtrum, & removeatur ab ejus Superiore; In Beneficio verò ſæculari, ſeu Cappellania ſæculari, ſive Eccleſiaſtica, ſive prophana vis manualitatis, & amovibilitatis conſtituitur in ipſa ſubſtantia beneficii ex diſpoſitione Fundatoris in limine fundationis beneficii quidem Eccleſiaſtici, de conſenſu legitimi Superioris, beneficii verò laicalis ex ejus mera voluntate adjecta, ut docet *Lotter. de re benef. lib. 1. quæſt. 33. num. 5. & ſeqq. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloſſ. 5. §. 6. num. 8. & 31. Garz. de benef. par. 1. cap. 2. num. 72. Card. de Luc. de benef. diſc. 97. num. 4.* Pii namque Teſtatores ſolent multoties fundare Cappellanias collativas de conſenſu Superioris, non collativas abſque hujus conſenſu ſub ea conditione, quòd ſint ad eorum, ſuorumque Succeſſorum, ſeu Patronorum nutum, & libitum amovibiles;

3 quæ fundatio Cappellaniarum cùm hac conditione cedit tum in majorem illarum utilitatem, quia ſic Cappellani agnoſcentes ſe poſſe removeri, diligentius inſerviunt eiſdem Cappellaniis, & facilius ſe continent in officio virtutis. *Navar. conſ. 6. num. 2. de offic. ordin.* ibi -- *Quòd eſt grande, & utile frænum ad continendum Cappellanum in officio virtutis, ne Patronus reſciens illius vitium amoto eo ponat alium -- Lara de anniverſ. & Cappell. lib. 2. cap. 6. num. 9. Guttierez lib. 3. pract. qu. 11. num. 27. verſic. Quo ſit, Amoſtaz. de cauſ.*

piis

piis lib. 3. cap. 1. num. 34. Pignattell. consult. 143. num. 31. tom. 9. Tum in favorem eorum de sanguine Testatorum, quia sic cùm maxima facilitate ipsis provideretur. *Lambertin. de jurepat. lib. 1. par. 1. quæst. 9. art. 2. num. 14. Garz. de benef. par. 1. cap. 2. §. 1. num. 72.*

4 Præsupponendum est etiam, quòd si ex instrumento fundationis probari non possit amovibilitas Cappellaniæ, eo quia sit deperditum; hæc probari potest ex conjecturis, & aliis argumentis. Primò nimirum si Cappellani semper fuerint deputati cùm qualitate amovibilitatis, tunc Cappellania dicitur amovibilis, nec Cappellanus pro tempore impugnare potest ejus amovibilitatem, quando Cappellaniam utì amovibilem acceptavit. *Rot. decis. 817. num. 3. coram Merlin., & in Romana Cappellaniarum 15. Aprilis 1701. §. Quia coram bon. mem. Pio, & in Januen. Transactionis 15. Decembris 1704. §. Atque coram Omaña, & in Nullius Provinciæ Hispalen. juris amovendi Vicarium 21. Febr. 1707. §. Potestas, & §. final. coram Rmo Molines Decano.*

5 Secundò; Si non constet fuisse erectam Auctoritate Apostolica, vel Ordinaria, sine qua dici non potest Beneficium Ecclesiasticum, & perpetuum; *Text. in cap. adhuc de Relig. domib. Vivian. de jurepat. lib. 1. cap. 1. num. 61. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloss. 5. num. 7. Lotter. de re benef. lib. 1. quæst. 5. num. 62. Rot. decis. 101. n. 1. & 2. coram Dunozett. jun.*

6 Tertiò. Si Cappellanus illam obtinuerit ad solam nominationem Patroni absque institutione Ordinarii, cùm de natura Beneficii Ecclesiastici sit illius institutio. *Cap. si quis deinceps, ibique gloss. 16. quæst. 7. Amostaz. de caus. piis lib. 3. cap. 2. n. 10. Panimol. decis. 21. num. 3.*

7 Quartò; Si Cappellano non fuerit assignata certa, & determinata dos, sed in diem, vel semestratim ei solvatur salarium ratione personalis servitii, cùm ad essentiam beneficii perpetui Ecclesiastici requiratur certa dos. *Lambertin. de jurepat. lib. 1. par. 1. quæst. 5. art. 2. n. 3. Garz. de benef. par. 1. cap. 2. num. 93. & seq.* Ex quibus omnibus resultaret laicalitas, & manualitas Cappellaniæ ad tradita per *Rot. decis. 104. num. 13. & seqq. coram Priolo, & in dicta Romana Cappellaniarum 15. Aprilis 1701. coram bon. mem. Pio per tot.*

8 His præsuppositis descendendo ad quæstionem primo aspectu, respondendum videtur remotionem Cappellani à dicta Cappellania, factam à successore Patroni defuncti sustineri; Quoniam Patronus potest amovere Cappellanum à Cappellania ad nutum, & ad libitum amovibili, & non expectata hujus morte, alteri illam conferre, juxta *Gloss. in Clement. 1. de excessib. Prælat. verb. ad mensam Lara de anniversf. & capell. lib. 2. cap. 6. num. 24. & seq. Garz. de benef. par. 1. cap. 2. num. 85. Lotter. de re benef. lib. 1. quæst. 33. nu. 20. Palma alleg. 78. nu. 1. tom. 1. Card. de Luc. de benef. disc. 80. num. 17. & seq. Rot. decis. 53. num. 67. coram Peutinger., & decis. 104. num. 12. coram Priolo, & dec. 217. num. 4. par. 13. recent. R.P.D. Ansald. in addit. ad decis. 76. num. 17. & in Romana Cappellaniarum 15. Aprilis 1701. §. Constito coram bon. mem. Pio, & in dicta Januen. transactionis 15. Decembris 1704. §. Eo fortius coram Omaña, & in Romana Cappellaniæ 16. Martii 1708. §. 1. & §. Bonum siquidem coram R.P.D. Ansaldo, & in Romana Cappellaniæ 19. Aprilis 1709. §. Non obstat coram R.P.D. Caffarello.*

9 Etiam si juraverit se non amoturum, & non revocaturum Cappellanum, quia in his, quæ non sunt contractus, vel quasi, & dependent ex mera voluntate, non potest quis sibi legem imponere, à qua recedere non liceat, & quia per hanc promissionem Cappellania non perdit naturam amovibilitatis. *Castren. cons. 361. num. 4. lib. 1. Adden. ad Buratt. decis. 346.*

10 Nullatenus obstante eo comuni dicterio, quòd quis nequeat venire cõtra proprium juramentum, quia hoc procedit in eis, in quibus necessarium est audire Judicem, qui non debet aliquem audire contra proprium juramentum, ne sit auctor perjurii, non verò in iis, in quibus non est necesse Judicem adire, siquidem in illis potest quis venire contra proprium juramentum licèt remaneat perjurus. *Pellegrin. de Vicar. par. 1. sect. 2. subsect. 6. num. 6. in fin. Barbos. de offic., & potest. Episcopi par. 3. alleg. 54. num. 171.*, & bene *Rot. in Nullius Provinciæ Hispalen. juris amovendi Vicarium 21. Febr. 1703. §. In eo principaliter coram Reverendissimo Molines Decano,*

& 12. Decembris 1707. §. Dum igitur cor. R.P.D. Aldrovando.

11 Ac etiam si facultas amovendi nunquam ad actuale exercitium fuerit à Patrono perducta, quia hoc adscribi deberet voluntati, & benignitati ejusdem Patroni, non verò impotentiæ removendi, nec ex non usu hujusmodi facultatis Cappellanus prætendere posset Patronum non valere eum removere à Cappellania, quia in actibus facultativis ad effectum, ut dici possit acquisitum contra Patronum jus prohibendi nè valeat amovere, non sufficit non usus alicujus temporis, nisi probetur, quòd evenerit casus amovendi, quoque amovendus inhibuerit nè amoveretur, ac etiam quòd Patronus prohibitus sciens acquieverit prohibitioni per lapsum temporis considerabilis. *Fagnan. in cap. cum ad Monasterium de stat. Monach. num. 37. Antonell. de tempor. legal. lib. 4. cap. 10. num. 4. Gonzal. super regul. 8. Cancell. gloss. 5. §. 6. num. 35. & seq. Amostaz. de caus. piis lib. 3. cap. 1. num. 55. & seqq. Rot. decis. 778. num. 5. par. 1. diver. & in Giennen. juris mutandi super restitutione in integrum 26. Aprilis 1700. §. Nec refert coram R.P.D. Ansaldo, & in d. Nullius Portuen. Provinciæ Hispalen. juris deputandi, & amovendi super negocio principali 12. Decembris 1707. §. Non obstante coram R.P.D. Aldrovando.*

12 Ratio autem est, quia licèt Patronus successor, quando habet jus nominandi ad Cappellaniam amovibilem ab ipso met Patrono defuncto non possit removere Cappellanum ab hoc nominatum, cùm hæres nequeat venire contra factum defuncti, sed potiùs illud observare teneatur. *Gratian. discept. 725. num. 19. Rot. decis. 276. num. 3. apud Cavaler., & decis. 101. num. 3. coram Duran.* Tamen quando recognoscit jus nominandi ad dictam Cappellaniam amovibilem ab ipsomet Fundatore, & in eo succedit ex propria persona, ut in casu præsenti, non tenetur stare nominationi, seu concessioni factæ à Prædecessore, sed potest Capellanum removere. *Lara de anniversf. & capell. lib. 2. cap. 6. num. 19. Amostaz. de caus. piis lib. 3. cap. 1. num. 42.*

13 *& seqq.* Dummodo non agatur de Cappellania debita certo generi personarum, tunc enim si non adsit de eo genere, nisi Cappellanus, qui Cappellaniam possidet, non potest iste à Patrono removeri, & Cappellania alteri non qualificato conferri. *Card. de Luc. de jurepat. disc. 80. num. 18. Palma alleg. 78. num. 2. tom. 1. Rot. decis. 270. coram Ottobon. & dec. 159. & 183. coram Celso.*

14 Non obstat si dicatur hoc fieri non posse per Patronum sinè causa, eo quia nemo sine culpa jure suo privari nequeat, ad *Text. in cap. ad hæc de Offic. Vicar. ibique Gloss. verb. removere, & in cap. unic. de Cappell. Monach. in 6. Rot. decis. 72. n. 5. cor. Cavaler.* Et quia per hujusmodi mutationes læditur existimatio, & bona fama Cappellanorum. *Peyrin. oper. regul. tom. 1. de subdit. regul. quæst. 1. cap. 12. cir-*

15 *ca fin.* Ob quas rationes sequitur etiam, quòd licèt beneficia Regularia sint manualia, tamen Abbas, aut alius Superior Regularis, non potest removere Regulares ab illis sinè causa, ut expressè tuentur; *Lotter. de re benef. lib. 1. quæst. 33. num. 31. Tondut. quæst. benef. par. 2. cap. 1. §. 6. num. 15.*

16 Pro remotione namque hujus objecti dupliciter considerari potest Causa removendi respectu scilicet Cappellani, & respectu Removentis, ut considerat *Amostaz. de caus. piis lib. 3. cap. 1. num. 30.* Ut Patronus removere possit Cappellanum ab hujusmodi Cappellaniis laicalibus amovibilibus non requiritur causa in ipso Cappellano ex. gr. quòd malè servierit, quòd non adimpleverit onera, vel dilapidaverit bona Cappellaniæ, quòd non sit bonis moribus imbutus &c. Quia cùm in præsentiarum ex clara lege fundationis Patronus habeat liberam facultatem libere, & ad nutum amovendi Cappellanum, potest illum absque simili causa amovere, dummodo non adsit dolus, vel malitia, aut odium ex. gr. dummodo illum non amoveat animo se vindicandi ob injuriam sibi, ejusque consanguineo, aut amico illatam; Nec de hac remotione conqueri posset Cappellanus, dum non fieret ei ulla injuria, cùm Patronus uteretur jure suo, & hoc sibi evenire posse Cappellanus prospicere debebat. *Lara de anniversf. & capell. lib. 2. cap. 6. nu. 22. & 24. Garz. de benef. par. 1. cap. 2. nu. 88. Amostaz. de caus. piis lib. 3. cap. 1. num. 38. Gratian. discept. 167. num. 22. Gonzal. su-*

per

per regul. 8. *Cancell. gloss.* 5. §. 6. *num.*48. *Antonell. de Regim. Eccles. lib.* 2. *cap.* 2. *nu.* 9. *Card. de Luc. de benef. disc.*80. *n.*18. *& disc.*97. *num.*6. *Pignattell. consult.*143. *num.*31. *&* 34. *tom.* 9. *Rot. decis.*72. *nu.*5. *coram Cavaler.*, *& in dicta Romana Cappellaniarum* 15. *Aprilis* 1701. §. *final. coram bon.mem. Pio, & in Giennen. juris mutandi cum causa*, *vel sinè* 11. *Febr.* 1704. §. *Firmato coram R. P. D. Lancetta*, *& in dicta Nullius*, *seu Hispalen. juris amovendi Vicarium* 21. *Febr.* 1707. §. *Stabilito coram Reverendissimo Molines Decano*, *&* 12. *Decembris* 1707. §. *Ex his coram Aldrovando*. Et resolutum fuit à Sac. Congre-
17 gatione Concilii *in Panormitana* 1. *Octobris* 1587. *lib. Decret.* 5. *pag.* 34. Contrarium procedente, quando lex fundationis esset dubia, seu non clarè concederit Patrono liberam facultatem amovendi Cappellanum; tunc enim ita esset interpretanda, ut referri deberet ad arbitrium regulatum, adeout absque causa præstita ab ipso met Cappellano, ipse non possit removeri *Lotter. de re benef. lib.* 1. *qu.* 33. *num.*22. aut quando ageretur de beneficiis, & Cappellaniis, quæ dantur in titulum non verò de Cappellaniis temporalibus, & amovibilibus, in quibus Cappellani non habent jus certum, & perpetuum. *Pignattell. consult.*143. *nu.*27. *to.*9. *Rot. decis.*53. *num.*63. *coram Peutinger.*

18 Requiritur tamen indispensabiliter Causa in ipso met Patrono removente, seu quòd ipse removeat Cappellanum ex. gr. quia vult beneficare proprium consanguineum, aut amicum, aut quia lex fundationis mandat præferri consanguineum in assecutione Cappellaniæ, casu quo iste vellet effici Presbyter; tunc enim si adsit hujusmodi Consanguineus, qui Ecclesiasticæ militiæ velit se adscribere, potest Patronus removere Cappellanum extraneum à Cappellania, & illam conferre consanguineo; *Rot. decis.* 325. *num.*4. *&* 7. *par.*17. *rec.* & novissimè resolutum fuit *in Perusina Cappellaniæ* 11. *Martii* 1718. *coram R.P.D. Lancetta*; Aut saltèm quia vult uti jure suo, licèt non sit necessarium, quòd Patronus illam exprimat; alias amotio esset bestialis, & irrationabilis, vel procederet ex malitia, aut odio. *Lotter. de re benef. lib.* 1. *quæst.* 33. *num.* 31., *& seqq. Amostaz. de caus. piis lib.*3. *cap.*1. *n.*29.

19 Eodem modo respondeo respectu Beneficiorum Regularium, ut Abbas, aut alius Regularis amovere possit Beneficiatum Regularem à Beneficio, e.g. Priorem à Prioratu, non requiritur ulla causa ex parte ejusdem Prioris, sed potest ille absque hac causa removeri per Abbatem, dummodo absit odium, vel malitia, & dummodo Prioratus fuerit ei collatus per solùm Abbatem; secus si fuerit collatus per electionem Capituli, & confirmationem Abbatis, *Felin. in cap. per tuas de major.*, *& obed.*, *Fagnan. in cap. cum ad Monasterium de stat. Monach. num.*24., *& seqq.*, *Tondut. quæst. Benef. par.*2. *cap.* 1. §.6. *nu.*4., *Rodriquez. quæst. regul. tom.*1. *quæst.*34. *art.*2., *Rot. decis.*778. *per tot. par.*1. *divers. & decis.*340. *num.*4. *coram Buratt. ibique Adden.* Requiritur tamen causa ex parte ejusdem Abbatis removentis, alias amotio esset irrationabilis, & diceretur procedere ex odio, & malitia, & in hoc sensu sumenda est sententia *Lotterii*, *& Tonduti* ubi supra §. *Non obstat*, & aliorum in contrarium relat. *à Fagnan. ubi supra n.*31., *& seqq.*

Nequit autem replicari, quòd etiam si admittatur requiri causam etiam ex parte Cappellani, hæc in præsentiarum concurrat, dum Cappellanus, ut obtineret ad vitam Cappellaniam, donavit quædam bona Cappellæ, & sic ipse tamquam simoniacus poterat justè ab ea removeri à successore Patrono; Etenim hæc bonorum donatio esse non potest sufficiens causa amotionis, siquidem ut superiùs notavi *Can. XII.*, *& XIII. Cas. VII. nu.*5..

20 traditio rei temporalis pro nominatione ad Cappellaniam merè secularem, & laicalem non est propriè simoniaca, neque illius vigore in aliquam incurritur pœnam ex statutis contra simoniacos, ut resolutum fuit, me studente apud R.P.D. Petra, à Sac. Congregatione Concilii *in Spoletana Cappellaniæ* 28. *Martii* 1711. *ad secundum*.

21 Minusque adversatur si objiciatur, quòd Patronus successor, quia movit, & revocavit præfatum Cappellanum nominatum ab Antecessore, sit laicus, ex quo sequi videtur remotionem esse nullam, cùm laicus sit incapax juris instituendi, & destituendi; Quoniam, quòd Patronus laicus sit incapax hujusmodi juris procedit

in

in Beneficiis Ecclesiasticis, & attento jure communi, ad *Text. in cap. Laici 16. quæst. 7. Garz. de Benefic. part. 1. cap. 2. num. 35., Rot. decis. 957. num. 4. coram Seraphin.*, & *decis. 806. num. 10. par. 13. rec.* à quibus licèt ex lege fundationis amovibilibus non potest Patronus laicus propria auctoritate Beneficiatos amovere, sed tenetur instare apud Superiorem ut amoveat *Card. de Luc. de benefic. disc. 80. num. 22.*, non verò militat in Cappellaniis merè laicalibus, & amovibilibus, prout est Cappellania, à qua fuit remotus supradictus Cappellanus, in his enim etiam laicus est capax habendi liberam facultatem deputandi, & amovendi Cappellanum *Rot. decis. 104. n. 22.*, & *seqq. coram Priolo*. Aut in Cappellaniis etiam Ecclesiasticis, & collativis, respectu quarum in limine fundationis, Patronus sibi suisque hæredibus, & successoribus auctoritate, & privilegio Apostolico reservaverit jus removendi ad libitum Cappellanum, quia laici, imò etiam mulieres ex concessione Papæ, & vigore Privilegii Apostolici possunt esse capaces Jurisdictionis Ecclesiasticæ. *Abb. in cap. Decernimus num. 6.*, & *cap. Quanto nu. 3. de judic. Card. de Luc. de benef. disc. 73. nu. 13.*, & alii apud, *Rot. in Monasterien. Vicariæ 2. Julii 1706. §. final. coram Emo Scotto*, & *in dicta Nullius Provinciæ Hispalen. Juris amovendi Vicarium 21. Februarii 1707. §. Non obstat coram Reverendissimo Molines*, & *12. Decembris 1707. §. Et quamvis coram R. P. D. Aldrovando*.

22 Denique nullius esset relevantiæ, & efficaciæ si diceretur, quòd Patronus defunctus nominaverit dictum Cappellanum, cum consensu, & approbatione Episcopi, adeòque successor irrequisito eodem Episcopo non poterat illum à Cappellania removere; sicuti non posset illum removere si fuisset ei concessa Cappellania cum consensu, & approbatione Summi Pontificis, aut ipse met Pontifex de ea providisset, hoc dictante regula illa, quòd unumquodque solvendum est cum eo vinculo, cum quo ligatum est *Card. de Luc. de benef. disc. 80. num. 21. Gonzal. super Regul. 8. Cancell. gloss. 5. §. 6. num. 25.* Siquidem objectum procederet, si Patronus defunctus habuisset necessitatem deputandi Cappellanum cùm consensu Episcopi, secus prout hìc si hanc necessitatem non habuisset, sed solùm ex mera sua liberalitate requisivisset approbationem, & consensum Episcopi; tunc enim iste actus facultativus Patroni non impediret liberam ejus facultatem amovendi etiam sinè consensu Episcopi Cappellanum; *Amostaz. de caus. piis lib. 3. cap. 1. num. 33. Rot. decis. 104. num. 37. coram Priolo*. Sicuti etiam procederet, si Papa confirmasset, aut providisset de Cappellania manuali ex certa scientia manualitatis, non verò si non ex certa scientia, quia tunc Patronus non obstante dicta confirmatione, aut provisione Papæ posset Provisum de Cappellania amovibili removere, quia Papa in dubio nunquam censetur velle alterare naturam beneficii, aut Cappellaniæ. *Gonzal. super regul. 8. Cancell. gloss. 5. §. 6. num. 27. & seqq. Amostaz. de caus. piis lib. 3. cap. 1. num. 20. & seq. Lotter. de re benef. lib. 1. quæst. 33. nu. 56. & seqq. Tondut. quæst. benef. par. 2. cap. 1. §. 6. n. 16.*

23 His tamen non obstantibus censeo in hoc casu non sustineri præfatam remotionem Cappellani factam à Patrono successore; Retento enim supradicto facti themate Patronus ex lege fundationis habebat amplissimam facultatem nominandi Cappellanum ad nutum amovibilem, vel perpetuum; unde cum nominaverit præfatum Cappellanum perpetuum; casu quo ipse moreretur absque illius remotione, eodem Patrono defuncto, & per eum in vita Cappellano non amoto; non poterat Patronus successor illum removere; & Cappellaniam jam plenam alteri conferre, contra prohibitionem *Textus in cap. illud de jurepat.* de quo infra *Can. XXV. Lotter. de re benef. lib. 2. quæst. 6. num. 1. Card. de Luc. de jurepat. disc. 64. num. 34.* & in terminis resolutum fuit à Sac. Rota *in Senogallien. Cappellaniæ 16. Aprilis 1696. §. Fundamentum coram Molines*.

24 Ea verò, quæ superius pro ratione dubitandi in contrarium afferebantur, militant casu, quo Patrono ex lege fundationis competeret solùm jus nominandi Cappellanum, ad nutum amobilem; limitantur autem quatenus, prout in casu præsenti Patronus haberet facultatem nominandi Cappellanum amovibilem, vel perpetuum; tunc enim Patronus si nomi-

net Cappellanum perpetuum non facit ejus successori ullam injuriam cùm utatur jure suo; nec successor potest illum removere; *Rot. decis.* 534. *num.* 36. *par.* 4. *tom.* 3., *& decis.* 49. *num.* 26. *par.* 19. *recent.*

Nullatenus relevante, quòd qualitas perpetuitatis in nominatione fuerit collata in tempus, à quo incipere non poterat, nempe post mortem primi Patroni, & sic de eo tempore, quoniam expiraverat suum jus, & apertum fuerat jus Patroni
25 successoris. Quoniam nominatio respectu Patroni fuit pura, & simplex; Et licèt respectu Cappellani fuit appositâ conditio perpetuitatis, dependentis ab arbitrio ejusdem Patroni, qui sibi reservavit facultatem illum removendi, tamen cùm Cappellanus ab eo nunquam fuerit remotus, Patronus nominans dicitur noluisse uti dicta facultate, adeôque nominatio remansit perpetua, cùm actus semper dicatur purus, licèt per conditionem potuisset resolvi juxta *Paris. cons.* 11. *nu.* 37. *vol.* 1. *Surd. cons.* 38. *num.* 24. *tom.* 1. & bene eisdem ferè verbis respondet *Rota in dicta Senogallien. Cappellaniæ* §. *Minusque obstat coram Molines.*

ARGUMENTUM.

Tutor Pupilli Patroni an possit amovere Cappellanum ad nutum amovibilem.

SUMMARIUM.

1 *Tutor potest ea omnia facere, quæ competerent Pupillo si major esset.*

2 *Actus factus à Tutore dicitur factus à Pupillo.*

3 *Tutor potest validè nominare, & præsentare.*

4 *Nominatio, & præsentatio Cappellani est de præcipuis juribus administrationis.*

5 *Tutor licèt possit nominare, & præsentare Cappellanum ad nutum amovibilem, non tamen potest illum absque causa removere, secus ex causa,* & num. 6. 10. 11. & 12. *Et quæ sit ratio differentiæ*: Vide num. 7. & 11.

8 *Nominatio facta ad Cappellaniam plenam est nulla, & irrita.*

9 *Cappellanus amovibilis potest à Cappellania removeri.*

12 *Omissio celebrationis Missarum quando non provenit ex culpa Cappellani, non est causa sufficiens illum removendi.*

CASUS II.

EX dictis in superiori Casu apparet Patronum posse removere Cappellanum à Cappellania, & alteri eam conferre, quando hæc ex lege fundationis est solùm ad nutum amovibilis; In hujus sequelam, si contingat Patronum esse in ætate pupillari constitutum. Quæro an illius Tutor possit hoc idem explere, seu removere Cappellanum ad nutum amovibilem?

1 Affirmativè respondendum videtur: Tutor namque statim ac legitimè suscipit tutelam personæ, & bonorum Pupilli, dicitur Dominus rerum Pupilli, & habere plenitudinem potestatis, ac plenam administrationem eorumdem bonorum, & posse facere omnia ea, quæ competerent Pupillo si major esset. *Bald. cons.* 376. *n.* 2. *lib.* 5. *Roman. cons.* 425. *num.* 1. *Guttier. de tutel. & cur. cap.* 1. *num.* 15. *Gratian. discept.* 830. *num.* 1. *& discept.* 919. *num.* 1. *Palma nep. alleg.* 32. *num.* 25. *tom.* 1. *& alleg.* 331. *num.* 9. *tom.* 4. *Rot. decis.* 586. *n.* 6. *par.* 4. *tom.* 3., *& decis.* 473. *num.* 2. *par.* 14. *rec.* Unde cùm Pupillus si major esset, posset removere absque causa Cappellanum à Cappellania ad nutum amovibili; sequitur, quòd etiam ejus Tutor hoc idem
2 explere valeat, ea ratione, quia hujusmodi remotio Cappellani facta à Tutore diceretur facta à Pupillo. *Grat. cons.* 24. *n.* 4. *lib.* 1. *Mascard. de probat. conclus.* 38. *nu.* 2. *tom.* 1. *Guttierez de tutel. & cur. cap.* 10. *num.* 2.

3 Sic videmus, quòd Tutor vigore ejusdem plenariæ administrationis, quam habet in bonis Pupilli Patroni potest validè nominare, & præsentare, ut dixi superiùs *Par. I. Can. V. Cas. XIX. num.* 6. quia Tutor datus universaliter Pupillo dicitur etiam Tutor in causa Jurispatronatus. *Tusch. conclus. jur.* 431. *num.* 9. *lit. T.* ergo etiam poterit validè removere sinè causa nominatum, & præsentatum, si hoc jus removendi competeret Pupillo Patrono, casu
4 quo esset extra ætatem pupillarem; non minus enim videtur esse de præcipuis juribus administrationis remotio, quàm sit nominatio, & deputatio Cappellani. *Rot. decis.*

decis.455.num.3. coram Duran.& dec.104. num.8. coram Priolo.

5 Verùm contrarium de jure censeo resolvendum. Quoniam remotio Cappellani à Cappellania ad nutum amovibili absque causa est actus inutilis, & minùs necessarius; cùm nulla utilitas afferatur Pupillo, si removeretur absque causa Cappellanus; nec ullum præjudicium ei inferatur, si idem Cappellanus morigeratus, & punctualiter adimplens onera Cappellaniæ in ea continuet; adeôque à Tutore expleri non potuerit. Cùm ratione sui muneris ipse solùm teneatur utilia facere, & inutilia prætermittere, ex *vulgatis juribus*, & ita expressè resolutum fuit à Sac. Rota *in Romana Cappellaniæ 19. Aprilis 1709. §.Siquidem cum seqq. coram bo.me. Caffarello* inferiùs legen.

6 Quidquid secus esset, si adesset causa removendi ex parte Cappellani, nimirum si iste dissiparet bona Cappellaniæ, aut hujus onera ex propria culpa non adimpleret, aut adesset causa ex parte Pupilli Patroni; ex.gr.si hic haberet consanguineum pauperem; tunc ad sublevandam hujus paupertatem, censerem posse Tutorem removere Cappellanum extraneum, & Cappellaniam amovibilem, & laicalem illi conferre, dum interest Patroni Pupilli suos consanguineos non mendicare, & eos gratificare. *Lambertin. de jurepat. lib.1. par.1. q.9. art.14. Amostaz. de cauf. piis lib.3. cap.1. num.3.*

Non obstat, quòd Tutor habeat plenariam administrationem bonorum Pupilli; hæc enim administratio debet per ipsum exerceri quoad utilia Pupillo, non verò quoad inutilia, & merè voluntaria, uti est
7 actus remotionis Cappellani absque causa; Minusque adversatur paritas desumpta à nominatione, & præsentatione; disparitas est manifesta, siquidem nominatio, & præsentatio ad Beneficium, aut Cappellaniam vacantem, est actus utilis, & necessarius, aliàs intraret devolutio ad Superiorem, si Tutor intrà terminum juris non præsentaret, & præjudicaretur Pupilio; Remotio autem Cappellani à Cappellania ad nutum amovibili est actus inutilis, & voluntarius; Unde non mirum si vacante Cappellania valeat Tutor præsentare Cappellanum; non verò illum ad nutum, & absque causa removere, ut bene respondet *Rota in dicta Romana Cappellaniæ §. Non relevante.*

R.P.D. CAFFARELLO.

Romana Cappellaniæ.

Veneris 19. Aprilis 1709.

VAcante per obitum Francisci Azzolini altera ex tribus Cappellaniis ad nutum amovibilibus, quas clar. me. Cardinalis Decius Azzolinus, juxta piam dispositionem glorioſæ in ævum memoriæ Alexandræ Svecorum Reginæ, cujus fuit hæres, in supremo suæ voluntatis elogio erigi mandaverat in Basilica S. Petri cum reservatione Juris patronatus activi favore Marchionis Pompei Azzolini, aliorumque in fideicommisso substitutorum, præfatus Marchio Pompeus anno 1699. nominavit in Cappellanum Septimium Olgiatum inter Canonicos Sacrosanctæ Lateranensis Basilicæ adscriptum, istamque nominationem, donec vixit, nunquam revocavit. Verùm eodem Marchione Pompeo vita functo, apertaque substitutione in Personam Decii ejus filii Infantis, cum Troilus Tutor nominare non dubitaverit ad hanc eamdem Cappellaniam Vincentium Franciscum Moschenum ejus ex Sorore Nepotem, placuit R.P.D. Riccio Emi D. Cardinalis Vicarii Locumtenenti, ad quem delata fuit controversia, manutentionem concedere Moscheno, unà cum sententia absolutoria ab impetitis per Septimium ad cujus instantiam commissa mihi à Signatura Justitiæ appellationis causa cum clausula *S. P. quoad mandatum de manutenendo, & in reliquis de appellatione*, dedi dubium, *an de cujus bono jure constet etiam ad effectum manutentionis*, eoque in hodierna audientia Dominis meis propositio, responsum accepi, *constare de bono jure Septimii etiam ad effectum manutentionis.*

8 Ipse namque, ut dictum est, nominationem obtinuerat à Marchione Pompeo plenariam habente potestatem eligendi, ac præterea subsequens nominatio Moscheni à Troilo facta tempore, quo Cappellania erat iam plena; nulla, & irrita remansit, ut disposuit *Text. cap. illud de jurepat.*, & tradunt, *Lotter. de re benefic. lib.2. quæst.6. num.1. Rota in Senogallien.*

Cappellaniæ 15. *Aprilis* 1696. §. *Fundamentum coram Reverendissimo D. meo Molines Decano, & in Mediolanen. Canonicatus* 22. *Aprilis* 1701. §. *Cùm enim coram eodem.*

9 Non obstat, quòd hæc Cappellania non conferatur in titulum, sed Cappellani ad illam nominati sint ad nutum, & pro placito hæredum fideicommissariorum Cardinalis Azzolini amovibiles, ut clarè præsefert ejus testamentaria dispositio per hæc verba exarata -- *amovibili ad nutum, e rimossi à loro piacere toties quoties à loro piacerà* -- Vnde inferebant Scribentes pro Moscheno, quòd rectè ab illa removeri potuit Septimius juxta firmata per *Rot. decis.* 96. *num.* 1., *& seqq. coram Carillo, & in Giennen. juris mutandi cum causa, vel sinè* 27. *Martii* 1705. §. *fin. coram R.P.D. meo Lancetta, & in Nullius Provinciæ Hispalen. juris deputandi, & amovendi Vicarium super negocio principali* 12. *Decembris* 1707. §. *Ex his cor. R.P.D. meo Aldrovando.*

10 Siquidem vis non stat in qualitate Cappellaniæ, sed in eo, quòd amotio peracta non fuit ab ipso Decio Patrono, bene verò à Troilo illius Tutore, qui neque ex Cardinalis Fundatoris voluntate, minusque ratione tutelæ hac facultate pollebat; Actus quippe pertinentes ad exercitum Jurispatronatus, veluti dependentes à re spirituali, nil commune habent cum tuitione Personæ, & administratione rerum, in quibus tutela consistit, *Ancharan. cons.* 355. *ferè per totum Garz. de benefic. par.* 5. *cap.* 9. *num.* 197., *Rot. in Mediolanen. Beneficiorum* 2. *Junii* 1703. §. *Neutiquam circa medium coram Reverendissimo Domino meo Decano*, quod adeò verum est, ut in concursu nominatorum à Tutore, & Pupillo, nominatus ab isto semper est præferendus, juxta litteralem. *Gloss. in cap. ex eo* 32. *verb. suffragium in fine de conces. præben. Vivian. de jurepatr. lib.* 12. *cap.* 9. *n.* 37. *Rota decis.* 363. *n.* 4. *par.* 4. *rec. tom.* 1., *& in d. Mediolanen. Beneficiorum* §. *Sed quid plus.*

11 Non relevante, quòd Troilo in adjudicatione tutelæ Decii Infantis, fuerint per Judicis sententiam expresse reservata jura honorifica, inter quæ numerabatur jus præsentandi, & nominandi ad Beneficia, seu Cappellanias patronales Pupilli; Quoniam hæc indefinita reservatio intelligi debet facta ad normam dispositionis juris, à qua suapte natura Sententiæ interpretationem recipiunt, *L. Miles* §. *Decem ff. de re judic. Rot. decis.* 2142. *num.* 6. *coram Coccin.*, *& decis.* 337. *nu.* 24. *coram Buratt.* ibique *Adden. lit. D.* De jure autem dum Pupillus adhuc est Infans, licèt Tutori permissum sit in casu vacationis ad actus præsentationis devenire, ut tradunt *Federic. de Sen. cons.*, *& quæst.* 102. *nu.* 1. *Garzias de benefic. par.* 5. *cap.* 9. *nu.* 193., *Guttierez de tutel. par.* 3. *cap.* 29. *nu.* 7. hæc tamen specialis auctoritas nequaquam verificatur in amotione Cappellani à Cappellania jam plena, & ab antecessore Patrono legitimè nominati ob palmarem differentiam, & rationis diversitatem, quæ inter utrumque casum intercedit, cùm eatenus Tutori in casu vacationis Beneficii præsentare sit permissum, ne scilicèt interdevolutio ad superiorem, si statutis temporibus præsentatio non sequatur, indeque causetur Pupillo imbecilli irreparabile præjudicium, ut monet, *Federic. de Sen. d. cons.*, *& quæst.* 102. *sub num.* 1. quæ ratio non militat in remotione Cappellani à Cappellania amovibili, & plena, idem enim est Pupillo, sive Missæ celebrantur per unum, sive per alium Cappellanum, ut de se patet; Ideoque cum providere de beneficio vacanti sit actus necessarius, & Pupillo Infanti semper utilis, removere verò Cappellanum jam legitimè ad Cappellaniam nominatum, sit actus voluntarius, nec non inutilis, atque insuper parum laudabilis, ex quo quælibet amotio in Ecclesia perturbationem semper inducit, *Roderic. quæst. regular. q.* 23. *art.* 3. *tom.* 1. *Amostaz. de caus. piis lib.* 3. *cap.* 1. *in fin.*, mirum utique non est, si iste exerceri minimè valeat à Tutore, in quem dumtaxat transit jus faciendi id, quod est utile, & necessarium Pupillo, juxta *Text. in* §. *fin. authent. ut ii, qui oblig. se hab. perib. res. minor*, secus ea quæ sunt inutilia, & voluntaria *Roman. cons.* 413. *num.* 7. *Montan. de Tutor. inter tract. divers. de Tutor. cap.* 32. *regul.* 11. *num.* 276., aut solo Pupilli arbitrio sunt reservata, ad *Textum in leg. si Puellæ* ibique *Gloss. ff. de Sponsal.*

12 Præmissaque eo fortius in themate procede-

cedebant, attento quòd Septimius sæpedicta Cappellania à Troilo privatus fuit nulla urgente legitima, & necessaria causa, cujus concursus indispensabiliter requiritur, quando amotio non fit ab ipsomet Patrono, sed ab alio, qui jus istud sibi competere prætendat, ut contra Episcopum removere contendentem Rectorem à Beneficio amovibili ad nutum Patronorum resolvit *Sac. Congregatio Concilii in una Civitaten.* relata per *Garz. de Benefic. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 94. *in fine*.

13 Absque eo, quòd pro causa assignari possit, quòd Septimius ab anno 1699., quo fuit à Marchione Pompeo nominatus usque ad annum 1707. Missas nunquam celebraverit, quia ultra quòd talis defectus non Septimio, sed Pupillo profuit, dum iste pro Missis non celebratis compositionem obtinuit in Tribunali R. Fabricæ; Placuit responsio, quòd ille non evenit culpa Septimii, sed ex eo, quòd super effectibus pro hisce Cappellaniis; destinatis supervenerunt sequestra ad instantiam Creditorum laudatæ Reginæ *Summario Septimii num.* 9., & 10., itaut, cùm ipse nunquam potuerit exigere emolumenta Cappellaniæ, impunè potuit celebrationis onus negligere, un bene probat *Pasqualig. de Sacrific. nov. leg. q.* 981. *n.* 3., & 5. *cum ibi allegatis*.

Atque ex his Domini censuerunt dandam esse manutentionem Septimio, de cujus possessione etiam abunde constat, dum tamquam Cappellaniæ Possessor recognitus fuit in Tribunali Rev. Fabricæ, ubi pariter actus possessorios exercuit petendo compositionem pro Missis non celebratis *dicto Summario num.* 15. Quamvis de cætero eidem sufficeret acceptatio nominationis ad sui favorem à Marchione Pompeo emissæ, eo quia in hisce juribus incorporalibus sola possessio animo retenta exuberat ad obtinendam manutentionem *Gloss. in l.* 1. §. *Vltimo verb. possidet ff. uti possidetis Rot. penès Posth. de manut. decis.* 188. *num.* 5., & *coram Cerro dec.* 180. *nu.* 10. Non attento, quod Moschenus præcesserit Septimium in celebratione Missarum per septem dies, quia hæc possessio qualiscumque sit, cum stante bono jure Septimii resolvatur in meram intrusionem, jure merito in nulla consideratione haberi promeruit, ut alias respondit *Rot. dec.* 1258. *num.* 2. *cor. bo. me. Emerix. jun.*, & *in Forolivien. prætensæ Comendæ* 5. *Maji* 1706. §. *fin. cor. R.P.D. meo Kaunitz*.

Et ita utraque &c.

ARGUMENTUM.

An liceat Patrono ad libitum, & ad nutum amovere Rectorem, seu Curatum Ecclesiæ Parochialis?

SUMMARIUM.

1 *Patronus non potest amovere Rectorem, seu Curatum Ecclesiæ Parochialis ad nutum*, & num. 3.

2 *Vicarii deputati ad actuale exercitium Curæ ab habentibus Curam habitualem Animarum, necnon Prælati Regulares sunt ad nutum amovibiles*.

4 *Testes nulliter examinati non probant*.

5 *Parochus non obstante consuetudine non potest ad nutum amoveri, & sinè ulla causa*.

CASUS III.

COmmunitas Castri Montis Busi existens in quasi possessione amovendi Curatum, seu Rectorem Ecclesiæ Parochialis pro libito, & ad nutum, qui annuatim supplicationem porrigere consuescit pro sui confirmatione; Amovere intendebat Curatum pro libito, & inconsulto Episcopo, qui ex munere Pastoralis officii decrevit nè imposterum Animarum Curam obeuntes amoverentur ipso inconsulto. Qua de re habito recursu per dictam Communitatem ad Sacram Congregationem Concilii, fuit disputatum dubium: *An liceat Communitati amovere Cappellanum, seu Curatum ad nutum, seu potius ex causa, in casu &c.*

1 Negativè quoad primam, & affirmativè quoad secundam partem ex causa cognoscenda per Episcopum respondendum sentiebam, studens in hac Causa apud R.P.D. Petra tunc Sacræ Congregationis Concilii Secretarium; Constat enim ex actu visitationis, & ex attestationibus duorum Testium, & ex aliis documentis, in quibus fit mentio de Cura Animarum Ecclesiam Castri Montis Busi esse Parochialem, & ejus Cappellanum habere annexam

nexam Curam Animarum tam actualem, quàm habitualem, dum Cura habitualis esse non potest penès Communitatem dicti Castri ex Laicis compositam deputantem, seu nominantem ipsum Cappellanum; Ac proinde licèt Prælati Regulares, Sacerdotes deputati sub annua, vel menstrua mercede pro Missis celebrandis. Cappellani Curati, seu Vicarii deputati ad actuale exercitium Curæ ab habentibus Curam habitualem Animarum, & quibus Cura non confertur in titulum, sint ad nutum amovibiles, juxta casus distinctos à *Card. de Luca disc.* 80. *de Benefic. per tot.* & antea firmatos ab *Ancharan. in cap. cùm non ignores de præben. Garz. par.* 1. *cap.* 2. *num.* 94. *Pignattell. consult.* 143. *n.* 11. *& seqq. tom.* 9. tamen Cappellanus, cui incumbit Cura tam actualis, quàm habitualis Animarum deputatus à non habente Curam habitualem Animarum, sed solùm jus illum nominandi, non est per deputantem ad nutum amovibilis, & sinè causa, & inconsulto Episcopo, ut docet *Text. in cap. unic. de Cappell. Monach. in* 6. superiùs in *Commentario* relat. *idem Card. de Luca ubi supra*, *Nicol. in flosculis verb. Cappellanus num.* 7. *Monacell. formul. for. Eccles. formul.* 18. *tit.* 10. *num.* 17. *Rota decis.* 53. *num.* 62. *& 90. coram Peutinger.*, & ita fuit resolutum à Sac. Congregatione Concilii in *Hispalen. anno* 1626., & à Sac. Congregatione Visitationis Apostolicæ in Causa *Romana remotionis Curati Ecclesiæ sæcularis S. Venantii Nationis Camerinensis*, quæ licèt *sub die* 17. *Julii* 1692. declarasset licere Officialibus, sive Ministris Laicis præfatæ Ecclesiæ Nationalis liberè, ac pro suo arbitrio eligere, & amovere ad nutum Curatum ejusdem Ecclesiæ etiam sinè causa, nihilominus reproposita Causa sub *die* 18. *Septembris dicti anni* 1692. recessit à decisis, ac declaravit non posse removeri sinè causa cognoscenda per Emum Vicarium.

Et quidem si præfata Communitas posset ad nutum sinè causa, & inconsulto Episcopo amovere Cappellanum Curatum; maximum sequeretur absurdum, nempe, quòd idem Cappellanus pro munere Pastoralis officii non posset vitia loci reprehendere, cùm illico per Consiliarios ejusdem loci, convocato consilio, removeretur.

Non obstat, quòd Communitas Montis Busi sit in quasi possessione amovendi ad nutum Cappellanos, seu Curatos dictæ Ecclesiæ Parochialis, quia Testes, qui de ea deponunt, sunt nulliter examinati, utpote absque citatione; unde non probant per *Text. in cap.* 2. *de testibus*; Et quia non concludunt in dicto qualitatem hanc necessariam amotionis ad libitum sinè causa, nullam reddunt rationem scientiæ super defectu causæ, ut debent etiam non interrogati, *Alex. cons.* 136. *num.* 6. *vol.* 1., *Rota decis.* 42. *num.* 3., *& decis.* 105. *n.* 23. *coram Ludovis.*

Et etiam si hujusmodi possessio, & facultas probaretur; Adhuc Cappellanus deputatus non posset ad nutum amoveri, & sinè ulla causa à præfata Communitate. *Gonzal. super regul.* 8. *Cancell. glos.* 5. §. 6. *n.* 60., & resolutum fuit à S. Congregatione Concilii *in Ulixbonen.* 18. *Septembris* 1597. *lib.* 9. *pag.* 34. ubi dictum fuit, quòd Parochiani, non obstante consuetudine, Parochum ad eorum nutum amovibilem præsentare non possint; Ideoque omnino præsentare debeant Sacerdotem, qui perpetuus Rector instituatur.

Et ita fuit resolutum ab eadem S. Congregatione *in Spoletana juris amovendi Curatum* 8. *Julii* 1713.

ARGUMENTUM.

Vicarii deputandi in Ecclesiis Parochialibus pleno jure unitis Monasterio Regularium an sint deputandi per Abbatem perpetui, seu potiùs temporanei, & an deputari possint in Vicarios etiam Regulares, & an unus Vicarius inservire possit pluribus Parochiis pleno jure unitis Monasterio.

SUMMARIUM.

1 *Vicarii deputandi in Parochiis pleno jure subjectis Monasterio Regularium non sunt deputandi perpetui, sed temporanei, cum consensu tamen Episcopi, & prævio examine*, & n. 6. & 7. & 23.

2 *Unionem Parochiæ esse subjectivam, & pleno jure factam Monasterio ex quibus desumatur*, vide ibi, & num. 3. & 5.

4 *Unio Ecclesiæ Parochialis per seculum effectuata præsumitur valida.*

8 *Vicarii Ecclesiarum independentium, vel simpli-*

simpliciter unitarum debent esse perpetui, secus Vicarii Ecclesiarum de Mensa.

9 *Monachi deputari possunt in Vicarios temporaneos Parochiarum pleno jure Monasterio unitarum.* Limita, ut n. 10. 33. & 34.

10 *Monachi sunt capaces gubernii Ecclesiarum Parochialium.*

11 *Vicarius unius Parochiæ pleno jure unitæ Monasterio an exercere possit Curam etiam alterius Parochiæ pariter unitæ eidem Monasterio?*

12 *Non est permittendum Sacerdotem eodem mane absque ulla necessitate duas Missas celebrare.*

13 *Abbas pro duabus Ecclesiis Parochialibus pleno jure unitis Monasterio tenetur deputare duos Vicarios, eisque congruam ex uniuscujusque redditibus, decimis, & primitiis assignare,* & n. 15.

14 *Numerus* 50. *Personarum adultarum est competens ad erectionem novæ Parochiæ.*

16 *Renuente Abbate pro unaquaque Ecclesia Parochiali pleno jure unita Monasterio deputare suum proprium Vicarium, poterit iste deputari ab Episcopo.*

17 *Qui vult antecedens, vult etiam consequens, & è contra.*

18 *Perceptio decimarum, an & quando sit sufficiens argumentum pro conjiciendâ Cura habituali, aut ipsa met unione subjectiva Parochialis?* & n. 19. & 20.

21 *Sententiæ, & non Decisiones constituunt perfectam rem judicatam.*

22 *Res judicata concernens statum alicujus rei afficit omnes.*

24 *Verba* Collatio, Provisio, Præsentatio, Nominatio, Electio, *sunt quandoque synonima.*

25 *Quæ collationes non sint attendendæ ad effectum inducendi statum collativum beneficii,* Vide ibi, & n. 26.

27 *Observantia rumpitur, & frangitur per simplicem rumorem in contrarium.*

28 *Evidentia rei prosternit omnem dubietatem.*

29 *Unio incorporativa efficit ut medium incorporatum censeatur de substantia incorporantis.*

30 *Vicarius perpetuus adstare potest Synodo.*

31 *Nemo dat, quod non habet.*

32 *Episcopus habet juris assistentiam deputandi in Ecclesiis Parochialibus sæcularibus unitis Monasterio ad præsentationem Regularium Presbyteros perpetuos, & sæculares.*

35 *Privilegium præsentandi Regulares ad Parochias unitas Monasterium per non usum amittitur.*

39 *Episcopus habet pro se juris assistentiam inventariandi bona Vicariorum Sæcularium.*

CASUS IV.

ALterum Casum hìc expono in Sacra Congregatione Concilii ventilatum, qui ita se habet. Abbas, & Monachi Cænobii in Waldassen. Ordinis Cistercienſium exposuerunt, quòd Apostolica Bonifacii IX., & Sixti IV. auctoritate intercedente quamplures jam dicto Monasterio perpetuò unitæ extiterunt Parochiales Ecclesiæ, præsertim in Tursenreut; Buthel; Wondreb, & Falkembergh cum expressa facultate eas moderandi per Monachos ad nutum amovibiles, sive per Sæculares Sacerdotes, ac Consistorio Episcopalis Ecclesiæ Ratisbonensii, modo in controversiam revocante hujusmodi libertatem præficiendi Monacos Animarum, Curæ, eosque pro animi sententia removendi; prælibati Abbas, & Monachi Sanctissimum D. Nostrum Apostolicarum Constitutionum vindicem exoptarunt, contendentes nullo modo ab Episcopo perturbari posse in jure deputandi Parochos amovibiles, etiam ex prælibati Monasterii Regularibus; Proindeque liberum quoque sibi ipsis esse collapsam assertam Prioralem Domum in Civitate Tursenreut à fundamentis restituere pro uberiori animarum beneficio. Expeditæ fuerunt consuetæ literæ pro informatione Ordinario Ratisbonensi, qui præceteris subtexit, quòd ab immemorabili tempore dictis Parochialibus Ecclesiis præesse solent sæculares Sacerdotes tamquam Vicarii perpetui, qui ad Abbatum præsentationem Ordinaria Auctoritate instituuntur, & licèt, ut Relator ipse prosequitur, retroactis temporibus omnes explorati fuerint aditus subinferendi Monachos ad nutum amovibiles, nulla umquam illuxit ratio morem immutandi. Hinc Consistorio Ratisbonensi Apostolicarum Sanctionum dispositionem satis elu-

eludere contendente, & præsertim quia nullatenus effectum sortitæ fuerint. Disputata fuerunt sequentia dubia.

Primò -- *An Vicarii deputandi ab Abbate Monasterii Waldsassen. Parochiis, de quibus agitur, sint deputandi perpetui, seù potius temporanei, & quatenus affirmativè, quoad secundam partem.*

Secundò -- *An sit liberum Abbati deputare in prædictos Vicarios temporaneos etiam Monachos, seu Monasterii in casu &c.*

Tertiò -- *An sit locus ædificationi Domus Prioralis in Civitate Tursenreut in casu &c.*

Ad primum videtur respondendum, Vicarios in dictis Parochiis esse deputandos perpetuos, & non temporaneos, ita dictante expressa dispositione *Textus in cap. Presbyteri de Cappell. Monach. in 6. in Commentario relat.*, cui famulatur altera dispositio Concili Tridentini *cap. 13. sess. 24. de reform.* ibi -- *mandat. S. Synodus Episcopus pro tutiori Animarum eis commissarum salute, ut distincto Populo in certas, propriasque Parochias, unicuique suum perpetuum, peculiaremque Parochum assignent*-- Et quidem optima ratione, quia Vicarii si sint perpetui melius agnoscent oves suas, & earum Spirituales infirmitates, & melius his occurrent spiritualibus remediis, quàm si sint temporanei, & amovibiles, & quia inter ipsos, & Ecclesias Parochiales, quibus præficiuntur, datur Spirituale conjugium, quòd non convenit esse temporaneum, sed potiùs perpetuum ad instar matrimonii carnalis, quod ad tempus non contrahitur.

1 Verumtamen contrarium sentiebam studens apud eumdem R.P.D. Petra, nam hujusmodi Parochiæ non sunt simpliciter, sed plenariè, & subjectivè unitæ Monasterio, ut desumitur ex verbis literarum
2 Apostolicarum unionis Bonifacii IX. ibi-- *Incorporamus, annectimus, & unimus* -- Quæ verba important unionem pleno jure factam fuisse Monasterio, tum quoad temporalia, tum quoad spiritualia *Rot. dec. 23. num. 23. coram Zarat. & dec. 421. num. 7. coram Bichio*, & ex verbis -- *cum omnibus juribus, & pertinentiis suis* -- quæ præferunt unionem subjectivam, *Rot. decis. 49. num. 4. par. 15. & decis. 321. num. 2. par. 19. tom. 1. & decis. 599. num. 3. & 4. coram Cavaler.* Et ex potestate concessa in prædicta unione Abbati, & Monachis deputandi Vicarios ad nutum amovibiles, incompatibilis est autem qualitas Vicarii amovibilis cùm simplici unione *Rot. decis. 1304. num. 1. circa finem coram Seraphin.*, & *decis. 21. num. 6. & 7. par. 6. recen.*, & *in Novarien. Parochialis, seu Vicariæ S. Martini 22. Junii 1705. §. Convincitur coram bon. mem. Eminentissimo Caprara.*

3 Et ex eo, quòd prædicta unio fuit confirmata à multis Pontificibus, quæ confirmationes videntur sufficere ad hoc, ut Parochiæ prædictæ dicantur spectare pleno jure ad Monasterium, *Rot. decis. 513. nu. 2. par. 2. recen.*, Et ex quasi possessione deputandi in dictis Parochiis Vicarium per Abbatem Monasterii, ex qua infertur Monasterium esse proprietarium, & penès illud Curam residere. *Imol. in Clement. frequens num. 2. de excess. Prælat. Barbos. de offic., & potest. Episcopi par. 1. cap. 1. num. 65., & seq. Rot. ubi supra*
4 *nu. 7.* Et validitas hujusmodi unionis innegabilis redditur, dum effectuata fuit per sæculum, & dimidium ante Concilium Tridentinum, & post ipsam conciliarem dispositionem per quinquaginta, & ultra annos *Rot. dec. 174. num. 5., & seqq. par. 7. dec. 330. nu. 50. par. 9. tom. 2. dec. 361. n. 2. par. 10. & dec. 785. nu. 4. coram Coccin.*

5 Insuper eo magìs eædem Parochiæ dicerentur pleno jure, & subjectivè unitæ Monasterio, & penès hoc residere Curam habitualem, si Abbas assignaret Vicariis illarum domum ad habitandum, consignaret & supellectilia sacra cum obligatione illa restituendi Monasterio, aut certos fructus bonorum Parochialium pro eorum manutentione, & iidem Vicarii promitterent, ac jurarent, quòd essent fideles, & obedientes, & quòd bona Ecclesiarum Parochialium defendent, & non alienabunt sinè ipsius Abbatis licentia, hujusmodi etiam assignatio domus, supellectilium, ac bonorum, & præstatio obedientialium, denotant Vicarios non habere nisi exercitium Curæ, residente habituali penès Monasterium, *Rota dec. 240. num. 4. coram Cerro, & dec. 47. num. 5. par. 10., & dec. 516. nu. 8., & seq. par. 18. rec., & dec. 75. num. 6. coram Carillo, & in dicta Novarien. Parochialis, seu Vicariæ S. Martini 22. Junii 1705. §. Se-*

§. *Secundò cum ſeqq. coram clar. me. Card. Caprara.*

6 Vnde cùm prædictæ Eccleſiæ Parochiales ſint de Menſa Monaſterii, eique pleno jure ſubjectæ non eſt locus deputationi Vicarii perpetui, ſed Abbas Monaſterii, penès quem reſidet Cura Animarum, poteſt conſtituere, ſeu deputare Vicarios temporales, & amovibiles pro libito, & illos etiam ſinè cauſa removere, juxta *gloſs. in Clement. Frequens in verb. ad menſam de exceſs. Prælat. ibique Vitalin. nu. 85. & ſeqq. Fagnan. in cap. ex parte de offic. Vicarii num. 12., & in cap. cùm ad Monaſterium de ſtat. Monach. num. 38.*, & arguitur ex Concilio Tridentino *cap. 7. ſeſſ. 7. de reform. ibique Barboſ. num. 24.*, & juxta Conſtitutionem S. Pii *la* 47. de qua *Bullar. Nov. tom. 2. Gaufred. in cap. Paſtoralis ſub num. 4. de donat.* ibi -- *Si verò ſit Eccleſia Parochialis, tunc Abbas habet præſentare Vicarium Epiſcopo, & ſi pleno jure eam habeat Abbas Vicarium ponere poteſt, & Curam committere, & etiam removere -- Rot. deciſ. 53. num. 48. coram Peutinger.*, *& in Tarraconen. Parochialis de Vimbodino 15. Januar. 1706. §. Stabilito coram R.P.D. Anſaldo inferiùs impreſs.* cùm conſenſu tamen

7 Epiſcopi, & prævio examine, dum Epiſcopus debet recognoſcere hos Vicarios deputatos amovibiles in moribus, & doctrina, juxta *Concil. Trident. cap. 11. ſeſs. 25. de Regul.* ibi -- *Nec ibi aliqui etiam ad nutum amovibiles deputentur, niſi de ejuſdem conſenſu, ac prævio examine per eum, aut ejus Vicarium faciendo, ibique Barboſ. num. 10. & 24. Garz. de Benef. par. 9. cap. 2. num. 291. Ventrigl. in prax. par. 2. annot. 20. §. 2. ſub num. 11.* & alii penès *Rot. in Novarien. Parochialis, ſeu Vicariæ S. Martini 2. Julii 1706. §. Relicto coram R.P.D. Anſaldo, & in Burgen. juriſdictionis ſuper commiſſione Curæ 11. Junii 1706. §. Cæterum coram eodem.*

Neque adverſatur utraque diſpoſitio *Textus in dicto cap. Presbyteri*, & Concilii Tridentini *in dicto cap. 13.* in contrarium allata. Quoniam diſtinguendum eſt inter Parochias independentes, aut ſimpliciter unitas, & Parochias ſubjectivè,

8 & pleno jure unitas, ſeu de menſa, quòd Vicarii Curati debeant eſſe perpetui, & non temporanei, procedit in eis Parochiis independentibus, vel ſimpliciter unitis, quarum Curam ipſi Vicarii habent in titulum, & in quibus inſtituuntur, non verò in eis Eccleſiis Parochialibus de Menſa, & pleno jure unitis Monaſterio, aut alteri Eccleſiæ, in quibus iidem Vicarii non inſtituuntur, & habent ſolùm nudum Curæ exercitium, quia Cura verè eis non incumbit, ſed reſidet penès Abbatem Monaſterii, aut Rectorem Eccleſiæ, nec reſpectu harum Eccleſiarum ipſi dicuntur ſponſi, imò nec veri Curati dici poſſunt, juxta magiſtralem deciſionem *Sac. Rotæ 53. num. 24. cum ſeqq. coram Peutinger. Paſſerin. in cap. unico de Cappell. Monach. num. 5. cum ſeqq. in 6. Gonzal. ad regul. 8. gloſſ. 5. §. 3. num. 11. & 14. Garz. de benef. par. 11. cap. 2. num. 3. Lotter. de re benef. lib. 1. q. 33. num. 93. Pignattel. conſult. 158. num. 3. tom. 9.*

9 Ad ſecundum affirmativè reſpondendum cenſebam, tum attenta aſſertiva Pontificis Sixti IV. in literis unionis, ubi expreſsè teſtatur aliquas ex prædictis Parochiis ante ipſam unionem gubernari conſueviſſe per Monachos ibi -- *In quibus idem Abbas, & Conventus juſpatronatus etiam tunc habebat, & quæ per Clericos ſæculares, ac aliquæ ex eis per præfati Monaſterii Monachos regi conſueverat.* Nec non etiam facultate deputandi Monachos conceſſa per Bonifacium IX. & ratificata à pluribus Pontificibus. Tum etiam attenta qualitate unionis, etenim cùm unio Parochiarum facta fuerit Monaſterio Monachorum ſubjectivè, Parochiæ effectæ ſunt Regulares, ac ejuſdem qualitatis, ac Monaſterium, ac proinde illarum gubernio præfici poteſt Monachus Monaſterii. *Tamburin. de jur. Abbat. to. 3. diſput. 9. quæſt. 8. §. 2. Barboſ. de poteſt. Epiſc. par. 3. alleg. 72. num. 109. Garz. par. 7. cap. 10. num. 3. & 8.* Tum denique attenta obſervantia, ex qua modò Monachi Monaſterii modò verò Sæculares Sacerdotes nominati, ac deputati fuere in Vicarios dictarum Parochiarum.

Non obſtat, quòd Monachi vitam ſolitariam ducere debeant, atque extra Monaſterium eorum ſpiritualem vitam peri-

10 clitari, ideoque Parochiis non ſunt præficiendi, quia Monachi capaces ſunt gubernii Eccleſiarum Parochialium, & magis ipſi, quàm Sæculares proficui ſunt. *Murg. qq. Paſt. par. 4. q. 1. ſect. 4. n. 35. & ſeq.*

Nec adversatur resolutio Sacræ Congregationis de anno 1708. 19. *Maji in Ratisbonen. Parochialium*, quoniam ibi agebatur de unione facta à Cardinali Pileo, & maxima cum probabilitate, quando ipse adhærebat Antipapæ, & prædicta unio nunquam fuit effectuata, nec ante, nec post Concilium; Cæterum si Ecclesiæ Parochiales unitæ Monasterio, aut ordini Regularium essent solitæ regi per Vicarios, & Sacerdotes sæculares non possent ad ipsas præsentari, & in eis deputari Sacerdotes Regulares, ut resolutum fuit à *Sac. Rota in Brixien. jurisdictionis* 27. *Junii* 1710. §. *Juris assistentiæ, &* §. *Hæc vere coram R. P. D. Kaunitz inferiùs pariter impress.*

Ad tertium affirmativè pariter respondendum judicabam, quia ante Lutheranam hæresim ibidem adfuit Prioralis Domus, & quia supposito Parochiali ibidem existenti deservire debere per Monachos, congruentius satis fit Apostolicis Constitutionibus constituendo ibidem Prioratum, ubi plures Monachi simul ac regulariter convivunt.

Et ita ad primum, & secundum responsum fuit à Sacra Congregatione Concilii. Ad tertium verò rescripsit ad Sac. Congregationem Episcoporum, & Regularium *in Ratisbonen. juris deputandi Vicarium* 29. *Julii* 1713.

11 Quæro hìc an Vicarius unius Parochiæ pleno jure unitæ Monasterio deputatus ab Abbate exercere possit curam etiam alterius Parochiæ pariter unitæ eidem Monasterio?

Simile dubium disputatum fuit in Sacra Congregatione Concilii *in una Aurien. Parochialium*. Ubi cum Vicarius S. Mariæ de Pitelos unitæ Monasterio S. Salvatoris de Cellanova Ordinis S. Benedicti exerceret etiam Curam alterius Ecclesiæ Parochialis S. Martini eidem Monasterio pariter unitæ, & in diebus Dominicis, & Festis in utraque Ecclesia Missam celebraret; Episcopus Aurien. in S. Visitatione injunxit Abbati d. Monasterii S. Salvatoris, ut alterum Vicarium deputaret pro exercitio Curæ Animarum S. Martini, & Vicario S. Mariæ inhibuit nè duas Missas eadem die celebraret. Quare pro parte Abbatis requisitum fuit Oraculum EE. PP. super infrascriptis dubiis.

Primò -- *An Vicarius deputatus ab Abbate, & Monasterio Ordinis S. Benedicti loci de Cellanova pro exercenda Cura Animarum in Ecclesia Parochiali S. Mariæ loci de Pitelos possit eamdem Curam exercere in alia Ecclesia Parochiali S. Martini loci de Canda, ac in utraque Ecclesia Sacrum diebus Dominicis, & festivis celebrare, in casu &c.*

Secundò -- *An Abbas, & Monasterium teneatur alterum Vicarium pro Ecclesia S. Martini deputare, eique congruam ex illius redditibus, decimis, & primitiis assignare in casu &c.*

Tertiò -- *An renuente Abbate, & Monasterio alterum Vicarium in dicta Ecclesia S. Martini deputare, eique congruam ex dictis redditibus, decimis, & primitiis assignare, possit idem Vicarius à Reverendissimo Ordinario deputari, eique congrua prædicta assignari in casu &c.*

Ex quorum resolutione, & ex infra dicendis desumere poteris etiam resolutionem propositæ quæstionis. Dicebam igitur ad primum studens apud R. P. D. Ansidæum, nunc meritissimum Sanctissimæ Inquisitionis S. Officii Assessorem, non posse præfatum Vicarium exercere eamdem Curam in alia Ecclesia Parochiali S. Martini Loci de Canda, ac in utraque Ecclesia Sacrum diebus Dominicis, & festis celebrare. Agitur enim de duabus Ecclesiis Parochialibus licèt unitis Monasterio Loci de Cellanova, inter se tamen omnino distinctis, & separatis, & distantibus per unum milliare, & hyemali tempore etiam per duo milliaria, & unaqueque ex dictis Ecclesiis habet proprium Populum, & familias, itaut regi non possunt per unicum Vicarium. Iste enim eodem mane in locis ita distantibus non potest in utroque commodè confessiones audire, S. Euangelium, aut Catechismum exponere, & necessitatibus Animarum utriusque Parochiæ præsto esse, & dum istas, & alias functiones Parochiales peragit in Ecclesia Parochiali S. Mariæ de Pitelos. Populus, & familiæ Ecclesiæ Parochialis S. Martini de Candas manerent tamquam Oves sinè Pastore, qui eas S. Doctrina, & Sacramentis pascat, immò post celebratam Missam in Ecclesia de Pitelos eodem mane deberet aliam Missam celebrare in Ecclesia de Candas. Absque ulla necessitate, dum

ad-

adsunt plurimi Sacerdotes, qui in hac Ecclesia Missam celebrarent, & qui anhela-
12 rent ad servitium illius. Quod nullatenus est permittendum juxta *Textum in cap. consulvisti de celebrat. Missar. Pignatell. consult. Can.* 1. *num.* 1. *& seq. tom.* 4. & pluries fuit resolutum à Sac. Congregatione Concilii, & signanter *in Bracharen. indulti* 14. *Martii* 1711. & novissimè *in Aurien. Vicarii Curati* 18. *Maji* 1715.

13 Ad secundum etiam dicebam teneri Abbatem alterum Vicarium pro Ecclesia S. Martini deputare, eique congruam ex illius redditibus, Decimis, & primitiis assignare.

Etenim Parochiani Ecclesiæ S. Martini ex fructibus propriis solvunt Decimas, & primitias, quæ cum Parochialibus emolumentis sufficiunt ad decentem sustentationem proprii Vicarii Curati, multi sunt Presbyteri, qui ad servitium talis Ecclesiæ adspirant, eadem Ecclesia longè distat ab Ecclesia S. Mariæ, nimirum per unum milliare, & hyemali tempore etiam per duo milliaria, eo quia viæ luto obruuntur, & lacunis impediuntur, ut sæpe cogantur, relicto recto itinere, longius aliud
14 suscipere; habet 50. circiter personas adultas, qui est competens numerus etiam ad erectionem novæ Parochiæ *Fagnan. in cap. ad audientiam de Eccles. ædific. num.* 28. Quæ distantia juncta cum asperitate itineris reddit difficilem, & impedit liberum accessum ad Ecclesiam, ac administrationem Sacramentorum, itaut timeri posset, quòd Parochus S. Mariæ de Pitelos opportunè succurrere non possit Parochianis S. Martini, & quòd isti decedere possint absque Sacramentis *Fagnan. in dicto cap. ad audientiam de Eccles. ædific. nu.* 16. *& seqq. Barbos. ad Concil. Sess.* 21. *cap.* 4. *Rot. decis.* 39. *num.* 2. *coram Peutinger.* Unde Abbas, & Monasterium tenetur alterum Vicarium pro Ecclesia S. Martini deputare, si enim supradicta omnia essent sufficientia etiam ad dismembrationem dd. Ecclesiarum in casu, quo essent inter se unitæ ad *Text. in dicto cap. ad audientiam ibique Fagnan. num.* 1. *Adden. ad Gregor. decis.* 504. *num.* 8., & fuit resolutum à Sacra Congregatione *in Lunen. Sarzanen. erectionis Parochialis* 16. *Julii* 1712.; à fortiori erunt sufficentia pro decernenda deputatione alterius Vicarii pro Ecclesia S. Martini omnino distincta ab illa S. Mariæ, maximè cum commodè per adjunctionem hujus Vicarii consulatur necessitatibus, & periculis Parochianorum ejusdem Ecclesiæ S. Martini, & fuit resolutum ab eadem Sac. Congregatione *in Tridentina dismembrationis* 14. *Januar.* 1690. *& in Comen.* 5. *Junii* 1688. *& in Frequentina* 18. *Septembris* 1688.

Ad tertium denique pariter sentiebam
16 renuente Abbate, & Monasterio alterum Vicarium in dicta Ecclesia S. Martini deputare, eique congruam ex dd. redditibus, Decimis, & primitiis assignare, posse eundem Vicarium à Reverendissimo Ordinario deputari, eique congrua prædicta assignari auctoritate delegata, aut nomine Sac. Congregationis. Urgente enim necessitate Episcopus cogere potest Rectores Parochialium, quando non sufficiunt populo, qui sibi tot Sacerdotes ad hoc munus adjungant, quot sufficiant ad Sacramenta exhibenda, & Cultum Divinum celebrandum juxta dispositionem *Tridentini sess.* 21. *cap.* 4. sed quia agitur de Ecclesiis Parochialibus pleno jure unitis Monasterio Regularium exempto à jurisdictione Episcopi, ideò in hoc casu debet dictum Vicarium deputare idem Episcopus auctoritate delegata, aut nomine Sac. Congregationis, ut alias novissimè resolutum fuit ab eadem Sac. Congregatione *in dicta Aurien. Vicarii Curati* 18. *Maji* 1715. *ad primam*.

Et ita per EE. PP. resolutum fuit *in dicta Aurien. Parochialium* 28. *Martii* 1716.

R. P. D. ANSALDO.

Tarraconen. Parochialis de Vimbodino.

Veneris 15. *Januarii* 1706.

EXorta dudum fuit controversia inter Abbatem Monasterii *Sanctæ Mariæ de Populeto*, ac Rectorem Parochiæ Sancti Salvatoris *Oppidi Vimbodini* super perceptione Primitiarum, idest primorum fructuum, qui enascerentur secundùm ea, de quibus in proposito hujusmodi Primitiarum uberrimè adnotata fuere *in Spoletana Primitiarum* 18. *Aprilis* 1698. *coram Me inter hactenus impressas decis.* 39., & vincit Abbas usque ad obtinendam rem judicatam, omnimodæ etiam exequutioni demandatam ad normam *Decisionum*,

quæ præcesserant, ut præ cæteris habetur *in Recent. dec.*192., *dec.*212., *& dec.*215. *par.*7. *coram Carill. dec.*75. *repetita in Recent. dicta par.*7., *decis.* 254., *& coram Dunozet. jun. dec.*489., *dec.*494., *& decis.* 505., cum successiva etiam canonizatione ejusdem legitimæ exequutionis occasione rejiciendi prætensa attentata contra ipsam exequutionem, sicuti pariformiter liquet *ex decis.*523., *decis.*551., *dec.*582., *& dec.*750. *cor. præfato Dunoz. junior.*

Verùm quia nihil in mox prælaudatis Decisionibus, ac re judicata dicebatur de collatione, provisione, aut nominatione ejusdem Parochialis Oppidi Vimbodini resurrexit acrior contentio, & oppugnatio Domini Archiepiscopi Tarraconen., cum Abbate præfati Monasterii Sanctæ Mariæ de Populeto, ad quem nimirum super hoc puncto jus collationis, provisionis, seu præsentationis occurrente vacatione spectaret, sed Domini non ambegerunt respondere pro Abbate, cùm allibrantes pondus, & efficaciam præfatæ rei judicatæ, quoad articulum Primitiarum satis veniret in consequentiam reso-
17 lutio præsentis colluctationis, nam qui statuit antecedens declarare dicitur etiam consequens ab eodem antecedenti resultans, uti vulgati juris est, ad *Textum in l. oratio* 16. *ff. de sponsalib. glos. fin. in cap. Præterea* 5. *de Offic. Delegat.*, *Becc. cons.*92. *num.*12., *Surd. cons.* 91. *num.*4., *Novarr. quæst. for. lib.*1. *quæst.*59. *à n.*1., *Marant. controv. jur. par.*3. *resp.*86. *n.*74., *Barbos. Axiom.* 30. *à num* 1., *Monach. decis. Flor.* 29. *num.*15., *Fontanell. dec.*287. *num.*20., *Rota decis.* 61. *num.* 4. *coram Ninot.*, *& decis.* 38. *num.* 5. *par.*7. *recent.*

18 Diximus, quòd qui vult antecedens, vult etiam consequens, vel è contra; Licèt etenim perceptio Decimarum, vel Primitiarum ad alium titulum referri possit, quam ad Curam habitualem, aut unionem, videlicet ad aliquod peculiare Privilegium concessum Decimatori, ad aliquam conventionem initam in dimissione Curæ tam actualis, quàm habitualis, ac denique ad opportunam, & juridicam consuetudinem, secundum quam argui possit, aut supra enunciatum Privilegium, aut aliàs fortassis canonica conventio, ex animadversis per *Abbatem in cap. Exposuisti in fin. de præben.*, *Gonzal. ad regul.*8. *Cancell. glos.*6. *num.*56., *Lotter. de re Benefic. quæst.*28. *num.*54. *lib.*1., & rectè observavit, sive discriminavit Sacrum Auditorium *in dec.*32. *n.*15. *par.*18. *recent.*, *in Novarien. Parochialis* 23. *Martii* 1696. §. *Nec sufficienter coram R.P.D. meo Caprara*, *in Gerunden. Beneficii* 10. *Februarii* 1696. §. *Ejusdem irrelevantiæ coram R.P.D. meo Scotto, in Gerunden. Parochialis*, *seu Rectoriæ de Villobi* 6. *Junii* 1698. §. *Et in omnem casum inter impressas coram Me*, *dec.*47. *num.*12., *& in Bituntina, seu Basilien. Parochialis* 26. *Junii* 1702. §. *Quare facile pariter coram Me*.

19 Nihilominùs in primis inficiari nequibant Scribentes pro Archiepiscopo, quòd hæc persolutio Primitiarum affirmata, & approbata per Tribunal in commemoratis decisionibus, quæ præiverant rem judicatam favore Abbatis, non foret suapte natura, quoties disputatur de unione, dominio, & Cura habituali (quidquid sit de aliis effectibus) potens argumentum pro conjicienda Cura habituali, ac ipsamet unione, seu dominio, ita enim *Rota dixit in Gerunden. Beneficii* 10. *Decembris* 1696. §. *Conabatur ulterius*, *& seq.*, *& in altera Gerunden. Parochialis, seu Rectoriæ de Villobi* 6. *Junii* 1698. §. *Perceptio autem in utraque coram Me inter hactenus impressas dec.*3., *& 47.*, licèt in oppositum adducerentur, & ante eam tradidere etiam Scribentes, nempè *Cardinalis in Clement.*1. *num.*10. *qu.*9. *de Offic. Vicar.*, *Vitalin. in Clement. frequens num.*88. *de excess. Prælator.*, *Adden. ad Gregor. dec.*196. *sub nu.*3. *vers. Arguitur circa medium*, *Card. de Luca de Decim. disc.*11. *sub num.*5., *Rot. decis.*2. *de Decim decis.*339. *par.*3. *coram Caputaq. decis.*886. *num.* 14. *coram Cerr. decis.* 883. *num.* 5. *coram Emerix jun. decis.*12. *sub num.*2. *par.*2., *& decis.*16. *num.* 8. *par.*6. *Recent.*

20 Fortius quia in rei veritate quantumvis prælaudatæ decisiones editæ in Tarraconen. Primitiarum loquerentur in solo proposito earumdem Primitiarum inter Abbatem Monasterii Sanctæ Mariæ de Populeto, & Rectorem Parochialis Ecclesiæ Oppidi Vimbodini, adhuc in tantum

tum concesserunt prænominato Abbati perceptionem hujusmodi Primitiarum, in quantum supposuere unionem, eaque mediante dominium, & Curam habitualem præfatæ Parochialis Oppidi Vimbodini existere, & attinere ad eumdem Abbatem de Populeto, quemadmodum signanter apparet *ex decis.192. par.7. rec.*, quæ cum aliis ante, & post promulgatis transivit, ut diximus in rem judicatam; Unde hujusmodi res judicata veluti suppositiva, & firmativa Dominii Mensæ Abbatiæ, veluti suppositiva unionis duo efficiebat, alterum, quòd constaret effective de eodem Dominio, & Vnione, ac Cura habituali, & alterum, quòd prædicta res judicata habenda foret pro veritate infallibili, aliàs oporteret revangare totum Mundum, ad ea, quæ in proposito rei judicatæ affirmarunt per *Text. in leg. res judicata 208. ff. de regul. jur.*, *Felin. in cap. Quoniam contra num.31. de probat.*, *Surd. cons.61. num.2.*, *& seq.*, *Saminiat. controv. 12. num.80.*, *& seq.*, *Scacc. de sent.*, *& re judic. glos.14. quæst.2. nu.7.*, *Posth. de subhastat. insp.66. num.72.*, *Barz. dec.53. num. 19.*, *Censal. decis. Lucen.6. num.37.*, *Thomat. dec.297. num.8.*, *Rota decis.870. num.3. coram Buratt.*, *dec.240. num.8. coram Celso dec.414. num.6.*, *& 7. coram Priol.*, *dec.266. num.10. par. 15.*, *dec.270. num.8. par.16.*, *& dec.465. n.5. tom.2. par. 19. recent.*, cum aliis *in tract. de Commerc.*, *& Mercat. disc.76. num.3.*, *& in Giennen. juris mutandi 20. Februarii 1699. §. Efficaciùs inter hactenus impress. cor. Me dec.76.*

Et si quid defuisset ad magis justificandum dominium, ad magis definiendam unionem in sæpe adductis Decisionibus omnem hæsitationem superabant, & implebant literæ exequutoriales Sacri nostri Auditorii, ubi cubitaliter dicitur -- *Ecclesiam Parochialem prædictam Vimbodini esse de Mensa Abbatis, & Monachorum Monasterii Populeti, seu illi annexam, unitam, & ab ea dependentem &c.*, *Summario Abbatis num.1. lit.D.*; Proindeque cùm ipsæ exequutoriales haberent inclusas in suis viscceribus easdem Decisiones, & sententias successivè prolatas, & fuerint deinceps legitimæ exequutioni demandatæ, rem profectò constituebant in gradu tali, ut non posset dubitari etiam de ijs, quæ magis expressè dicebantur in
21 Sententiis, cùm Sententiæ, nisi ex stylo nostro discordent à Decisionibus, & non eædem Decisiones (quæ solùm sunt præambula mutabilia, & extrajudicialia motiva futuri judicii) sint illæ, quæ constituunt perfectam rem judicatam, juxta adnotata per *Card. de Luc. de judic. disc.1. num.14.*, *Rot. dec.28. nu.2. coram Bich.*, *dec.50. num.4.*, *& 5. coram Priol.*, *& decis.297. nu.1. coram Emerix jun.*, *dec.98. num.3. par.1.*, *dec.270. num.2. par.15.*, *dec.207. n.1. par.18.*, *& dec.667. num.3. tom.2. par.19. rec.*

22 Atque hinc parvi faciendum erat, quòd hæ Decisiones, hæ Sententiæ, hæ exequutoriales prolatæ noscerentur inter Abbatem de Populeto, solumque Rectorem Oppidi Vimbodini, non citato, nec audito Archiepiscopo Tarraconen.; Ultra enim, quòd res judicata quotiescumque statum alicujus rei concernit, afficit omnes ad *Text. in l. ingenuum ff. de stat. homin.*, *Alex. in l. sæpe nu.59. ff. de re judic.*, *Mandell. de Alb. cons.355. num.5.*, *Altograd. Sen. cons.99. num.20. lib.1.*, *Covarr. pract. quæst. cap.13. sub num.5.*, *Vivian. de jurepatr. lib.14. cap.2. num.4.*, *& 6.*, *Cardinal. de Luc. de hæred. disc.25. n.2.*, *& de fideic. disc.68. num.4.*, *& in tract. de Commerc.*, *& Mercat. disc.70. num.21.*, *Rot. dec.250. nu.4.*, *& 5. coram Cavaler.*, *decis. 300. num.4. coram Cels.*, *decis.186. num.4. coram Emerix Sen.*, *& decis.787. num.1.*, *& 2. coram Emerix jun. decis.245. nnm.23. par.9.*, *& decis.197. num.2. par.17. recent.*, *& in Marsicen.*, *seu Nullius Jurisdictionis super bono jure 7. Junii 1700. §. Fortiusque incalescit cor. bo. me. Muto.*

Habebant Domini è converso, sed à simili celeberrimum exemplum *in illa Toletana Decimarum de Capilla*, de qua *in meis decisionibus impressis in ordine la 78. & la 79.*, nempe quòd res judicata prodiens cum Archiepiscopo ligaret etiam Rectores immediatos, sicuti optimè stabilitum fuit *in dec.440. num.12. & seq.*, *& decis.466. num.79. tom. 2. par.19. recent.*, *ex Decian. cons.24. n.95.*, *& cons.55. num.35. vol.1.*, *Nevizan. cons.20. nu.13. vers. secundo limita*, *& num.22.*, *& Cancer. var. resolut. par.3. cap.17. num.556.*

Indubitanter autem, quia non poterat dici,

dici, Curiam Archiepiscopalem esse penitus ignaram, & virtualiter incitatam, ex quo supradicta controversia *in illa Tarraconen. Primitiarum* extitit ab initio introducta in eademmet Curia Archiepiscopali Tarraconen., & deinceps cum fuerit finita, ac terminata in nostro Tribunali, Officialis, sive Vicarius Generalis ipsius Curiæ Metropolitanæ, ac Archiepiscopatus eam exequutioni demandavit sub illo addito, quod Abbas triumphans in eo negocio explicitè, positivè, & palàm protestatus fuerat per hæc verba -- *Quam acceptationem facit absque ullo præjudicio juris, quòd dictus Abbas, & Conventus habent super præsentatione dictæ Rectoriæ, seu Vicariæ juxta tenorem Rotalium Sententiarum, dicto Summario Abbatis num.1. lit. L.*, proindeque dum Curia Archiepiscopalis à principio negocium assumpserat, dum successivè Sacrosanctas Exequutoriales exceperat, eisque congruam dederat exequutionem, nequibat amplius reputari, quòd eadem Curia Archiepiscopalis, quòd idemmet Archiepiscopus pro tempore non haberet notitiam hujus rei, quando in fortioribus ille, qui simpliciter comparet in aliquo judicio, videtur sese habuisse pro legitimè citato, ut notant communiter Doctores *in cap.1. de judic., & in leg. prima ff. de in jus vocan., Bald. in leg.1. in 3. vol. ff. de fer., Alex. in l. de unoquoque in princ. ff. de re judicat., & cons.123. nu.8. in fin. lib.2., Dec. cons.183. sub num.3. vers. Et quia iste citatus, Gratian. discept. for. cap.946. num.12., & seqq., Cyrocc. discept. 78. num.104., & seqq., Lancellott. de attent. in præfat. par.2. cap.4. num.128., & seqq. Card. de Luca de jurisdict. disc.117. nu.6., & de judic. disc.7. num.10., disc.9. n.46., & disc.32. num.24., Rot. dec.112. par.1. coram Caputaq. dec.1441. nu.4. coram Gregor. dec.727. nu.1.*, ubi *Adden. n.8. coram Buratt. dec.108. nu.15. par.12. decis.21. n.11. par.18. & dec.506. pariter num.11. par.19. rec.*

23 Stabilito igitur robore hujusmodi rei judicatæ circa punctum Primitiarum involvens ex jam dictis dominium, unionem, & Curam habitualem penes Abbatem, nihil aliud restabat observandum, quàm quòd requireret quid Sacra Concilia, quid Constitutiones Pontificiæ declararent, aut determinarent in proposito talium Parochialium existentium, ut præmisimus, sub dominio, & Cura habituali Abbatum, vel aliorum inferiorum Prælatorum, & certè tam Sacrum Concilium Tridentinum in *sess.7. de reformat. cap.7.*, quàm Constitutio sanctæ, & beatæ memoriæ Pii Quinti in his terminis attribuebant omnimodam facultatem Abbati, sive alii prælatio inferiori præsentandi, ac nominandi in Rectorem quemcumque iidem Abbas, vel Prælati existimassent aptum Curæ, præservata dumtaxat consequenti approbatione Episcopi circa personam nominatam, seu præsentatam mediante examine doctrinæ, & perquisitione morum, sicuti in ordine ad Sacrum Concilium Tridentinum constat ex *præfata sess.7. de reformat. cap.7.*, & quoad Constitutionem Beati Pii Quinti apparet ex *Bullar. Novo tomo* 2. inter ejus Constitutiones *la* 27. §. *Volumus iusuper*, & connotarunt respectivè *Garz. de benef. par.9. cap.2. num.* 289., *& sequen., Barbos. ad Concil. sess.24. de reformat. cap.18. nu.16. Turricell. de union. cap.4. num.* 53., *Card. de Luca de Paroch. disc.*11., & 12. *utrobique nu.*2., *Rot. penès Murg. ad Constitut. Regular. dec.*10. *num.*3. *dec.*150. *num.*214. *per totum coram Buratt. dec.*64. *nu.*1., *& seq. dec.*103. *pariter num.*1., *& dec.*886. *num.*8., *& 9. coram Cerro dec.* 559. *n.*2., *& 3. coram Otthobon. dec.*102. *n.*1. *par.*1., *dec.*153. *pariter nu.*1. *par.*2. *dec.*16. *n.*12. *& seqq. par.6. dec.*580. *n.*5., *& 6. par.*8. *dec.*48. *nu.*2. *par.*10. *dec.*10. *nu.*2. *par.*17. *dec.*192. *nu.*1., *& dec.*516. *nu.*1. *par.*18. *rec.*, *& in Gerunden. Hebdomadariæ* 5. *Maji* 1609. §. *Nec ad destruendas vers.c. Etenim coram bon. mem. Ursino*, *& 4. Julii* 1696. §. *Præsuppositis namque*, *& 26. Junii* 1697. *per tot. coram Reverendissimo P.D. meo Decano inter impress. ad Cardin. de Luc. super materia de Benef. dec.*27.28., *& 29.*

24 Rescripserunt itaque Domini -- *spectare collationem, seu provisionem ad Abbatem* -- hæc etenim vocabula collationis, provisionis, præsentationis, nominationis, electionis sunt in rei veritate synonima, adeoùt parum unum vocabulum, sive alterum attendatur, quando subsantia coincidit in effectu ex *traditis per Gloss. in Clementin.* 1. §. *Nonnullo quoque verb.*

verb. Rectoribus, ubi Vitalin. n.25. de excess. Prælator., Card. de Luc. de Paroch. disc.10. n.8. & 37. n.41. Rot. dec.252. n.2. coram Priol. dec.204. nu.6. par.2. recent., & in Novarien. Parochialis, seu Vicariæ Sancti Martini 22. Junii 1705. §. His positis cor. R.P.D. meo Caprara.

Efficaciam istius fundamenti promanantis à suppositione, atque Canonizatione unionis dominii, ac Curæ habitualis per toties enunciatam rem judicatam agnoscentes Defensores Archiepiscopi sperabant, quòd quamtumvis res judicata firmaret favore Abbatis omnia prædicta, adhuc pro parte Archiepiscopi staret status collativus, & ad hunc effectum adducebant collationes annorum 1465. 1563. 1578. 1615., & 1654., quæ expletæ & completæ comparebant respectivè ab Archiepiscopis Tarraconen. in ordine ad hanc Rectoriam, seu Curam Animarum, ideoque strenuè subjungebant, quòd etiam posita unione in vim præcitatæ rei judicatæ; Attamen status hìc collativus cantans pro Archiepiscopis sinè ulla collatione, vel provisione facta per Abbatem per tantum temporis intervallum induere valeret vestem alterius tituli innovativi secundùm ea, quæ motivabantur, seu dicebantur in aliàs nuncupata *Decisione Gerunden. Parochialis, seu Rectoriæ de Vilobi 6. Junii 1698. §. Verum coram me inter hactenus impressas dec.47. cum aliis post Turricell. de union. cap.13. n.23., in Barchinonen. Parochialis de Albiviana prima Junii 1696. §. Seu per dictam triplicem coram bo. mem. Muto impress. ad Cardin. de Luc. super mater. de Benefic. dec.30.*

Præcipuè ex quo secundum recensita in *Summario Archiepiscopi* respectivè coruscabat *sub num. 3. & 4.*, quòd hìc Parochus Sancti Salvatoris *di Vimbondino* gestitit nomen, & figuram Rectoris, uti talis intervenit Congregationibus Synodalibus, seu Metropolitanis habitis ab Archiepiscopo, eidemque Rectori Abbas tunc temporis, videlicet sub anno 1226. assignavit medietatem earumdem Primitiarum *jure Parochialitatis*; Quapropter inferebant, quòd ab his omnibus vindicato titulo Rectoriæ, vel nulla adesset unio appropriativa, & extinctiva tituli, ut requiritur ad finem inducendi veram unionem ad notata per *Gloss. in Clement. 1. verb. de Mensa de supplem. neglig. Prælat., & in Clement. 1. verb. haberent de rescript., Gonzal. ad regul. 8., Cancell. glos. 5. §.7. num. 2. & sequent., Lotter. de re Benefic. lib.1. quæst.28. num.96., & 102., Rot. decis. 37. num. 1. & sequent. coram Merlin. decis.138. num.11. & 14. coram Ubald. decis. 179. num. 10. & 11. coram Otthobon. decis.30. num.9. part.11. decis.219. num.2. par.16. decis.192. nu.5. & sequent. par.18. & decis.434. num.8. part. 19. recent. & in Luceorien. unionis 5. Decembris 1701. §. Ex fundatione coram R.P.D. meo Caprara.*

Vel quòd in omnem eventum magis firmaretur status collativus pro Archiepiscopo, quia quoties adsunt signa Parochialitatis de per se aliquo modo stantis, cessant fastidia unionis, & solus Ordinarius est ille, qui debet per viam concursus mediante collatione, ac provisione Gregi, & Ovibus suis providere, uti sinè difficultate dixerunt, *Barbos. ad Sacr. Concil. Tridentin. session. 24. de reformat. cap. 18. num. 17., Lotther. de re Beneficiar. par.1. lib.2. quæst.31. nu.22. Rota dec.214. num.2. coram Buratt. decis.579. num.1. & decis. 710. in princ. par. 2. & decis.434. in fin. par.19. rec.*

25 Ast *Domini* omnia hæc sobriè, & insimul maturè reassumentes circa statum collativum animadverterunt, quòd ante omnia à numero assertarum collationum demendæ essent illæ annorum 1454., & 1604. quæ nullibi effulgebant effectuatæ, proindeque erant spernendæ juxta famigeratum *cons. 229. num.2., Oldrad.* nostri Ordinis Auditoris, & tradita per *Abb. in cap. consultationibus sub num. 9. de jurepatronat., Calderin. cons.12. de jurepatronat., Gonzal. ad regul. 8. Cancell. glos. 45. §. 2. nu.37. Garz. de Benefic. par.5. cap.5. n.67. & sequent. Lotther. de re Benefic. lib. 1. quæst.34. num.42. Rota decis. 136. num. 3. coram Puteo lib.3. decis. 132. par. 2. coram Caputaquen. decis.268. num.9. & dec.436. num.13. coram Bich. dec.124. num.5. par.3. & decis. 244. num.16. par.16. rec.*

26 Demendæ quoque erant uno verbo quæcumque aliæ, quia hæ omnes intrà earum viscera intercludebant clausulam præservativam, ac fortem *sinè præjudicio alieni juris*, quæ licèt non det, nec concedat, aufert nihilominus, & semper omnia præjudicia, quæ possent alieno juri dero-

derogare teste *Felin. in cap. inter dilectos colum. 6. de fid. instrum. & cap. inter Monasterium col. 2. de re judicat.*, *Rub. in singul. Rot. Rom. tom. 2. part. 4. claus. 754. num. 2. & seqq.*, *Cardin. de Luca de regal. discurs. 162. à n. 56. & de Regular. disc. 39. n. 10. Rot. decis. 291. num. 17. lib. 1. coram Puteo, decis. 500. num. 2. coram Coccin. decis. 144. num. 6. coram Seraphin. decis. 299. num. 8. coram Cerr., & decis. 1084. num. 7. coram Emerix junior. decis. 419. num. 3. part. 1. & decis. 495. num. 10. par. 18. recent. cum aliis in annotat. ad decis. 32. num. 47. inter hactenus impress. coram me.*

De reliquo cuncta hæc sistebant in terminis, ut ita dicamus abstractis, cum satis foret, quòd omnes hæ collationes, aut per prædictam ineffectuationem, aut propter clausulas præservativas *sine præjudicio alieni juris* nullo modo valerent præscribere statum hunc collativum ad commodum Archiepiscopi, præexistente semper unione canonizata per Sacram Ro-
27 tam, dum si quælibet observantia, quælibet etiam consuetudo immemorabilis rumpitur, ac frangitur per simplicem rumorem in contrarium ex juribus vulgatis, & inquiunt *Abb. in cap. ultimò nu. 29. de consuetud. Bartol. in leg. semper instipulationibus in fin.*, *ibique Cagnol. num. 12. ff. de regul.*, *Gratian. discept. at. 918. num. 39. Tondut. quæst. Benefic. lib. 1. cap. 104. prope fin. Actolin. resolut. 4. num. 6. Rocc. select. jur. disputat. cap. 167. num. 39.*, *Cardin. de Luca de jurisdict. disc. 3. num. 8.*, *Add. ad Gregor. decis. 298. num. 13. Rot. in annot. ad decis. 78. num. 58. inter hactenus impressas coram Me*, *Rot. decis. 1102. sub num. 5. coram Coccin. decis. 21. num. 12. coram Zarat decis. 158. nu. 8. & decis. 1296. sub n. 14. coram Emerix junior. decis. 304. num. 11. & decis. 314. num. 7. par. 11. decis. 97. n. 21. part. 13. decis. 115. num. 6. & seq. par. 14. decis. 139. nu. 10. par. 18. & dec. 469. n. 57. par. 19. recent.*

Quid discurrendum, ubi postmodum medullitus introspecta re, constitit de unione, quæ tamquam Matrix prædictarum decisionum *in Tarraconen. Primitiarum* dedit ansam roborandi rem judicatam; unde meritò inferebant *Domini*, quòd in tantum Curia Archiepiscopalis struere perantea fortasse valuerat aliquod jus super ipsis collationibus, in quantum tunc temporis non erat, neque fuerat adhuc pro Abbate Sanctæ Mariæ de Populeto agnitum, vel definitum ullum jus super ejus Dominio, ac Cura habituali controversæ Rectoriæ, sed postquam per supranominatam rem judicatam coruscavit de ejusdem Abbatialis Mensæ Dominio, & Cura habituali, evanuit tota illatio, tota ratiocinatio facta in contrarium,
28 cùm evidentia rei penitùs prosternat omnem dubietatem, ut inquit *D. Augustin. super Genesi de morte, ac relat. in cap. evidentia 9. de accusat. Bartol. in l. 1. num. 6. ff. de reb. credit.*, *Bald. in l. 1. num. 9. Cod. de commodat. Christoph. de Castell. cons. 29. num. 19. Valenzuel. Velazq. cons. 90. n. 163. to. 1. Gratian. discept. forens. cap. 146. n. 5. & 823. num. 33. Rota decis. 80. num. 12. par. 9. & decis. 188. num. 4. par. 15.*

Non etenim valebat, seu valebant Abbates Sanctæ Mariæ de Populeto contradicere provisioni, ac collationi Archiepiscopi, usque dum per aliquam Judicis definitionem detectum non esset, Rectoriam Sancti Salvatoris esse incorporatam, sive ammensatam Abbatiæ; Quamobrem donec hoc punctum extiterit per Sacrum Auditorium degustatum, ac prægnitum, & affirmatum, nulla contra agere tunc non valentem, cadere valebat præscriptio collationis, seu provisionis per familiare principium, de quo ad *Tex. in l. 1. in fin. Cod. de annal. except.*, *Castr. consil. 405. nu. 11. & seq. lib. 2. Gabr. cons. 163. sub num. 17. lib. 1. Menoch. cons. 904. nu. 6. & seq. Spad. cons. 342. num. 12, lib. 3. Mandell. de Alb. cons. 322. num. 21.*, *Cyriac. contr. 321. num. 71. Actolin. resol. 4. nu. 14. Rocc. Select. cap. 149. num. 31. Balducc. ad Ramon. in observ. ad cons. 24. num. 51. to. 1. Card. de Luca de alienat. disc. 3. num. 13. de credit. disc. 131. n. 8. & de judic. disc. 21. num. 33. cum aliis in tract. de Commerc. & Mercat. disc. 95. num. 33. Rot. decis. 101. num. 4. post modern. Constantin. ad stat. Urb. decis. 117. num. 22. coram Priol. decis. 153. num. 8. coram Emerix jun. decis. 28. nu. 38. par. 8. decis. 70. num. 11. & 12. par. 16. decis. 330. num. 17. par. 17. & decis. 366. n. 5. par. 19. recent.*, *& in Neapolitana, seu Tricaricen. juris redimendi 18. Junii 1703. §. Non obstat coram R. P. D. meo Lancetta.*

Avulso à suis radicibus hoc jure factarum sive assertarum collationum D. Archie-

chiepiſcopi corruebant etiam reliqua exaggerata argumẽta tanquam confoventia ſtatum ſimplicis Rectoriæ, nuncupatio etenim, ſeu nomen *Rectoris* nihil de per ſe officere queibat, ſiquidem memorata nuncupatio *Rectoris*, priuſquam firmaretur munimentum rei judicatæ, erat indiſpenſabilis, cùm idem Rector de facto regeret, ſeu adminiſtraret curam Animarum, ſed ut diximus *ſinè præjudicio alieni juris*; ſuperventa autem re judicata Sacri Tribunalis eadem nuncupatio reddebatur inanis, unio namque incorporativa, 29 quando extat apertè canonizata, efficit, ut medium incorporatum cenſeatur de ſubſtantia incorporantis, ſicuti alimentum tranſit in ſubſtantiam aliti, per ea, quæ in propoſito haberentur poſt *Text. in l. ſi convenerit* 18. §. *Si nuda proprietas ff. de pignorat. act. l. ſi fundus hypothecæ datus ſit ff. de pignor. apud Fælin. in cap. cùm in noſtra num.* 30. *de reſcript.*, *Calderin. conſ. ultim. de reb. Eccleſ. non alien. Oldrad. conſ.* 257. *num.* 15. *Azor. inſt. moral. par.* 2. *lib.* 6. *capit.* 28. 2. *quæſit. Barboſ. de jur. Eccleſ. univ. lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 7. *& ſeqq. & de offic. & poteſt. Epiſc. par.* 3. *alleg.* 66. *nu.* 36. *& ſeqq. Pariſ. de reſignat. lib.* 2. *quæſt.* 9. *num.* 3. *& lib.* 3. *quæſt.* 1. *num.* 120. *Murg. quæſt. Paſtoral. par.* 2. *quæſt.* 5. *nu.* 1., *&* 2. *& quæſt.* 6. *num.* 2. *&* 20. *& par.* 4. *quæſt.* 1. *ſect.* 4. *num.* 1. *de Benefic. quæſt.* 2. *num.* 11. *in fin.*, *& quæſt.* 3. *num.* 961. *&* 967. *Rot. deciſ.* 966. *num.* 13. *&* 14. *coram Dunoz. jun. deciſ.* 330. *num.* 5. *coram Cavaler. deciſ.* 303. *num.* 3. *coram Duran. deciſ.* 642. *num.* 7. *par.* 4. *tom.* 3., *& in Pampilonen. Parochialis de Mendavia penès Murg. ad Conſt. Benedict. deciſ.* 2. *num.* 1. *deciſ.* 4. *n.* 9. *& dec.* 5. *num.* 20.

Conſequutivè pariter corruebat interventus ad Synodum Metropolitanam; 30 Quoniam cùm aliquis intereſſe deberet eidem Synodo repræſentans hanc Parochialem Eccleſiam, intereſſe oportebat illum, qui actu eamdem Eccleſiam Parochialem, ut præmiſimus, regebat, vel ex prænominato titulo Rectoris, vel etiam fortaſſe altero Vicarii perpetui; cùm etiam Vicarius perpetuus tanquã verus ad hoſce effectus Curatus, & Rector adſtet Synodo, ſecundum ea, quæ colliguntur ex *Abb. in cap. quòd ſuper de majorit.*, *& obedien. Pignattell. conſult.* 8. *num.* 28. *tom.* 8. *Sel. in ſelect. Canonic. cap.* 25. *num.* 32. *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. par.* 3. *alleg.* 93. *ſub num.* 9. *& in annot. ad ſect.* 24. *de reformat. cap.* 2. *nu.* 27. *Ugolin. de Offic. Epiſc. cap.* 48. §. 1. *num.* 1., *Menoch. de Synod. Diœceſan. capit.* 3. *dub.* 2. *num.* 2., *Card. de Luca de juriſdict. diſc.* 37. *num.* 3. *Murg. in Conſt. Benedict. in annotat. ad deciſ.* 9. §. 1. *num.* 3. & optimè *Rota deciſ.* 190. *per tot. coram Seraphin.*

Labefactata ex ſupradictis apparentia præcedentium argumentorum, quæ adducebantur ab Informantibus pro Archiepiſcopo, in nihilo tandem relevabat, quin potiùs retorquebatur poſtremum, quoad factam per Abbatem conceſſionem Primitiarum pro medietate Rectori Eccleſiæ Sancti Salvatoris *jure Parochialitatis*, hoc quippe præſidium ſemper emanans à fœmore, ſeu diſpenſatione Abbatis deſtruebatur in ſua baſi; Quo etenim modo, quave ratione, quo fundamento Abbates illius temporis aſſignare, ſive conſtituere potuiſſent huic prætenſo Rectori mediam partem primitivam *jure Parochialitatis*, quotieſcumque ſuper ea non haberent, 31 nec habuiſſent dominium; nemò ſiquidem dat, quod non habet, prout optimè replicabant Informantes pro Abbate adducentes *Text. in l. traditio ff. de acquir. rer. domin. l. nemo plus ff. de regul. jur. & cap. nemo plus de regul. jur. in* 6. *Roman. conſ.* 159. *in princip. Jo. de Anan. conſ.* 86. *pariter in princip. Conciol. allegat.* 17. *num.* 29. *Gratian. cap.* 730. *num.* 30. *& cap.* 900. *num.* 13. *Cancer. var. par. prima cap.* 1. *num.* 208. *Saminiat. contr.* 35. *num.* 59. *Rodulphin. allegat.* 77. *num.* 11. *Poſth. de manut. obſerv.* 20. *num.* 24. *Robl. de præſ. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 72., *Rot. deciſ.* 954. *num.* 3. *coram Cerr. deciſ.* 227. *num.* 10. *coram Bich.*, *& deciſ.* 251. *num.* 5. *par.* 14. *recent.*

Et ita *Domini* exiſtimarunt utraque &c.

R. P. D. KAUNITZ.

Brixinen. Juriſdictionis.

Veneris 27. *Junii* 1710.

HAbet Inclytus Ordo Theutonicus in Diœceſi Brixinien. jus præſentandi ad nonnullas Parochiales eidem unitas, & ſignanter ad Eccleſiam S. Pancratii in Mareid, qua vacata per obitum Jacobi

Kosler Presbyteri sæcularis, cum Commendatarius B. Mariæ ad Athesim præsentaverit Celsissimo Episcopo Sacerdotem Regularem sui Ordinis, ac renuente Episcopo illum instituere, Commendatarius coram Me expedivit inhibitionem jactationum super possessione, vel quasi præsentandi ad dictam, & alias Ecclesias ab Ordine præfato dependentes Presbyteros Regulares, seu etiam Sæculares ad nutum tamen amovibiles, necnon in possessione describendi bona dictorum Vicariorum, seu Parochorum post eorum obitum, sed proposito per Me dubio sub die 17. Junii anni proximè præteriti ad instantiam ejusdem Ordinis, nulla fuit capta resolutio, sed injunctum, ut coadjuvarentur probationes, illo que hodie repropositio ad favorem Episcopi Informantis, prodiit resolutio.

32 Quia cùm agatur de Parochiis sæcularibus, in quibus Inclytus Ordo Theutonicus habet jus patronatus, seu præsentandi ratione concessionis, seu unionis, jus assistit Episcopo instituendi in eisdem Parochiis Presbyteros perpetuos, & Sæculares ad præsentationem Regularium, nec tenetur admittere prædicti Ordinis Regulares, ad *Text. in cap. 1. de Cappellis Monach.*, *& in cap. unic. de Cappell. Monach. in 6.*, *Butr. in dicto cap. 1. num. 1.*, & ibidem *Barbos. num. 1. Jo: Andr. nu. 2.*, *Hostiens. num. 1. versic. sed Cappellanus*, *Fagnan. in cap. ex parte num. 11. de Offic. Vicar.*, *Tusch. de visit. lib. 2. cap. 16. num. 1.*, *Rodriquez quæst. Regular. tom. 1. qu. 34. artic. 4.*, qua posita juris assistentia concedenda est manutentio favore Episcopi, nisi aliàs doceat Ordo se esse in quasi possessione præsentandi, ut in his terminis contra Ordinem Theutonicum dictum fuit in *Olumucen. jurisdictionis 11. Februarii 1684. coram Emerix junior. decis. 118. num. 1.*, *& decis. 843. num. 2.*, *& in eadem Causa 10. Decembris 1688. §. Initur*, *coram Eminentissimo D. Card. Caprara.*

33 Juris assistentiæ accedit etiam antiquissima possessio instituendi Presbyteros perpetuos, & sæculares, in qua reperitur Episcopus ab anno 1483. usque ad annum 1690., ut ex cumulo præsentationum, & institutionum, *Summario num. 1.* effectum sortitarum, dum unus fuit præsentatus per obitum alterius præcedenter instituti ad præsentationem Ordinis, ex quo probata remanet effectuatio, *Oldrad. cons. 229. Rot. coram Gregor. dec. 215. num. 1.*, *ibique Adden. nnm. 8.*, *& coram Seraphin. decis. 299. num. 5.*, *& coram Cerr. decis. 220. num. 10.*, *& 11.*, *& coram Priolo decis. 34. num. 20.*, *& 22.*, *coram Otthobon. decis. 224. num. 6.*, *& in dicta Olomucen. jurisdictionis 10. Decembris 1688. §. Præterea cor. Eminentissimo D. Card. Caprara*, & ea posita, cum resultet ultra juris assistentiam etiam quasi possessio, incontrovertibiliter competit ejus favore manutentio, *Posth. de manut. observ. 45. n. 38. Rot. in Gerunden. jurisdictionis super manutentione 13. Junii 1692. §. Cùm enim coram Reverendissimo D. meo Decano*, *& in Caputaquen. jurisdictionis super manutentione 1. Julii 1707. §. fin. cor. R.P.D. meo Caffarello.*

Nec obstitit in vacationibus annorum 1586., & 1635. Commendatarios præsentantes asseruisse nominatos fuisse Presbyteros Ordinis, quia prædictæ enunciativæ, aut præsumuntur erroneæ tanquam emissæ ab interesse habente, aut nihil probant in hoc judicio possessorio, in quo non requiruntur verbales actus, sed facti, *Posth. de manutent. observ. 12. num. 10. Rot. post eumdem dec. 184. nu. 10.*, *& dec. 438. n. 4. & dec. 671. nu. 2. & seq. par. 18.*, *& cor. Cerr. dec. 130. n. 4.*, *& decis. 136. n. 22.*

Et quidem erronea est illa anni 1586., dum continet quemdam Joannem Scheicher præsentatum esse Presbyterum Ordinis, & tamen in principio ejusdem præsentationis Commendatarius asseruit illum esse Presbyterum Laicum, quòd excludit omnem qualitatem Regularem, *Gloss. in cap. licèt in verbo Sæculares de offic. Ordin. Boudon. resolut. 58. num. 84. tom. 1. Rot. in Regien. jurispatronatus*, *seu Cappellaniæ 24. Junii 1706. §. Nec obstat coram R.P.D. meo Priolo.* Alia verò enunciativa emissa de anno 1643. erronea similiter dignoscitur, dum ex præsentatione anni 1635. constitit Joannem Vidman fuisse Presbyterum Sæcularem, & quamvis in institutione ejusdem Vidman fuerit dictum, Parochiam vacasse per obitum Jo: Maxner Presbyteri dicti Ordinis, nihilominus cùm deficiat status antecedens præ-

præsentationis, ex quo justificari valeat ista præsentatio Presbyteri Regularis, prædicta enunciativa attendi non debet tanquam unica, & contraria statuto antecedenti, & quando dubitari contingit de enunciatione, *Rot. dec. 467. n. 7. cor. Bich.*, *& decis. 67. num. 12. par. 13.*, *& coram Emerix decis. 1138. nu. 20.*, *& dec. 1337. n. 9.*, *& in rec. dec. 472. n. 10.*, *& 20. par. 19.*

34 Hæc verò citra hæsitationem admittenda fuerunt, quia non versamur in immemorabili requirente, ut nihil auditum fuerit in contrarium, sed in summariissimo judicio manutentionis, in quo etiamsi ad esset unus, vel alter status in contrarium, nihilominùs quando Episcopus habet pro se duos ultimos status, illi soli attendendi fuerunt, ad effectum illi concedendi manutentionem, quæ semper datur ad statum ex ultimis actibus efformatum, *Posth. de manut. observat. 71. n. 51. Rot. post ipsum dec. 194. num. 40.*, *& in rec. dec. 270. n. 1. par. 12.*, *& in Cremonen. Feudi 4. Februarii 1692. §. Quia coram Reverendissimo Turonen.*, *& in Novarien. Interventus in Pontificialibus 27. Junii 1704. §. Prout non relevat cor. R. P. D. Omaña*, *& in Hildesimen. jurisdictionis super manutentione 28. Junii 1706. §. fin. coram R. P. D. meo Caffarello*. Præcipuè cùm penultimus status sit valde qualificatus, dum curante Commendatario, ut Episcopus admitteret Presbyterum Regularem in locum Joannis Molitioris Presbyteri Sæcularis tunc possidentis, fuit ab Episcopo prædicta instantia rejecta, & Molitor continuavit Parochiæ possessionem ab anno 1649. usque ad annum 1673., quo eam dimisit, ac præsentatus fuit Presbyter Sæcularis cum effectu subsecuto, qui sanè status tanquam firmatus in contradictorio judicio, ac cum qualitate coactiva est plurimum attendendus, *Rot. dec. 337. per tot. lib. 2. cor. Verall.*, *& dec. 412. n. 4.*, *& 5. coram Vbald. Rot. in Aretina Beneficii 21. Januarii 1701. §. Suffocata cor. R. P. D. meo Ansaldo*, *& in Melevitana juris patronatus 31. Martii 1702. §. Etenim cor. R. P. D. meo Scotto*, *& in Mediolanen. Cappellaniæ 23. Martii 1703. §. Nec turbat coram Reverendissimo Domino meo Decano*, *& in Oppiden. Beneficii 7. Maji 1703. §. Non obstante cor. ho. me. Muto*.

35 Hucusque autem deductis non adversantur Privilegia concessa eidem Ordini per Paulum II., Martinum V., & Eugenium IV. præsentandi Presbyteros etiam Regulares sui Ordinis ad Parochias de suo jurepatronatus, vel sibi unitas, quia præterquamquod post Concilium Tridentinum, plurimum valet arbitrium Episcopi in reducendis Vicariis amovibilibus ad perpetuas, *Barbos. ad Concil. sess. 7. cap. 7. num. 15. de reformat.*, *& de potest. Episcop. allegat. 72. num. 19.*, *Flores de men. lib. 1. quæst. 1. num. 36. & seqq. Cesped. de exempt. Regular. cap. 9. dub. 176. num. 4. Rot. decis. 23. num. 34. coram Zarat.* nihilominus cùm Commendatarii semper præsentaverint Presbyteros Sæculares in sequutis vacationibus videntur quoad controversam Ecclesiam Privilegia sua amisisse, ad quem effectum, & faciendi reditum ad jus commune sufficeret non usus privilegiorum per spatium triginta, vel quadraginta annorum, ad *Text. in cap. qui de terra*, *& in cap. accedentibus de privil. Tondut. quæst. benef. cap. 61. n. 13. & seq. Francesc. de Eccles. Cathedr. cap. 30. num. 283. Noguerol. alleg. jur. 39. num. 39. Rot. coram Otthobon. decis. 229. num. 4. & in Giennen. Adjunctorum 13. Februarii 1702. §. Et quod longa coram Reverendissimo D. meo Decano*.

Quibus pariter non contradicit *Rot. in Olomucen. jurisdictionis 5. Maji 1694. & 14. Maji 1708. coram Reverendissimo D. meo Decano*, quia ibi inclytus Ordo Theutonicus probavit quasi suam possessionem præsentandi Presbyteros tum Regulares, tum Sæculares ab anno 1629. usque ad tempus motæ litis, ideoque non valet illatio ad casum præsentem, in quo constat de contraria possessione Episcopi, & quæ unicè debet attendi in judicio manutentionis, rejecta exceptione privilegiorum ad petitorium, *Posth. de manut. observ. 12. num. 1. & seq. Rot. coram Cerr. decis. 414. num. 21. & 23. & coram Bich. decis. 210. num. 24. & coram Priol. decis. 85. num. 5. & decis. 468. num. 13. & in rec. decis. 189. num. 2. par. 17. & decis. 662. nu. 3. par. 18. & 254. num. 5. & 365. num. 27. par. 19. recent.*

36 Hæc autem citra controversiam procedunt quoad jus obsignandi, & describendi bona Vicariorum defunctorum,

cum Ordo nullum ad duxerit actum possessorium super descriptione, & è converso Episcopus habet pro se juris assistentiam quoad bona Vicariorum Sæcularium illa inventariandi, ut firmant *Redoan. de Spol. quæst.12. num.13. Mansf. de testam. tit. 13. quæst.8. Mart. de jurisdict. par.1. cas.122. num.14. Ciarlin. contr.lib.2. cap.171. num. 12. Francisc. Marc. decis. Delphinat. 105. per tot.*

Et ita Informante tantùm Episcopo, Ordine verò dilationem petente.

ARGUMENTUM.

Apposita in limine fundationis Beneficii à Fundatore conditione, quòd præsentatus ad illud non possit obtinere aliud Beneficium Ecclesiasticum, an si hoc obtineat, possit Episcopus illum privare, & amovere à Beneficio ad instantiam Patroni, adeout iste possit alium præsentare?

SUMMARIUM.

1 *Beneficiatus stante lege fundationis, quòd non possit obtinere aliud Beneficium, non potest præsentari ad secundum Beneficium, nisi ante præsentationem renunciaverit primo.*

2 *Per assecutionem secundi incompatibilis cum primo, vacat primum Beneficium.* Declara, ut num.6. & 8.

3 *Beneficiatus præsentatus ab ipso met Fundatore, si obtineat aliud Beneficium non potest removeri, & privari primo, non obstante lege fundationis prohibentis retentionem secundi, & quare?* Vide ibi, & num.14. & 15.

4 *Beneficiatus sciens ex lege fundationis non posse obtinere aliud Beneficium, si illud obtineat, dicitur renunciare primo.*

5 *Incompatibilitas Beneficiorum non solùm provenire potest ex dispositione juris communis, verùm etiam ex lege fundationis.*

6 *Beneficiatus obtinens aliud Beneficium incompatibile ex lege fundationis removeri, & privari non potest primo, nisi post assecutam pacificam possessionem secundi.*

7 *Incompatibilitas Beneficiorum non oritur ex simplici collatione, sed ex corporali receptione secundi cum primo.*

9 *Papa dispensare potest super incompatibilitate plurium Beneficiorum, sed non solet, nisi concurrant utilitas, & necessitas Ecclesiæ,* & num.10.

11 *Tenuitas reddituum primi Beneficii an sit causa sufficiens concedendi indultum retinendi secundum incompatibile?*

12 *Patronus si nominet unicum Cappellanum ad duas Cappellanias distinctas, potest iste removeri ab una ex illis.*

13 *Cappellania an, & quando dicatur incompatibilis ex lege fundationis.*

16 *Persona fundatoris, ex quibus præsumatur excepta ab observantia Legis ab ipso appositæ in limine fundationis.* Vide ibi, & num.17. 18. & 19.

20 *Exercitium plurium Officiorum in his, quæ implicantiam non inferunt, non est à jure prohibitum.*

CASUS V.

DIsposuit quidam Fundator in limine fundationis simplicis Beneficii de consensu Ordinarii, quòd Præsentatus, & in eo institutus aliud Beneficium simplex Ecclesiasticum nequeat recipere, & obtinere; Non obstante hac dispositione, succedente vacatione cujusdam Canonicatus in quadam Ecclesia Cathedrali, Beneficiatus præfati Beneficii patronalis illum obtinuit sibi conferri ab Episcopo ejusdem Cathedralis; Proprius autem Episcopus habita notitia de hac provisione, non expectato, quòd Beneficiatus dicti Canonicatus possessionem apprehenderet, statim illum privavit, & amovit à Beneficio ad instantiam Patroni, qui consecutivè aliam personam ad ipsum Beneficium præsentavit. Quæritur in hoc casu, an Episcopus potuerit removere Beneficiatum à dicto Beneficio, & Patronus alium præsentare?

1 Primo aspectu respondendum videtur affirmativè; Aperta namque & clara est Lex fundationis prohibentis adeptionem, & retentionem alterius Beneficii unà cum Beneficio Patronali; adeout hujus Legis vigore Beneficiatus non solùm est incapax obtinendi aliud Beneficium Ecclesiasticum, verùm etiam præsentari non potest ad ipsum, nisi ante præsentationem renunciaverit primo. *Abb. in cap. Cùm in cunctis §. Inferiorum nu.10. & 11. de election. Vivian. de jurepat. par.2.lib.6. cap.7. n.49. Barbos. vot. decis. 122. n.2. & seqq.*

seqq. lib. 3. Rot. decis. 313. num. 5. & seq. coram Bichio, & in Gerunden. Beneficii 3. Junii 1712. §. Minimè cum seq. coram R.P.D. Falconerio.

Unde Beneficiatus præfatus, qui non obstante hac Lege, ex avaritia, vel ambitione motus, obtinuit Canonicatum in dicta Ecclesia Cathedrali, justè poterat privari, & removeri ab Episcopo à Beneficio patronali,& à Patrono alius ad illud
2 præsentari, cùm per assecutionem secundi incompatibilis cum primo vacet primum Beneficium, ad *Text. in cap. de multa de præben. Extravag. Execrabilis de præben. Concil. Trident. cap. 4. sess. 7. & cap. 17. sess. 24. de reform. Lambertin. de jurepatr. lib. 2. par. 1. q. 6. art. 16. nu. 1. & seq. Barbos. de offic. & potest. Episc. par. 3. alleg. 72. num. 13. Ventrigl. in prax. par. 2. annot. 3. §. 1. num. 12. Card. de Luc. de benef. disc. 54. num. 5. Ros. de execut. liter. Apostolic. par. 1. cap. 5. n. 50. & seq. Gonzal. super Regul. 8. Cancell. glos. 15. num. 9. Rot. in Frisingen. Canonicatus 9. Januar. 1705. §. Narrata coram Eminentiss. Scotto, & in Augustana Canonicatus 26. Junii 1713. §. Justificatio*
3 *coram R. P. D. Falconerio*. Nisi fortassè idem Beneficiatus fuisset præsentatus ab ipso met Fundatore, qui hanc Legem imposuit; & eo adhuc vivente obtinuisset aliud Beneficium, tunc defuncto Fundatore Patronus successor vigore ejusdem Legis non posset instare apud Episcopum, ut Beneficiatum removeret à beneficio patronali, nec valeret alium præsentare; quia in hoc casu Lex fundationis prohibens adeptionem alterius beneficii procederet respectu præsentati à futuro Patrono, non verò respectu præsentati ab ipso met Fundatore, cujus persona in generali dispositione semper intelligitur excepta, cùm nemo censeatur sibi Legem indicere, & ligamen inferre. *Card. de Luca de jurepat. disc. 90. num. 4. Rot. dec. 365. num. 3. vers. tum quia coram Cavaler.*, & in terminis *in Placentina Cappellaniæ 25. Junii 1714. per tot. coram Eminentiss. Scotto* inferiùs legen.

4 Ratio autem est, quia dictus Beneficiatus sciens ex Lege fundationis non posse obtinere aliud beneficium; obtinendo Canonicatum prædictum dicitur tacitè renunciasse beneficio patronali, quod possidet, juxta *Text. in Clement. Gratiæ, ibique Gloss. verb. renunciare de rescript. Lambertin. de jurepat. lib. 2. par. 1. qu. 6. art. 17. num. 2. Garz. de benef. par. 11. cap. 5. num. 71. Rot. coram Penia decis. 303. nu. 5. & decis. 1240. nu. 3. coram Emerix, & decis. 160. num. 4. par. 2. rec. & in Valentina Beneficii 16. Januar. 1704. §. Cessare coram R.P.D. Lancetta.*

5 Non obstat, si dicatur dictum Beneficium patronale non esse de jure incompatibile cum Canonicatu, cùm non sit residentiale, nec sufficiens ad congruam sustentationem Beneficiati, quo casu conditio apposita à Fundatore non obtinendi aliud beneficium non videtur admittenda, sed rejicienda, nè Beneficiatus compellatur mendicare in opprobrium totius Cleri. *Lara de Anniversar. & Cappell. lib. 2. cap. 1. n. 3.* Siquidem incompatibilitas beneficiorum procedere potest non solùm ex dispositione juris communis, uti sunt omnia beneficia residentialia, sive sint residentialia ratione Curæ, sive ratione servitii; beneficia uniformia sub eodem tecto, juxta *Text. in d. cap. De multa de præben. Conc. Trident. cap. 4. sess. 7. de reform. Garz. de benef. par. 11. cap. 5. §. 2. n. 182.* Et beneficia sufficientia, juxta *Concil. Trident. cap. 17. sess. 24. de reform.* ubi statuitur habenti unum beneficium sufficiens non posse alterum conferre, & docent *Barbos. ibi num. 6. Fagnan. in cap. Cùm iam dudum de præben. num. 33. & 60.* Verùm etiam ex particulari dispositione Fundatorum beneficiorum. Quare licèt supradictum beneficium non sit incompatibile cum Canonicatu de jure communi, est tamen incompatibile ex lege fundationis. *Gonzal. super regul. 8. Cancellar. gloss. 15. num. 130. Lotter. de re benef. lib. 3. qu. 23. num. 1. Barbos. vot. decis. 122. lib. 3. nu. 2. Rot. in dicta Placentina Cappellaniæ 25. Junii 1714. §. Quantumvis coram Eminentissimo Scotto.*

6 Sed his minimè attentis censeo in hoc casu Episcopum non potuisse privare, & amovere prædictum Beneficiatum à beneficio, nec Patronum alteram personam ad illud præsentare. Quoniam, licèt Beneficiatus obtinuerit sibi conferri Canonicatum in dicta Ecclesia Cathedrali, tamen adhibitis diligentiis, non potuit apprehendere actualem possessionem illius; Unde Episcopus non apprehensa adhuc

per

per Beneficiatum hujusmodi possessione, non potuerat illum removere à beneficio, dum juxta Sacrorum Canonum dispositionem primum beneficium vacare non dicitur, nisi post assecutam pacificam possessionem secundi incompatibilis. *Text. in cap. si tibi concesso, & in cap. licet Episcopus, & in Clement. si plures de præben. & dignit. ibique Vitalin. num. 24. & 36. Glos. in cap. de multa verb. post receptionem de præben. ibique Ancharan. num. 3. Abb. nu. 16. & 17. Innocen. num. 5. Fagnan. nu. 9. Lambertin. de jurepat. lib. 2. par. 1. q. 6. art. 17. num. 3. Garz. de benef. par. 11. cap. 5. num. 100. & 105. Barbos. de offic. & potest. Episc. par. 3. alleg. 72. num. 13. Ros. de execut. liter. Apostolic. par. 1. cap. 4. num. 60. & seqq. Ventrigl. in prax. par. 1. annot. 17. §. 1. nu. 7. Card. de Luc. de benef. disc. 54. sub num. 5. Rot. decis. 357. num. 1. par. 15. & dec. 551. num. 4. par. 18. & decis. 60. num. 16. & 17. par. 19. rec.*

7 Ratio est, quia incompatibilitas hujus beneficii cum Canonicatu, & quocumque alio beneficio non oritur ex simplici collatione, sed ex corporali receptione, & retentione secundi cum primo, dum Fundator voluit, quòd Beneficiatus non possit obtinere, & recipere aliud beneficium; Cùm autem receptio, & retentio secundi beneficii verificari non possit sinè ejus effectiva possessione, sequitur, quòd sinè hac possessione dari non possit incompatibilitas ejusdem beneficii, & sic etiam vacatio. *Glos. in cap. De multa de præben. verb. Post receptionem, ibique Fagnan. num. 9. Rot. decis. 357. nu. 2. par. 15., & decis. 60. nu. 16. par. 19. rec., & in Monasterien. Canonicatus 9. Decembris 1712. §. Et ratio est coram R. P. D. Aldrovando.*

8 Hinc ea, quæ superiùs pro ratione dubitandi in contrarium afferebantur, nullatenus officiunt, quia procedunt in casu, quo Beneficiatus adeptus fuisset pacificam possessionem Canonicatus, tunc enim validè, & justè potuisset Episcopus eum removere à beneficio, & alteri illud conferre ad præsentationem Patroni; non verò in casu, quo simplicem collationem, obtinuisset, quia ex *auctoritatibus ibi adductis* pacifica possessio, & non simplex collatio secundi incompatibilis inducit vacationem primi.

Quero hìc primò; An attenta insufficientia reddituum dicti beneficii sit locus in hoc Casu Indulto Apostolico illud retinendi unà cum dicto Canonicatu.

9 Respondeo negativè; Quamvis enim Summus Pontifex de plenitudine potestatis efficere possit, quòd Beneficiatus unà cum dicto beneficio retinere possit Canonicatum, quia si fuerit ipsi narrata lex fundationis præscribentis obtinentem unum beneficium non posse alterum recipere, & hoc non obstante Papa conferret alterum Beneficium, diceretur per viam dispensationis derogare legi fundationis; *Rot. in Barchinonen. Beneficii prima Julii 1712. §. Quin turbaret coram Eminentissimo Scotto, & in Frisingen. Canonicatus 27. Junii 1712. §. Verum coram R. P. D. Crispo.*

10 Tamen hujusmodi Indulta retinendi plura beneficia incompatibilia concedere non solet, maximè quando obstat lex fundationis, quam Papa non intendit alterare, aut mutare *Barbos. vot. decis. 122. num. 5. lib. 3.* nisi concurrat utilitas, & necessitas Ecclesiæ, hoc enim semper debet esse principale objectum fidelis, & prudentis dispensatoris, ut his verbis loquitur *Fagnan. in cap. dudum de elect. num. 28. & in cap. de multu de præben. num. 30. & seq.* In casu præsenti non concurrit utilitas, nec necessitas Ecclesiæ, cum non agatur de persona potente, sublimi, & litterata, cum qua S. Sedes solet dispensare super retentione plurium incompatibilium, ea ratione, quia similes personæ prodesse possunt Ecclesiæ tum consilio, tum favore juxta *Textum in cap. de multa de præben., ibique Fagnan. num. 3. idem Fagnan. in cap. dudum de elect. nu. 20. & seqq.*

11 Nec pro causa obtinendi præfatum Indultum allegari potest tenuitas, & insufficientia reddituum dicti beneficii, quia sibi imputare debet Beneficiatus, si beneficium tenue acceptaverit. *Panimol. decis. 15. annot. 2. num. 11. Rot. coram Gregor. decis. 429. num. 3. & seqq.* Et ita etiam resolutum fuit à Sac. Congregatione Concilii *in Casertana indulti 8. Augusti 1716. in responsione ad secundum, & in Polignanen. dispensationis 19. Junij 1717.*

Secundo quæro. Si Patronus nominet unicum Cappellanum ad duas Cappellanias à Testatore distinctè institutas, an

an Cappellanus remveri possit ab una ex eis.

12 Respondeo affirmativè; quia unicus Cappellanus contra mentem Testatoris occupare non valet binas Cappellanias; quando hæ fuerunt ab ipso institutæ, utì distinctæ, & separatæ, unde poterit ab uno ex illis removeri; & solùm permitti, quòd retineat unam tantum, ut resolutum fuit à Sac. Congregatione Concilii *in Fanen. Cappellaniarum* 14. *Junii* 1710. ubi cùm Confraternitas S. Rochi Patrona devenerit ad nominationem unius tantum Cappellani ad duas Cappellanias à quodam Testatore institutas, disputata fuerunt sequentia dubia -- I. -- *An electio Perusini in unicum Cappellanum sustineatur, vel potiùs debeant esse duo Cappellani? Et quatenus debeant esse duo* -- II. -- *An saltèm una ex duabus Cappellaniis retineri possit à Perusino?* Responsum fuit ad primum -- *Negativè quoad primam, & affirmativè quoad secundam partem* -- Ad secundum -- *Affirmativè* --

R. P. D. SCOTTO.

Placentina Cappellaniæ.

Lunæ 25. *Junii* 1714.

CUpiens Albertus Botterius Ecclesiam Parochialem Sancti Antonini loci Ozzolæ, quam diu rexerat perpetuo suæ pietatis monumento insignire, fundavit adhuc vivens de anno 1689. Cappellaniam merè laicalem ab ipso Salarium nuncupatam, injunctis variis conditionibus inter quas illa præcipuè ad rem nostram faciente, videlicet, quòd Beneficiatus, seu ut dicitur Salariatus non possit obtinere aliud Beneficium Ecclesiasticum.

Nominatio autem per Albertum Fundatorem ad prædictam Cappellaniam Bernardino ejus ex Stephano fratre nepote, attenta dimissione mox dictæ Parochialis Sancti Antonini facta per eundem Albertum, cùm de illa fuerit provisus idem Bernardinus; Hinc secuto obitu dicti Alberti statim inter Bernardinum habentem nominationem à Fundatore, & Carolum subinde nominatum à Nicolao, cui post obitum fundatoris devolvebatur juspatronatus activum; Orta fuit controversia super eo, quòd Bernardinus tamquam obtinens Parochialem incapax esset ad tenorem fundationis simul assequendi Cappellaniam; Eaque delata coram Reverendissimo Inquisitore Placentinæ, & ab eodem in favorem Bernardini definita in gradu ulterioris appellationis ascendit ad Reverendissimum P.D. Assessorem Sancti Officii Urbis, cui cùm supervenerit Commissio manu Sanctissimi signata, ut procederet de voto hujus Sacr. Tribunalis contingit mihi in hodierna Rota exhibere DD. meis Dubium -- *An, & cui sit adjudicanda Cappellania* -- & responsum accepi -- *Cappellaniam esse adjudicandam Bernardino*.

13 Quantumvis enim satis compertum habuerint DD. quòd voluntas Alberti Fundatoris fuerit decernendi per viam legis, ut Patroni quibus jus nominandi reservaverat, nequirent nominationem emittere in Personam Sacerdotis possidentis aliud Beneficium Ecclesiasticum, sub illis verbis -- *Li quali non possino nominare se non un Sacerdote pro tempore, che non posseda alcuno Beneficio Ecclesiastico* -- Quinimmo constiterit hoc enixius peroptasse injungendo, quòd privaretur Cappellanus Salario, in casu, quo ad aliud Beneficium promoveretur, ut ex Præcepto sub hac verborum structura expresso - *Consequendo il Salariato, come sopra, qualche Beneficio Ecclesiastico, ò altro salario, in tal caso vuole, che tal nominato sia, è s'intenda senz' altra dichiarazione subito privo di detto salario, e che debba nominarsi un altro conforme alla disposizione sudetta* -- Ex qua quidem geminata conditione adjecta nominationi, sive faciendæ, sive jam perfectæ videbatur nequaquam inficiari posse, quin controversa Cappellania dicenda foret incompatibilis cum altero Beneficio, propter expressam fundationis literam, itaut intraret vulgaris regula *Text. in l. ille, aut ille ff. de leg. tertio Card. de Luc. de Benef. disc. 116. nu. 2., & passim Rota*.

14 Nihilominus ponderabant hujusmodi Præcepti rigorem optimè quidem congruere singulis Patronis post obitum Fundatoris ad jus nominandi admissis in quos juremerito refunditur onus religiosè servandi fundationis conditiones, sed nullo pacto fieri applicabilem ipsi met Fundatori, quem tali vinculo nequaquam se obstringere voluisse censuerunt, non minùs

minùs ex juris dispositione, quàm ex Instrumento fundationis, ac subsecuta observantia, quæ omnia visa sunt favore Bernardino habenti nominationem à Fundatore, & proinde fulcito inconcusso Titulo consequendi Cappellaniam, *Card. de Luca de jurepatr. disc.64. nu.1., & 2., Rot. in Senogallien. Canonicatus de Luchis 23. Junii 1710. §.Non enim cor. R.P.D. Aldrovando.*

15 Cautum siquidem in jure habemus, quòd in generali dispositione semper intelligi debet excepta persona loquentis *l. Inquisitio Cod. de solut., & liberat., Spad. cons.144. num.9., Vrceol. consult.73. n.1. Rot. decis.365. num.3. coram Cavaler.*; Ea perstringenti ratione, quòd nemo censetur sibi legem indicere, ac ligamen inferre voluisse *Cardin. de Lucæ disc.90. num.4. de jurepatr. Rota dicta decis.365. num.3. vers. Tum quia coram Cavaler.*; Ex quibus firma eruitur consequentia, quòd Albertus Fundator verisimiliter in stabilienda forma, & qualitate nominationis per Patronos explendæ, solummodo respexerit ad successores, nè sibi voluntariè adempta dicatur libertas variandi de jure competens fundatori, etiam in præjudicium vocatorum, quando non intercessit consensus Ordinarii, à quo Patronus formam, & perfectionem recipit *Rot. decis.13. num.9., & 11. ad Mantiss. Cardinalis de Luca lib.13., & in Vaden. Canonicatus 30. Junii 1704. §. Secus tamen est, coram Reverendissimo Decano.*

Huic autem juris præsumptioni non videbatur adversari tenor fundationis; Etenim Fundator in reservatione juspatronatus processit per duo distincta capita dispositionis, in quorum uno reservata sibi facultate quandocumque nominandi, nullum scripsit prohibitionem, seu qualificationem circa Personam à se ipso nominandam; In altero verò transferendo juspatronatus in ejus fratres disertè eisdem legem indixit, nè valerent ad nominationem devenire, quam in personam Sacerdotis nullum aliud Beneficium Ecclesiasticum possidentis, ut ex superiùs enunciato Præcepto — *Li quali non possino nominare &c.*

16 Porrò ex hujusmodi combinatione exclusum dici potest vinculum respectu fundationis, nedum ex quo illud est immediatè adjectum vocationi successorum, itaut juxta propriam Orationis structuram illos dumtaxat comprehendere capax videatur, neque esse extendibile ad fundatorem, *Bartol. in lege repetendis ff. de legat. 3., Rocc. disput. jur. cap.31. num.25., & cap.190. num.43., Franc. decis.113. num.3., Rot. decis. 631. num.3. par.19. tom.2. recent.* Verùm etiam eo quia cùm facultas nominandi reservata fuerit per diversas dispositionis partes, & una quæque per separatum Orationis membrum subsistat, alienum esset à recto sensu onus appositum in secunda trahere velle ad primam tale onus non præseferentem, nam, quæ diversa methodo disponuntur diverso jure sunt judicanda, ut generaliter tradit *Rota decis.331. n.12. coram Celso dec.72. n.3., & 4. par.14., & decis.216. num.6., & seqq. part.18. recent., & in Senogallien. Canonicatus de Luchis 23. Junii 1710. §.Porrò, & seqq. cor. R.P.D. Aldrovando*, & in nostris præcisis terminis egregiè in dicta *decis.365. n.4. cor. Cavaler.*

17 Neque difformem exhibebat intelligentiam aliud prohibitionis membrum; per quod fundator protestatus fuit velle, ut ad novam alterius Personæ nominationem procederetur, casu quo Cappellanus ad aliud Beneficium esset assumptus; Quoniam hoc reiteratum Præceptum confirmat quidem, & explicat, sed non inducit gravamen respectu Fundatoris, cùm æquè ac illud percutere possit tantummodo futuros Patronos, in vim specificæ relationis habitæ, cum clausula, *ut supra* cujus natura est, ut referens in nihilum excedat relatum *Rot. dec. 430. nu.1., & seq. coram Ludovis. dec.450. n.2. par.19. tom.2. rec., & in Reatina fideicommissi 14. Martii 1701. §. Quod autem coram Me.*

18 Validius demum in hunc sensum impulit DD. observantia tam ex facto, quàm ex non facto ipsiusmet Fundatoris, quam summoperè attendendam in materia juspatronatus dixit, *Rota decis.102. nu.7. coram Celso decis. 364. num. 21. par. 11. recent., & in Interamnen. juspatronatus 10. Decembris 1706. §.Finali coram Me.*

19 Ex non facto quidem, nam adhuc vivente, & vidente Alberto Fundatore, Bernardinus effecutus est Parochialem S. Antó-

Antonini, abſque eo quòd idem Albertus ſpatio triennii, quo ſupervixit, unquam cogitaverit devenire ad nominationem novi Cappellani, neque ullas conqueſtiones emiſerit, ex qua acquieſcentia argui valet talem ab initio fuiſſe ejus intentionem, nimirùm, ut nominatus ab ipſo minimè ligaretur lege pro futuris tantum Patronis præfinita, ut de acquieſcentia proxima actui interpretato firmat *Rot. deciſ. 26. num. 14. coram Otthobon.*, & *deciſ. 118. num. 14. coram Emerix jun.*, & *in Melevitana fideicommiſſi 21. Februarii 1710. §. Vis nulla coram Emo Priolo.* Quòd magis confirmavit ex facto, proſequendo namque prædilectionis tenorem erga Bernardinum, ipſum in ultimis codicillis uſufructu omnium ſuorum Bonorum pro medietate ditavit, honorabili titulo Archipresbyteri Sancti Antonini eum nuncupando, ex quo facto oriri videtur poſitiva approbatio talis qualitatis unitæ cum Cappellania *Rot. dec. 474. n. 6. coram Bichio*, & *dec. 202. num. 5. par. 13. recent.*

Non obſtante exaggerata incompatibilitate prædictæ Cappellaniæ cum officio Parochi, vel ex quo in fundatione ſtatutum ſit, quòd ipſe invigilet fideli adimplemento onerum Cappellano injunctorum, ſive quia mox dicto Cappellano demandata fuerit aſſiſtentia Parocho in ſolemniis, & intereſſentia recitationi Sanctiſſimi Roſarii, juxta morem ejuſdem Eccleſiæ Sancti Antonini, quæ omnia nequaquam fieri poſſe inſimul per Bernardinum exclamabat Carolus, & idcirco repugnare retentionem utriuſque qualitatis.

20 Retento ſiquidem per DD. eodem Themate, quòd reſpectu nominati à Fundatore rigor juris ſit relaxandus, ponderabant præmiſſas incumbentias non importare neceſſariam repugnantiam, ſive incompatibilitatem, eo quia congruè, & citra læſionem proprii officii poſſunt ab una eademque Perſona adimpleri, à jure enim vetitum non eſt exercitium plurium officiorum, & repræſentatio plurium Perſonarum in his, quæ implicantiam non inferunt, ad *Text. in l. Stychum 95. §. Additio ff. de ſolut. Rot. dec. 198. num. 5.*, & *6. par. 11. rec.* Et nuperrimè reſolutum fuit à Sacra Congregatione Concilii in una *Sabinen.*, *ubi*, *quòd officium Camerariatus Cathedralis Sabinen.* poſſit ab Archipreſbytero exerceri, licèt Camerarius Archipresbytero rationem reddere teneatur.

Et ita utraque &c.

ARGUMENTUM.

Beneficiatus ſi onera, ad quæ tenetur adimplere omiſerit; an Epiſcopus poſſit illum à beneficio removere, & Patronus alium præſentare?

SUMMARIUM.

1 *Beneficiatus, ut privari, & amoveri poſſit à beneficio, quæ requirantur?*

2 *Beneficiatus ſi onera beneficii ex propria culpa adimplere omiſerit, juſtè poteſt removeri ab Epiſcopo à beneficio; ſi ob inadimplementum fuerit impoſita à Fundatore hujuſmodi pœna.*

3 *Remotio, & privatio beneficii facta ab Epiſcopo, non ſervato juris ordine, eſt nulla.*

4 *Beneficiatus tenetur ad refectionem eleemoſinæ ſuppletivè erogatæ per Patronum pro celebratione Miſſarum, quas in præteritum ipſe neglexerat.*

CASUS VI.

QUidam Teſtator in fundatione Capellaniæ juriſpatronatus laicorum præſcripſit quotidianam celebrationem Miſſæ cum recitatione D. Officiorum ea conditione, quòd ſi Cappellanus adimplere neglexerit, excepto caſu infirmitatis, privetur pro primo trimeſtre fructibus; pro ſecundo verò trimeſtre Cappellania, ad quam poſt ſententiam ſuper hujuſmodi privatione promulgatam, Patronus alium præſentare valeat; cui Cappellaniæ cùm modernus Cappellanus ſervitium per octo menſes non præſtiterit, eo quia excommunicatus ob delictum, & ob ejus inſordeſcentiam non abſolutus præſtare non potuit; Ordinarius non præmiſſis debitis citationibus, nec juris ordine ſervato illum privavit, ſeu removit, à dicta Cappellania, & Patronus alium præſentavit. Quæritur an hujuſmodi remotio Cappellani ſuſtineatur.

1 Breviter reſpondendo huic quæſtioni cenſeo non ſuſtineri; Quoniam beneficiatus

ut privari, & amoveri possit à suo beneficio tria requiruntur, nimirum causa rationabilis; quòd hæc sit manifesta, & quod privato fiat in judicio, seu juris ordine servato; ad *Text. in cap. conquerente de restit. spoliat.*, *ibique Fagnan. nu.2. & in cap. dilectus de rescript.n.20.Gonzal. in cap. ex tuæ de Cleric. non resid. num.4.*, *& 5. Garz. de benef. par.3. cap.2. num.145. Bellet. disquisit. Cleric. par. 2. §. 34. num. 17. Rot. decis.279. nu.13. par. 16. & dec.253.* 2 *num. 16. par.19. recent.* In casu præsenti, quamvis adsit causa rationabilis, & manifesta privandi,& removendi Cappellanum à præfata Cappellania; eo quia iste ex propria culpa excommunicatus non adimplevit onera Cappellaniæ per octo menses, ob quòd inadimplementum Testator imposuit pœnam privationis ejusdem Cappellaniæ; & sic justè potuerit ab Episcopo removeri à dicta Cappellania, ut resolutum fuit in simili casu à Sac. Congregatione Concilii in *N. 10. Martii* 3 *1635. Lib. Decret.15. pag. 168.*; Tamen quia Episcopus privavit, & amovit Cappellanum à sæpedicta Cappellania absque prævia citatione ad dicendum causam quare non debebat privari secundùm formam à Testatore præscriptam, & juris ordine non servato; hujusmodi amotio, & privatio est nulla, & sustineri non potest; juxta aliam resolutionem ejusdem Sac. Congregationis *in Imolen. Residentiæ* 17. *Novembris* 1691. ubi nulla declarata fuit privatio Cappellaniæ ob non servatum juris ordinem, nec præmissis debitis citationibus ad cogendum Cappellanum, ad adimplendum onus Cappellaniæ annexum, etiam si propter non adimpletam à Cappellano Testatoris mentem fuisset valida.

Cæterum si Testator ob non adimplementum onerum Beneficii non imposuisset pœnam privationis; non posset Beneficiatus per Episcopum privari, & removeri à beneficio, sed solùm deberet adstringi ad adimplementum.Et si recusaret adimplere posset privari prævia causæ cognitione, & judicio *Lar. de Anniversf.*, & 4 *Cappell. lib.2. cap. 8. num. 36.* Et si Patronus pro adimplemento onerum ex.gr. pro celebratione Missarum, quas Beneficiatus in præteritum neglexerat, erogaverit eleemosynam, deberet idem beneficiatus condemnari ad hujus refectionem. *Rot. in Barchinonen. Beneficiorum* 30. *Junii* 1704. §. *Non minus coram Omaña.*

ARGUMENTUM.

Beneficiatus incedens publicè, & palàm, absque habitu, & tonsura, an privari, & removeri possit per Episcopum à Beneficio patronali, & hoc impetrari in Dataria Apostolica.

SUMMARIUM.

1 *Beneficiatus non incedens cum habitu, & tonsura de jure communi non est ipso jure privatus beneficio, sed requiritur trina monitio; secus post Constitutionem Sixti V.*, & num.2. & quare vide num.3.

4 *Beneficiatus non incedens cum habitu, & tonsura vigore Constitutionis Sixtinæ removeri potest beneficio patronali, & hoc ab alio impetrari.* Sed limita ut num.5. & 6.

5 *Constitutio Sixtina in Hispaniis non est usu communiter recepta.*

6 *Ante sententiam declaratoriam super abjectione, & desertione habitus, & tonsuræ, Beneficiatus removeri non potest à Beneficio, nec hoc validè impetrari,* & num.8. limita, ut num.7.

9 *Ut Beneficiatus non incedens cum habitu, & tonsura vigore dictæ Constitutionis removeri possit à beneficio, & hoc impetrari, quæ requirantur?* Uide ibi.

10 *Constitutio Sixtina non comprehendit beneficia de jurepatronatus laicorum.*

CASUS VII.

QUidam in Hispaniis quadraginta ab hinc annis obtinuit simplex beneficium Ecclesiasticum de jurepatronatus laicali in Parochiali Ecclesia loci A. & cum ad titulum ejusdem beneficii ordinari non valuisset ab Ordinario ratione illitteraturæ, seu propter ejus ignorantiam, propriis status Clericalis oblitus derelictis Clericorum habitibus, signis, & armis, quæ sunt lacrimæ, & orationes; laicorum vestibus publicè se induit, & arma rusticorum impugnavit, terram quotidie effodiendo, ac arando ad instar laici; Hinc Ordinarius illum privavit, & amovit à dicto beneficio; & hoc impetratum fuit à quodam Clerico in Dataria Apo-

Apostolica tamquam vacans vigore *Constitutionis Sixtinæ*. Quæritur an tam remotio; quam hujusmodi impetratio sustineatur.

1 Et videtur dicendum remotionem Beneficiati à dicto beneficio, ac hujus impetrationem sustineri. Licèt enim de jure communi Beneficiatus non amittat ipso jure, & ipso facto beneficium Ecclesiasticum, si publicè, & continuò, & sinè necessitate, incedat absque habitu, & tonsura ordini suo congruentibus, & utatur vestibus laicalibus ipsi prohibitis; nec propter hujusmodi continuum, & publicum incessum Beneficiati Beneficium vacet ipso jure, sed requiratur trina monitio, vel una pro tribus juxta *Clementinam 2. de vit. & honestat. Cleric.*, *ibique Imol. Vitalin. §. Præsenti num.* 2. innovatam, & ampliatam à Concilio Tridentino *cap. 6. sess. 14. de reform.*

2 Tamen hodie vigore Constitutionis Sixti V. *la 92. incipien. Cùm Sacrosanctam §. 3.* de qua *Bullar. nov. tom.* 2. Si Beneficiatus palàm, & publicè, continuo, & absque necessitate vestibus laicalibus utatur, & non deferat tonsuram, & habitum Clericalem remanet ipso jure, & ipso facto absque ulla monitione, citatione, & Judicis decreto privatus beneficio, & removeri potest ab illo, & hoc dicitur vacare, & est S. Sedi Apostolicæ reservatum ibi -- *Alioquin ipsos, & ipsorum quemlibet, qui quoad gestandum habitum Clericalem supradictum &c. nunc, & in posterum perpetuis futuris temporibus cum effectu non obediverint, præter alias pœnas contra eos inflictas etiam quibuscumque Dignitatibus, administrationibus, Officiis, Canonicatibus, & Præbendis, ac Beneficiis etiam simplicibus, & præstimoniis per eorum quemlibet in titulum, vel alias pro tempore obtentis &c. harum serie, ex certa nostra scientia &c. privamus, ac sinè ulla monitione, citatione, Judicis decreto, aut ministerio, ipso facto privatos declaramus; ac tam Beneficia ipsa per privationem hujusmodi vacare, & liberè aliis conferri posse &c. Et beneficia sic pro tempore vacantia, collationi, provisioni, & dispositioni Nostræ, & Rom. Pontificis pro tempore perpetuò reservamus* -- & tradunt *Garz. de benef. par. 7. cap. 1. num. 18. Fagnan. in cap. si quis de foro competen. num. 24. Gonzal. super Regul. 8. Cancell. gloss. 15. num. 56. Ventrigl. in prax. par. 2. annot. 7. num. 29. Gratian. discept. forens. 440. num. 1. Bellett. disquisit. Cleric. par. 1. de Disciplin. Cleric. §. 16. nu. 13. & de favor. Cler. person. §. 8. num. 7. Tondut. quæst. benef. par. 2. cap. 5. §. 5. num. 18. Barbos. de offic. & potest. Episcopi par. 2. alleg. 9. num. 12. & part. 3. alleg. 57. num. 57. & ad Concil. cap. 6. sess. 14. de reform. n. 4. Rot. decis. 158. num. 16. par. 1. recent. & in Barchinonen. Beneficiorum 30. Junii 1704. §. Indubitantius coram Omaña.*

3 Et quidem optima ratione, quia cùm Ecclesia non judicet de occultis, sed de his tantùm, quæ extrinsecùs apparent; Beneficiatus abjiciens, & deserens continuò, palàm, & publicè, & absque necessitate habitus Clericales, & assumens vestes ipsi clericali statui adversantes censetur habere Beneficium pro derelicto juxta *Gloss. in cap. qualiter de Cleric. non residen. verb. quadriennium, & in cap. fin. eodem tit. verb. redierint*, ac proinde justè, & rationabiliter punitur à Sixto Quinto pœna privationis ejusdem beneficii ipso jure, & ipso facto incurren.

4 Cùm igitur vigore hujus *Constitutionis Sixtinæ* beneficium possessum à præfato beneficiato vacet ipso jure, & ipso facto; eo quia ipse non incessit cum habitu, & tonsura; immo proprii status, & officii immemor ad instar laici se gessit terram arando, & effodiendo. Ab eo potuit per Episcopum removeri, & ab alio illud validè impetrari, & hujusmodi impetratio sustineri posse videtur. *Garz. de benef. par. 11. cap. 10. num. 23.* ibi -- *Cùm quis est privatus beneficio ipso jure etiam in pœnam, statim nulla expectata sententia, nec citato possessore potest conferri, & impetrari, præsentatio, vel electio fieri* -- *Ros. de execut. Litter. Apostolic. par. 1. cap. 6. num. 220. Rot. dec. 69. num. 8. par. 12. recent. & dec. 728. num. 1. par. 3. divers.*

5 Sed re maturè perpensa censeo in his circumstantiis præfatam remotionem, ac respectivè impetrationem beneficii non sustineri motus ex duplici fundamento. Primum est, quia *Constitutio Sixtina* dum disponit cum pœna privationis ipso jure beneficii; hoc respectu, & parte non est usu communiter recepta in Hispaniis, ut testatur *Garz. de Benef. par. 7. cap. 1. n. 23.* ibi -- *Et forsan non est usu recepta dicta*

Constitutio saltèm quoad hoc, ut non deferentes prædictum habitum Clericalem maximè tonsuram sint ipso facto privati beneficiis -- quem referunt *Salgad. de supplic. ad Sanctiss. par. 1. cap. 2. num. 137. vers. item constitutionem, Barbos. ad Concil. sess. 14. de reform. cap. 6. num. 4. in fin. Capon. discept. 238. num. 30. & 34. tom. 4. de Marin. cap. 56. lib. 1. num. 7.* qui non usus Constitutionis excusat pro evitanda pœna privationis ibi imposita. *Lotter. de re benef. lib. 3. quæst. 25. nu. 42. Rot. decis. 356. n. 9. par. 1. rec.*

6 Secundum est; quia non præcessit sententia Ordinarii declaratoria super contraventione, seu super publica, continua, & non necessaria abjectione, & desertione tonsuræ, & habitus Clericalis per dictum Beneficiatum commissa; Licèt enim ad incurrendam pœnam privationis beneficii ipso jure, & ipso facto incurren. ab aliqua Lege, Canone, aut Constitutione Apostolica imposita, necessaria non sit sententia Judicis condemnatoria super pœna, cum hæc pronunciatio respectu pœnæ profluat à Lege; requiritur tamen priusquam pœna ipsa possit executioni demandari sententia declaratoria Judicis super contraventione, seu super desertione habitus, pro qua pœna privationis beneficii ipso jure lata est; non ut incurratur pœna; hæc enim est jam incursa, sed ut possit exigi ad *Text. in cap. cum secundum §. Confiscationis de hæret. in 6. Fagnan. in cap. si quis de foro competen. nu. 25. Ros. de execut. Litter. Apostolic. par. 1. cap. 6. num. 234. Lotter. de re benef. lib. 3. qu. 18. num. 24. & seqq. Bellett. disquisit. Cleric. par. 1. de disciplin. Cleric. §. 17. num. 8. & par. 2. de pœnis Cleric. §. 54. num. 15. Ventrigl. in prax. par. 2. annot. 7. num. 30. Capon. discept. 238. num. 30. tom. 4. Gratian.*

7 *discept. forens. 440. num. 2.* Nisi hujusmodi desertio, seu abjectio habitus Clericalis sit notoria, & hæc notorietas innotescat Judici; Siquidem si est notoria, & notorietas innotescit Judici, sufficit ut Beneficiato assignetur terminus ad excusandam abjectionem habitus, & tonsuræ, ut mox eo elapso ad exactionem pœnæ procedatur. *Fælin. in cap. Rodulphus num. 37. de rescript.* & plenè *Lotter. de re benef. lib. 3. quæst. 18. num. 32. & seqq.*

8 Nec ante hanc sententiam declaratoriam super desertione habitus poterat Beneficiatus removeri, & spoliare sua possessione, ac Beneficium impetrari; quia dum pendet discussio, an sit locus privationi Beneficii inductæ ipso jure ob non delationem habitus, & tonsuræ, seu dum pendet discussio super hujusmodi non delatione cùm supradictis circumstantiis, & requisitis, Beneficiatus est manutenendus in sua possessione *Lotter. de re benef. lib. 3. quæst. 18. num. 28. Rot. decis. 41. num. 12. & decis. 64. num. 2. par. 2. divers.*

Nullatenus adversantibus auctoritatibus superius relatis §. *Cùm igitur*, docentibus posse impetrari beneficium à Sede Apostolica, quando quis est illo privatus ipso jure etiam in pœnam; quia hoc procedit, & intelligitur post sententiam declaratoriam, ut prosequitur *Garz. de benef. par. 11. cap. 10. num. 24. Rot. decis. 707. post num. 4. par. 3. divers.*

9 Patet igitur ex supradictis, quòd ad hoc, ut Ordinarius removere possit Beneficiatum non incedentem cum habitu, & tonsura à beneficio de jurepatronatus Laicali; & hoc ab alio impetrari valeat, requiri; quòd Constitutio Sixtina quoad hanc pœnam privationis beneficii ipso jure, & ipso facto per beneficiatos vestes Clericales non deferentes incurren. sit usu recepta in ea Diœcesi, in qua adest beneficium, secundò, quòd concludentissimè probetur Beneficiatus non incessisse in habitu, & quidem cùm omnibus suis circumstantiis, itaut probatio concludat ad abjectionem, & quodammodo ad despectum Ordinis Clericalis, nimirum quòd non incesserit cum habitu, & tonsura palàm, & publicè, continuò, & absque necessitate; nam si domi suæ, & sic occulto, aut semel tantùm, aut propter infirmitatem, aut ratione itineris, aut alicujus periculi evitandi, aut ratione paupertatis, habitum Clericalem, & tonsuram dimisisset, non incidisset in pœnam Sixtinæ Constitutionis, juxta *Lotter. de re benef. lib. 3. quæst. 26. nu. 95. & seqq. Barbos. de offic. & potest. Episcopi par. 2. alleg. 9. n. 16. & seqq. & in annot. ad Concil. sess. 14. cap. 6. num. 8. & seqq. Bellet. disquisit. Cleric. par. 1. de Disciplin. Cleric. §. 16. nu. 14.* Tertiò quòd Ordinarius præmittat sententiam declaratoriam super hujusmodi desertione, & abjectione habitus Clericalis

calis cum supradictis qualitatibus, & cir-
10 cumstantiis. Quartò, quòd accedat consensus Patronorum; quia licèt Constitutio Sixtina reservet beneficia vacantia per abjectionem, & desertionem habitus Clericalis, tamen non comprehendit Beneficia de jurepatronatus laicorum, cùm hæc non cadant sub generalibus Reservationibus Apostolicis nisi de eis expressè fiat mentio, nè retrahantur Laici à fundatione, constructione, & dotatione Ecclesiarum. *Alexand. cons.75. in princip. nu.1. volum. 4. Roch. de Curt. de jurepat. verb. honorificum quæst. 24. num. 54. Lambertin. eodem tract. lib. 2. par.1. quæst.9. art. 22. Gonzal. super regul. 8. gloss. 18. num. 1., & seqq.*

ARGUMENTUM.

Præsentatus, seu nominatus ad Cappellaniam Laicalem, sive legatum pium debitum Clericis, si contrahat matrimonium, an removeri possit per Patronum à dicta Cappellania, seu legato pio?

SUMMARIUM.

1 *Beneficiatus contrahens matrimonium privari, & removeri debet à Beneficio*; Amplia ut n.2.

3 *Cappellaniæ merè Laicalis, seu legati pii sunt capaces etiam fœminæ, & pueri*, Limita ut n.8.

4 *Beneficiatus contrahens matrimonium dicitur habere Beneficium pro derelicto.*

5 *Clericus contrahens matrimonium privari, & removeri debet à Cappellania merè Laicali, seu legato pio. Si hoc ex dispositione Fundatoris debeatur solùm Clericis vitam Religiosam, & Ecclesiasticam ducentibus*, & n.7.

6 *Uxor post mortem viri contrahens matrimonium privari debet legato à viro ei relicto, donec ipsa vixerit castè, & honestè.*

6 *Pensio uni, ut Clerico assignata per contractum matrimonii, dicitur vacare.*

CASUS VIII.

INstituit quidam Testator hæredem universalem proprium filium ea adjecta lege, ut ipse, & ejus descendentes persolverent annuatim scuta 20. Clerico vitam Religiosam, & Ecclesiasticam Sæcularem ducenti, injuncto huic onere orandi Deum pro ipsius Testatoris anima, ac celebrandi, seu celebrare faciendi nonnullas Missas, quolibet anno. Hæres præfatus in hujus dispositionis executionem nominavit ad dictum Legatum Clericum A. qui postea cùm contraxerit matrimonium cum unica, & virgine idem hæres privavit, amovit me illum à dicto legato, & alium Clericum ad ipsum nominavit. Quæritur in hoc casu, an potuerit amovere præfatum Clericum A. ab hujusmodi legato, & alteri illud conferre.

In qua quæstione respondendum videtur negativè. Distinguendum est enim inter Beneficium Ecclesiasticum, & Cappellaniam merè Laicalem, seu legatum
1 pium. Licèt enim Clericus habens Beneficium Ecclesiasticum, & contrahens matrimonium si sit in minoribus ordinibus constitutus privetur dicto Beneficio, & removeatur ab illo ipso jure, si verò sit in sacris sit privandus, & Patronus possit aliam personam idoneam ad illud præsentare, juxta *Text. in cap. si quis, & cap. cum decorem, & cap. diversis fallaciis de Cleric. conjugat.* ibi -- *Accepimus autem quòd quidam Clerici tuæ Diœcesis, qui matrimonium contraxerunt Ecclesiastica Beneficia detinere contendunt, in quorum conversatione cithara cum psalterio malè concordat, cùm ergo vir cogitet quomodo placere possit uxori, & ideò minus, quæ Dei sunt valeat cogitare, cùm quasi divisus in duo plenam sui non habeat potestatem, ut ei, à quo stipendium recipit, plenius, famuletur, mandamus, quatenus hujusmodi Clericus Beneficiis Ecclesiasticis, quæ in tua Diœcesi sunt adepti, privet appellatione remota* -- ibique *Abb. nu. 1. Anan. num.1. idem Abb. in cap. si qui eodem tit. nu.1., & seqq. Butr. num.8. Imol. nu.5., idem Butr. in cap. quod à te nu.1. ibique Anan. num.1. Garz. de benef. par.11. cap.8. num.1., & seqq. Gonzal. super regul.8. Cancell. gloss.15. nu.43. Carol. Anton. de Luc. ad Gratian. discept.5. nu.17. Barbos. de offic., & potest. Episcopi par.3. alleg.57. num.202. Rot. in Leodien. Canonicatus 2. Julii 1710. §. Ast*
2 *coram R.P.D. Ansaldo*. Quòd procedit

etiam

etiam si matrimonium esset nullum, ex quocumque alio defectu, quam consensus, *Gratian. discept. forens.* 5. *num.* 39. *ibique Carol. Anton. de Luc. nu.* 17. *Tondut. de pension. cap.* 76. *nu.* 2. *Gonzal. super regul.* 8. *Cancell.. glos.* 57. *num.* 44. *Lotter. de re benef. lib.* 3. *quæst.* 26. *nu.* 76. *Barbos. in cap. si qui de Cleric. coniug. num.* 8., *& seq.*

Tamen Clericus habens, & possidens Cappellaniam merè Laicalem, seu legatum pium privari, & removeri ab eo non debet, si contrahat matrimonium, quia
3 cum Cappellania merè Laicalis, seu legatum pium non sit incompatibile cum statu Laicali, dum illius sunt capaces etiam pueri, & fœminæ juxta auctoritates superiùs relatas *Can. IV. V. VI. VII., & VIII. Cas. III. num.* 6. Clericus per contractum matrimonii non dicitur dicto legato re-
4 nunciare, & habere illud pro derelicto, sicuti dicitur habere pro derelicto Beneficium incompatibile cum statu conjugali, si contrahat matrimonium, juxta *Gloss. in cap. qualiter de Cleric. non resid. verb. quadriennium, & in cap. unic. de Cleric. conjung. in* 6. *verb. Clericalis, Gonzal. in cap. diversis de Cleric. conjungat. num.* 2. *in fin.*, *Barbos. in cap. quod à te eod. tit. num.* 2., *Gratian. discept.* 5. *nu.* 39. *Lotter. de re benef. lib.* 3. *quæst.* 26. *nu.* 84. *& 87.*, *Grass. de effect. Cleric. effect.* 1. *nu.* 865.

5 Sed his non obstantibus censeo hæredem præfati Testatoris Patronum potuisse in hoc casu privare, & amovere dictum Clericum A. ab hujusmodi legato, & alteri illud assignare, Quoniam Testator expressè demandavit conferri annuatim dictum legatum scut. 20. Clerico vitam Religiosam, & Ecclesiasticam ducenti, adeò ut exegerit qualitatem Clericatus, & vitæ Religiosæ, & Ecclesiasticæ non solùm in executione, sed etiam in retentione hujusmodi legati. Eo autem ipso, quòd Clericus A. contraxit matrimonium, excepto privilegio fori, & canonis, dummodo incedat cum habitu, & tonsura, in reliquis non est Clericus, sed reputatur ut Laicus, nec dicitur amplius vitam Religiosam, & Ecclesiasticam ducere, ad *Text. in cap. unic. de Cleric. conjug. in* 6. *ibique Gloss. verb. Clerici, Passerin. nu.* 45., *Fagnan. in cap. Joannes de Cleric. conjugat. num.* 3. *Antonell. de jurib. & onerib. Cleric. lib.* 1. *par.* 2. *cap.* 15. *num.* 45. *Bellet. disquisit. Cleric. par.* 1. §. 8. *num.* 11. adeôque post contractum matrimonii, utpote non amplius qualificatus ad præscriptum Testatoris, non est amplius capax non solùm dicti legati, sed nec Cappellaniæ merè laicalis, & cujuscumque alterius administrationis Ecclesiasticæ, quæ personæ Ecclesiasticæ assignatur, licèt non sit beneficium, & sic validè poterat à Patrono privari, & removeri ab eodem legato, & alteri illud conferri. *Lambertin. de jure pat. lib.* 2. *par.* 1. *q.* 7. *art.* 7. *num.* 6. *Garz. de benef. par.* 7. *cap.* 5. *nu.* 3. *Cæsar de Grass. decis.* 114. *num.* 7. *Monacell. formul. legal.* 10. *par.* 1. *tit.* 2. *num.* 9. Eodem modo,
6 quo si Testator relinquat uxori suæ annuatim aliquid dari, donec castè, & honestè viveret, si post mortem ipsius uxor contrahat matrimonium, potest privari dicto legato; quia licèt in statu matrimoniali dicatur quis castè, & honestè vivere. *Anan. in cap. quod à te num.* 3. *de Cleric. coniugat.* tamen de communi usu loquendi dicta verba prolata à viro respectu uxori, intelliguntur, quatenus vivat in vita viduili, & honesta, juxta *Imol. in cap. quod à te de Cleric. conjugat. num.* 7. *ibique Abb. num.* 3.

7 Et ita in simili casu resolutum fuit à Sac. Congregatione Concilii *in Mediolanen. legati* 3. *Febr.* 1685. *& in Firmana Cpapellaniæ* 18. *Aprilis* 1711. ubi cùm quidam Testator fundaverit Cappellaniam sub his verbis -- *Instituisce un legato pio, ò Cappellania laicale della famiglia Rettini &c. cioè chi averà detta Cappellania, ò legato pio, & amministrazione debba celebrare, se sarà Sacerdote, ò far celebrare, se non sarà Sacerdote, pur che sia Chierico, trè Messe la settimana &c.* -- & cùm ad ipsam fuerit nominatus Clericus Petrus Jo: Baptista Rettinus, iste cupiens transire ad statum coniugalem, & simul retinere eamdem Cappellaniam, & prævidens in tali casu velle Patronos procedere ad nominationem alterius Cappellani Clerici, supplicavit declarari -- *An ipse in statu Clerici conjugati possit retinere Cappellaniam de qua agitur* -- responsum fuit *negativè*.

8 Non obstat, quòd præfatum legatum sit laicale, & sic quòd hujus sint capaces etiam

etiam pueri, & fœminæ; quoniam hoc verificatur attenta ejus natura, attentâ verò persona, cui ex dispositione Testatoris debet injungi, non est Laicale, sed Clericale, & Ecclesiasticum, dum Testator voluit, quòd conferatur Clericis Religiosis, & Ecclesiasticis, unde per con-
9 tractum matrimonii dicitur vacare; sicuti per similem contractum vacare dicitur pensio uni ut Clerico assignata, licèt sit quid temporale sui natura, & non Ecclesiasticum. *Cæsar de Grass. dec. 114. num. 9. & seq.*

ARGUMENTUM.

An ex causa delictorum carnis possit amoveri Parochus, aut cogi ad permutandam Ecclesiam Parochialem de Jurepatronatus cum aliqua Cappellania?

SUMMARIUM.

1 *Episcopus non potest cogere Parochum ex causa delictorum carnis ad permutationem Parochiæ, cum aliqua Cappellania.*

2 *Delicta carnis sunt difficilis probationis, & ad ea probanda an admittuntur quicumque Testes?* Vide ibi, & n. 5.

3 *Episcopus ob carnis delicta privare potest Parochum, sive Beneficiatum Parochia, aut Beneficio*, Amplia ut n. 4., Intellige ut n. 6.

5 *Privatio, seu remotio Parochi à Parochia ob carnis delicta non sustinetur, eis non probatis, & Parocho penitùs inaudito, & non citato.*

7 *Parochus removeri non potest per Episcopum à Parochia ob contumeliosa verba prolata contra Patronum, & ob possibilem inobedientiam erga Episcopum, aut Papam.*

CASUS IX.

EXistimans quidam Episcopus sufficienter probari Rectorem Ecclesiæ Parochialis A. de Jurepatronatus fornicationes, adulteria, stupra, & quamplura alia Carnis delicta perpetrasse cum mulieribus propriæ Parochiæ, & has in Sacramentali Confessione sollicitasse ex attestationibus earumdem mulierum, coegit dictum Parochum ad permutandam Ecclesiam Parochialem cum aliqua Cappellania, sed renuens Parochus huic permutationi assentiri; statim Episcopus absque prævia monitione illum privavit, & amovit ab Ecclesia Parochiali. Quæritur an Episcopus poterat ex causa hujusmodi delictorum carnis cogere Parochum ad dictam permutationem, & illum privare, & amovere à Parochia.

1 Quòd non potuerit cogere Parochum ad permutationem Parochiæ cum aliqua Cappellania, habemus Casum decisum à Sac. Congregatione Concilii *in Novarien. Permutationis Parochialis 6. Octobris* 1703. ubi Carceribus Curiæ Episcopalis mancipato quodam Parocho, ob nonnulla supposita carnis delicta, fuit ei injunctum ab Episcopo, ut permutaret suam Parochialem cum aliqua Cappellania; cui permutationi non assentiens Parochus cùm recursum habuerit ad Sanctissimum supplicando sibi restitui Parochialem dimissam, prævia declaratione nullitatis permutationis, disputata fuerunt in Sac. Congregatione sequentia dubia. Primò -- *An permutatio, de qua agitur, sustineatur, & quatenus negativè.* Secundò -- *An sit locus regressui ad Parochiam* -- quibus placuit EE. PP. respondere -- Ad primum -- *negativè* -- Ad secundum -- *Parochus redeat ad Carceres, & apponatur Oeconomus.*

Quod verò attinet ad privationem, & amotionem Parochi à Parochia, videtur dicendum hanc fuisse validam.

Constat enim præfatum Parochum commisisse stuprum, & adulterium ex depositionibus earumdem mulierum, cùm quibus similia delicta commisit, quæ depositiones videntur sufficientes ad pro-
2 banda delicta carnis, quæ cùm sint difficilis probationis, admittuntur quicumque Testes etiam non integri, & vilis conditionis. *Panimol. decis. 93. annot. 1. nu. 20. Rot. decis. 262. num. 9. coram Otthobon.*, &
3 *decis. 1194. num. 4. coram Emerix*; Ac proinde justè poterat ab Episcopo puniri pœna privationis beneficii seu Parochiæ à jure impositæ Clerico, tam pro stupro, quàm pro adulterio. *Lambertin. de jurepat. part. 1. lib. 2. quæst. 9. art. 19. num. 2. Fagnan. in cap. pervenit de adulter. & stupr. num. 9. & in cap. cum non ab homine nu. 63. de judic. & in cap. pervenit il primo de Testib. cogen. num. 20. & seqq. Raynal. observat.*

vat. crimin. cap. 32. §. 4. *num.* 269. *& seqq.*

4 Maximè si de his delictis esset etiam publicè diffamatus, quia scandalum esset Populo, si videret eumdem Parochum taliter diffamatum ministrare Sacro Altari. *Fagnan. in cap. nisi cum pridem num.* 73. *de renunciat. Pignattell. consult.* 19. *nu.* 11. *& consult.* 38. *n.* 5. *tom.* 7. *Raynald. observ. crimin. tom.* 3. *cap.* 32. §. 4. *&* 5. *n.* 421. *&* 430.

5 Sed his non obstantibus censeo hujusmodi privationem, & remotionem dicti Parochi à Parochia non sustineri; Primò, quia non sufficienter constat Parochum perpetrasse dicta delicta; dum mulieres, quæ de eis deponunt, cùm sint infames, & ratione sexus proclives ad accusandum, ad odium, & indignationem, non sunt testes omni exceptione majores; quibus deferendum sit in casu præsenti, ubi agitur de delicto gravissimo, ut bene animadvertit *Rot. in Leodien. Pastoratus* 16. *Januar.* 1702. §. *Et demum coram bon. mem. Muto*. Deinde Episcopus devenit ad privationem, & remotionem Parochi à Parochia eo penitùs inaudito, & non citato; Licèt enim suppositа præexistentia similium delictorum possit Episcopus privare Parochum, aut alium Beneficiatum proprio beneficio juxta *auctoritates in contra-*

6 *rium relatas*; hoc tamen procedit præcedente priùs trina monitione; quia cùm pœna privationis sit maxima, & æquiparetur morti civili, infligi non potest nisi constito, quòd Parochus, aut alius Beneficiatus monitus noluerit concubinas, & alias inhonestas mulieres relinquere, & à via perditionis recedere, juxta *Text. in cap. sicut ad extirpanda cap. si autem Clerici de cohabit. Cleric. Concil. Trident. sess.* 25. *de reform. cap.* 14., *ibique Barbos. num.* 7. *& seqq. Garz. de benef. par.* 11. *cap.* 10. *num.* 182. *& seqq. Antonell. de Regimin. Ecclesiæ lib.* 6. *cap.* 29. *num.* 3. *&* 6. *Gratian. discept.* 991. *num.* 16. *Rot. decis.* 147. *n.* 12. *par.* 14. *rec. & in Leodien. Pastoratus* 16. *Januar.* 1702. §. *Injustitia cor. bo. me. Muto, & in Frisingen. Parochialis* 8. *Aprilis* 1715. §. *Ex simplici, cum seq. coram Emo Scotto*.

Quæro hìc an Parochus removeri possit per Episcopum à Parochia, ob contumelioſa verba prolata contra Patronum; & ob possibilem inobedientiam erga Episcopum, aut Papam, quatenus alter eorum imperaret communicare peccatorem notorium?

7 Respondeo negativè, sed potius esse puniendum aliis pœnis ob verba contumelioſa contra Patronum prolata arbitrio Episcopi; quia pro hujusmodi delictis non invenitur in jure imposita hujusmodi pœna privationis Parochiæ; quæ cùm sit gravissima, ut supra dixi, non venit proinde pro illis infligenda; & ita in similibus quodammodo terminis resolutum fuit à Sac. Congregatione Concilii *in Ratisbonen. Parochialis* 27. *Novembris* 1717. ubi cum Joannes Kleiidorffer Parochus Ecclesiæ Lindkurchensis apud Consistorium Ratisbonæ actione injuriarum conventus, & accusatus fuisset pro prætensis contumelioſis verbis, & epistolis prolatis, & scriptis respectivè contra Baronem de Reisach, & Regimen Landishutanum ejusque Consiliarios ratione carcerationis ejus servi, & contra Prætorem Maimburgensem ob dilatam restitutionem Bovis capti in pignus pro damno dato, & demum contra ipsum met Consistorium, quòd ei mandaverat, ut vini vectigal persolveret; Præterea cùm inquisitus etiam fuisset eo quia Georgio Baurt SS. Eucharistiæ Sacramentum denegaverit uti publico peccatori; & ulterius interrogatus quid ageret, si Consistorium, ipsemet Episcopus, & Archiepiscopus Colonienſis hoc ei præciperet? Cùm respondisset -- *non porrigeret, quia esset contra suam conscientiam* -- Consistorium pronunciavit eadem die, dictum Parochum convictum, confessum, & contumacem Parochia excidisse, & privatum esse; à quo interposita per Parochum appellatione, & remissa Causa eidem Sac. Congregationi disputatum ibi fuit dubium -- *An privatio Joannis Kleydorffer Parochia Leindkurchensi sustineatur &c.* -- cui responsum fuit -- *negativè*.

ARGUMENTUM.

Patronus an possit removere Confessarium ab ipso nominatum, & ab Episcopo deputatum in Ecclesia Patronali ad nutum, & absque causa?

SUMMARIUM.

1 *Nemo invitis Dominis in domo aliena debet permanere*.

2 *Patronus removeri non potest ad nutum*, &

& absque causa Confessarium ab ipso nominatum, & ab Episcopo deputatum in Ecclesia Patronali; & n. 5. Et quare vide n. 7. & 9.

3 *Unum quodque solvendum est cum eo vinculo, cum quo ligatum est.*

4 *Electus ad aliquod ministerium, & confirmatus à Superiore removeri non potest nisi accedat auctoritas illius, qui electum confirmavit.*

6 *Rector Hospitalis removeri non potest sinè causa.*

7 *Administrare Sacramentum Pœnitentiæ est ministerium, & officium.*

8 *Princeps Supremus etiam alius inferior nequit Officialem removere sinè causa.*

10 *Prælatus Regularis removeri non potest à Prælatura sinè causa.*

11 *Commenda, aut Præceptoria S. Ordinis Hierosolymitani est ad nutum Magni Magistri amovibilis.*

12 *Amotio à Commenda, seu Præceptoria fieri non potest à Magno Magistro absque causa.*

13 *Medicus corporis semel approbatus potest reprobari, dummodò adsit causa.*

14 *Cappellania merè laicalis recensetur inter officia, quæ pertinent ad ministerium domesticum.*

15 *Ab officiis publicis, seu habentibus publicam administrationem dari non potest amotio sinè causa; secus ab officiis privatis, seu pertinentibus ad ministerium domesticum.*

16 *Officium Confessarii in publica Ecclesia est officium publicum.*

CASVS X.

QUidam Patronus habens ex lege fundationis jus nominandi Confessarium, qui publicè administret Sacramentum Pœnitentiæ in Ecclesia Patronali de consensu Ordinarii nominavit quemdam Sacerdotem, qui fuit ab Episcopo deputatus ad exercendum officium Confessarii in eadem Ecclesia. Cupiens nunc introducere in dicto officio alium Sacerdotem amicum, amovit ab eo dictum Confessarium. Quæritur, an hujusmodi amotio sustineatur.

Respondendum videtur affirmativè. Quoniam idem Sacerdos reluctante Patrono non debet in Ecclesia Patronali exercere officium Confessarii, dum nemo

1 debet invitis Dominis in domo aliena permanere; Et cùm quilibet eligere valeat Confessarium, & Medicum temporalem ad libitum suum, validè poterat Patronus illum pro libito mutare; Ratio est, quia officium Confessarii videtur regulandum ad instar famulatus, aut Cappellaniæ Laicalis ad nutum amovibilis; Unde sicuti Patronus potest removere Cappellanum à dicta Cappellania Laicali absque causa, ita poterit removere Confessarium à suo officio absque ulla necessitate assignandi causam, juxta authoritates superiùs relatas *Cas. I.*

2 His tamen non obstantibus contrarium verius de jure censeo; Patronus namque caret facultate removendi præfatum Sacerdotem ab officio Confessarii. Primò quia ipse Sacerdos fuit deputatus ab Ordinario ad Sacramentum Pœnitentiæ administrandam in publica Ecclesia. Talis autem deputatio tanti est roboris; & momenti, ut non debeat esse in facultate libera, & absoluta Patroni removere deputatum; sed omnino necessarium sit quòd adsit authoritas ejusdem Ordinarii juxta regulam generalem, quod unum-

3 quodque solvendum est cum eo vinculo, cum quo ligatum est, quam regulam amplectitur *Card. de Luc. relat. superiùs dicto*

4 *Cas. I. num.* 22. Et in fortioribus loquendo de electione, quæ fiat alicujus Ministri ab aliqua universitate, & quæ confirmetur à Superiore, quòd is removeri non possit, nisi accedat auctoritas illius, qui electum confirmavit, probat *Textus in l. Et quia ff. de jurisdict. omn. judic.*, & latè prosequuntur, *Paris. de Put. de synod. §. In officiis nu.* 4., *Angel. de Perus. super Auth. collat.* 3. *de Defensor. Civit. nu.* 2. §. *De cætero*, *Angel. cons.* 220. *nu.* 5. *vers. Contrarium Cabed. decis. Lusitan.* 84. *num.* 14. *vers. Constat autem tom.* 2.

5 Secundò, quia idem Patronus removit prædictum Sacerdotem sinè Causa, quod fieri non posse docet, *Roman. cons.* 467. *n.* 2., *& seqq.* ibi -- *Ut clara reddatur proposita consultatio, duo sunt consideranda. Primum, quòd isti sex electi providere habent circa conservationem, & bonum statum dicti Hospitalis, prout eis videtur convenire. Unde nota, quod providere habens juxta arbitrium boni viri, quod per verbum illud* videbitur *significa-*

tur sed bono, rationabili, & æquo viro, justum numquam videtur dicere, quod ad bonum statum, & conservationem Hospitalis tenderet Actoris ejusdem privatio, nulla existente rationabili causa &c. igitur est consequens, ut hoc ipsi non possint. Quòd autem istud bono viro rationabile non videretur; Primo ostendit pulcher Textus in Can. satìs perversum distinct.4. sic dicens: *Satìs perversum, & consequenter iniquum esse probatur, ut quorumdam voluntatibus suis ille privetur officiis, quem propria culpa, vel facinus, à gradu, quo fungitur, non*
6 *dejicit* -- Et latissimè reassumpta materia in casu deputationis Rectoris Hospitalis, & Judicis Testamentorum, qui fuerunt electi ad nutum amovibiles, quòd removeri non possint à Capitulo Ecclesiæ sinè justa causa, ita ut non debeat stare pro ratione voluntas, docet *Lar. in novissimis decis. Granatens. disput. 2. per tot.* ubi pariter *num.9.* refert. Decisionem Senatus sequentibus verbis conceptam -- *Senatus in hoc casu non potuisse istos officiales removeri censuit, non probata causa, ob quam amoverentur, & ideo Appellationem locum habere, & Capitulum sede vacante vim facere in non deferenda appellatione, & reponenda privatione officiorum* -- Et resolutum fuit à S. Congreg. Concilii *in Hispalen. 11. Julii 1626.* ubi Sac. Congregatio censuit electionem Confessarii spectare ad Abbatissam Moniales, & Patronas, prævia tamen speciali approbatione Archiepiscopi, remotionem illius non esse permissam nisi ex rationabili causa ab eodem Archiepiscopo approbanda.

7 Ratio est, quia administrare Sacramentum Pœnitentiæ, est propriè loquendo ministerium, & officium, ad notata per Doctores omnes *in Clement. dudum §. Numerus autem tit. de sepult.*; Quotics itaque administrare Sacramentum Pœnitentiæ est ministerium, & officium, eo fortiùs viget assumptum, quòd Amotio sinè causa dari non debet, & sic, quod causa non expressa, aut allegata non poterat Patronus removere præfatum Sacerdotem ab officio Confessarii, ut in fortioribus loquendo de supremo Princi-
8 pe, quòd nequeat officialem removere sinè causa firmant *Gulielm. de Benedict. in cap. Raynutius verb. duas habens filias à num.37. tit. de testam.*, *Gonzal. ad Regul. Cancell. glos.5. §.6. nu.42. vers. Ita ut officiales*, *Sanfelic. in prax. sect.3. n.17. Mastrill. de Magistrat. lib.1. cap.27. n.23. Guttier. practic. quæst. lib.3. quæst.11. à num.2.*, *Gratian. discept.90. num.12.*, *& seq.*, *Ricc. collect. 2011.*, *Reverter. decis.201. per tot.*, *Capyc. decis. Neapolitan. 126. à num.1.*, & loquendo de inferioribus à Principe supremo, quòd multo minus isti habeant potestatem removendi officiales sinè causa, latissimè probant *Menoch. de Arbitr. lib.1. quæst.55. n.1011. Antunez. de donationibus Regiis part.2. cap.13. num.119.*, *Coss. de remed. subsidiar. remed. 78. n.9.*, *Rocc. collect.211. vers.5. amplia*, *Mastril. de Magistrat. lib.1. cap.27. num.24.*, *& 41.*, *Gratian. disceptat.167. num.41.*, *& seq.*, *Boer. dec.149. num.14. Barbos. de offic.*, *& potest. Episcopi par.3. alleg.115. n.16.*

9 Ratio etiam ulterior est quia communis experientia docet, quòd Sacerdos ille, qui removetur, ex tali remotione quamdam notam, & quoddam dedecus incurrit, utì ponderat, *Lar. in novissimis decis. Granaten. dicta disputat. 2. num.6.* ibi -- *Maximo enim dedecore afficitur, qui ab officio removetur, & præsumi ob culpam aliquam removeri, vel nè de illo Dominus confidat pluribus firmat Bobadill.. Esset enim contra omnem æquitatem officialem admittere, & statim ad libitum injustè deponere, nec quisquam credet aliquem sinè causa removere eum, qui rectè exercet munus suum, & nisi ingrati (quòd de viris probis, & Religiosis, quales Capitula Ecclesiæ) credendum non est, quòd removerent sinè culpa eum, qui jam expertus egregiam suæ administrationis operam exhibuit:* Admisso autem, quòd tale quale dedecus, ex tali remotione derivet in præfatum Sacerdotem, omnis æquitas expostulat, ut talis remotio non sequatur, nisi præmissa aliqua summaria cognitione causæ, ut in fortioribus terminis Cappellaniæ merè servitoriæ, & regulandæ jure cujusdem famulatus, inter quas absque dubio recenseri non potest officium Confessarii latissimè docet, *Card. de Luca de benefic. disc.97. num.12.*, *& seq.*

10 Atque de facto non obstante, quòd Prælaturæ Religionum mendicantium sint potiùs officia, quàm Beneficia, & ulterius sint merè manualia, & obedientialia

tialia, nihilominus si contingat privatio alicujus passim admittitur recursus ad Sac. Congregationem Regularium, quæ cognoscit de causis, quibus legitimè non concurrentibus reintegrare consuevit ejectum ob præjudicium, quod infame resultat amotis, uti ad rem prosequitur *Card. de Luc. citat. disc. de benef.* 97. *num.* 18., & patet in Commendis, & Præceptoriis S. Ordinis Hierosolymitani, sunt quippe manuales, & amovibiles ad nutum Magni Magistri juxta, *Michalef. in summa jurium Hierosolymit. equit. sub verbo Commenda num.* 6. *Parisc. conf.* 44. *num.* 2. *volum.* 4., *Card. de Luc. de pension. disc.* 42. *Lotter. de re benef. lib.* 1. *qu.* 36. *num.* 30., *Sperell. dec.* 21. *num.* 37., *Rot. coram Mohedan. decis.* 10. *num.* 2. *tit. de caus. possess. & propriet. dec.* 87. *num.* 2. *par.* 2. *rec. decis.* 1390. *num.* 1. *coram Seraphin.*, & tamen si contingat amotio, admittitur pariter recursus ad Superiores, & assignanda est causa cur provisus privetur, & à Commenda, sive Præceptoria amoveatur uti ad rem respondit *Card. de Luc. de benefic. disc.* 97. *num.* 22., *Rot. in Melevitana Commendæ* 12. *Martii* 1702. §. *Prævidens, & 4. Junii* 1708. §. *Quoniam coram R.P.D. meo Lancetta*. 11 12

His positis nullius roboris sunt, quæ in contrarium objiciebantur, nimirum, quòd nemo debet invitis Dominis in domo aliena permanere, & quòd sicuti præfatus Sacerdos propria voluntate deserere poterat officium Confessarii, sic & propria voluntate potuerit Patronus eumdem officio privare. Sunt enim hæ, similesque rationes minus aptæ ad convincendum assumptum. In disputationibus siquidem forensibus non est locus dicteriis, sed ad præscripta legum, & ad placita interpretum quæstiones sunt dirimendæ. Si talis modus arguendi valeret, sequeretur, quòd à quolibet officio quisque sinè causa posset amoveri, semper quippe dici posset, quòd nemo debet invitis Dominis in domo aliena permanere, & quòd si ipse deserere potest propria voluntate officium, ita, & propria deputantis voluntate ab eodem possit amoveri; In superioribus talem propositionem vidimus esse falsissimam, & à dispositione Legum, & auctoritatibus Doctorum valde dissonam, quo stante dicere debemus, quòd urgente dispositione Legum, & firmantibus plena manu Doctoribus removeri non posse illum, qui fuit à Superiore deputatus sinè ejusdem Superioris auctoritate, nec dari remotionem in officiis sinè causa, carere per consequens quolibet fundamento dicterium illud, quòd quis invitis Dominis in domo aliena permanere non debet, & quòd si ipse pro libito voluntatis potest discedere, & pro libito voluntatis amoveri.

Minus obstat, quòd quilibet eligere valet Confessarium, & Medicum temporalem ad libitum suum, & sic quòd illum pro libito mutare valet; prætermisso siquidem quòd talis animadversio sibi vindicaret locum, si ageretur de proprio Patroni Confessario, objectum remanet inapplicabile, cùm hìc, & nunc tractetur de Confessario publicæ Ecclesiæ, & qui omnibus accedentibus ad illam administrat Sacramentum Pœnitentiæ, quin immò quoties procedendum esset cum terminis Medici, & à Medico corporis valeret ar- 13 gumentum ad Medicum Animæ; quemadmodum Medicus corporis semèl approbatus, potest reprobari; sed dummodo concurrat causa juxta *Text. in l. ut gradatim* 11. §. *Reprobari ff. de muner. & honor. & in l. sed, & reprobari ff. de excusat. Tutor*, & latè prosequuntur *Jo: Andr. in addit. ad speculat. tit. de jurepat. in med. addit. marginal. Oldrad. cons.* 18. *sub num.* 1. *vers. est enim speciale*, *Tusch. in verb. Medicus conclus.* 158. *num.* 1. *Alphons. Perez in apolect. utriusque jur. in verbo Medicus* §. *De Secundis*, *Risigatt. de Stat. homin. in Republic. tit. de Medic. pag.* 326. *lit. B. Frideric. Schiling. in disput. jurid. de approbat. medic. pag.* 56. *vers. an autem ordinis*; Ita hoc ipsum ad summum dici valet respectu ad medicum Animæ, hoc est ad Confessarium, quòd non ad libitum videlicet, sed justa solùm subsistente causa possit amoveri.

Neque est attendendum, quòd officium Confessarii sit regulandum ad instar famulatus, ad instar Cappellaniæ laicalis ad nutum amovibilis, in quibus nulla concurrit necessitas assignandi causam; Distinguendi enim sunt termini; Aut loquimur de officiis, quæ habent publicam administrationem, jurisdictionem, & exercitium

citium, aut loquimur de officiis, quæ pertinent ad ministerium domesticum alicujus privatæ personæ, inter quæ officia
14 postremi generis recensenda est Cappellania laicalis merè servitoria juxta tradita per *Card. de Luc. de benef. disc.* 97. *n.* 10.
15 Primo casu non datur amotio sinè causa, ad differentiam secundi Casus in quo etiam sinè causa admittitur amotio, veluti distinguit *Larr. in noviss. decis. Granaten. citat. disput.* 2. *num.* 17. ibi -- *Nec quòd de mandato ultro objecimus, ut possit revocari aliquid faciet, quia in hac materia distinguere debemus officia, quæ publicam administrationem, jurisdictionem, aut exercitium habent, ut hæc de quibus nostra disceptatio, & in his procedat sinè causa non posse amoveri; ab eis, quæ ad ministerium domesticum pertinent etiam Regis, vel alicujus privati, ut Procuratoris, tunc rectè sinè causa poterit fieri revocatio* -- Quam distinctionem communiter Doctores amplectuntur *Caldas Pereir. cons.* 9. *num.* 74. *Aragon. tom.* 4. *decis.* 389. *à num.* 6. Hoc posito cùm ille, qui administrat Sacramentum pœnitentiæ in publica Ecclesia omnibus illis, qui ad eam accedunt, dicatur habere non ministerium domesticum, sed publicam administrationem, & publicum exercitium, infertur illum sinè causa removeri non posse.

CANON XXII.

ALEXANDER III. Lingonen. Episcopo.

SI verò ordinatio alicujus Ecclesiæ ad tuam Institutionem spectat, & pro controversia Laicorum de Jurepatronatus inter se disceptantium, prorogatur; fas tibi sit, appellatione remota, in eadem personam idoneam instituere; ita quod repræsentetur ab eo, qui jus evicerit patronatus.

CANON XXIII.

Idem.

EAm te decet. Et infra: Illas autem Ecclesias, de quarum patronatu controversia fuerit, si infra sex menses, postquam vacaverit, non fuerit controversia terminata; licitum tibi sit de persona idonea ordinare.

CANON XXIV.

INNOCENTIVS III. Conventren. Episcopo.

CUm propter discordias Laicorum. Et infra: Fraternitati tuæ mandamus, quatenus, si de Jurepatronatus quæstio emerserit inter aliquos, & (ab eo), cui competit, infra quatuor menses, non fuerit diffinitum, ex tunc Ecclesiam

ipsam

ipsam de persona non differas idonea ordinare; ita quòd illi ex hoc non debeat in posterum præjudicium generari, qui jus evicerit patronatus.

COMMENTARIUM.

EX his Canonibus, quorum primus legitur in Decretalibus in ordine *il* 12., Secundus in ordine *il* 22. Tertius verò in ordine *il* 27. sequentem deduco conclusionem

SI CONTROVERSIA DE JUREPATRONATUS INTER PATRONOS, POSTQUAM VACAVERIT ECCLESIA, NON FUERIT INTRA TERMINUM JURIS DEFINITA, POTEST EPISCOPUS LIBERE ORDINARE ECCLESIAM DE PERSONA IDONEA, ITAUT HÆC DEBEAT PRÆSENTARI AB EO, QUI EVICERIT JUSPATRONATUS: Ita *Innocent. Abb. Anan. Butr. Barbos. Gonzal. hìc Lambertin. de jurepat. lib.2. par.2. quæst.1. art.9. Vivian. eodem tract. lib.3. cap.3. & lib.5. cap.2. num.26. par. 2. Rot. decis. 148. num. 15. & seqq. par.15. recen., & in Bononien. Parochialis 26. Januar. 1711. §. final. coram R.P.D. Caffarello*. Quam conclusionem deduxi etiam superiùs *ex Canone III. in Commentario Concluf. III.*

Agnoscentes enim Alexander III. & Innocentius III. quàm sit pernicioſa, & præjudicialis diuturna vacatio Beneficiorum, & Ecclesiarum, tum respectu cultus Divini, tum eorum bonorum, tum etiam fidelium sinè Pastore remanentium, si sint Ecclesiæ Parochiales, optima ratione, & providentia concesserunt Episcopis in his *Canonibus* facultatem illas liberè providendi de idoneis Personis, & Rectoribus, si lites inter Patronos excitatæ super Jurepatronatus terminatæ non fuerint intrà quatuor menses, si de Patronatu Laicali, vel intrà sex menses, si de Ecclesiastico agatur; nè propter eorumdem Patronorum jurgia, & contentiones similia præjudicia patiantur Ecclesiæ, & fideles. Qui verò postmodum evicerit Juspatronatus poterit præsentare Institutum ab Episcopo, ut acquirat quasi possessionem præsentandi, nè amplius in posterum molestetur, juxta Doctores supra relatos; ut bene perpendit *Card. de Luca de Paroch. disc.15. num.7. Rota in Mediolanen. Beneficii 1. Aprilis 1707. §. Præcipuè coram R.P.D. Ansaldo, & in Pisana Prioratus 11. Aprilis 1712. §. Ast quoque coram eodem, & in Astoricen. Parochialis 8. Junii 1716. §. Concurrente coram R.P.D. Foscaro*.

Quoad hujusmodi Conclusionem examinantur sequentes Casus.

ARGUMENTUM

Patroni litigantes super pertinentia Jurispatronatus, si recurrant ad Judicem Laicum, in quam pœnam incidant?

SUMMARIUM.

1 *Cognitio Causarum jurispatronatus an, & quando sit permissa Judici Laico?* & n.4.
2 *Juspatronatus est spirituali annexum.*
3 *Patronus recurrens ad Judicem Laicum, pro definienda quæstione jurispatronatus animo impediendi jurisdictionem Ecclesiasticam in quam pœnam incidat?* Vide ibi, & num.12. & seqq.
5 Text. in cap. Significavit de testib. & attest. *declaratur*.
6 *Papa potest delegare cognitionem Causæ jurispatronatus Laico*.
7 *Judex Delegatus, si in delegatione fuerit sibi commissum, ut constito de pertinentia jurispatronatus alterutrius partis ordinet Ecclesiam ad præsentationem illius anpossit instituere præsentatum?*
8 *Laicus neque subsidiariè cognoscere potest Causam Jurispatronatus*. Amplia, ut num.10.
9 Textus in cap. Filiis 16. q. 7. *quo sensu procedat?*
11 *Laicus ex eo quòd sit capax possidendi juspatronatus, inferri non potest, quòd sit capax etiam de illo cognoscendi*.

CASUS I.

ORta controversia inter consanguineos Fundatoris Beneficii A. ex una parte, & ejus hæredes testamentarios ex altera, super pertinentia jurispatronatus, isti unanimi consensu appositè, & animo impe-

impediendi jurisdictionem Ecclesiasticam recursum habuerunt ad Gubernatorem Laicum propriæ Civitatis ; pro definienda hujusmodi lite, exquirendo illius judicium. Quæritur ipsos in hoc casu in quam pœnam incidisse.

1 In nullam incurrisse pœnam respondendum videtur ; Judici enim Laico cognitio Causarum juris patronatus interdicta minimè videtur, immo permissa ; vel immediatè, ut apparet ex *Textu in cap. Significavit de testib. & attest.* per extensum relat. inferiùs in *Can. XXVIII.* ubi Judici Sabinen. Laico commissa fuit cognitio super articulo ; An Fundator cujusdam Ecclesiæ voluerit illam esse liberam, ut expresse tuetur *Solorzan. de jur. Indiar. lib. 3. cap. 3. num. 24. & seqq. tom. 2.* vel saltèm subsidiariè, data nimirum negligentia Judicis Ecclesiastici, ut deducitur ex *Text. in cap. filiis, vel nepotibus 16. q. 7.*, de quo *Par. I. Can. IV.* in illis verbis -- *Regis hæc auribus intimare non differant*-- Maximè si lis esset super possessione juris patronatus, juris præsentandi, aut eligendi, juxta *Text. in cap. Significaverunt de judiciis*, ubi Judex Laicus judicavit super possessione juris eligendi Rectorem ibi -- *Significaverunt nobis olim Abbas, & Conventus S. Mariæ de Florentia, quòd Florentina potestas pro eis contra Communitatem Castri de Signa super possessione, vel quasi juris ibidem eligendi Rectorem* [*quod ad se pertinere dicebant*] *diffinitivam sententiam promulgavit; sed postmodum Abbatem, & Conventum præfatos ipsa potestas coegit, Communitati prædictæ super proprietate, vel quasi memorati juris, in sæculari judicio respondere : Unde vobis injunximus, ut si ita esset cogeretis Communitatem eamdem, electum ab eisdem Monachis in Rectorem admittere, audituri postea, quæ partes super proprietate, vel quasi dicti juris ducerent, proponenda &c.*

2 Ratio est, quia jus patronatus non est merè, & essentialiter spirituale, sed spirituali annexum, juxta notata in *Can. III. Cas. I. num. 2.* unde sicuti Laicus, licèt non possit possidere jus merè spirituale, potest tamen possidere jus spirituali annexum, ita quamvis Judex laicus cognoscere non possit de causa merè Spirituali, poterit tamen cognoscere de causa spiritualitati annexa.

3 Quibus tamen non obstantibus asserendum venit in hoc casu præfatos Patronos ob supradictum recursum incurrisse in pœnam excommunicationis, privatos remansisse jure præsentandi pro ea vice, & omni jure, quòd habebant, vel habere possent in Causa, juxta *Text. in cap. noverint de sent. excom. & Bullam in Cœna Domini §. 16. Text. in cap. si diligenti de foro competen. Barbos. de offic. & potest. Episcopi par. 3. alleg. 79. num. 4. Rot. decis. 44. num. 35. coram Priolo, & decis. 372. num. 1. coram Cavaler. & decis. 122. n. 1. coram Celso, & in Comen. Parochialis super recursu ad Judicem Laicum 23. Junii 1710. §. Is nostris cum seqq. coram R. P. D. Falconerio inferùis impress.*

4 Hinc ea, quæ in contrarium afferebantur, absolutè non subsistunt distinguendum est enim inter jus patronatus annexum universitati bonorum, & jus patronatus de per se sumptum ; Judex Laicus potest quidem cognoscere de universitate bonorum, cui sit annexum jus patronatus, & ejus judicium super universitate, valet etiam accessoriè respectu juris patronatus, dummodo, neque in libello, neque in sententia fiat mentio de illo juxta *Abb. in cap. quanto de judic. num. 9. ibique Bellemer. num. 2. prope finem* ibi -- *Et hoc intelligit cum directè de jure patronatus quæritur ; secus enim si quæstio esset de Civitate, vel Castro, quæ jus patronatus habent: tunc enim licèt processus, sententia, & executio ad se jus patronatus in modum universitatis traheret, tamen nihilominus secularis Judex de tali quæstione cognoscere* -- Non autem potest cognoscere super causa juris patronatus de per se sumpti, sed illius cognitio spectat privativè ad Judicem Ecclesiasticum, & Laicus non valet in illius cognitione se intromittere, non obstante consuetudine, & immemorabili in contrarium ; ut habemus *Textum expressum in cap. quanto de judic.* ibi -- *Quanto divina gratia : & infra : Causa vero juris patronatus ita conjuncta est, & connexa spiritualibus causis, quòd nonnisi Ecclesiastico judicio valeat diffiniri* -- ibique docent *Abb. num. 1. Anan. num. 1. & 2. Butr. num. 1. & seq. Bellemer. num. 1. & seqq. Alexand. de Nev. num. 1. Barbos. num. 1. Gonzal. nu. 1. Lambertin. de jurepat. lib. 2. par. 2. quæst. 3. art. 7. nu. 4. Rolan. cons. 12. nu. 35.*

nu.35. lib. 2. Lotter. de re benef. lib.2. q.9. nu.30. Scaccia de judic. lib.1. cap.11. n.50. del Bene de jmmunit. & juriſdict. Eccleſ. cap.10. dub.16. num.51. tom.1. Carol. de Graſſ. de effect. Cleric. effect. 1. num. 398. Rot. dec.8. n.4.par.4. rec.

5 Non obſtat *Textus in citato cap. ſignificavit*; quoniam ibi Judex Sabinenſis etiam ſi admittatur, quod fuerit laicus (quod ex Textu non apparet, & à multis Doctoribus negatur) non proceſſit in illius cauſæ cognitione jure proprio; ſed jure Papæ delegantis, cùm fuerit ipſi à Papa delegata hujuſmodi cognitio, ad *Text. in cap. ſanè il ſecondo de offic. deleg. Carol. de Graff. de effect. Cleric. effect. 1. num. 32. Gonzal. in cap. quanto de judic. num. 9. Lotter. de re benef. lib. 2. quæſt.9. num.38.*

6 Papa namque poteſt delegare cognitionem cauſæ juriſpatronatus laico; ut docent *Lotter. ubi ſupra num. 39.* & alii Doctores ibi relati, ita tamen ut ſi in delegatione, commiſerit laico; ut conſtito de pertinentia juriſpatronatus alterutrius partis ad præſentationem illius ordinet Eccleſiam; ipſe judex delegatus non proinde poterit inſtituere præſentatum; quia Papa per hujuſmodi commiſſionem non præſumitur præjudicare voluiſſe habenti inſtituere, juxta notata ſuperiùs *Can. IV. V. VI. VII. VIII. Caſ. II. per tot.* & declaratum fuit ab Alexandro III. *in cap. ſuper eo de offic. & poteſt. jud. deleg.* ibi -- *Super eo vero, quòd ſubjungere voluiſti ſi de præſentatione Presbyteri, inter aliquos quæſtione ſuborta, cauſam contigerit delegari alicui ſub hac forma, ut ſi conſtiterit jus, de quo agitur; ad partem alter veram pertinere, ad præſentationem ejuſdem de perſona idonea ordinet Eccleſiam appellatione remota; an liceat delegato judici, inſcio Diœceſano Epiſcopo, vel Archidiacono, vel Archipresbytero reclamante, præſentatum ſibi Clericum in poſſeſſionem Eccleſiæ mittere, & an ſi Archipresbyter, vel Archidiaconus, vel Epiſcopus, ad quem jnſtitutio pertinet, appellaverit, eorum ſit appellationibus deferendum. Hoc tuam volumus diſcretionem tenere, quòd licèt quæſtionem, quæ de præſentatione vertitur, appellatione remota committamus alicui terminandam, non tamen eſt noſtræ intentionis, Diœceſano Epiſcopo, Archidiacono, vel Archipresbytero, præjudicium generare, ideoque præſentandus eſt illi, qui inſtituendus fuerit, & tenebit eorum appellatio, ſi videntes juri ſuo detrahi, duxerint appellandum &c.* --

8 Neque dici poteſt, quòd ſaltèm ſubſidiariè data nimirum negligentia Judicis Eccleſiaſtici, Laicus cognoſcere poſſit de cauſa Juriſpatronatus; quoniam facienda eſt diſtinctio inter Judicem incompetentem, & incapacem; Judex incompetens, ratione negligentiæ alterius Judicis fit competens, ſed incapax ratione negligentiæ non poteſt fieri capax, ut optimè diſtinguit *Gonzal. in cap. Qualiter num.4. de Judic.* Unde cùm Laicus reſpectu cauſarum ſpiritualium, vel ſpirituali annexarum ſit incapax, data negligentia Judicis Eccleſiaſtici, de illis cognoſcere non valet. *Marth. de juriſdict. par.4. caſ.456.*

9 Nec obſtat verba *Textus in Can. Filiis* ſuſuperiùs allata, quia ibi non dicitur, quòd ea omnia intimentur auribus Regis, ut de cauſa cognoſcat, ſed ut exequatur, quod à Judice Eccleſiaſtico, vel à Sacris Canonibus definitum fuit, juxta *Gonzal. ubi ſupra*.

10 Et hoc procedit, ſive lis ſit ſuper petitorio, ſive ſuper poſſeſſorio, juxta *Bellemer. in d. cap. Quanto de Judic. num. 2. §. Ex quo* ibi-- *Ex quo infero ſive ſuper petitorio, & poſſeſſorio, ſive ſuper petitorio ſolo, ſive ſuper poſſeſſorio ſolo de jurepatronatus agatur, cauſa talis dicitur conjuncta, ſeu connexa cauſis ſpiritualibus, & ideo per Judicem ſæcularem definiri non valet-- Covaruv. practic. quæſt. cap.35. num.1. §. Verum ſi*. Nullatenus adverſante *Textu in d. cap. Significaverunt*, quia ibi non agitur de dignitate Eccleſiaſtica, ſed de dignitate, & officio ſæculari.

11 Ratio verò exadverſo perpenſa non officit; Ex eo enim, quod Laicus ſit capax poſſidendi Juſpatronatus, inferri non poteſt, quòd etiam ſit capax de illo cognoſcendi, quia Laicus eſt capax illud poſſidendi ex gratia, & tollerantia Eccleſiæ, juxta *Canonem III.*, quæ gratia exorbitans extendi non debet maximè in præjudicium Eccleſiæ. *Abb. in d. cap. Quanto de Judic. num.8. Butr. num.3. & ſeqq. Bellamer. num.3. Rocch. de Curt. de jurepatron. verb. jus num.4.*

R.P.D.

R. P. D. FALCONERIO.

Comen. Parochialis super recursu ad Judicem Laicum.

Lunæ 23. Junii 1710.

JUxta factum expositum in altera decisione hodie coram Me edita, Benedictus à Porta, unà simul cum undecim hominibus, sibi adhærentibus constituerunt specialem Procuratorem, ad effectum habendi recursum ad Prætorem Laicum Dominii Helvetici pro annullanda, tam electione in personam Caroli Capreræ facta, quàm sententia super illius institutione ab Ordinario probata, quibus de facto per suam sententiam revocatis, idem Prætor ad aliam ex integro electionem deveniri mandavit, comminando insuper quamplures pœnas contra Electores, qui pro illis evitandis, fuerunt coacti se componere, & infra terminum unius diei solvere scut. 100. ultra expensas. Proposito propterea dubio -- *An constet de recursu Benedicti, & Adhærentium ad Judicem Laicum, ad effectum denegandi audientiam, & declarandi incursum pœnarum. Affirmativè* in omnibus DD. responderunt.

Siquidem in hujusmodi Causis Sacr. nostrum Auditorium cum distinctione semper processit, aut enim recursus ad Judicem Laicum opponitur, ad effectum denegandi audientiam recurrentibus, & in isto casu non requiruntur exactæ probationes, ob difficultatem habendi authentica documenta ab eisdem Tribunalibus Laicis, in quibus fuit habitus recursus, sed leviores sufficiunt, immo sola præsumptiva, sive verisimilis probatio; Aut verò objicitur, non tam ad denegandam audientiam, quàm ad declarandos recurrentes incursos in excommunicationem contentam in Bulla Cœnæ Domini, atque in alias pœnas à Sac. Canonibus comminatas, & tunc requiruntur plenæ, & perfectæ probationes, ut casum à casu distinguendo, firmavit *Rot. coram Buratt. decis.* 446. *num.* 5., *& seqq.*, *& dec.* 536. *n.* 4., *& seqq. coram Cavaler. dec.* 529. *per. tot.*

In nostris verò circumstantiis non solùm constat de dicto recursu ex speciali mandato procuræ in personam Jo: Baptistæ Ceppi, ad effectum comparendi in Curia Laicali Mandrisii, & obtinendi revocationem electionis Capreræ, sed etiam de effectu ex eodem recursu sequuto, nempe de revocatione dictæ electionis, cùm præcepto, nè Vocales quidquam aliud gerere auderent, absque consensu, & interventu pluralitatis hominum, & Vocalium Terræ Vacalli, & cum omnibus aliis supra expressis; Comperto idcirco per legitimas, & specificas probationes de recursu habito ad Judicem Laicum, atque de impedimento præstito executioni electionis, & institutionis Capreræ, per media adeò indirecta; Recurrentes non solùm sunt incursi in
12 pœnam excommunicationis contentæ in Bulla Cœnæ Domini §. 16. sed etiam in Sac. Canonibus *in cap. noverit* 49., *& in cap. gravem* 53. *de sent. excommun.*, & pluries firmavit *Sac. Rota*, *nempe coram Caval. decis.* 372. *num.* 1., *&* 529. *eodem num.* 1. *coram Celso decis.* 122. *num.* 1., *& in recent. decis.* 8. *num.* 1. *part.* 4., *& alibi*.

Insuper non sunt audiendi, sed repellendi à limine Judicii, juxta *Text. in cap. exceptionem*, *aliique DD. de except.*,
13 *& Clementina unica eod. tit. Card. de Luc. de Judic. disc.* 19. *nu.* 7. *Rot. coram Buratt. decis.* 537. *num.* 4., *& coram Celso dicta decis.* 122. *num.* 2., cum ibi relatis.

14 Remanent pariter privati omni jure, quod habebant, sive habere possent in causa, ad *Text. in cap. si diligenti de foro competen.*, ibi -- *Causam perdant, & à communione habeantur extranei*, ibique *Panormit. num.* 17., *& seqq.*, *Graff. de effect. Cleric. effect.* 1. *num.* 413., *& seqq.*, & in terminis Patroni, quod per recursum ad Judicem Laicum, privatus remaneat jure eligendi *Rot. cor. Priolo dec.* 44. *num.* 35.

Denique tenentur reficere hominibus, qui Capreram elegerunt omnes, & singulas expensas in Curia Laicali factas, ac
15 eis restituere scut. 100. soluta per viam compensationis; ad effectum evitandi mulctam corporalem, cum in his materiis procedatur ad instar attentatorum ad condemnationem omnium expensarum tam judicialium, quàm extrajudicialium, necnon ad damna, & interesse passa, juxta *Text. express. in cap. quoniam*

§. *Si*

§. *Si quis verò de Immunit. Eccles. in 6.*, & firmavit *Rot. in decis. 744. num. 12. par. 4. tom. 3. recent.*, *& coram Cerr. decis. 353. num. 1.*, *& per tot.*, *& coram Celso dicta dec. 122. n. 5.*, *& cor. Dunoz. jun. dec. 580. nu. 3. 4. & 7.*

Non obstat recursum ad Judicem Laicum, & culpam Benedicti, aliorumque suorum Adhærentium, nequaquam obesse posse aliis hominibus nunc comparentibus.

Quia quidquid sit quoad alias pœnas; quo verò ad audientiam denegandam, tunc culpa aliorum eis præjudicium non inferret, quando venirent principaliter, & independenter ab illorum commissione, ut dixit *Rot. coram Celso in dicta decis. 122. num. 9.* Secus verò quando utuntur eadem commissione, & veniunt adhærendo excommunicatis, *Butr. in cap. illa quotidiana num. 16. de elect.*, & in terminis attentatorum, *Lancellot. de attent. par. 2. cap. 12. ampliat. 12. num. 1.*, *& seqq.* Quinimo habito recursu ad Judicem Laicum speciali nomine illorum, qui Procuratorem ad hunc effectum constituerunt, & generali nomine aliorum, ut ibi -- *Oltre altri Vocali, che hanno il jus d'eligere* -- Eo ipso, quòd ultra expressos in d. mandato procuræ alii comparent, declarare videntur, eos esse illos in genere nominatos, ideoque contra eos sufficit præsumptio generalis contra omnes interesse habentes, ad effectum repellendi à limine Judicii, & denegandi audientiam, *Card. de Luc. de judic, disc. 19. nu. 13. Adden. ad Buratt. dec. 416. num. 8. Adden. ad Gregor. decis. 96. num. 7. Rot. cor. Bich. decis. 656. n. 13.*

Et ita utraque &c.

ARGUMENTUM.

Mota lite à Patrono contra Regulares super pertinentia Jurispatronatus Cappellæ existentis in eorum Ecclesia, an illorum Conservator cognoscere possit hujusmodi Causam, sive potiùs cognitio spectet ad Ordinarium?

SUMMARIUM.

1 *Regulares eligere debent in Conservatorem Personam existentem intrà Diœcesim, aliàs electio est nulla.*

2 *Referuntur Doctores agentes de qualitatibus Conservatoris.*

3 *Conservatores, attenta dispositione juris communis, Sac. Concilii Tridentini, & mente Sac. Congregationis Concilii, cognoscere solùm possunt de manifestis injuriis, & violentiis,, & non de causis judicialem indaginem requirentibus,* & n. 4. & 5. *secus si adsit speciale privilegium*, & num. 14.

6 *Constitutio Gregorii XV.* la 9. *non revocat, sed confirmat dispositionem juris communis.*

7 *Constitutio non censetur juri communi derogare, sed ab illo passivam interpretationem recipere.*

8 *Verbum* -- in Causis -- *in Constitutione Gregoriana appositum, intelligitur pro Causis manifestæ injuriæ.* Amplia ut num. 9.

10 *Cognitio Causæ super pertinentia jurispatronatus respectu Cappellæ existentis in Ecclesia Regularium spectat ad horum Conservatorem, quando hic vigore specialis privilegii habet cognoscere non solùm de manifestis injuriis, & violentiis, sed etiam de Causis Civilibus.*

11 *Ex eo, quod quis sit Patronus Cappellaniæ erectæ in Cappella, non proinde sequitur, quòd sit etiam Patronus ejusdem Cappellæ.*

12 *Specialia privilegia Conservatorum Regularium non sunt abrogata nec per Concilium Tridentinum, nec per Constitutionem Gregorianam*, & num. 13.

13 *Conservatores jurisdictionem habent in iis tuntùm Causis, ubi Regulares non Actores, sed Rei existunt.*

15 *Conservator præter Notarium non potest assumere proprios Ministros, sed debet uti Officialibus Curiæ Episcopalis.*

CASUS II.

NOn contentus quidam Patronus Jurepatronatus Cappellaniæ à suis Antecessoribus fundatæ in Cappella erecta intrà Ecclesiam Regularium, prætendere cœpit Juspatronatus etiam respectu ejusdem Cappellæ; Judicium proinde intentavit super hujusmodi pertinentia Jurispatronatus coram Ordinario; E contra Regulares existentes in possessione libertatis præfatæ Cappellæ convolarunt ad eorum Conservatorem, qui vigore amplis-

plissimi Indulti Pontificii constitutus Judex cum facultate cognitionis omnium Causarum eorum jura tueretur, & de hac pertinentia cognosceret. Quæro an, & ad quem spectet hujusmodi cognitio?

1 Regulares habentes privilegia, vel communicationem privilegiorum eligendi Conservatorem, qui defendat eorum jura, bona, & privilegia ab injuriis illis illatis, utì sunt Olivetani, Canonici Regulares Lateranenses, Fratres Minimi, Camaldulenses, Clerici Regulares Sancti Pauli decollati, Societatis Jesu, Equites Hierosolymitani; possunt, immo debent eligere in Conservatorem in unaquaque Diœcesi, in qua Monasteria, Conventus, seu Domos habent, personam existentem in eadem Diœcesi, non verò extra Diœcesim commorantem, aliàs electio esset nulla, ut resolutum fuit à Sac. Congregatione Concilii *in Agrigentina* 27. *Maji* 1634. *Zib. decis.* 15. *pag.* 65., & novissimè *in Nullius Altamuræ Conservatoris, & exemptionis* 3. *Augusti* 1715. *in responsione ad primum, & secundum, &* 8. *Febr.* 1716. *ad primum.* Qui autem, & quales debeant esse hujusmodi Conservatores, quæ eorum jurisdictio, hìc nostri non est pertractare, sed de his omnibus videri poterunt *Lezzana in Summ. tom.* 1. *par.* 2. *cap.* 10. *Barbos. in Summ. decis. Apostolic. verb. Conservator, & de offic. & potest. Episcopi par.* 2. *alleg.* 106. *Passerin. in cap.* 1. *& ultim. de offic. Judic. delegat. in* 6. *Roderic. Emanuel quæst. Regul. tom.* 1. *q.* 65. Respondendo igitur ad quæstionem.

2 Videtur dicendum, cognitionem hujus Causæ super pertinentia Jurispatronatus etiam respectu præfatæ Cappellæ existentis intrà Ecclesiam Regularium spectare ad Episcopum, non verò ad Conservatorem, sive perpendatur dispositio juris, sive decretum Sac. Concilii Tridentini, sive inveterata opinio Sac. Congregationis Concilii.

3 Et quidem perpensa Juris, & S. Canonum dispositione; Conservator se ingerere non valet in cognitione prædictæ Causæ contentiosæ, & judicialem telam exigentis; dum Conservatores de jure communi non aliam habent potestatem, nisi defendendi Regulares sibi commissos à manifestis injuriis, & violentiis, non verò cognoscendi Causas civiles, & contentiosas, ut expresè sancitum fuit ab Innocentio IV. *in cap.* 1. *de offic. & potest. Judic. delegat. in* 6. ibi -- *Statuimus, ut Conservatores, quos plerumque concedimus à manifestis injuriis, & violentiis, defendere possint quos eis committimus defendendos: Nec ad alia, quæ judicialem indaginem exigunt, suam possint extendere potestatem;* & *in cap. final. eod. tit.*, & docent *Donat. in prax. tom.* 1. *tract.* 17. *q.* 8. *n.* 4. *& q.* 16. *num.* 2. *&* 4. *Barbos. de offic. & potest. Episc. par.* 3. *alleg.* 106. *num.* 30. *Roderic. quæst. Regul. tom.* 1. *q.* 65. *num.* 13. *Gavant. in Manual. Episc. verb. Conservatores nu.* 20. *& seq. Pellizzar. in Manual. to.* 2. *tract.* 8. *cap.* 8. *sect.* 4. *num.* 114. *Cocchier. de jurisd. Ordin. in exempt. par.* 1. *q.* 39. *num.* 6. *Tamburin. de jur. Abbat. to.* 3. *disp.* 17. *q.* 2. *n.* 2. *& seqq. Pignattell. consult.* 165. *num.* 4. *to.* 1. *consult.* 25. *num.* 6. *tom.* 2. *& consult.* 1. *n.* 6. *tom.* 3. *& consult.* 33. *per tot. tom.* 8. *Card. de Luc. in Miscell. Eccles. disc.* 1. *num.* 67. *& de Regul. disc.* 52. *num.* 11. *& de jurisdict. disc.* 49. *nu.* 4. *Rot. decis.* 184. *n.* 21. *par.* 11. *recent.*

4 Inspecta autem dispositione Concilii Tridentini; decernitur ab eo *in cap.* 1. *sess.* 14. *de reform.* quòd Conservatores nullum habeant Tribunal ibi -- *Non liceat quoque Conservatoribus Judicibus ullum habere Tribunal* -- ex quibus verbis deducitur Conservatores carere omni potestate Tribunalis contentiosi, & consequentes cognoscendi Causas civiles telam judicialem exigentes, ut explicando mentem Sac. Concilii Tridentini advertunt *Card. de Luc. de jurisdict. disc.* 4. *n.* 14. *& disc.* 49. *num.* 4. *Barbos. de potest. Episc. alleg.* 106. *num.* 43. *Pignatell. consult.* 33. *num.* 18. *tom.* 8.

5 Attenta denique opinione Sac. Congregationis Concilii, hæc in omnibus resolutionibus captis in contingentia Casuum semper fuit, quòd Conservatores non habeant potestatem cognoscendi Causas civiles contentiosas, ut legi potest apud *Pignatel. d. consult.* 33. *tom.* 8. *Pascucc. in compend. ad consult. Pignattell. par.* 2. *tit. de Regul. pag.* 510. *Gavant. in Manual. Episcop. verb. Conservatores n.* 20. & judicavit *in Papien. Conservatorum* 6. *Junii* 1682., *& in Constantien.* 9. *Aprilis* 1701. ubi Sac. Congregatio ita rescripsit ad Episcopum Constantien. ibi -- *Quod am-*

amplitudo tua ſæpe dictis remediis juris utatur contra Regulares exemptos Ordinarium Judicem recuſantes, Judices enim Conſervatores nequeunt cognoſcere cauſas contentioſas, minuſque civilia intereſſe concernentes, juxta diſpoſita per Concil. ſeſſ. 14. cap. 5. de reform.

His omnibus adverſari non videtur noviſſima Conſtitutio Gregorii XV. *la 9.* per quam generaliter nulla facta diſtinctione an agatur de manifeſtis injuriis, & violentiis, vel de cauſis civilibus judicialem diſcuſſionem requirentibus, ſtatuitur, quòd ubi Regulares Rei extiterint, ſint conveniendi coram eorum Conſervatoribus, ubi verò ſint Actores coram Ordinario ibi-- *Ad hæc ſtatuit Sanctitas Sua, ut coram ipſis Conſervatoribus Regulares, ac perſonæ ſuprafcriptæ conveniri quidem, aut trahi debeant, ſed alios convenire, aut trahere non poſſint, ita ut memorati Conſervatores in cauſis, in quibus Regulares, & alii actores fuerint nullam prorſus juriſdictionem habeant, ſed in iis tantùm in quibus Rei extiterint.* Unde cùm in præſentiarum, ubi Patronus prætendit juſpatronatus non ſolùm reſpectu Cappellaniæ, ſed etiam reſpectu Cappellæ exiſtentis in Eccleſia Regularium, iſti ſint Rei; ſequitur, quòd ſint conveniendi coram eorum Conſervatore, non verò coram Ordinario.

6 Quoniam per hanc Conſtitutionem Gregorius XV. non receſſit à diſpoſitione juris communis, ſed ſolùm aliquid plus ſuperaddit circa qualitatem perſonarum eligendarum in Conſervatores, quod in diſpoſitione juris fuit omiſſum, immo hanc confirmavit, ut firmant *Pignatel. conſult. 1. num. 5. & ſeq. tom. 3. & conſult. 33. num. 20. & ſeq. tom. 8. Ventrigl. in prax. par. 1. annot. 27. §. unic. num. 5. Pellizzar. in Manual. tom. 2. tract. 8. cap. 8. ſect. 4. num. 114. Baruſ. reſol. 103. à num. 14. ad 20.* Si ergo Conſtitutio Gregoriana confirmavit diſpoſitionem juris *in d. cap. 1. & fin. de offic. deleg. in 6.* prohibentis Conſervatores apponere manus in Cauſis contentioſis, & telam judiciariam requirentibus, planum remanet, quòd hujuſmodi Conſtitutio confirmaverit quoque prohibitionem iſtam, nè Conſervatores ſeſe ingerant in Cauſis civilibus, & contentioſis, in quibus ſunt Rei, ex regula, quòd confirmatio ſemper intelligitur ad limites actus confirmati. *Baruſ. reſol. 126. num. 6. & ſeqq. Rot. deciſ. 573. num. 25. par. 19. tom. 2. rec.*

Et propterea obſtare non videntur verba illa generalia, & illimitata Conſtitutionis Gregorianæ, qua definiri videtur Regulares eſſe conveniendos coram Conſervatore ſi Rei extiterint, quia hujuſmodi interpretatio deducta ex generali illo verbo *in Cauſis*, procedere nequit, ubi diſpoſitio juris eſt in contrarium; nam tunc generalitas reſtringitur ad terminos juris, nè ab illo inducatur
7 receſſus, quia regulare eſt, quòd unquam Conſtitutio in ſua verborum generalitate cenſeatur juri communi derogare, ſed ab illo paſſivam interpretationem recipiat juxta ſubjectam materiam. *Rot. coram Coccin. deciſ. 1788. num. 79. coram Bichio deciſ. 295. num. 1. deciſ. 407. num. 7. & in recent. deciſ. 428. num. 16. par. 4. tom. 2. & deciſ. 303. num. 12. par. 19., & in Nullius, ſeu Montis Caſſinen. manutentionis 10. Junii 1712. §. Cæterum coram R. P. D.*
8 *Lancetta*. Ac proinde verbum illud Conſtitutionis -- *in Cauſis* -- explicandum, & intelligendum eſt ad formam diſpoſitionis juris, nempe pro cauſis manifeſtæ injuriæ, & in forma extrajudiciali, non autem in figura Judicii, & Tribunalis contentioſi, quòd Conſervatores aſſumere, & habere nequeunt, ut explicando tenent *Donat. in prax. quæſt. Regul. tom. 1. tract. 17. q. 16. num. 3. Valaſch. conſult. 152. num. 8. & ſeq.* ibi -- *Quamvis literæ Conſervatoriæ habebant illa verba* -- in quibuſcumque Cauſis -- *non cenſentur ampliatæ ad cognoſcendum de omnibus cauſis, ſed debent referri ad cauſam pro manifeſtis injuriis, & violentiis, nè recedatur à jure communi -- Barboſ. de poteſt. Epiſc. par. 3. alleg. 106. num. 4. verſ. quibus non obſtantibus, Pignatell. conſult. 33. num. 7. 17. & 25. tom. 8. Baruſ. reſol. 103. à num. 14. ad 20. & reſol. 126. à num. 9. ad 16.* ibi -- *Licèt in dicta Bulla Gregor. ſub §. 9. aliquid tangatur reſpiciens cognitionem judicialem, quatenùs Regulares ſint Rei, non autem Actores in cauſa; adhuc ſenſus verborum ibi appoſitorum venit potiùs ſuppoſitivè, quàm diſpoſitivè intelligendus, nè dicatur conceſſa juriſdictio ampliativa cum indirecta derogatione Conciliaris diſpoſitionis, quæ non pa-*

teretur, ut similes Conservatores erigant Tribunal formale pro defensione Regularium cum judiciali indagine &c. Privilegia Regularium in ordine ad auctoritatem eorum Conservatorum esse restricta vigore dictæ Bullæ Gregorii XV. ad tenorem Constitutionis Bonifacii, quæ solùm comprehendit defensionem à manifestis injuriis &c. idemque etiam declarasse sa. mem. Innocentium X. ex mente Sac. Congregationis Concilii.

9 Eòque magìs prædictum verbum -- *In causis*, ita est intelligendum, quia Constitutio Gregorii emanavit ad coercendam potius, quam ad ampliandam Conservatorum facultatem, & ad restituendam Ordinariis jurisdictionem, quam illis usurpaverant Conservatores sub specie quorumdam Privilegiorum, quæ revocavit dicta Constitutio, ut videre est in illius §. 1. ut bene ad rem observant *Pignatell. consult. 25. num. 6. tom. 2. Barus. resol. 103. num. 15. & resol. 126. num. 6.* Si ergo dicta Constitutio emanavit favore Ordinariorum, necessariò fateri cogimur, quòd Gregorius intellexerit solùm de causis continentibus violentias, & manifestas injurias nequaquam verò de causis contentiosis, in quibus Regulares Rei, sive Actores existant, adire tenentur Ordinarium, alias quippe idem Pontifex ampliasset Conservatorum facultas, quas restringere profitebatur, & favor erga Ordinarios elargitus in eorum odium retorquetur contra regulam *Text. in l. quod favore ff. de leg.* de qua *Rot. decis. 79. nu. 5. coram Peutinger. & in recent. decis. 178. num. 8. par. 5. & dec. 234. num. 19. par. 18.* Et ideo ex his, aliisque rationibus invaluit communis opinio Doctorum, qui scripserunt etiam post Constitutionem Gregorii XV. unanimiter tenentium Religiosos etiam reos non posse conveniri coram eorum Conservatoribus, sed coram Ordinario, ut apud *Rodric. quæst. regul. tom. 1. quæst. 65. art. 15. per tot. Barbos. de potest. Episc. alleg. 106. num. 40. Leo in thesaur. for. Eccles. par. 2. cap. 3. nu. 102. Matthæuc. in offic. cur. Regul. cap. 11. n. 12. Postell. in dub. regul. verb. Conservatores num. 8. Barus. resol. 103. n. 19. & resol. 126. à num. 9. ad 16. Pignatell. dicta consult. 33. tom. 8.*

10 Hæc omnia, quæ in quadam consimili causa in Signatura Justitiæ ventilata (in qua ego sub nomine mei Patrui scripsi) exadverso scribente afferebantur, suadere videntur cognitionem hujus controversiæ inter Regulares, & Patronum spectare ad Ordinarium, & non ad Conservatorem; sed re maturè perpensa contrarium venit in hoc casu dicendum; Quoniam Summi Pontifices ex specialibus Indultis elargitis præfatis Regularibus, ampliſſimam eorum Conservatoribus concesserunt Jurisdictionem non solùm pro reparandis injuriis, & violentiis, quæ sive per Laicos, sive per Ecclesiasticos, sive per Episcopos, sive per Archiepiscopos quomodolibet inferri valuissent adversùs eorum Privilegia; verùm etiam pro tuitione omnium, & singulorum bonorum, jurium, reddituum, ac Proventuum, ac defensione eorum possessoris, cum potestate compescendi per censuras quascumque Violatores, Occupatores, sive molestatores, in illis videlicet, quæ judicialem requirunt indaginem summariè, & de plano, sinè strepitu, & figura judicii, sola facti veritate inspecta, in aliis verò, prout qualitas eorum exegerit justitiæ complementum, super addita derogatione præmissarum Constitutionum Innocentii IV. & Bonifacii VIII. aliorumque Prædecessorum, per quas valuisset dictis Conservatoribus interdici jurisdictio excommunicandi, suspendendi, vel ad judicium evocandi.

8 Quibus stantibus Privilegiis favore eorumdem Regularium, cùm indubitanter potestas eorum Conservatorum non sit restricta ad tramites præmissorum decretalium super solis injuriis, & violentiis, sed eorum jurisdictio sit ampliata super omnibus causis civilibus, in quibus ipsi Rei existunt, sequitur, quòd iidem Regulares molestati à Patrono in possessione, quam habent libertatis præfatæ Cappellæ, prætendendo nimirum juspatronatus etiam respectu illius; conveniri non possint nisi coram eorum Conservatore; maximè cum hæc prætentio Patroni fundata purè, & præcisè, in Jurepatronatus respectu Cappellaniæ in dicta Cappella fun-
11 datæ, videatur manifesta violentia, dum ex eo, quòd quis sit Patronus Cappellaniæ erectæ in Cappella, non proinde sequitur, quòd sit etiam Patronus ejusdem Cap-

Cappellæ, cùm aliud ſit Capella, aliud verò Cappellania in ea exiſtens *Card. de Luc. de jurepat. diſc.* 12. *nu.* 6. *Rot. in Conchen. Præeminentiarum* 4. *Maji* 1705. §. *final. coram Eminentiſſimo Scotto.*

12 Nec ſimilia Privilegia prædictis Regularibus conceſſa fuerunt revocata, ſeu abrogata, ſive à Sac. Concilio Tridentino *ſeſſ.* 14. *cap.* 5. *de reform.*, ſive per dictam Conſtitutionem Gregorii XV. Nam in ordine ad Concilium, licèt ibi decernatur ut literæ Conſervatoriæ nemini ſuffragentur, quin in cauſis criminalibus, & mixtis poſſit eorum Epiſcopo accuſari, & conveniri; nihilominus, quia ſub eadem Conciliari ſanctione præſervantur Privilegia Regularium, ut ibi -- *Regularia loca, eorumque perſonæ in præſenti Canone minimè comprehenſæ, ſed exemptæ omnino ſint, & eſſe intelligantur* -- propterea *Fagnan. in cap. tuarum de privileg. num.* 38. tuetur quòd ex contextu ejuſdem ſanctionis Conciliaris -- *Regulares, nec ratione delicti in cauſis criminalibus, nec ratione contractus, nec rei ſitæ in cauſis civilibus poſſe coram Epiſcopo accuſari, aut conveniri, ſed eorum exemptiones ſalvas permanere* -- & teſtatur ita fuiſſe reſolutum à Sac. Congregatione Concilii *in una Mantuana*, & *num.* 39. concludit, quod ſalva remanent Regularium privilegia, quorum præſervatio etiam generaliter habetur *in cap.* 20. *ſeſſ.* 25. *de regul. in fin.* his verbis -- *in cæteris omnibus præfatorum ordinum privilegia, & facultates, quæ ipſorum perſonas, loca, & jura concernunt, firma ſint, & illæſa* -- & equidem per allegatam diſpoſitionem Sacri Concilii Tridentini non fuiſſe abrogatam juriſdictionem per Apoſtolica Privilegia indultam Conſervatoribus defendunt præter *Fagnan. ubi ſupra Barboſ. ad idem concil. num.* 3. *Emanuel. Roderic. quæſt. Canonic. & Regul. quæſt.* 65. *art.* 13. §. *Nec ſupradictis Tamburin. de jur. Abbat. tom.* 3. *quæſt.* 1. *diſput.* 17. *num.* 8., *idem Barboſ. ſumm. Apoſtolic. dec.* 116. *n.* 21. *Rot. coram Ubald. deciſ.* 239. & *deciſ.* 285. *num.* 11. *par.* 15. *rec.*

13 Quod autem attinet ad Gregorianam Conſtitutionem, ibi præſcribitur certa forma deputandi Conſervatores, ut ſint in aliqua Dignitate conſtituti, ſive Canonici, ſive Judices Synodales, & quoad juriſdictionem ſtatuitur, ut coram Conſervatoribus Regulares conveniri quidem, aut trahi debeant, ſed alios convenire, aut trahere non poſſint, itaut ipſi Conſervatores juriſdictionem habeant in jis tantùm cauſis, ubi Regulares non Actores, ſed Rei exiſtunt; Ex qua literali ſanctione in comperto habemus, quòd ubi Regulares ſunt rei, & pertractatur de defenſione eorum Eccleſiæ, ſive propriorum bonorum, reddituum, jurium, & proventuum, non fuerint ſublata eorum Privilegia. *Lezzan. in Sum. to.* 1. *par.* 1. *cap.* 3. *num.* 11. *in fin.* & *par.* 2. *cap.* 10. *num.* 67. *Ventrigl. in prax. for. Eccleſ. annot.* 27. §. *unic. nu.* 8. *Card. de Luc. de Regul. diſc.* 1. *num.* 33. & *diſc.* 51. *num.* 15. *Rot. dicta deciſ.* 285. *num.* 6. *par.* 15. *rec.*

14 Abſque eo, quòd in minimo perturbent ea, quæ ſuperius in contrarium adducebantur; Illa enim procedunt attentis puris terminis juris communis, non verò quando concurrit prout in præſentiarum Privilegium ſpeciale Apoſtolicum, per quòd Conſervator conſtituatur Judex omnium Cauſarum, ſive manifeſtæ injuriæ, & violentiæ, ſive civilium, ſiquidem in caſu, quo adſit hujuſmodi ſpeciale Privilegium Regulares etiam in Cauſis civilibus, quando ſunt Rei conveniri debent coram eorum Conſervatoribus, & non coram Ordinario, juxta *Gloſſ. in cap. ſtatuimus de offic.*, & *poteſt. Judic. deleg. in* 6. ibi -- *Et iſta vera ſunt, niſi in Privilegiis iſtorum, vel aliorum, quibus dati ſunt Conſervatores, aliud diceretur, videlicet ut poſſint cognoſcere de injuriis, & aliis cauſis, etiam ſi requirerent judicalem indaginem* -- *Barboſ. de offic.*, & *poteſt. Epiſcopi alleg.* 106. *num.* 52. ibi -- *Hæc omnia à nobis ſupra relata procedunt de jure communi attenta diſpoſitione, Textus in dicto cap.* 1., & *ultim. de offic. deleg. in* 6., *quæ quidem locum non habebunt, quoties in Bulla Conſervatoria, amplior forma à Summo Pontifice fuerit conceſſa, tunc enim illa inſpicienda erit* -- *Card. de Luc. de Regular. diſc.* 51. *num.* 16., *Lezan. in ſum. tom.* 3. *de Regul. Carmelit. pag. mihi* 260. §. 107. *Rot. coram Ubald. deciſ.* 239. *num.* 2. ibi -- *Tandem id procedit in nudis Conſervatoribus, non autem in iis, in quibus retento eodem Conſervatorum nomine major à Summo Pontifice poteſtas attributa eſt, ut quia Judices à Papa appellantur, vel habeant facul-*

cultatem in Privilegio expressam cognoscendi de injuriis, & aliis causis, etiam si requirant judicialem indaginem -- & decis. 285. num. 6. par. 15. rec. ibi -- *Hodie Regulares in omnibus Causis, in quibus Rei existunt, etiam si non agatur de manifestis injuriis, possunt, ac debent conveniri coram eorum Conservatoribus* -- & resolutum fuit à Sac. Congregatione Concilii *in Papien. Conservatorum 6. Junii 1682.* ubi proposito dubio -- *An conservatores prædicti possint cognoscere causas Regularium judicialem discussionem requirentes tam ubi Regulares sunt rei, quam ubi sunt actores* -- responsum fuit *negativè, nisi adsit privile-*
15 *gium in contrarium* -- Qui quidem Conservator licèt vigore specialis privilegii possit cognoscere de hujusmodi Causis judicialem indaginem requirentibus, tamen erigere Tribunal non valet, nec proprios assumere Ministros præter Notarium, sed debet uti officialibus Curiæ Episcopalis, ut definitum fuit ab eadem Sac. Congregatione Concilii *in Faventina jurisdictionis 17. Septembris 1667. lib. dec. 25. pag. 442. ad quartum Dubium Conservatorum 28. Januarii 1669. lib. dec. 30. pag. 249.*

ARGUMENTUM

Tempus à jure præfinitum quando currat, & quando non currat lite pendente super Jurepatronatus, & ejus possessione.

SUMMARIUM.

1 *Patronis inter se contendentibus super jurepatronatus, & ejus possessione currit tempus.* Intellige ut ibi.

2 *Lite pendente inter Episcopum, & Patronum super jurepatronatus non potest Episcopus liberè ordinare Ecclesiam elapso quadrimestri, aut semestri, si clarè non constet Ecclesiam esse liberam, secus si clarè constet de libertate, aut Episcopus sit in possessione liberè conferendi Beneficium,* & num. 19. *Et quarè?* Vide ibi.

3 *Clausula* -- verificato, quòd Juspatronatus ex fundatione, vel dotatione existat -- *executionem gratiæ suspendit usquequo per concludentes probationes fuerit justificata, nec sufficit pro ejus verificatione, quasi possessio præsentandi,* & num. 17.

4 *Patronus incidens in hæresim ammittit juspatronatus, & Beneficium acquirit libertatem.* Limita ut num. 5.

6 *Reservato jurepatronatus favore filiorum, & descendentium Fundatoris masculorum* dumtaxat; *illi, qui non sunt ita descendentes reputantur tamquam extranei, & excluſi.*

7 *Libertas Beneficii ex quibus probetur,* & num. 8. & 11.

9 *Concordia inita inter Provisum Apostolicum, & prætensum Patronum, insciis Ordinario, & Promotore Fiscali immutare non potest præcedentem statum liberum Beneficii,* & num. 12. Amplia ut num. 10.

13 *Lis dicitur pendere donec ejus decisio habeatur à re judicata.*

14 *Literæ Coadjutoriæ, vel Resignationis cum consensu prætensi Patroni effectuatæ non citatis Ordinario, & Promotore Fiscali, de libertate Beneficii contendentibus, non præjudicant eidem libertati,* & num. 15.

16 *Patronus, qui non præsentavit bona fide fructus juris patronatus non facit suos.*

18 *Collatio de libero plenè effectuata, licèt remota habetur pro ultima, quando posteriores collationes fuerint detectæ turbidæ, & litigiosæ.*

20 *Juspatronatus gentilitium in ultimo de familia fit hæreditarium.*

CASUS III.

QUæro in hoc Casu, an, & quando currat, & quando non, tempus à jure præfixum Patronis ad præsentandum, lite pendente super jurepatronatus, & super ejus possessione?

1 Pro cujus resolutione procedendum est cum distinctione; Aut lis est inter ipsos Patronos, super pertinentia juris patronatus, & super ejus possessione, & tunc currit tempus, adeout Episcopus à die vacationis beneficii tenetur expectare terminum sex mensium si agatur de jurepatronatus Ecclesiastico, aut mixto; quatuor verò mensium, si de jurepatronatus laicali pertractetur; quo elapso si lis tam super proprietate, quàm super possessione inter Patronos non fuerit finita absque ulla culpa Episcopi poterit iste liberè ordinare Ecclesiam, ut docent *Abb.*, & *Anan. in supradictis Canon. XXII. & XXIV. nu. 3. & 2. & in dicto Can. XXIII. num. 3. & 5.*

Lam-

Lambertin. de jurepat. lib.2. par.2.quæſt.1. art.9. n.7. & art. 10. Vivian. eodem tract. par.2. lib.7.cap.3. num.3. Secus ſi non fuerit terminata ex culpa Epiſcopi, & Patroni fecerint inſtantiam, ut deductis omnibus juribus Epiſcopus finiat litem intrà terminum juris; *Vivian. ubi ſupra nu. 16.*

2 Aut lis eſt inter Patronum, & Epiſcopum ante vacationem beneficii, eo quia Epiſcopus prætendat Eccleſiam eſſe liberam, vel ſe eſſe in poſſeſſione illam liberè conferendi, vel præſentatum à Patrono non eſſe idoneum, & tunc aut conſtat clarè de libertate Eccleſiæ, & de poſſeſſione illam liberè conferendi, & Epiſcopus non tenetur expectare lapſum termini, ſed ſtatim data vacatione Eccleſiæ, poteſt illam liberè providere de Rectore *Lambertin. de jurepat. lib. 2. par. 2. quæſt.1. dicto art.9. num. 10. & ſeqq. Rot. in Lucana beneficii 22. Febr. 1709. §. Aliquod non inferente coram R. P. D. Falconerio inferius impreſſ.* Aut de hujuſmodi libertate, & poſſeſſione clarè non conſtat, & tunc non currit tempus, nec elapſo quadrimeſtri, aut ſemeſtri poteſt Epiſcopus liberè ordinare Eccleſiam, ſed pendente lite debet in illa conſtituere Oeconomum, ut fideliter ejus bona adminiſtret; Ratio eſt, quia aliter daretur occaſio fraudibus, dum Epiſcopus data opera poſſet fingere cauſas litigandi cum Patrono, & procraſtinare litem, ut ſic elapſo termino valeret liberè conferre Eccleſiam, ut optimè animadvertunt *Anan. in dicto Can. XXII. num. 2. ibique Barboſ. num. 6. Fagnan. in cap. quoniam de jurepat. num. 18. & ſeqq. Lambertin. ubi ſupra nu. 11. Vivian. eodem tract. par.2. lib.7. cap.3. num.6.*

R. P. D. FALCONERIO.

Lucana Beneficii.

Veneris 22. Februarii 1709.

COnſtructo in Cathedrali Eccleſia Lucana Altare ſub invocatione S. Laurentii à Nicolao de Arrighis, datoque placito ſuis hæredibus circa Miſſarum celebrationem, & alia onera adimplenda, juſpatronatus ad ipſorum favorem in ejus teſtamento condito de anno 1435. his verbis reſervavit -- *Cujus quidem Altaris Patronos reliquit, fecit, eſſeque voluit &c. Dominum Gregorium qu. Arrighi de Arrighis, & providum virum Laurentium ejus fratrem, & filium dicti qu. Arrighi, nepotes dicti teſtatoris, & quemlibet eorum, & quoſcumque alios eorum, & cujuſcumque eorum filios, & deſcendentes maſculos dumtaxat ex legitimo matrimonio procreatos.*

In adimplementum recenſitæ diſpoſitionis, non ſolùm onera declaravit Laurentius unus ex hæredibus dicti Nicolai, unuſque ex Patronis, ſed ulterius idem Altare dotando, iterum de anno 1467. juſpatronatus ad ſui favorem, ac filiorum Gregorii fratris ſpectare debere præfinivit, ut ibi -- *Item quod ipſe Laurentius toto tempore ſuæ vitæ, & poſt ejus mortem Luviſus, & Gherardus ejus nepotes, & filii D. Gregorii prædicti, & alii ex eis per lineam Maſculinam deſcendentes ſint, & eſſe intelligantur veri, & legitimi Patroni ipſius Altaris, & Cappellaniæ Sancti Laurentii, & ad eos ſpectet, & pertineat juſpatronatus, & electio, nominatio, & præſentatio Cappellanorum ipſius Altaris in futurum eligendorum, & receptio, & confirmatio ipſorum Cappellanorum ſpectet, & pertineat ad Capitulum Canonicorum ipſius Eccleſiæ S. Martini.*

Extincta linea de Arrighis in Gherardo ultimo ex deſcendentibus maſculis, juſpatronatus, è gentilitio in hæreditarium tranſivit ad commodum Philippi de Calandrinis, hæredis ejuſdem Gherardi, qui quadraginta annorum decurſu pacificè, & abſque ulla contradictione quatuor explevit præſentationes: Verùm quia Julianus iſtius filius, recedendo ab infallibilibus Sacroſanctæ Catholicæ fidei dogmatibus de anno 1566. prolapſus in hæreſim Calvinianam Genevam ſe tranſtulit; Hac de cauſa Lucana Reſpublica eumdem utì incurſum in crimen læſæ Majeſtatis Divinæ, & utì Rebellem ad pœnam ultimi ſupplicii, & confiſcationis bonorum comdemnavit, & Ordinarius una cùm Capitulo, obventa ſub anno 1572. vacatione dictæ Cappellaniæ, eam recognoſcendo exemptam à ſervitute Patronatus, liberè contulit Joſepho de Galganis; E contra verò Franciſcus Jacobus, & Vincentius de Arrighis de anno 1587. ſub credulitate, quòd eſſent de familia Fundatoris, obtinuerunt à Vicario Generali Piſano, Delegato

to Apostolico, reintegrationem ad prædictum juspatronatus, cujus sententia, tametsi non appareat executioni demandata, adhuc præbuit causam, ut nullus ferè imposterum stabilis, & pacificus status djudicari possit.

In ultima tandem vacatione de mense Decembris 1706. Ordinarius, & Capitulum eamdem Cappellaniam Paulo Francisco Finuccio contulerunt unà cum subsequuta possessione: Ursula Camigliana, & Magdalena de Rubeis, uti hæredes ab intestato Francisci Arrighi sinè prole defuncti, reservata pensione ducatorum 25. pro medietate divisa inter Jo: Baptistam Martinellum, & Sebastianum Matthiam Pellum, præsentarunt Franciscum Mariam Nerium, qui pensioni consentiendo literas pro præsentato de mense Octobris 1707. à Sancta Sede reportavit: Et Philippus Calandrinus ad Sanctam Catholicam Fidem reversus, & in Patria receptus, præsentavit Balthaxarem de Baldaxaris. Delata interim hac triangulari contentione, ad Tribunal Signaturæ Justitiæ, fuit mihi directa Commissio cum clausula -- *Circumscripta possessione, & apposito sequestro* -- cujus facti Thesis, quamvis videatur à tot inter se pugnantibus Beneficii collationibus involuta, atque multiplicibus juris ambagibus circumsepta; Attamen in hodierna Audientia à me proposita sub dubio -- *An literæ Apostolicæ sint exequendæ, vel potius, an & cui sit danda institutio* -- à Patribus extitit definita -- *Literas Apostolicas non esse exequendas, & institutionem esse dandam Paulo Francisco*.

Quo enim ad primam partem dubii nullam promereri possunt executionem Literæ Apostolicæ, uti deficientes in principali narrativa existentiæ juris patronatus, ac in verificatione Franciscum Mariam fuisse præsentatum à veris, & legitimis Patronis *Cassador. decis. 4. nu. 10. & 12. de probat. & decis. 7. nu. 1. & 2. de jurepatron. Rot. decis. 531. num. 1. par. 1. divers. & coram Duran. decis. 87. num. 17.*

3 Et præsertim attenta causa in eisdem Literis apposita -- *verificato prius coram te, quòd dictum juspatronatus ex fundatione, vel dotatione existat, ut præfertur*, quæ conditionem importat, & executionem gratiæ suspendit usque quo per plenas, concludentes, & legitimas probationes fuerit justificata *Ros. de execut. literar. Apostolic. lib. 1. cap. 4. il 2. num. 124., & 125. Vivian. de jurepatr. lib. 13. cap. 8. num. 2. Rot. coram Duran. d. decis. 87. num. 18. & 19. & coram Cerro decis. 370 num. 6. & 7. & in recent. decis. 15. num. 12. par. 14. & decis. 331. num. 2. par. 15.* Quod absque ullo prorsus dubio procedit in hypothesi, in qua adest contradictor, uti de libero provisus: Et Ordinarius, sive ejus Promotor Fiscalis est in causa, ut bene prosequitur idem *Rosa loc. citat. num. 125. & 126.* cùm omnis juris præsumptio urgeat pro libertate Beneficii, *Canon. decretum est 10. quæst. 1. & Can. omnes Basilicæ 16. quæst. 7. Innocen. in cap. cum Venerabilis num. 9. de except.* Ideoque probationes in suo genere perfectæ non tam ad possessorium, quàm ad petitorium proferri debent. *Posth. de manut. observat. 32. n. 27. in fin. Rot. coram Millin. dec. 42. num. 3. & in rec. det. 235. n. 1.*

Hujusmodi autem rigorosa probatio juris patronatus à justificationibus usque nunc exhibitis non deducitur; dum illius existentia de diametro pugnat cum libertate Beneficii usque de anno 1572. propter hæresim Juliani Calandrini ab Ordi-
4 nario recognita. Et indubitatum est Patronum in hæresim labentem Patronatum amittere, & Beneficium uti liberum remanere sub potestate Episcopi. *Vivian. de jurepatron. lib. 15. cap. 2. num. 5. Lambertin. in eodem tract. lib. 3. quæst. 8. artic. 8. num. 22. Garz. de Benefic. par. 5. cap. 9. n. 31. Molin. de Primogen. lib. 1. cap. 24. num. 27. Sanchez in præcept. Decal. lib. 2. cap. 19. n. 16. & 17.*

5 Neque libertas Patronatus ancipiti ponitur ab illius qualitate gentilitia, ob quam jure hæreditario transire non potuit in Calandrinos, dum supererant Franciscus Jacobus, & Vincentius de Arrighis, proximiores Descendentes de eadem Familia Arriga Nicolai Fundatoris, quibus nullum præjudicium irrogare valuit delictum Juliani Calandrini, cùm ex illius persona non venirent, sed jure proprio, & uti vocati ab eodem Fundatore; immo in isto casu etiamsi delictum fuisset commissum ab aliquo de Familia, tamen juspatronatus, nonnisi temporaliter, & durante vita Delinquentis confiscari

fiscari potuisset, & deinde ex lege fundationis transire debuisset ad alios de Familia in fundatione honoratos, ut præmissam conclusionem limitando firmat *Sanchez loc. cit. num.* 15. & 17. *sequut. à Frinacc. de hæresi qu.*190. §.1. *sub n.*24.

6 Error quippe est in suppositio, dum juspatronatus fuit reservatum favore filiorum, & descendentium masculorum -- *dumtaxat* duorum nepotum ipsius Fundatoris, vel pro descendentibus per lineam masculinam ex Luviso, & Gherardo filiis Gregorii, ac propterea non ostenso, quòd Franciscus Jacobus, & Vincentius de Arrighis descenderent à dictis nepotibus, sive pronepotibus Fundatoris, ad quorum favorem juspatronatus erat specialiter restrictum, & reservatum veniunt idcirco considerandi tanquam extranei, & exclusi; *Riminald. jun. cons.* 371. *num.* 77. *cum duobus seqq. lib.* 4. *Rot. coram sa.me. Alex. VIII. decis.*217. *num.*1. *& seqq.*, *& in recen. decis.* 15. *num.*22. *& seqq. par.* 7., *& in Meliten., seu Panormitana Patrimonii* 6. *Junii* 1708. *cor.R.P.D. meo Lancetta*.

Replicatione non attenta, quòd tunc firmata procederent, quandò nunc dicti de Arrighis instarent admitti ad præsentandum: At quia usque tunc considerantes, neque delictum Calandrini, neque devolutionem ab Episcopo acceptatam, sibi obstitisse; Obtinuerunt à san. me. Sixto V. causam per Breve committi Archiepiscopo Pisano, sive ejus Vicario Generali, à quo de anno 1587. sententiam super eorum reintegratione ad dictum juspræsentandi reportarunt, & fuerunt canonizati proximiores de agnatione, & familia de Arrighis; Ideoque frustatorium nunc reddatur amplius perquirere eorum descendentiam.

7 Quoniam ista sententia nunquam fuit executioni demandata propter continuationem provisi ab Ordinario in possessione Beneficii usque ad ejus obitum, quòd maximopere confert pro illius statu libero, ex firmatis à *Rota post Vivian. decis.* 25. *num.* 7., *& in Cremonen. Beneficii* 11. *Maji* 1705. §. *Nec provisioni*, *&* 14. *Maji* 1706. §. *Tum etiam quia coram R. P. D. meo Kaunitz*, à quibus decisionibus etiamsi fuisset postea recessum cùm subsecuta sententiæ Rotalis infirmatione, ut habetur ex *decis. edita coram R. P. D. meo Lancetta* 3. *Decembris* 1706. Attamen alia fundamenta dederunt causam mutationi, ut benè observat *Rota in Mediolanen. Beneficii prima Aprilis* 1707. §. *Tertius casus in fine coram R. P. D. meo Ansaldo*. Prout pariter subsequuta provisio de anno 1605. in personam Fœlicis Trenta, qui non obstante contradictione præsentati ab Arrighis, suam possessionem continuavit usque ad assecutionem alterius incompatibilis, ob quam dictum Beneficium à Sede Apostolica fuit liberè collatum de anno 1607. Vincentio Landinello, quæ omnia ineffectuationem Sententiæ concludunt, & maximopere favent libertati beneficii. *Rota in recent. decis.*321. *num.* 21. *& seqq. part.*9. *& decis.*514. *num.*7. *&* 8. *par.*13. *& decis.*136. *num.* 20. *par.*19. *& in dicta Cremonen. Beneficii* 11. *Maji* 1705. §. *Tanto magis*, *&* 14. *Maji* 1706. §. *Tum etiam in fin.*, *&* §. *His verò adnectebatur*.

Accedit insuper eamdem sententiam non fuisse aptam immutare statum libe-
8 rum Beneficii, non solùm quia ex Actis non justificatur juxta sensum Rotæ *in supradicta decis.*514. *num.* 6. Verùm etiam quia ex ipsius lectura detegitur erronea, cùm Judex dd. de Arrighis admiserit ad præsentandum -- *tanquam de familia*, *agnatione*, *& denominatione de Arrighis* -- quod ex præmissis non sufficit, sed necesse est, juxta præscripta in lege fundationis, ut sint de vera, & effectiva descendentia masculina nepotum, sive pronepotum Fundatoris: Unde cùm manifestissimus sit error, & in eadem sententia expressus, illa non venit consideranda. *Paul. de Castro in l. cùm prolatis ff. de re judicat. Rota coram san.mem. Alexandro VIII. decis.* 263. *num.* 9., *& in Melevitana juris patronatus* 31. *Martii* 1702. §. *Prout neque coram R.P.D. meo Scotto*, *& in sæpedicta Cremonen. Beneficii* 11. *Maji* 1705. §. *Æquè infeliciter*, *&* 14. *Maji* 1706. §. *Ex quo facto in fin.*, *&* §. *Tum demum quia*.

Et re vera si isti Arrighi originem habuissent à descendentia in fundatione considerata, utique non permisissent post obitum Gherardi ultimi de dicta descendentia, ut in Patronatu succederet Philippus Calandrinus, neque quòd iste per spatium 40. annorum in illius possessione

permansisset, nec etiam quòd dicti temporis decursu per quatuor vices pacificè præsentationes expleviſſet: ut consideravit *Rota in Mediolanen. Prioratus super dubio ignobilium* 15. *Junii* 1703. §. *Quòd autem*, & *super qualitate agnatitia* 18. *Junii* 1702. §. *Final. coram R.P.D. meo Scotto*, & *in laudata Cremonen. Beneficii* 14. *Maji* 1706. §. *Tantò facilius*.

Nec, quæ à dicta sententia non implorantur, deduci possunt ab observantia, vel præscriptione; Nam neutram concurrere existimarunt Domini; Dum post delictum Calandrini fuit ab Ordinario, utì de libro provisus Joseph Galganus, qui de anno 1572. usque ad annum 1609. in quieta possessione Beneficii permansit, non obstante prædicta sententia Delegati Apostolici, emanata de anno 1587. juxta superiùs firmata in §. *Quoniam*.

Sequuto ejusdem provisi obitu de anno 1605. iterum Beneficium, utì liberum ab Ordinario obtinuit Felix Trenta; Et quamvis à Jacobo Arrigho in dicta sententia reintegratus, præsentatus fuisset Marcus Antonius Santuccius, tamen idem Felix in sua possessione continuavit usque ad assecutionem alterius incompatibilis post biennium eventam, ut in dicto §. *Quoniam*.

9 De anno 1607. à Sancta Sede, apud quam vacabat dictum Beneficium, Vincentius Landinellus illud impetravit, & è contra prosecuta lite à Santuccio, per concordiam remansit hujusmodi status absolutus, & beneficium per renunciationem ejusdem Landinelli, sibi tamen reservata annua pensione scutorum centum, à prædicta S. Sede concessum fuit Georgeo Arrigho, qui pro stabiliendo jure præsentandi in Jacobo patre adjicere curavit in suis literis clausulam -- *Dummodo Patroni ad hoc accedat assensus* -- prout effectivè in actu executionis dictus Jacobus suum præstitit consensum; Ista autem in vim Concordiæ peracta insciis Ordinario, & Promotore Fiscali non potuerunt immutare præcedentem statum liberum beneficii, neque in Patronum transfundere aliquod jus manutenibile *Corrad. in prax. benef. lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 14., *Adden. ad Buratt. dec.* 633. *num.* 18., *Rot. decis.* 301. *num.* 2., & 3. *par.* 2. *divers.*, & *in rec. dec.* 615. *num.* 12. *par.* 19.

10 Eo que magis attenta altera clausula in eisdem literis contemporaneè appositа: *per præsentes autem non intendimus dictum jus patronatus, si quòd sit, in aliquo approbare* -- quæ operatur, ut excluſa remaneat quæcumque jurispatronatus canonizatio, ac ut illesa resideat præcedens Beneficii libertas, non obstante consensu à Patrono in executione literarum præstito. *Amayden. de styl. Datar. cap.* 15. §. 15. *num.* 47., *Rot. dec.* 331. *num.* 8., & *seqq. par.* 15. & *decis.* 290. *num.* 4. *par.* 18. *recent.*, & in toties recensita *Cremonen. Beneficii* 14. *Maji* 1706. §. *Nec prædictus status coram R. P. D. meo Kaunitz*.

11 Eademque Beneficii libertas quam maximè comprobata remansit de anno 1630., in quo sequuto obitu dicti Georgii, Henricus, & Franciscus filii Jacobi Arrighi coram Ordinario præsentarunt Andream Carellum, cujus institutioni se opposuit Promotor Fiscalis, allegando libertatem beneficii, Provisiones tanquam de libero effectuatas in tribus vacationibus annorum 1572. 1605., & 1607. & impugnando sententiam Delegati Pisani, negavit præsentantes esse de Familia fundatoris: Unde contestata lite in petitorio inter Ordinarium; & dd. præsentantes, non solùm præsentatio Carelli nullum habuit effectum; verum etiam, ipsa lite pendente, fuit eodem anno 1630. utì de libero provisus à S. Sede Vincentius Galganus, cum ulteriori derogatione jurispatronatus in totum, attenta lite, addita clausula -- *quatenus de illo existat, citra tamen illius approbationem*. Quo circa effectuata hac gratia, eaque divisa in duobus distinctis capitibus, ex primordiali de reservato comprobatur libertas beneficii, *Rota in dicta Cremonen. Beneficii* 14. *Maji* 1706. §. *Non relevante coram R.P.D. meo Kaunitz*; Et ex secundario jurispatronatus derogatorio propter litem citra illius approbationem educitur litis pendentia in petitorio, cùm Papa nunquam soleat Patronatui derogare in totum, nisi lite pendente. *Rota in Romana Cappellaniæ* 3. *Februarii* 1708. §. *Quin suffragetur, cum allegatis coram R.P.D. meo Scotto*.

12 Non obstante concordia inita inter Galganum, & Carellum, qui ob pensionem

nem ad ſui favorem reſervatam liti renunciavit, quia nec iſta novum titulum eidem Galgano tradidit, neque immutavit liberam collationem beneficii, ſed pro redimendis moleſtiis, inquietationibus, litiumque verſutiis, id actum fuiſſe per ipſum Galganum creditur: *Molin. de primogen. libr.4. cap.9. ſub num.22.* & optimè *Rota in Placentina juriſpatronatus 10. Martii 1704. §. Eoque minus coram Reverendiſſimo D. meo Molines.* At nec etiam fuit apta litem extinguere, cùm in ea non intervenerit Ordinarius, cùm quo lis principaliter agebatur *l. à ſententia verſ. idem reſcripſit ff. de appellat. Rot. deciſ.602. num.4. & deciſ.715. num.2. par.18. & dec.164. num.7. par.19. recent.*, *& in Faventina Beneficii 10. Junii 1705. §. Minuſque ſubſiſtit cor. R.P.D. meo Kaunitz.*

Hoc namque uſque ad evidentiam oſtenditur à ſubſecuto ſtatu anni *1633.*, in quo per reſignationem Galgani fuit à Sede Apoſtolica dictum Beneficium collatum Antonio Gratiani Nuti, cum ejuſdem met litis ſpecifica expreſſione, ac cum derogatione Juriſpatronatus in totum attenta lite, & cum illa clauſula præſervativa -- *per præſentes non intendimus dictum jaſpatronatus in aliquo approbare* -- Quinimmò præfatæ literæ Apoſtolicæ non aliter fuerunt executæ niſi prævia verificatione hujus litis, ut ibi -- *Præcedens ad illarum executionem, conſtito ſibi de dicta lite, occaſione dictæ Cappellaniæ indeciſa* --

13 Quo circa indubia redditur litis pendentia in petitorio, quæ in ſua ſtabilitate tamdiu permanere dicitur, donec illius deciſio à re judicata habeatur *cap. ſi ii, ut lit. penden. in 6., & inibi gloſſ. in verbo finita* ibi -- *poſt ſententiam* -- *vbi gloſſ. marginalis* hæc verba addit -- *quæ tranſivit in rem judicatam* -- tunc enim eſt finita lis, & concordat alter *Textus in cap. primo cum Gloſſ. in verbo pariter finita de litis conteſtat. in 6. Abb. in Clement. cum lite pendente n.3. ut lite pendente.*

Nulla denique vis conſtitui poteſt in geminis ultimis Apoſtolicis proviſionibus cùm conſenſu Franciſci Arrighi effectuatis, altera nempe ad favorem Antonii Nuti Junioris, in Coadjutorem aſſignati de anno 1644. dicto Antonio Nuti Seniori; Et altera de anno 1655. pro Jacobo de Nutis reſignatario præfati Antonii Junioris; Unde arguitur, quòd exiſtente dicto Arrigho in quaſi poſſeſſione præſentandi in vim præſtiti conſenſus in utroque præcedenti ſtatu, ſive conſideretur pro vero Patrono, ſive pro putativo, hæc ſola poſſeſſio ſufficiat Franciſco Mariæ pro tuendis ſuis præſentationibus, & pro obtinenda executione ſuarum literarum Apoſtolicarum juxta *Text. in capit. conſultationibus de jurepatronat.* & firmata à *Rota in deciſ. 362. num. 3. part. 5., & deciſ. 514. num. 3. part. 13. recent.*

14 Etenim in primis literis coadjutoriæ non ſolùm fuerunt appoſitæ clauſulæ -- *per præſentes quoque non intendimus juſpatronatus, ſi quòd ſit, in aliquo approbare* -- Et -- *ſuper ea inter aliquos lis &c. pendeat indeciſa &c.* Sed etiam illarum executio nullum inferre potuit præjudicium libertati beneficii, cùm in ea non fuerit citatus Promotor Curiæ Epiſcopalis, de cujus intereſſe principaliter agebatur *Conrad. in prax. benefic. lib.4. cap.6. n.62. Rota coram Seraphin. deciſ. 1395. num. 7. coram Buratt. deciſ. 178. num. 18. coram Cerro deciſ. 120. num. 15. & in dicta Cremonen. beneficii 11. Maji 1706. §. Reſpectu coram R.P.D. meo Kaunitz.*

15 In ſecundis verò reſignationis fuit appoſita clauſula -- *accedente conſenſu Patroni, verificato tamen priùs jurepatronatus ex fundatione, vel dotatione* -- in cujus verificationis actu tenebatur quoque illarum executor audire, & citare dictum Promotorem Fiſcalem juxta praxim expoſitam à *Vivian. de jurepatron. lib. 13. cap.8. num.11. & 12. Roſ. de execut. liter. Apoſtolic. lib. 1. cap. 4. il 2. num. 129., & Rota poſt d. Vivian. deciſ. 25. in fin. & deciſ.184. num.5. & 6. par.12. rec.*

Maximè quia adhuc indeciſa pendebat lis cùm eo præcedenter in petitorio conteſtata, & Ordinarius ante prædictam litem erat in poſſeſſione liberè conferendi Beneficium, & nunc pariter contentio eſt circa illius ſeruitutem, vel libertatem; Quapropter in iſto caſu locum ſibi non vindicat diſpoſitio d. *Text. in cap. conſultationibus*: cùm ſola quaſi poſſeſſio ex ultimo ſtatu, nec aſſerto Patrono ſuffragetur, ad effectum obtinendi manutentionem in quaſi poſſeſſione præſentandi, nec

suo præsentato, pro consequenda institutione in beneficio, ut post *Gonzal. ad regul.* 8. *Cancel. gloss.* 18. *num.* 22. magistraliter *Rot. in dicta Mediolanen. Beneficii* 1. *Aprilis* 1707. §. *Cùm itaque coram R.P.D. meo Ansaldo*.

16 Immo ex causa d. litis prorsus exulante bona fide, sicuti fructus rei materialis pertinent ad bonæ fidei possessorem, non autem ad Dominum, prout è contra in malæ fidei possessore; Ita fructus juris præsentandi (cùm præsentare fructus juris patronatus sit) suos non facit Patronus, qui in omnimoda bona fide non præsentavit, ut bene observat *Abb. in d. cap. consultationibus num.* 3. *& seqq. de jurepatronat.*, *& in cons.* 54. *num.* 2. & cæteri Canonistæ in eodem *Text. Vivian. de jurepatr. lib.* 11. *cap.* 6. *num.* 22. *Marescott. var. resol. lib.* 1. *cap.* 55. *num.* 53. *& seqq. Lambertin. de jurepatr. lib.* 2. *par.* 1. *qu.* 3. *artic.* 9. *per totum* cum aliis *in dicta Mediolanen. Beneficii* §. *Supposuimus*.

17 Addito denique, prout in §. *Quo enim &c.* præmisi, quòd in literis Apostolicis Francisci Mariæ fuit apposita clausula — *verificato prius coram te, quòd dictum juspatronatus ex dotatione, vel fundatione existat* — pro cujus verificatione non sufficit quasi possessio præsentandi, ad normam *Text. in cap. consultationibus de jurepatr.*, sed requiruntur probationes efficaces, tam in possessorio, quàm in petitorio, ultra auctoritates allegatas in *dicto* §. *Quo enim*, *Rota post Vivian. de jurepatronat. decis.* 25. *num.* 1., *& seqq.* cum aliis latè congestis *in d. Mediolan. Beneficii* §. *Cùm itaque cor. R.P.D. meo Ansaldo*.

Descendendo modò ad secundam dubii partem, in qua per Dominos fuit
18 responsum — *Institutionem esse dandam Paulo Francisco* — satis est reflectere, quòd vendicata per Ordinarium libertate Beneficii propter hæresim Juliani Calandrini, statim se constituit in possessione liberè illud conferendi, ut habetur à provisionibus, & collationibus de libero plenè effectuatis de annis 1572. 1605. 1607., & 1630., quæ quamtumvis sint valde remotæ, attamen cùm posteriores fuerint detectæ turbidæ, & litigiosæ, pro ultimis sunt considerandæ, ut ad rem *Rota in Aretina Beneficii* 20. *Januarii* 1701. §. *Vtique*, *&* 23. *Aprilis* 1703. §. *Minime tollunt cum sequentibus coram R.P.D. meo Ansaldo*, *& in Cremonen. Beneficii tertia Decembris* 1706. §. *Facile fuit in fine coram R.P.D. meo Lancetta*, & in specie favore Episcopi, qui etiam ex unico actu in hac quasi possessione constituitur, *Rota coram Seraphin. decis.* 799. *num.* 4.

Aliquod non inferente obstaculum li-
19 tis pendentia, introducta de anno 1630. inter Ordinarium, & assertos Patronos; Quoniam ea vertente inter primum pro libertate Beneficii, & secundos pro servitute contendentes, atque ante motam litem, existente eodem Ordinario in quasi possessione liberè providendi, præcipuè in duobus statibus annorum 1572., & 1605. absque ulla contradictione peractis, consimilis litis pendentia inefficax est ad impediendam Ordinario prædicto continuationem, sive manutentionem in quasi possessione liberè conferendi Beneficium, prout ante motam litem egisse ostendit *Lotter. de re benefic. lib.* 2. *q.* 20. *num.* 5., *Lancellot. de attentat. lit. pendent. par.* 2. *cap.* 4. *in præfat. num.* 510. *cum seqq. Rota coram San. mem. Alexandro VIII. decis.* 263. *num.* 13., *& seqq.*, *& decis.* 427. *par.* 1. *rec.*, *& in Mediolanen. Prioratus super Manutentione* 15. *Junii* 1703. §. *Pendentia verò litis in petitorio cor. R.P.D. meo Scotto*.

Eoque minus resistente, quòd provisio Pauli Francisci, utì obtenta à Vicario Generali sinè speciali mandato Eminentissimi Episcopi laboret vitio nullitatis; Etenim, ultra ejusdem mandati amplitudinem, observarunt Domini eam fuisse à Capitulo confirmatam, & absque dubio agi de simultanea collatione ad Ordinarium, & Capitulum spectante; Quapropter, uno ex eis negligente, impedito, vel nulliter agente, totum jus consolidatum remanet in altero; Ac uno non contradicente, nequaquam dubitari potest de validitate provisionis alterius, ut post *Gonzal. Garz. Achill. Put. Coccin.*, *& alios Lotter. de re benef. lib.* 2. *q.* 21. *nu.* 24. 25., *& 26.*

Cæteroquin ferè inutilis redditur dicta oppositio, quia cùm nunc in nostro Sacro Auditorio disputetur — *An*, *& cui sit danda institutio* — & Promotor Fiscalis sit

ſit in Cauſa, nec ex præmiſſis in dubium revocetur, quin apud Ordinarium exiſtat dicta quaſi poſſeſſio liberè conferendi; Hinc eſt, quòd, corruente actu materialis proviſionis, non tamen perit jus Ordinarii per comparitionem ratificatum, cujus vigore venit inſtitutio concedenda, ad *Text. in cap. ſi confirmationem de elect. in 6. Rota coram Seraph. dec.* 1274. *n.*2.

Huc uſque diſcuſſa pro libertate controverſi Beneficii, relevant ab onere examinandi excluſionem utriuſque contradictoris. Fortius quia quoad Nerium præſentatum à cauſam habentibus à Franciſco Arrigho non juſtificatur iſtius Auctores fuiſſe de illa Familia Arrigha in fundatione contemplata, nec unquam acquiſiviſſe aliquem ſtatum manutenibilem; Nec ulterius eorum præſentatio ſub conditione penſionis reſervandæ à S.Sede Apoſtolica (quatenus cætera neceſſaria concurrerent) inſtitutionem meretur, cùm non doceatur prædictam conditionem fuiſſe intrà quadrimeſtre purificatam *Vivian. de jurep. lib.*8. *cap.*6. *num.*24. *Rot. deciſ.*430. *n.*36., *&* 37. *par.*9. *& dec.*323. *n.*9. *par.*16. *rec.*

20 Quo verò ad Balthaxarem, præſentatum à Philippo Calandrino, etſi indubitata ſit propoſitio, quòd extincto Patronatu Gentilitio in Gherardo de Arrighis, evaſerit hæreditarium ad commodum Philippi Calandrini ſenioris, illius hæredis, juxta *Conſil. Ancharan.* 81. à Sac. Rota paſſim receptum, & pro communi canonizatum in deciſione tranſcripta apud *Vivian. de jurepatronat. lib.* 4. *cap.*2. *ſub num.* 14. *confirmata coram Seraphin. deciſ.*364. *num.*3. *& deciſ.* 378. *num. primo Buratt. dec.*183. *n.*21. *Mellin. dec.*330. *n.*1. *Bich. deciſ.* 553. *num.* 5. *&* 6. *& dec.*581. *per tot. & in recent. deciſ.* 221. *num.* 22. *par.* 8. *deciſ.* 220. *num.* 16. *par.*11. *& deciſ.*667. *num.* 11. *&* 12. *par.*18.; Adhuc tamen, cùm modernus Philippus Calandrinus ſuam legitimam non probet deſcendentiam ab illo Philippo Calandrino, qui præſentavit de anno 1545. nec quòd cauſam ab illo habeat; Immo verſante nunc controverſia ſuper inſtitutione, quæ eſt judicium poſſeſſorium, non admittitur Patronus, qui in quaſi poſſeſſione præſentandi non reperitur, & ſignanter, quando per lapſum 163. annorum; Alter eſt in quaſi poſſeſſione liberè providendi. *Rota coram Cerro deciſ.*370. *num.* 15. *&* 16. *& in Aſtoricen. Parochialis* 6. *Febr.* 1699. §. *Ipſe enim cor. R.P.D. meo Scotto, & in Mediolanen. Prioratus ſuper manutentione* 15. *Junii* 1703. §. *His ita firmatis cor. eodem.*

Et ita in triangulari conflictu Partibus acerrimè diſceptantibus reſolutum fuit.

ARGUMENTUM.

Lite pendente ſuper proprietate Juriſpatronatus, an Judex poſſit dare inſtitutionem Præſentato per Patronum putativum exiſtentem in poſſeſſione præſentandi?

1 *An, & quando ultimus ſtatus, ſeu quaſi poſſeſſio præſentandi ſit reprobata à Concilio Tridentino ad effectum manutentionis.* Vide ibi & n. 7. & 8. & 35. & 36.

2 *Præſentatus ab exiſtente in quaſi poſſeſſione præſentandi, & ab Ordinario inſtitutus, removeri non poteſt à vero Patrono, etiam ſi iſte poſtea in judicio evicerit juſpatronatus,* & num.4. Intellige ut nu.9. Limita ut num.26. 27. & 28.

3 *Epiſcopus lite pendente ſuper pertinentia juriſpatronatus dari non poteſt inſtitutionem præſentato à Patrono putativo, & exiſtente in quaſi poſſeſſione præſentandi, quando clarè conſtat de hujuſmodi pertinentia favore veri Patroni, ſeu quando petitorium eſt clarum; ſecus ſi hoc ſit dubium, & quare?* Vide num.5. & 12.

6 *Literæ Apoſtolicæ cum derogatione juriſpatronatus in totum attenta lite non ſunt exequendæ, quando adeſt Præſentatus ab exiſtente in poſſeſſione præſentandi.*

10 *Ultimus ſtatus in Beneficialibus ſemper eſt attendendus.*

13 *Ex duobus Præſentatis, quorum unus ſit præſentatus à Proprietario juriſpatronatus, & alius ab exiſtente in quaſi poſſeſſione præſentandi quis ſit inſtituendus?* & num.14. & 15.

16 *Quaſi poſſeſſio præſentandi, ut acquiratur, requiritur bona fides.*

17 *Quaſi poſſeſſio præſentandi, & ultimus ſtatus non attenditur in Perſonis Potentibus, niſi doceant de fundatione, vel dotatione per authentica documenta; ſed* intellige ut num.18.

19 *Nec attenditur in Perſonis privatis ſi ultimus*

mus status sit ambiguus, vel æquivocus, aut promanans à titulo infecto, vel contradictus, & contradictor triumpharit; secus si succubuerit, quia tunc ultimus status potiùs corroboratur, & n. 20. & 21.

22 *Pertinentia juris patronatus probari potest non solùm per publicum instrumentum fundationis, vel dotationis, per confessionem Partis, & per rem judicatam, sed etiam per æquipollentes demonstrationes, ad effectum ut præsentatus à Proprietario præferatur præsentato ab existente in possessione præsentandi nondum instituto*, & num. 23. 24. & 25.

29 *Ultimus status an, & quando attendatur ad effectum cognoscendi an Beneficium sit Sæculare, vel Regulare, amovibile, vel perpetuum, residentiale, vel non?* & num. 30.

31 *Provisiones Apostolicæ neque firmant, neque immutant statum Beneficii*. Amplia ut num. 32. & 33. Limita ut num. 34.

37 *Ultimus status attenditur lite pendente inter Patronum, & Ordinarium vindicantem libertatem Beneficii*.

38 *Præsentatus à majori parte Patronorum est instituendus, & præferendus Præsentato à minori parte*.

39 *Lite pendente solùm super pertinentia juris patronatus, an & pro ea determinanda sit considerabilis quasi possessio, & ultimus status?*

40 *Lite pendente super pertinentia juris patronatus concedi solet uni Præsentato institutio, alteri verò præsentanti canonizatio proprietatis*.

41 *Jus conferendi, jus eligendi, aut nominandi plerumque synonimè adhiberi solent; vel ad invicem, ubi eadem ratio concurrit, fraternizant*.

42 *Literæ Apostolicæ in omnibus justificatæ sunt exequendæ*.

43 *Existentia juris patronatus probatur per sententiam transactam in rem judicatam, & observantia roboratam*.

44 *Gratia pro Præsentato obtenta à præsentato à majori parte Patronorum dicitur inutilis, & ad majorem cautelam*.

45 *Consanguineus in paritate vocum est præferendus*.

46 *In jurepatronatus gentilitio Pater unà cum filio constituit geminas voces, seu personas*.

47 *Descendentia, ex quibus probetur?* Vide ibi, & num. 48. & 49.

50 *Tempus concessum à jure ad præsentandum non currit, nisi à die demonstratæ scientiæ*.

51 *Constitutio Gregoriana super publicandis resignationibus an procedat in Beneficiis litigiosis?*

52 *Jura sanguinis sunt imprescriptibilia*.

53 *Quasi possessio præsentandi an sit transitoria ad hæredes?*

CASUS IV.

PRætendentibus illis de familia Fundatoris Beneficii A ad se spectare Juspatronatus, non verò ad hæredem extraneum ejusdem Fundatoris universaliter institutum; mota fuit hinc indè lis super pertinentia, seu proprietate Jurispatronatus coram Ordinario. Vacante hoc interim Beneficio per obitum ejus Rectoris; præfatus hæres universalis existens in possessione præsentandi, præsentavit ad illud Clericum idoneum, & habilem. Quæritur an Ordinarius, stante hujusmodi pendentia litis super proprietate Jurispatronatus, possit dictum Clericum præsentatum instituere?

1 Respondendum videtur negativè; Sola namque quasi possessio præsentandi, in qua reperitur præfatus hæres ratione unicæ præsentationis à se factæ in anteriori vacatione Beneficii, suffragari minimè posse videtur nec ipsi ad effectum manutenendi in dicta possessione, nec ejus Præsentato ad effectum consequendi institutionem, dum hodie post Concilium Tridentinum *cap. 9. sess. 25. de reform.* ad hunc effectum requiritur titulus fundationis, & dotationis, nec sufficit immemorabilis super hac possessione, nisi simul doceatur per authenticas scripturas de præsentationibus continuatis per spatium 50. annorum, & effectum sortitis, ut dicam infra *Par. V.* Si igitur consuetudo immemorabilis præsentandi est insufficiens obtinendi manutentionem in possessione præsentandi, & consequendi institutionem, eo fortius ad hunc effectum erit inefficax unica præsentatio, & ultimus status, in quo reperitur præfatus hæres, juxta *Rot. decis. 557. num. 1. §. Hic autem par. 4. divers. & decis. 139. num. 5. & seq. coram Buratt. ibique Adden. num. 12.*

&

& 17. & deciſ. 222. num. 2. & ſeq. coram Ludoviſ.

Et quidem optima ratione, aliàs daretur occaſio fraudibus, & ſupplantandi verum, & legitimum Patronum, dum poſſet quis ſe intrudere in hac poſſeſſione per fraudem, aut violentiam; adeout ſi Præſentato ab exiſtente in eadem poſſeſſione eſſet concedenda inſtitutio, iam iſte ex propria culpa, & ex actu iniquo, ac injuſto reportaret præmium, & com-
2 modum in præjudicium veri Patroni, qui non poſſet removere inſtitutum, etiam ſi poſtea in judicio evicerit Juſpatronatus, juxta *Text. in cap. Conſultationibus*, de quo infra *Can. XXVI. ibique Fagnan. n.* 5. & ſeqq. *Capon. diſcept. forenſ.* 263. *art.* 4. *num.* 37. *tom.* 4. *Tondut. quæſt. Benef. par.* 2. *cap.* 4. §. 9. *num.* 8. Quod cùm ſit maximum abſurdum, venit proinde dicendum, ſtante pendentia litis ſuper proprietate Juriſpatronatus inſtitutionem concedi non poſſe Præſentato ab exiſtente in poſſeſſione præſentandi.

3 His tamen non obſtantibus, contrarium verius de jure cenſeo; Etenim quamvis, quando clarè conſtat de pertinentia Juriſpatronatus favore veri, & legitimi Patroni, ſeu quando petitorium eſt clarum, & nullam admittit dubietatem, nequeat Epiſcopus dare inſtitutionem Præſentato à Patrono putativo, & exiſtente in poſſeſſione præſentandi, ea ratione, quia in hoc caſu petitorium abſorbet poſſeſſorium, ut expreſsè tuentur *Abb. in d. cap. Conſultationibus num.* 9. *Paul. de Citt ad. de jurepat. par.* 6. *q.* 6. *art.* 6. *num.* 16. *Capon. diſcept. forenſ.* 263. *art.* 4. *num.* 41. *tom.* 4. *Card. de Luc. de jurepat. diſc.* 11. *num.* 7. *Rot. deciſ.* 352. *num.* 17. *par.* 16. *rec. & deciſ.* 38. *num.* 8. *coram Priolo, & in Bononien. Parochialis* 8. *Februar.* 1706. §. *Neque viſum eſt coram Eminentiſs. Scotto*; Tamen quando petitorium eſt dubium, & non clarè apparet de pertinentia Juriſpatronatus, poteſt Judex, ſeu Ordinarius in poſſeſſorio concedere inſtitutionem Præſentato per Patronum putativum, & huic reſpectivè manutentionem; & è contra ſententiam proferre in petitorio ſuper
4 pertinentia favore Patroni veri; itaut terminato petitorio non exinde tamen removeatur inſtitutus ad præſentationem Poſſeſſoris, & Patroni putativi, juxta *Abb. in cap. cùm dilectus de cauſ. poſſeſs. & propriet. Mareſcott. var. reſol. lib.* 1. *cap.* 55. *nu.* 49. & ſeq. *Lotter. de re benef. lib.* 1. *q.* 34. *nu.* 26. & ſeqq. *Garz. de Benef. par.* 5. *cap.* 5. *num.* 49. & ſeq. *Lancellott. de attent. par.* 2. *cap.* 4. *in præfat. num.* 542. *Piton. diſcept. Eccleſ.* 28. *ſub num.* 5. & 16. *Rot. in Mediolanen. Prioratus ſuper manutentione* 15. *Junii* 1703. §. *Pendentia coram Eminentiſs. Scotto*. Et plenè hoc articulo diſcuſſo magiſtraliter docet *R. P. D. Anſaldus in Mediolanen. Beneficii* 1. *Aprilis* 1707. §. *Potiſſimè*, & §. *Sed quoque* inferiùs impreſs. *num.* 10.

5 Ratio autem conſiſtit in privilegio poſſeſſorii, quod non retardatur per exceptionem petitorii, quod requirat altiorem indaginem; unde res judicata in petitorio non trahitur retro ad retractandum effectum poſſeſſorii; ſed inſervit pro futuris vocationibus; quia licèt in prophanis deciſo petitorio, recuperentur fructus contra poſſeſſorem, attamen in materia Jurispatronatus, evicta proprietate, ejus fructus non recuperantur. *Lambertin. de jurepat. lib.* 2. *par.* 1. *quæſt.* 3. *art.* 4. *per tot. Gonzal. in cap. querelam num.* 14. *de elect. Piton. ubi ſupra num.* 4. & *ſeq. Rot. in Feſulana Parochialis* 20. *Junii* 1633. *apud Pignattell. conſult.* 14. *num.* 32.
6 *tom.* 10. Immo ſi quis in hoc caſu obtineret Literas Apoſtolicas cum derogatione Jurispatronatus in totum attenta lite, iſtæ non eſſent exequendæ; quia cùm habeant in ventre Clauſulam -- *Dummodo non ſit alteri jus quæſitum* -- hæc præſervaret præſentationem jam factam per Patronum putativum, & exiſtentem in poſſeſſione præſentandi. *Lotter. de re benef. lib.* 2. *quæſt.* 20. *num.* 53. *Piton. diſcept. Eccleſ.* 4. *n.* 56. *Rot. dec.* 120. *num.* 9. *coram Ottobon.*

Non obſtat quòd Concilium Tridentinum improbaverit poſſeſſionem præſentandi etiam immemorabilem, niſi ſimul per authenticas ſcripturas probetur de præſentationibus continuatis per ſpatium 50. annorum, & effectum ſortitis.

7 Pro remotione namque hujus objecti animadvertendum eſt, quòd lis, & controverſia poteſt eſſe ſuper libertate, & ſervitute beneficii inter Ordinarium, & perſonam potentem, ſeu ejus præſentatum; inter Ordinarium, & perſonam privatam habentem ex privilegio Juſpatronatus:

natus: inter Ordinarium, & personam privatam ad effectum includendi, & excludendi regulam nonam Cancellariæ; & præsuppositа servitute beneficii, seu existentia Juris patronatus, potest esse lis, & controversia inter personas potentes hinc indè, & inter personam potentem, & personam privatam, aut inter earum præsentatos. Ultimus status, seu quasi possessio præsentandi fuit reprobata à Concilio Tridentino, & non suffragatur ad effectum manutentionis prætendenti Juspatronatus, aut ejus præsentato nisi sit unita, & probata cum debitis requisitis per idem concilium; quando lis est super libertate, & servitute beneficii inter Ordinarium, & personam potentem, exceptis personis Regiis, & Jura Imperii habentibus; quia talis possessio præsumitur usurpativa & spoliativa. *Antunez de donat. reg. lib. 3. cap. 28. num. 164. Adden. ad Buratt. decis. 139. num. 17. & seq. & decis. 609. n. 5. coram Cavaler. & dec. 197. num. 41. & seq. part. 5. rec.* Nec suffragatur quando lis est inter Ordinarium, & personam privatam habentem Juspatronatus ex privilegio obtento ante concilium; quia hoc revocavit hujusmodi Juspatronatus etiam cum quasi possessione indè sequuta. *Garz. de benef. part. 5. capit. 9. n. 119. Gonzal. super Regul. 8. Cancell. gloss. 18. num. 23. Barbos. ad Concil. d. cap. 9. sess. 25. de reform. n. 68.* Nec quando lis est inter Ordinarium, seu collatorem, & personam privatam ad effectum includendi, & excludendi Regulam nonam Cancellariæ. *Gonzal. ubi supra n. 22. Rot. in dicta Mediolanen. Beneficii 1. Aprilis 1707. §. Cùm itaque coram R.P.D. Anſaldo inferiùs legen.*

8 Non verò fuit reprobatus ultimus status, seu quasi possessio præsentandi à Concilio Tridentino, quando præsuppositа existentia Juris patronatus lis est inter patronos sive hinc indè potentes, sive privatos, sive inter unum potentem, & alium privatum, aut inter eorum præsentatos; ut est casus, de quo agitur, ubi non contenditur de libertate, & servitute beneficii, sed præsuppositа hujus servitute, solùm disceptatur de pertinentia Jurispatronatus inter hæredem universalem, & eos de familia Fundatoris; hoc enim casu, hæres qui existit in possessione præsentandi est in ea manutenendus, & ejus præsentatus est instituendus. *Gratian. discept. 309. n. 78. Tondut. quæst. benef. 87. num. 9. tom. 1. Vivian. de jurepat. part. 2. lib. 11. cap. 5. numer. 65. & seq. Pignattell. consult. 82. n. 31. tom. 9. Rot. apud Garz. de benef. part. 5. cap. 5. n. 141. & seqq., & decis. 274. n. 11. part. 2. rec., & in dicta Mediolanen. Beneficii §. Ubi autem coram R.P.D. Anſaldo.*

9 Nec concedendo manutentionem existenti in possessione præsentandi, & institutionem ejus præsentato lite pendente super pertinentia Juris patronatus, aperiretur via fraudibus, & supplantandi verum, & legitimum patronum; Quia non omnis quasi possessio præsentandi est sufficiens consequendi manutentionem; Sed illa solùm quæ non est ambigua, vel equivoca; nec procedit à præsentatione nulla, spoliativa, & attentata *juxta Marescott. var. resol. lib. 1. cap. 55. n. 53. Vivian. de jurepat. lib. 11. cap. 6. n. 15. Rot. in dicta Mediolanen. Beneficii §. Cæterum, & §. Eoq. certius.*

R. P. D. ANSALDO
Mediolanen. Beneficii.

Veneris prima Aprilis 1707.

A Deò fœlix in hac rerum humanarum orbita reputatur conditio existentium in possessione, seu quasi, ut præter quandam speciem, seu notam beatitudinis hisce possessoribus attributam à *Glossa in cap. 1. verb. Requirat de Pac. tenen. in usib. fœudor.* ipsimet Canones Sacrosancti, ac Pontificiæ decisiones etiam in materia Ecclesiastica, & proxima spiritualitati, eosdem possidentes anteferre non abnuerint; insingis quippe præteritæ ætatis Canonista, & successivè præexcelsus Episcopus Ecclesiæ universalis Innocentius tertius *in cap. Querelam 24. de Election., & elect. potest.* causam, quam priùs in minori officio constitutus, scilicet in gradu Cardinalatus examinandam assumpserat super electione, seu præsentatione Clerici ad regimen Ecclesiæ Sancti Salvatoris, deinceps elevatus ad apicem Pontificatus, *salva quæstione proprietatis*, nudeque ponderata quasi possessione præsentandi, in qua Populus præfatæ Ecclesiæ existebat, favore electi per eumdem populum definivit; & non minus æternæ

in

in ævum memoriæ *Alexander Tertius in celebri cap. Consulationibus 19. de jurepatronat.* rescribens *Abbati Sancti Albani* idipsum determinavit jubendo non removeri Clericum ab Ecclesia, qui *tempore præsentationis suæ, ille, qui eum præsentavit, juspatronatus Ecclesiæ possidebat*;

10 Ex quibus sanè Apostolicis sanctionibus, sive responsis nihil magis invaluit in foro, quàm quod in negociis Beneficialibus ultimus semper status attendatur, & prævaleat, uti plena sunt volumina, & signanter docet *Fælin. in cap. Eam te num. final. ad med. de rescript.*, *Federic. de Sen. cons. 434. num. 3. vers. Sed in casu proposito, Bald. cons. 437. lib. 2.*, *Marescott. var. resolut. lib. 1. cap. 55. num. 15. & 16.*, *Capon. discept. foren. 76. num. 12. tom. 2.*, *& disceptat. 262. num. 3. tom 4.*, *Rocc. de Curt. in cap. final. de Consuetudin. sect. 4. nu. 82.*, *Gonzalez ad Regul. 8. Cancellar. gloss. 45. §. 2. num. 14. & seqq.*, *Loter. de Re beneficiar. lib. 1. quæst. 34. num. 21.*, *Rota decis. 367. num. 9. coram Emerix junior.*, *decis. 737. num. 3. part. 2.*, *& decis. 319. n. 4. par. 16. recentior.*, *& in Mediolanen. Prioratus 25. Junii 1700. §. Cæterum omnes, coram me, & in Gerunden. Beneficii de Olot 7. Maji 1703. in principio cor. R. P. D. meo Priolo, & in Verulana Abbatiæ 23. Aprilis 1706. §. Aggrediendo disputationem, coram Eminentissimo D. meo Cardinali Caprara.*

11 Potissimè autem quoties ad literam, & figurationem casus decisi per Alexandrum Tertium appareat, quod præsentatus à patrono putativo, & copulativè existente in quasi possessione præsentandi, jam ab Ordinario suo reportaverit institutionem, tunc etenim sic institutus nullo modo deinceps beneficio privatur *etiamsi*, sunt verba Textus *in dicto capit. Consultationibus -- postea juspatronat. alius evicerit in judicio*, & cum hoc Textu de plano perambulant Scribentes, nempe *Gloss. in cap. Ex literis de jurepatronat.*, *Abbas in dicto cap. Consultationibus sub n. 1. eodem titulo, & ibi Joan. Andr. num. 1.*, *Gonzalez num. 2.*, *Barbos. num. 1.*, *Archidiacon. in cap. Si plures 16. quæst. 7.*, *Grananiet. super Decretal. lib. 3. tit. 38. de jurepatronat. in repetit. ad Textum in cap. Quia Clerici, & seqq. sub num. 11.*, *Capon. discept. forens. 263. num. 37. tom. 4.*, *Tondut. quæst. & resolut. Benefic. par. 2. cap. 4. §. 9. num. 8. Gratian. discept. forens. 577. num. 9.*, *Ciarlin. controvers. forens. lib. 1. cap. 107. num. 11. & 93.*, *Antunez de Donat. lib. 3. cap. 28. num. 144. & 146. in fine*, *Card. de Luca de Regularib. disc. 3. num. 2. Sperell. decis. 30. num. 23.*, *Rota decis. 38. sub num. 7. coram Priolo, in Mediolanen. Præposituræ 26. Novembris 1691. §. In nihilo refragante, & 4. Julii 1692. §. Atque hinc, coram Reverendissimo P. D. meo Molines Decano, in Lucana Beneficii 13. Junii 1701. §. Mulierum, & in Hipporegien. Beneficii 11. Februarii 1704. §. Etenim, coram bo: me: Muto.*

12 Eaque est ratio, quia cùm Jus præsentandi existat in fructu, ut *Abbas ibidem*, inquit, *industriali* hujuscemodi fructus pertinet ad possessorem, & quando idem fructus jam reperitur bona fide consumptus, non intrat ampliùs restitutio, etiam postea detecto vero Domino, & consequenter, seu parificativè, neque hìc remotio Clerici præsentati, quemadmodum optimè exponit, & ratiocinatur *Abbas loco mox citato num. 3. post medium*, *Fagnan. in eodem cap. Consultationibus n. 5. & seqq.*, *Vagnerec. in cap. Ex literis eodem titulo verb. Et adjudicetis Ecclesiam*, *Pirhing. in jus Canonic. lib. 3. tit. 37. sect. 4. §. 1. num. 84. & 85.*, *Guttierez practicabil. quæst. lib. 5. quæst. 42. num. 40.*, *Posth. de Manutent. observat. 32. num. 7. & seqq.*; *Fontanell. de jurepatronat. lib. 1. quæst. 1. num. 5. & num. 12. Cugel. in jus Canon. lib. 3. tit. 38. num. 14.*, *Rot. in Mediolanen. jurispatronatus super Manutentione 15. Junii 1703. §. Pendentia verò litis, coram R. P. D. meo Scotto.*

13 Quòd si non adhuc legitima Ordinarii intervenerit institutio major est quæstio, utrum veniat instituendus ille, qui fuerit à vero Domino, & proprietario præsentatus, vel potius is, qui suam præsentationem exhibeat factam à patrono putativo existente in quasi possessione; verùm eadem cæteroquin involuta quæstio cum gladio distinctionis dirimi solet; scilicet quòd, aut clarè ante præmissam institutionem eluceseit de ipsa proprietate, & dominio, tuncque procul dubio præferendus est præsentatus à verò Domino proprietario, quoniam tam in his, quàm in quibuslibet fraternizantibus in ratio-

ne terminis, petitorium absorbet possessorium, sicuti sinè contradictore concludunt *Abbas in cap. gravis de restitut. spoliat. in dicto cap. consultationibus num. 9., Cavaler. in repetit. ad idem cap. consultationibus num. 8. Dec. cons. 126. num. 3., Ciarlin. controv. forens. lib. primo cap. 107. num. 39., Capon. disceptat. forens. disceptat. 263. artic. 4. num. 41. tom. 4., Carol. Anton. de Luc. in Addit. ad Gratian. disceptat. 577. num. 2. Antunez de Donat. lib. 3. cap. 28. num. 152., de Ros. de exequut. lit. Apostolic. par. 1. cap. 6. num. 99., Cardin. de Luc. de Parochis disc. 37. sub num. 42., & de jurepatron. disc. 11. num. 7., Paul. de Cittadin. de jurepatron. part. 6. quæst. 6. art. 6. num. 16., Adden. ad Buratt. decis. 776. num. 15. & 16., Rota decis. 38. num. 8. coram Priolo, decis. 180. n. 2. & 3. par. 3., & decis. 352. num. 17. par. 16. recent., in Cracovien. Parochialis 14. Maji 1696. §. Sive etiam quia, coram bo: me: Pio, Lauden. Canonicatus 3. Martii 1697. §. Minus verò, coram Eminentissimo Domino meo Cardinali de la Tremoille, in Nolana jurispatronatus 19. Junii 1702. §. Sed præscindendo, coram R. P. D. meo Caffarello, in Celsonen. Beneficii 20. Februarii ejusdem anni 1702. §. final. coram bo: me: Muto, & in Bononien. Parochialis 8. Februarii 1706. §. Neque visum est, coram R. P. D. meo Scotto.*

14 Vel è converso non adhuc dilucidè justificata remansit proprietas, titulus, & dominium, tuncque interim in hac ambiguitate vincit pro illa vacatione bona fides, & quasi possessio præsentantis, nemine usquam dubitante; quod dum super proprietate, & dominio disceptatur, possessor interea non sit manutenendus in possessione, seu quasi, prout pariter connotarunt *Barbos. in dicto cap. Consultationibus num. 3., ibidem Cavaler. n. 8., Posth. de Manuten. observat. 32. num. 9., Garz. de Benefic. par. 5. num. 49. & 50. Lotther. de Re benefic. lib. 1. quæst. 34. à num. 26. ad 33., Card. de Luc. de Paroch. disc. 37. n. 2., decis. 499. num. 3. & 4. coram Seraphino, decis. 1797. num. 5. cum seqq. coram Coccino, & in Mediolanen. Cappellaniæ 23. Martii 1703. §. Ex quibus, & 25. Aprilis 1704. §. finali, coram Reverendissimo P. D. meo Molines Decano.*

15 Præcipuè quoties eidem ultimo statui, sive quasi possessori suffragetur aliqua favorabilis circumstantia, scilicet si ultimus status vigeat pro libertate Beneficii, seu pro exclusione Jurispatronatus, aut verò agatur de Institutione facienda ad Beneficium Curatum, quoniam cùm in primo casu ipsa quasi possessio colorem, & fomentum recipiat à præsumptione Juris, & in secundo concurrat interesse Ovium depascendarum, quæ non debent durante longiori discussione pertinentiæ, & proprietatis tolerare interstitium carentiæ proprii Pastoris, in utriusque idcirco terminis faciliùs judicandum venit pro ultimo statu quemadmodum solidè habetur ponderatum apud *Ciarlin. controv. for. lib. 1. cap. 107. num. 14. & 23., Card. de Luc. de jurepatron. disc. 9. num. 5., & de Paroc. disc. 15. num. 7. & 9., Engel. in Jus Canonic. lib. 3. tit. 38. num. 14. vers. Adde si præsentatio in fin.*

16 Supposuimus unà cum quasi possessione desiderari bonam fidem, sive justam putationem Dominii, alias quoties notoriam malam fidem interfuisse respectu possidentis doceretur, non solùm non esset anteferendus præsentatus à possessore malæ fidei ante institutionem, sed etiam, ubi extitisset jam institutus ab Ordinario, foret ab Ecclesia removendus, adhibita paritate fructuum, de qua supra, dum hi sive extantes, sive mala fide consumpti Domino suo restitui debent, ad bene enucleata per *Abbat. in dicto cap. Consultationibus num. 3. in fine cum seq., & ibi Joannes Andr. num. 2. in fine, & nu. 5., Gonzal. ibidem num. 2. in fine, Barbos. sub num. 5. vers. Intellige supradictam conclusionem, Rip. in cap. Cum Ecclesia Sutrina num. 92. de caus. possess., & proprietat., Pyrhing. in jus Canonic. lib. 3. tit. 37. sect. 4. §. 1. sub num. 85. & 86., Gratian. Disceptat. for. cap. 577. à num. 4. ad seqq., Rocc. de jurepatronat. in verb. Competens col. 17. quæst. 19., Fragos. de Regimin. Reipublicæ tom. 2. par. 2. lib. 9. disput. 20. §. 2. num. 23., Antunez de Donat. lib. 3. cap. 28. num. 149., Lar. de Anniversar. lib. 2. cap. 9. num. 4., Lotther. de Re benefic. lib. 1. quæst. 34. num. 28., Cardin. de Luc. de jurepatr. disc. 9. num. 4.*

17 Et ob id sacrosancta *Oecumenica Synodus Tridentina in famigerata sess. 25. de Reformat. cap. 9.*, quia meritò præsumpsit in personis potentibus, seu Communitatibus,

tibus, vel Universitatibus quasi possessionem Juris præsentandi acquisitam fuisse ex vi præpotentiæ, atque usurpatione, & consequenter in hoc casu adesse malam, & non bonam fidem pro forma requisivit, quod nisi de fundatione, vel dotatione per authentica documenta doceretur, nulla probatio temporis etiam immemorabilis super eorum quasi possessione attenderetur, sed præter cætera requisita necessaria omnino exigerentur continuatæ non minori spatio, quam quinquaginta annorum præsentationes, quæve omnes suum sortitæ fuissent effectum, idque per authenticas scripturas. Quamobrem in hoc genere personarum, Communitatum, ac Universitatum, neutiquam applicatur censura *dictorum Textuum in cap. Querelam de Elect., & in cap. Consultationibus de jurepatr.*, neque de ultimo statu, ulla, vel minima ratio habetur, si satis non est, ipsa prætensa immemorabilis probatio consuetudinis præsentandi, ut *eidem Sacro Concilio* inhærentes passim monuerunt *Add. ad Buratt. decis. 139. num.17. & 18.*, *Panimol. dec.10. annotat.1. num.78.*, *Rota dicta decis. 139. num.5. & 6. coram Buratto*, *decis.222. numer. 2. & 3. coram Ludovis.*, *decis. 609. num.5. coram Cavaler.*, *& dec.197. n.41. & 42. par.5. rec.*

18 Intelligendo præmissa quoties ad mentem *Sacri Concilii* controversia redderet cum Ordinario, sive ejus Collatario, ac aliquo præsentato per personam potentem, secus autem ubi res esset inter præsentatos hinc inde à personis potentibus, vel inter unum præsentatum à persona potente, & alterum à persona privata, in hoc quippe casu *Concilium* non loquitur, aut quicquam præcisè disponit, ideoque proceditur cum determinatione Juris Canonici communis, ut supra, Teste *Rota in Cracovien. jurispatronatus 27. Januarii 1644. coram claræ memoriæ Cardinali Bichio*, inter ejus impressas *num.3.*, & repetita post *Contr. Disceptat. for. decis.12. sub n.1.*

19 Cæterum, ea, quæ huc usque considerata fuerunt favore ultimi status, ac prænunciatæ quasi possessionis ambulant cum hypotesi, in qua perspicua demonstretur justificatio ejusdem ultimi status, ac quasi possessionis, ubi quippe idem ultimus status detegitur ambiguus, vel æquivocus parum relevat pro fruitione dispositorum *in dicto cap. Querelam*, *& in dicto cap. Consultationibus*, ut generaliter antiquioribus allatis dixit *Rota in Melphiten. Cappellaniæ 4. Julii 1698. §. final. coram bo: me: Muto, Comen. Cappellaniæ 31. Martii 1702. §. Et hinc nullatenus, coram Emo D. meo Cardinali de le Tremoille, & in Cremonen. Beneficii 3. Decemb.1706. §. Sinè difficultate, coram R. P. D. meo Lancetta*, & in proposito ultimi status derivantis à Provisione Apostolica, quæ potuit in suis discretè casibus exequutionem sibi promereri, mediante illa de reliquo assueta clausula -- *Sive præmisso, sive alio quovis modo vacet*, bene exemplificat *Caren. resolut.35. num. 10.*, *Lotther. de Re beneficiar. lib.1. quæst. 34. num.65.*, *Rota decis. 13. de jurepatronat. coram Achill.*, *decis. 266. num. 1. coram. Cavaler.*, *decis. 482. sub num.1. par.2.*, *& decis.147. n.21. par.10. recent.*

20 Eoque certius quotiescumque hujusmodi ultimus status promanaret; vel à titulo prorsus infecto, vel à præsentatione, aut nulla, aut spoliativa, aut attentata ex iis, quæ circa titulum infectum afferuntur per *Episcop. Ros. de executor. literar. Apostolicar. par.1.cap.6.num.106.*, *Rot. decis.710.num.final. par.2. recentior.*, & respectu quasi possessionis descendentis à titulo, & præsentatione nulla, spoliativa, & attenta, *Marescott. var. resol. lib.1. cap.55. num.53.*, *Vivian. de jurepatron. lib. 11. cap.6. num.15.*, *Coccin. annotat.304. num.16.*, *Rot. in Nolana jurispatronatus 10. Junii 1702. §. Neutrum tamen*, *& §. Pariter utrobique in fin. coram R.P.D. meo Caffarello*, in quod coincideret si ultimus status firmari prætenderetur vigore alicujus sententiæ nulliter prolatæ ad commodum provisi, vel præsentati in præcedenti vacatione, *Rota in Compostellana Parochialis 2. Junii 1698. §. Denique*, *& 1. Junii 1699. §. Præsuppositа in fine coram Reverendissimo dell'Olmo*, *& in Melevitana jurispatronatus 28. Januarii 1701.§.Constabilita coram D.meo de la Tremoille.*

21 Prout pariformiter idipsum procederet ubicumque ultimus status non fuisset omnino pacificus, sed acriter contradictus, adhibita tamen illa distinctione,

utrum Contradictor succubuerit, vel triumphaverit, nam si hujuscemodi Contradictor succubuisset, potiùs corroboraretur, quàm in aliquo turbaretut ultimus status, & è converso ut inquit *Franc. var. resol. cap. 34. sub num. 12., Card. de Luc. de Benefic. disc. 29. num. 25., ubi de re judicata, à qua prodeat appellatio Rot. decis. 63. num. 16. par. 19., & in Tuden. Parochialis de Berduzido 26. Junii 1700. §. Ex his, & §. Et hinc, & in Melevitana jurispatronatus 31. Martii 1702. §. Etenim in fine coram R.P.D. meo Scotto, Oppiden. Beneficii 7. Maji 1703. §. Non obstante coram bo: me: Muto, Mediolanen. Cappellaniæ 25. Aprilis 1704. §. Spretæque rursus cum seq. coram Reverendissimo P.D. meo Molines Decano, & in Spoletana jurispatronatus 19. Junii 1705. §. Quin ejusdem coram R.P.D. meo Omaña.*

Tetigimus supra sub §. *Vel è converso*,
22 quod antelationem mereretur reintegra (videlicet ante institutionem Ordinarii) ille, qui Præsentatus extitisset ab existente in quasi possessione, nisi in contrarium dilucidè justificata remansisset proprietas, titulus, & dominium; sed illud verbum *dilucidè* non est adeò rigidè accipiendum, ut debeat constare de proprietate, titulo, seu dominio prorsus oculari. Quamtumvis enim ea regulariter censeatur clara, & incontrovertibilis, sive ut dicunt, probata probatio, quæ vel descendit à publico instrumento, prout hic fundationis, vel dotationis, aut à confessione Partis, vel denique à re judicata, quemadmodum generaliter affirmant, *Bal. in l. interest in ultimo notabil. Cod. de solut., Dec. consil 38. num. 2., Ruin. cons. 128. num. 1. lib. 4., Card. de Luc. de judic. disc. 26. num. 1. de Franch. decis. 276. num. 2., Rot. decis. 206. num. 2. coram Cavaler. decis. 180. num. 1. coram Ludovis., & decis. 198. num. 1. par. 9., & decis. 347. num. 11. par. 11. recent., & decis. 910. num. 90. ad fin. coram Coccin. decis. 385. num. 3. coram Merlin. decis. 1630. num. 4. coram Pœnia.* Et in specie petitorii absorbentis possessorium, sive ultimum statum in materia jurispatronatus, ac præsentationum præter supra relatos *in §. Quod si non adhuc* prosequuntur, *Ciarlin. controv. 211. num. 69., & 70., Lotter. de re benefic. lib. 1. qu. 34. à nu. 29. ad seqq. Card. de Luc. de Paroch. disc. 9. num. 8., Adden. ad Buratt. dec. 776. num. 16., Rota decis. 25. num. 9. post Novar. in Summ. Bullar. dec. 861., & dec. 887. utrobique nu. 2. cor. Dunoz. jun. dec. 240. num. 25. coram San. mem. Alexandro VIII. dec. 436. nu. 11. coram Bich. dec. 435. sub num. 4. par. 2. decis. 215. nu. 7. par. 15. & dec. 463. num. 8. par. 19. rec. dec. 514. num. 5. par. 14., & in Florentina jurispatronatus 4. Junii 1681. §. final. coram bo. me. Pauluccio, & in Comen. jurispatronatus 3. Junii 1689. §. Non obstante coram Reverendissimo Manuel, & in Melevitana jurispatronatus 31. Martii 1702. §. Minusque coram R.P.D. meo Scotto, & in Mediolanen. Cappellaniæ 23. Martii 1703. §. Constabilitis coram Reverendissimo P. D. meo Molines Decano.*

Nihilominus non est abbreviata manus Tribunalium, & Judicum, ut si eminentiùs, seu per æquipollentes, & præ-
23 cordia eorumdem Judicum stringentes demonstrationes eniteat undequaque de prædicto titulo, dominio, vel proprietate tales demonstrationes operari non debeant eumdem effectum; in his quippe terminis pari modo superaret, & absorberet ultimum statum titulus, & proprietas ex congestis ad rem penès *Marant. controvers. jur. par. 3. responsi. 47. num. 3., Posth. in suo tract at. de manuten. obser. 32. sub num. 8. vers. ubi quod, Rot. decis. 735. num. 9. in fin. par. 3. recent. cum aliis in Alatrina jurispatronatus 15. Junii 1705. §. Nec magis suffragari coram R. P. D. meo Scotto*, cùm præfatæ species probationum Instrumenti publici, confessionis Partis, & rei judicatę stare censeantur demonstrativè, non taxativè, ut innixus auctoritati Sacri Tribunali, & signanter *decisioni editæ in illa Bononien. Parochialis super manutentione 26. Junii 1682. §. Siquidem coram bo. me. Ursino*, benè videtur ostendere *modernus, atque ingeniosus Romanus Advocatus in sua disceptat. Ecclesiastic. 28. num. 6.* Quòd secus esset, si loco rei judicatæ præcederent dumtaxat simplices decisiones, vel sententiæ, à quibus penderet revisio, vel respectivè appellatio, aut tractaretur de aliquibus præsentationibus, enunciativis, aliisque conjecturis, quæ non efformarent talem claritatem, ut de contrario doceri non posset, ut rectè limi-

limitando docuit, *Rota dec.435. sub n.4. par.2. rec., & in Mediolanen. Prioratus 5. Maji 1702. §.Nec ad minuendum coram R.P.D. meo Priolo.*

Et ipsum, quòd supra diximus circa trinam speciem demonstrativè potiùs, quàm taxativè designatam, practicari dignoscimus in consimilibus, & fortè asperioribus materiis ex. gr. in Statutis aliquam solemnitatem exposcentibus pro forma, quoties tamen eadem forma respiciat certum effectum, utique tunc per judicantium subsellia æquo passu admittitur implementum per æquipollentiam, & correspondentiam eidem effectui secundùm bene adducta per *Cephal. cons.25. num.46. lib.1.*, *Menoch. cons. 131. nu.15. vol.2.*, *Marescott. var. resolut. cap. 68. num.1. lib.1.*, *Conciol. ad Statut. Eugub. prælud. general. num.102.*, *Fenzon. ad Statut. Vrb. lib.1. cap.194. n.71.*, *R.P.D. Zaul. ad Statut. Favent. tom.1. lib.4. rubric.1. num.45.*, *Card. de Luc. de Feud. disc.87. num.5.*, *Costantin. in suis collectan. tom.2. annotat.45. artic.2. num.210.*, *Rot. dec.416. num.10. par.18. recent. cum aliis in meis annotationibus ad dec. 54. num.24. tom.1.*, *& in Bononien.*, *seu Imolen. bonorum super portione Sororis Mariæ Cælestis 27. Januarii*, *& 28. Aprilis 1698.*, *& 23. Januarii 1699. coram Reverendissimo dell'Olmo.*

Quinimmo solet, & juremerito memorata prima species probationis, nimirum publici instrumenti ampliari, seu ex-
24 plicari etiam in casu, quòd idem Instrumentum æquipollenter receptum non loqueretur per verba cubitalia, & expressa, sed indigeret juridica explicatione, ex quo non infligit dubietatem, sive, quòd idem est, claritatem impedit illud, quòd cùm sola librorum aperitione si opus est, in se certum emergit per ea, quæ optimè tradit *Rota in decis.183. num.6. coram Seraphin.*, *& in Alatrina jurispatronatus 7. Decembris 1705. §. Nullatenus attenta replicatione in fine coram R. P. D. meo Scotto.*

Licèt oppositum, ut sequitur *dicta decisio in Causa Alatrina* statuendum esset, quando dubietas in facto, & non in jure consisteret, dubia tunc locum à contrario sibi vindicaret propositio, quam optimè, vel generaliter, vel in hisce casibus aliàs professa est *Rota* nempe, quòd hujusmodi æquipollens, sive Instrumentum debeat esse tam clarum, ut nullam suscipiat dubietatem, sive oppositionem, sicuti videre est in *dec.118. num.9. coram Emerix. jun. decis.423. num.15. cum seqq. par.14. rec.*, *Barchinonen. Beneficii 10. Maji 1697. §. Nec Obstat cor. Emo D. meo Card. Caprara*, *Melevitana jurispatronatus 31. Martii 1702. §. Multoque minus cor. R.P.D. meo Scotto*, *& in Spoletana jurispatronatus 19. Junii 1701. §. finalis cor. R.P.D. meo Omanna* : Quemadmodum pariter postrema ampliatio quoad juris dubietatem declarari, seu limitari posset, ubi ageretur de adeò intricata amaritudine, & dispunctione juris, quod exinde resultans juris dubietas (etsi hoc de raro contingat) veniat æquiparanda dubietati facti, ad connotata per *Corn. cons.200. num.5. lib.1.*, *Roland. cons.22. num.36. lib.2.*, *Gratian. disceptat. forens. cap.536. num.10.*, *Capyc. Latr. decis.10. num.14.*, *Rot. decis.183.*, *& decis.262. utrobique num.6. cor. Seraphin.*, *& in proposito ultimi status observatum fuit in decis.362. à n.6. par.5. recent.*

Hinc que redeundo ad dubietatem in facto, vel jure inhærentem ipsi ultimo statui, & si subsistant supra in tali proposito insinuata sub §. *Cæterum* usque ad §. *Tetigimus*, attamen intercedere valet mixtura alterius casus, in quo utraque Pars collitigans contendat de quasi possessione, ac ultimo statu ad sui respectivè favorem, aut quòd Judices quamvis proculdubio inclinent pro hoc, vel illo ultimo statu, adhuc non sint invincibiliter certi de quasi possessione alterutrius, & tunc Magna Tribunalia rectè quandoque ex peculiaribus circumstantiis utentia ea legitima prærogativa, qua pollent supra cæteros Judices, & inferiores Magistratus, quandoque consueverunt tutiùs esse penetrare viscera boni juris, & substantiam meritorum, ipsiusque tituli mediante rescripto-- *Videatur de bono jure etiam ad effectum manutentionis*, vel prout hìc *institutionis*, aut *adjudicationis Beneficii*, sicuti præter latè examinata super hujusmodi formula rescribendi *in Romana Communantiarum*, *& Fontanilis 20. Januarii 1701. sub §. Et idcirco cum pluribus seqq. coram Me*, in hac eadem subje-

subjecta thesi Jurispatronatus habetur *in decis.333.in princ.sub §.Cùm autem par.17. recent. Mediolanen. Prioratus 1. Februarii 1704. in princip. coram bo.me. Muto, & in Rhegien. jurispatronatus, seu Cappellaniæ 28. Jun. 1706. §. 1. in fin. coram R.P.D. meo Priolo.*

Absque eo quod huc usque præmissis, & signanter probationi æquipollenti, & indagationi boni juris officiant verba
25 prælaudatæ Decretalis Alexandri III. *in dicto cap. Consultationibus* ibi -- *Etiamsi postea juspatronatus alius evicerit in judicio* -- quasi quod non debeant ad infractionem ultimi status admitti talia genera probationum, quæ utique possent deservire ad causandam præfatam evictionem, non autem ad præpediendam adeptionem beneficii respectu ejus, qui ultimo statui innitur: Jam enim tacitè obviam ivimus objectioni, seu confusioni, quæ posset exoriri, dum adhibuimus distinctionem inter institutionem jam concessam, & non concessam ab Ordinario, & de facto prædicta Decretalis in sui definitione revera figurat primum tantummodo membrum allatæ distinctionis, cùm præsupponat præcessisse Canonicam institutionem, sicuti colligitur, ex quo peragit de remotione, & quia adhibet illam dictionem *postea*, quæ ordinem, & successivitatem, & sic in nostro proposito præcedentiam ipsius institutionis implicat, & supponit, ad *Textum in l. si tibi servitutis C. de liber. caus.*, *Rebuff. in l. labeo ff. de verb. significat. fol. mihi 139. versic. Interdum, Decian. cons. 1. nu. 226. lib. 1.*, *Alex. cons. 741. viso testamento col. 2. versic. confirmo ex illa lib. 2.*, *Gob. consult. decis. 39. num. 5.*, *Tiraquell. in l. si unqam C. de revocan. donat. verb. & postea num. 7. Rot. decis. 566. num. 4. coram Cavaler.*, & *decis. 167. sub num. 7. par. 2. rec.*

De reliquo pro effugiendis æquivocationibus etiam respectu ejusdem primi membri præmissæ distinctionis animad-
26 vertendum videtur, quòd non semper materialis institutio, ac quasi possessio Beneficii attributa per Ordinarium alicui operatur, quòd alter prætendens idem Beneficium ad tolerandum suum Contradictorem in possessione Beneficii, licèt ex post in Judicio evincatur juspatronatus in eo, qui cum præsentavit, hocque signanter in trino casu, quorum primus est, quando præfata institutio non fuit extrajudicialis, sed omnino contradicta, & judicialis, itaut succumbens coram Ordinario litem fuerit prosequutus per reclamationem, & appellationem tam à decreta institutioue, quàm à possessione in sequelam apprehensa, ipsa quippe lis, & contradictio juncta reclamationi, & appellationi relinquit negocium in statu integro, & efficit ac si sententia, seu decretum super institutione cum omnibus indè sequutis latum, vel lata non extitisset, ex fusè firmatis per *Fontanell. decis. 420. num. 34. Magon. decis. Florentin. 98. de Franc. decis. 370. ex nu. 17. Rot. dec. 24. num. 2. coram Cavaler. decis. 113. num. 5. cum seq. coram Arguell. decis. 174. num. 3. & 4. coram Cels. decis. 706. num. 9. par. 18., & decis. 284. num. 5. par. 19. recen.*, & *in Neapolitana Pecuniaria 12. Aprilis 1687. §. Et ad id. coram Reverendiss. P. D. meo Molines Decano*, & *in Valentina Beneficii 28. Novembris 1705. §. Cæterum neque coram me.*

Secundus assurgit casus, quando tractatur de Jurepatronatus ad plures Patronos indivisibiliter, prout juris est per-
27 tinente; non per hoc namque, quod alter ex Patronis in præcedenti vacatione solus præsentavit, reportando etiam institui suum Præsentatum, sibi privativè acquirit ultimum statum, quinimo præservata reputantur etiam jura possessionis per hujusmodi præsentationem favore alterius Compatroni, *Abbas cons. 54. sub n. 3. Federic. de Sen. cons. 112. in ultim. dub. Calderin. cons. 15. de jurepatronat. Ruin. cons. 10. num. 10. lib. 5. Posth. de manuten. observat. 73. num. 41. Marc. Antonin. var. resol. lib. 1. resol. 55. n. 8. Garz. de Benefic. par. 5. cap. 5. nu. 115. Vivian. de jurepatron. lib. 5. cap. 2. num. 37. Fontanell. eodem tractat. lib. 1. quæst. 1. num. 16. Card. de Luc. disc. 63. num. 28. eodem tit. de jurepatronat. Rocc. in prax. Episcopal. resolut. 553. nu. 7. Adden. ad Ludovis. decis. 417. nu. 15. Rot. decis. 452. num. 9. coram Gregor. decis. 69. num. 2. & 3. coram Millin. decis. 46. nu. 25. coram Priol. decis. 3. num. 26.* ubi præmaximè si doceatur eumdem alterum Compatronum quandoque extitisse in quasi possessione præsentandi *coram san. mem. Alexandro VIII. decis. 107. num. 5. decis.*

*cis.*174. *n.*10. *par.* 5. *rec.*, *& in Mediolanen. Prioratus* 11. *Decembris* 1699. §. *Idque coram Reverendiss. P.D. meo Molines Decano.*

Fallente solùm hac regula, quando constaret aut de præsentatione inita per unum ex Patronis animo spoliandi possessione ejus Compatronum cum suis concomitantibus requisitis scientiæ nimirum & patientiæ ejusdem Compatroni negligentis, aut tot intercederent præsentationes, quæ facerent præsumere hujusmodi animum, necnon scientiam, & acquiescentiam Condomini, existimaretur quippe in his circumstantiis præservata tantùm substantia, seu titulus juris præsentandi, sed non ipsa quasi possessio, & ultimus status, ex bene ponderatis in proposito primæ limitationis per *Ruin. consil.* 50. *lib.* 5. *Gratian. discept. forens. cap.*277. *num.*16. *Noguerol. allegat. jur.*28. *nu.*33. *Vivian. de jurepatron. d. lib.*5. *cap.*2. *num.* 28., & circa secundam *Maceraten. var. resolut. lib.*1. *resolut.*108. *n.*33. *&* 34. *Rot. decis.*299. *coram Puteo lib.*1. *dec.*251. *num.*4. *par.*2. *rec.*

28 Tertius casus est (licèt is non percutiat contentionem inter Patronos) quotiescumque institutio ab Ordinario concessa, sive etiam collatio alicui facta per Ordinarium prodiit non citato eo, qui propria jura præsumat habere omnino independenter ab Ordinario; siquidem tunc talis institutio, talis collatio nullum ei præjudicium inferret, neque valeret factum ejusdem Ordinarii præbere locum censuræ *Textus in d. cap. Consultationibus*, quemadmodum exemplificari potest, si Ordinarius contulisset uni beneficium tanquam liberum, eique tribuisset quoque possessionem, quoniam ubi habita notitia supervenisset prætendens habere super hujusmodi Beneficio jus præsentandi, utique quoad eum res diceretur integra, sicuti contingeret, quoties Ordinarius pariter instituisset aliquem Clericum tanquam à legitimo Patrono præsentatum, ad summum quippe in hac hypothesi damnum sibi gigneret idem Ordinarius, sed non alteri, qui prætendens Beneficium non esse servum, sed liberæ collationis, ad terminos regulæ 8. hodie 9. Cancellariæ, sequuta vacatione in mense Apostolico Beneficium impetrasset à Sancta Sede, & hic erat casus nuperrimè disputatus in illa *Cremonen. Beneficii* 11. *Maji* 1705. *&* 14. *Maji* 1706. *cor. R.P.D. meo Kaunitz.*, quantumvis postea fuisset ex aliis capitibus, seu fundamentis à prædictis decisionibus recessum per sententiæ infirmationem, ut in decisione postmodum edita sub die 3. Decembris ejusdem anni 1706. *coram R. P. D. meo Lancetta.*

Et quoniam occasione hujus tertii postremi casus attigimus contentionem super qualitate Beneficii, quodammodo
29 venit adhæsivè, non omittenda quæstio promanans à definitione alterius *Textus in cap. cùm de beneficio de præbend. & dignitat. in* 6. videlicet an, & quando attendatur, seu vim faciat ultimus status in agone determinandi naturam, & qualitatem Beneficii, utrum scilicet existat Sæculare, vel Regulare, amovibile, vel perpetuum, residentiale, vel non, cum similibus, & certè tunc nisi intercedat legitima præscriptio, Summus Pontifex Bonifacius Octavus in hujusmodi capitulo præcipit non attendi ultimum statum, ejusdemque Constitutionis sensui obsequentes hoc idem responderunt *Franc. in eodem cap. cùm de Benefic. num.*5. *Passerin. ibidem num.*42. *Garz. de Benefic. par.*5. *c.*5. *num.* 58. *vers. limitatur*, *Lotter. de re beneficial. lib.*1. *q.*34. *num.*38. *&* 44. *Beltramin. ad Ludovis. decis.*77. *sub num.*12. *vers. prædictis est conformis*, *Rot. decis.*2. *n.*2. *de præben. in nov. decis.* 910. *sub num.* 11. *coram Coccin.*

30 Ast quando colluctatio residet inter Collatarios, seu Præsentatos ad nudum finem consequendi sinè præcisa qualificatione tituli possessionem Beneficii, vel pertractatur de sustinenda aliqua gratia Pontificia, magni momenti reputatur ultimus status, per ea, quæ ad declarationem, seu limitationem prædicti *Textus* differendo crediderunt respectu primæ partis *Geminian. in d. cap. cùm de Beneficio num.*4. *in fine*, *& num.*10. *ad med.*, *Calderin. consil.*23. *in princip.*, *Marescot. var. resol. lib.*1. *cap.* 55. *num.* 23. *Murg. de Benefic. q.*3. *num.*97. *Ricc. prax. Episcop. resol.*550. *Rot. decis.*823. *num.* 6. *coram Pœnia decis.*154. *num.* 3. *&* 4. *par.* 1. *rec.*, & respectu secundæ *Passerin. in d. cap. cùm de Beneficio nu.*41. *Decian. consil.*126. *n.*1.

Lotter.

Lotter. de re benefic. lib.1. q.34. n.40. Ros. de exequutor.litterar. Apostolic.par.1.cap.6. num. 104. 107. & 117. Adden. ad Buratt. decis.776. num.17. Rot. decis. 2. de præben. in nov. decis. 776. num. 18. coram Dunoz. jun. decis.482.num.7. coram Ludovis.decis. 737. nu.5.par.2. & decis.329. n.6.par.18. recent.

31 Nil magis frequens, & familiare est quodammodo adagium, quàm quod provisiones Apostolicæ neque firment, neque immutent statum Beneficii,ex congestis *Marescot. var.resol. lib.1. cap.55.n.18. Noguerol. allegat.jur.28.num.36. Salgad.de potest.Reg. par.3. cap.9. num. 27. Frass. de jurepatr.Reg.Indiar. tom.1. cap.3. num.50. Ricc. in prax. jurispatronat. decis. 204. nu. 241. Rot. decis. ultima de jurepatronat. coram Achil. de Gras. Rot. decis.274.num.14. coram sa.me.Alex.VIII. decis.245.num. 35. & seqq. par.9. decis.372.num.113. par.17. & in Bononien. Parochialis super manutentione 3. Julii 1660. §. Non obstante, & 2. Februarii 1680. coram clar.mem. Card.Vicecomite, & 26. Junii 1682. §. Etenim, & §. Secunda cum seqq. coram bo.me. Ursino.*

32 Maximè si eædem provisiones cecederint super Beneficio subjecto Juripatronatus sæculari, & Papa providendo de eodem Beneficio, vel deroget expressè ipsi Patronatui, vel implicitè de ipso disponendo tanquam de reservato per vacationem in Curia, vel apud Sedem, vel denique in admittendo resignationes sub assueta clausula -- *accedente consensu Patronorum* -- in talibus enim circumstantiis potiùs firmatus, quàm immutatus status antiquus esse reputatur, juxta animadversa *Burfatt. consil.324.num.3. vers. rursus lib.3. Capyc. Latr.consult.153.n.40. Frass. de Patronat. Reg.Indiar.cap.3. n.51. Card. de Luc. de jurepatron. disc. 9. nu. 11. Rot. decis.527. sub num.2. par. 4. divers., decis.63. nu.3. par.10., & decis.421. n.33. & 34. par.18. rec. tom.2. Cremonen.Beneficii 3. Decembris 1706. §. Facilè fuit, & §.Non obstat in fin. coram R.P.D.meo Lancetta.*

33 Idemque eveniret, si versaremur in Patronatu Ecclesiastico, quando provisiones Apostolicæ contigissent in mense Sanctæ Sedi reservato, eo quippe casu tanquam compatibiles cum eodem Patro natu Ecclesiastico,statum profectò Beneficii non alterarent, ex *Murg. de Benefic. quæst.3. num.24. in fin. Card. de Luc.de jurepat. disc.7. sub num.14.* quapropter in sequelam pro indaganda assistentia quasi possessionis, seu ultimi status ad favorem alterius ex contendentibus, recurri solet ad statum antecedentem præsentationum, quæve præcesserant easdem Apostolicas provisiones,ut fuit dictum,& practicatum *in Aretina Beneficii 20. Januarii 1701. §.Utique,& 23.Aprilis 1703.§.Minimè tolluut cum seq. coram me, in Tuden. Parochialis de Bertuzido 21. Junii 1707. §.Ex his coram R.P.D. meo Scotto, & in Cremonen. Beneficii 3. Decembris 1706. §.Facile fuit in fin.coram R.P.D.meo Lancetta.*

34 Contrariumve tantummodo dicendum esset, quando sufficienter appareret de voluntate Papæ vindicandi Beneficium in libertatem cum scientia, & acquiescentia Patronorum, quod tamen in dubio non præsumitur, ex *Capyc.Latr. consult.154. sub num.43. Felic. in tract.quando literæ Apostolicæ noceant Patrono*, de *Ros. de Exequutor. liter. Apostolic. par. 1. cap.6. num.112. Lotter. de re benefic.lib.1. q.34. num. 62. & seqq. Rot. decis. 39. sub num.4. coram Ninot.decis.405.num.20. coram Bichio, & decis.172.sub num.9.par.3. recent.*

Cùm itaque ex huc usque insinuatis eluceseat tot intricata capita disputationum ad modum hydræ consurgere in hac materia, totque adsint scribentium etiam post *Sacri Concilii* publicationem,dissecationes, ac digladiationes,totque prodierint pariter ex post in casuum contingentiis oracula Tribunalium, præsertim Sacræ Rotæ super enucleatione,ac applicatione utriusque *Textus* ab initio collaudati, & magis sæpè *in cap. Consultationibus*, mirandum videtur de dicto *Fagnani in dicto cap. Consultationibus ex num.7. §. Quærunt ad num.8. cum seqq. de jurepatronat.* quod nempe præadductæ aliquæ adducibiles quæstiones remaneant hodie inutiles ob superventam sanctionem prædicti Sacri Concilii Tridentini *sess.25. cap. 9. de reform.* nisi fortè veniat excusandus, aut intelligendus in casu
35 quo pugna versetur circa servitutem,vel libertatem Beneficii, & ut bene intellexerat *Gonzal.ad regul.8.Cancellar.glos.18. nu.22.*

num.22. ad finem includendi, vel excludendi regulam nonam Cancellariæ, quia tunc indubitanter ſola quaſi poſſeſſio ultimi dumtaxat ſtatus ad conſequendam inſtitutionem non ſufficeret, adeout aſſertus Patronus dicere poſſet, *præſentavi in ultima vacatione, fuitque conceſſa inſtitutio meo Præſentato, ergo valeo etiam hodie præſentare, & denegari nequit inſtitutio meo Præſentato*; Obſiſteret enim tunc Sacrofanctum Concilium, quod ex una parte nolens violare legitima jura patronatuum; & ex altera mederi, nè ſub hoc colore Eccleſiaſtica Beneficia redigerentur in ſervitutem, ſemitam præſcripſit, & indicavit comprobandi hujuſmodi ſervitutem, ſeu juſpatronatus, mediante fundatione, vel dotatione, quæ ex authentico documento, & alijs de jure requiſitis oſtenderetur, & de facto per Sedem Apoſtolicam non conceduntur ullæ literæ, vel gratiæ præſuppoſitivæ juriſpatronatus, niſi ſub illa clauſula--*verificato prius jurepatronatus coram Ordinario*-- ut patet ex *de Roſ. de Executor.literar.Apoſtolicar. lib.1. cap.4. il 2. num.124.*, & explanando præfatam ſanctionem Sacri Concilii Tridentini *ſeſſ. 25. de reformat. cap. 9.* tradiderunt *Ciarlin. controverſ. forenſ. lib. 1. cap.107. num. 74. Gratian. diſcept. forenſ. cap.310. num. 78. Poſth. de manut. obſerv. 32. num.26. & 27. in fine*, *Tondut. quæſt. & reſol.beneficial. tom.1. par.2. cap.4.§.9. num.9. & 10. Vivian. de jurepatronat. lib. 11. cap.5.num.16. Antunez de donat.lib.3. cap.28.ſub num.164. Ricc. in prax.for.Eccleſ. juriſpatronatus reſol.132. n.3. dec.42. num.3. coram Millin. & deciſ.235. num.1. in fin. par.2. rec.*

36 Ubi autem principaliter non agatur de libertate, aut ſervitute Beneficii, ſed controverſia ſtet cum juridica præſuppoſitione ſervitutis inter plures Præſentatos à diverſis perſonis, quiſnam ex illis veniat inſtituendus, ad hunc caſum minimè extenditur diſpoſitio Sac.Concilii, & locum ſibi uſurpant præfatæ omnes quæſtiones, quæ idcirco non ſunt inutiles, ſicuti relato *eodem Fagnan.*, qui deinceps *in dicto cap.Conſultationibus nu.16.* ſe declaravit, vel correxit, obſervavit *Pyrhing. in jus Canonic.tit.37. de jurepatr. ſect.4. §.1. num. 88. Ciarlin. controv. jur. d. cap.107. ſub num. 73. Tondut. quæſt. beneficc. tom.1. cap.87. num. 9. Pignattel.conſult.forenſ. tom.9. conſult.82.nu.31. Poſth. de manut. d. obſerv.32. ſub num.5. Rota in Piſana Cappellaniæ 20. Maii 1594. coram Blanchett. inter impreſſ. penès Marcheſan. de Commiſſion. par. 1. cap. 2. deciſ. 38. fol. 134. num.2. deciſ.1798. nu. 6. coram Coccin. deciſ. 274. num. 11. par. 2. deciſ. 179. num.3. par.3. rec.*

Quinimmo etiam in primo caſu contentionis cum Ordinario vindicare ſatagente libertatem beneficii non defuere,
37 qui viſi ſunt contentari ultimo ſtatu effectum ſortito ad favorem Patroni, iterum præſentantis præſertim accedentibus aliis adminiculis à longè, ut ita dicamus, titulum indicantibus, ſeu comprobantibus, ut liquet penès *Garz. de benefic. par. 5.cap. 5. num. 60. Poſth. de manuten. obſervat.18. num.17. & ſeq. Rot. poſt eumdem deciſ. 657. num. 9. & 10. Adden. ad Buratt. deciſ.633. num.14. Achill. de Graſſ. deciſ.5. de jurepatronat. deciſ. 270. num.2. coram Cerr. deciſ. 23. num. 7. coram Duran., & deciſ. 252. num. 7. & 8. part. 10. recent.*, & quod præciſivè à patronatu ex privilegio, vel aliàs ſuſpecto, necnon a regula nona Cancellariæ *Sacrum Concilium* non auferat efficaciam ultimi ſtatus, quamvis agatur de lite cum Ordinario, videtur tenuiſſe *Rota in Olomucen. iuriſdictionis 5. Junii 1693. §. Nec infringi cum ſeqq. coram bonæ memoriæ Muto, & 5. Maji 1694. §. Neque in præſenti cum ſeq. coram Reverendiſſimo P. D. meo Molines Decano, relat. per modernum Romanum dicta diſceptat.28. ſub num.16.*

Tantamque ſubſiſtentiam habet in ſuis caſibus *cap. Conſultationibus*, ut Papa gratificare volens unum ex pluribus Præſentatis cum derogatione medietatis vocum, quæ fortè pertinuiſſent ad alterum ex eiſdem contradictoribus præmaximè reſpectum habeat ad eum, qui reperitur Præſentatus ab exiſtente in quaſi poſſeſſione præſentandi, aliàs ipſi gratia, ſeu derogatio non ſuffragatur ſecundùm ea, quæ connotavit *de Roſ.de exequutor.liter. Apoſtol. in addit. ad cap.5. ſub num.47.*, & pluries dixit *Rota ſignanter deciſ. 87. n.9. coram Arguelles deciſ.604.num.5. & 6. coram Cerr. deciſ. 267. num. 23. coram Peutinger. deciſ. 305. num. 6. coram Priolo deciſ.352. num.4.par.6. recent. Verulana Abbatiæ*

batiæ 23. Februarii 1680. §. Supposito igitur, coram bon. mem. Rondanino, Isclana Beneficii 26. Martii, & 18. Junii 1696. coram Eminentissimo D. meo Cardinali de la Tremoille, Aretina Beneficii 21. Januarii 1701. §. 1. in fin. coram Me, & in Oppiden. Beneficii 7. Maji 1703. §. Idemque evenit cor. bo.me. Muto.

Cessante dumtaxat hac necessitate docendi de quasi possessione sui præsentantis, quandocumque ille, qui obtinuit gratiam derogationis limpidè per rem judicatam, vel confessionem Partis aliisve modis supradictis patefaceret de titulo ejus Auctoris incontinenti, reinciderent etenim in eo casu jam abunde superiùs affirmata non curando de quasi possessione, ultimove statu per deglutitionem possessorii factam à petitorio, hocque præsertim re non integra, uti videbatur distinctum in *Celsonen. Beneficii 25. Januarii 1700. §. Hoc tamen cum sequenti coram bonæ memoriæ Jacometto*, & prosequitur *de Ros. in dicta addit. cap. 5. sub num. 48.*, vel quando juncta præfata liquiditate petitorii Impetrator hujus gratiæ numeraret pro se voces, quæ excederent medietatem, ex quo in his terminis hujusmodi gratia derogationis medietatis potuit quidem obtineri ad su-
38perabundantiorem cautelam, quæ nunquam nocet, sed in propria essentia remaneret inutilis, & frustratoria, habens quippe majorem partem vocum indubitabilium suapte natura minorem devorat, & vincit, ut præter generalia, de quibus per *Text. in cap. 3. & ibi Gloss. verb. qui minoribus de jurepatronatus*, habetur penès *Capon. disceptat. forens. 67. num. 5. tom. 2. Barbos. de offic. & potestat. Episcop. allegat. 72. num. 199. Card. de Luc. de jurepatron. discurs. 61. num. 20. decis. 294. num. 8. & 9. coram Duran. decis. 375. n. 11. coram Cerr. decis. 379. nu. 21. & 22. par. 8. decis. 363. num. 10. part. 9. decis. 30. nu. 7. part. 19. rec. & in Pampilonen. Parochialis 6. Martii 1702. in principio, & in Mediolanen. Prioratus 25. Junii 1700. §. Manentibus igitur in utraque, coram Me*, dictum ad rem fuit *in decis. 57. num. 16. versic. Unde opus non est, post Tondut. de pensionibus, & Celsonen. Beneficii 25. Januarii 1700. §. Hinc non est, coram bon. mem. Jacometto.*

Postremo ad dilucidiorem, ut speratur, materiæ explanationem, videtur non omnino prætereundum, quòd quandoque casus præbet, quòd in Causa, sive in certamine existant, nedum Præsentati de assequenda institutione dimicantes, sed etiam Patroni super proprietate, & titulo, verum hæc complicatio, seu comparitio personarum non obnubilat Theatrum non solùm quoties Patroni sint in Scæna ad simplicem finem adhæsionis pro reportanda institutione favore proprii Præsentati, dum veniens in judicio adhærendo alteri ex Principalibus collitigantibus quicquam non facit immutationis ad tradita *Ubert. de citat. cap. 14. num. 263. & 269. Rota decis. 303. num. 3. & seqq. & decis. 576. num. 8. coram Ludovis. decis. 144. num. 18. coram Coccin.*, & *dec. 261. num. 7. par. 15. rec.*

39 Sed quoque in casu, quo uterque Patronus principaliter concupiscat dirimi quæstionem proprietatis, tantummodo quippe in hoc supposito, quoad eosdem Patronos non posset pro determinanda pertinentia juris præsentandi (nisi forsan per viam observantiæ interprætativæ &c.) aliqua haberi reflexio de quasi possessione, aut ultimo statu, sed solùm inquisitio facienda esset de præmisso titulo, & proprietate per ea, quæ optimè advertit *Rota decis. 13. num. 21. par. 6. recent.*, quin exinde officeretur privilegio quasi possessionis competenti alteri ex Præsentatis; interessentia quippe Patronorum desuper contendentium gignere non valeret, nisi principium illius evictionis, & præservationem jurispatronatus cum canonizatione ejus proprietatis, quas uterque respectivè Pontifex videlicet *Innocentius Tertius*, & *Alexander Tertius* præservare intenderunt; Siquidem non implicat præberi uni manutentionem, alteri sententiam, & sic eo magis, nè fraudetur, ni-
40 miumque protrahatur Ecclesiæ servitium, donec disputari contingit de pertinentia Patronatus, concedi uni Præsentato institutio, alteri verò Præsentati canonizatio proprietatis juxta egregiè dispuncta penès *Abbat. in cap. cùm Dilectus, ubi cæteri Canonistæ de caus. possess.*, & *proprietat.*, *Guttierez practicabil. quæst. lib. 5. quæstion. 42. & seqq.*, & *num. 48. Marescott. var. resolut. lib. 1. cap. 55. n. 49.* &

& ſequen. modern. Roman. d. diſceptat.28. ſub num. 5. & ſub num.16. prope med. Rot. deciſ. 14. de reſtitut. ſpoliator. in antiqu. deciſ.416. num.3. & deciſ. 575. num.1. coram Seraphin. deciſ. 269. num. 6., & 7. par.2. diverſ. deciſ. 374. num. 11., & deciſ.435. num.4. par.2. recent.

41 Hæcque omnia,quæ dicta ſunt in Theſi juriſpatronatus proportionabiliter congruunt, & applicantur juri conferendi, ac juri eligendi, nominandi cùm ſimilibus, iſta namque vocabula plerumque ſynonimè adhiberi ſolent; vel ad invicem, ubi eadem ratio concurrat, fraternizant ita demonſtrante *Text. in ca. querelam de elect., & elect. poteſtat., & aſſerentibus Abb. in Jæpius relat. cap. conſultationibus num. 2. Vitalin. in Clementin. 1. num.25. de exceſſibus Prælator. Fagnan. in d. cap. conſultationibus num. 7. Bald. conſ. 437. in princip. lib.2., Card. de Luc. de regal. diſcurſ. 3. num. 3. Sperell. deciſ. 30. num.20. verſic. idemque eſt in election.Rot. deciſ. 252. num. 2. & deciſ.38. num.5. coram Priol. & deciſ. 13.ſub num.20. par.6. recent., Novarien. Parochialis, ſeu Vicariæ Sancti Martini 22. Junii 2705. §. His poſitis coram Eminentiſſimo Domino Cardinali Caprara, & in Tarraconen. Parochialis de Vimbodino 15. Januarii 1706. §.Reſcripſerunt itaque Domini coram Me.*

Abſolutis hiſce Theoricis, quarum elaborationem libavi, ut jungerem ſtudii ſacrificium obedientiæ debitæ in obſequium deſiderii, & juſſionis Tribunalis, ſeu Reverendiſſimi D. mei Decani ſub non diſſimili tamen proteſtatione, quam faciunt ſcribentes vitam, ſeu geſta Venerabilium Servorum Dei, & decreto *ſa. me. Urbani VIII.* nempe quòd fides remaneat penès Auctorem, ſive extenſorem, cujus quandoque ſenſus non ſemper adſcribitur ſenſui Tribunalis, ſic utì paſſim habetur apud *Rotam deciſ.5. in fine coram Pœnia, & deciſ.70. num.9. par.19.*, & ipſe Ego aliquando me declaravi, *& præcipuè in illa Ferrarien., ſeu Imolen. Bonorum 26. Martii 1700. §. Adderem ego in ſenſu privati Extenſoris coram Me.*

Et ad rem hodiernæ reſolutionis deſcendendo, ſicque, ut dicitur applicando activa paſſivis, SEQUUTA VACATIONE beneficii,ſeu Abbatiæ erectæ ſub titulo Sancti Joannis Evangeliſtæ in Terra, ſeu loco Robiani per liberam reſignationem Joannis Baptiſtæ illius poſſeſſoris, tres ab initio Præſentati extiterunt, videlicet Petrus Paulus à Cæſare ſignanter, duobuſque fratribus; Joannes Franciſcus à Balthaxare Avo, & Cajetano, Philippo, & Balthaxare Michaelo Fratribus, & Rodulphus à Marchione Joanne Claudio omnibus de prænobili familia Squarcia, aliàs de Gluſſiano; Verùm cùm paulo poſt Joannes Franciſcus jura præſentationis de ſe factæ tranſtulerit, & ceſſerit in Petrum Paulum ſub certis modificationibus, ſeu pactis, idemque Petrus Paulus à Sanctiſſimo Domino noſtro Pontifice ſemper Optimo Maximo, nedum ſucceſſivè obtinuerit hujuſmodi ceſſionem, ac pacta approbari, ſed etiam gratiam, quam nuncupant *pro Præſentato* cùm ulteriori derogatione juriſpatronatus, juremerito Ordinarius comperta narratorum verificatione literas Apoſtolicas deſuper expeditas executioni demandandas eſſe decrevit, quòd & Sacra Rota hodierno oraculo confirmavit, ſubcenſens -- *Nullum eſſe arbitrio* -- quòd eidem Auditorio, Signatura Juſtitiæ circa retardationem hujuſce exequutionis
42 commiſerat, quemadmodum in ſimilibus caſibus concurrente juſtitia, & juſtificatione expreſſorum ſolita eſt reſpondere, ut liquet ex *deciſ.594. num.2. coram Bich. & ſeqq. & deciſ. 83. num.1. parte 17., & deciſ. 82. pariter num. 1. part. 19. recent. Bononien. Cappellaniæ 11. Martii 1701. in principio coram Reverendiſſimo dell'Olmo, Chelmen. Decanatus Tamoſcen. 26. Junii 1702. §. Arbitrium coram bon.mem. Muto, Auguſtana Canonicatus 19. Januarii 1705. §. Plana etenim coram R. P. D. meo Omaña Barchinonen. Beneficii 26. Junii 1705. §. Cùm autem, in Interamnen. Juriſpatronatus 22. Martii 1706. in principio, & in Mediolanen. juriſpatronatus ſuper exequutione literarum Apoſtolicarum 21. Februarii proximè præteriti §. Arbitrium etenim coram R.P.D. meo Scotto.*

Ac equidem de neceſſariiſſimo extremo pro ſuſtinenda præſentatione, exiſtentiæ ſcilicet juriſpatronatus, quòd de cætero ut ſupra innuimus, Sancta Sedes facilè non approbat, & de quo explicitè in præſenti Bulla, ſeu literis Sanctiſſimus Dominus noſter ſe declaraverat per

illa verba -- *per præsentes non intendimus dictum jusPatronatus in aliquo approbare*, irrefragabiliter constitit ex antiquissima sententia nostri Tribunalis lata usque de anno 1597. per *Cardinalem Lancellottum*, in qua ad normam decisionum, quæ præcesserant *coram Comitulo inter suas dec. 6. & decis.46.* definitum fuerat, *Ecclesiam sinè Cura, vel Cappellanum sub invocatione Sancti Joannis Evangelistæ, de qua agebatur, fuisse, & esse de jurepatronatus Petri Pauli, & familiæ de Squarcia de Glussiano ex fundatione, & dotatione*; Cumque ab
43 hac sententia nulla deinceps interposita appareret appellatio, quinimmo ea remanserit sub inconcussa per sæculum observantia roborata, non erat ambigendum, quo minus non foret superabunde satisfactum verificationi existentiæ ejusdem Jurispatronatus quoad hanc familiam de Squarciis de Glussiano etiam juxta præscriptum, quatenus oportuisset, *Sacri Concilii Tridentini in supracitata sessione.25. de reformatione. capit.9.*, ut ultra superiùs in sua classe allegatos comprobarunt *Ciarlin. controvers. forens. lib. 1. cap.57. num.10. decis.490. num.4. coram Dunozett. jun. decis. 169. num.11. par.10. & decis.25. num.9. par.12. recen. Leodien. Parochialis 27. Junii 1687. §. Concurrit, Camerinen. Jurispatronatus 10. Maji 1694. §. Absque dubio, & in Mediolanen. Prioratus super dubio ignobilium 15. Junii 1703. §. Cumque Ordinarius coram R.P.D. meo Scotto, & in Mediolanen. Præposituræ 33. Januarii 2705. §. Accedente præsertim coram Reverendissimo P. D. meo Molines Decano*, & in proposito Jurispatronatus gentilitii connotarunt *Peregrin. consil.32. à num.18. ad 20. lib. 1. Rota decis.482. num.5. par. 1. decis. 270. num. 9. & 11. par.11. & decis.192. num.2 par.19. recent., & in Comen. Cappellaniæ 31. Martii 1702. §. Ex his quoque coram Eminentissimo D. meo Cardinali de la Tremoille.*

Firmato Jurepatronatus in genere, nullaque coincidente dubitatione super veritate tam litis, quàm cessionis Sanctissimo nostro enarratæ, & per Sanctitatem Suam approbatæ, & communitæ parvum obstaculum injecit illa alia clausula præservativa in literis appositæ, sive adjuncta -- *necnon litis pendentiæ hujusmodi, & juribus dicti Rodulphi in aliquo præjudicare* -- nullibi quippe præluxit, quòd confirmata jam cessione facta Petro Paulo per Joannem Franciscum, & vigente præsentatione, quam in sui personam reportaverat Petrus Paulus, aliquod, vel minimum præjudicium Rodulpho irrogaretur; Cùm etenim Petrus Paulus ex utroque capite etiam disjunctim sumpto, propriæ nimirum præsentationis, & cessionis juris alterius præsentationis in se transfusæ per Joannem Franciscum pluralitatem, & excedentiam vocum ad sui favorem numeraret, quodammodo, ut supra meminimus gratia derogationis ju-
44 rispatronatus imbibita ejus literis *pro Præsentato* reddebatur inutilis, vel omnino superabundans ad punctualem decisionem *in dicta Celsonen. Beneficii 25. Januarii 1700. §. Hinc non est opus coram bon. mem. Jacometto*, & pari modo generaliter ultra superiùs relatos in §. *Cessante dumtaxat*, tradiderunt *Lambertin. de jurepatronat. lib. 2. part.3. quæst.4. artic.1. Garz. de Benefic. par.9.cap.2. n.257. Rot. decis.85. num. 1. coram Cels. decis.19. num.1. par.11. & decis.74. num.1. par.18. recent. Compostellana Parochialis 2. Jun. 1706. §. Decidendi ratio coram R.P.D.meo Priolo, & in Svessana Beneficiorum 25. Jun. ejusdem anni 1706. §. Ipse enim coram R.P.D. meo Kaunitz.*

Diximus ex *utroque capite*, nam inchoando à propria præsentatione, quam Petrus Paulus fuerat sortitus à Cæsare, ac duobus ejus fratribus, ecce quod præscindendo à cessione, ac vocibus sub ea inclusis, ecce quod idem Petrus Paulus superabat Rodulphum non exhibentem pro se, nisi unicam vocem suæ præsentationis Marchionis Joannis Claudii, haud relevante ad hoc propositum, ubi opus esset, prætensa immutatione jurispatronatus de gentilitio, ut sonabat sententia *Cardinalis Lancellotti* in hæreditarium, quandoquidem admissa etiam præsuppositione, sive figurationis qualitatis hæreditariæ, adhuc stetisset juspatronatus in duabus vocibus hæreditariis, altera nempe proveniente à linea Cæsaris, & altera à linea Joannis Claudii, tuncque in hac æqualitate vicisset Petrus Paulus, dum & ipse erat de familia Glussiana, &
45 idcirco semper in paritate vocum comparativè ad Rodulphum extraneum erat grati-

gratificandus, & anteponendus, prout rationabiliter, & æquitativè tenent *Gloſſ. in cap. neminem diſtinct. 7. Capon. diſceptat. forenſ. 67. nu.4. tom.2. Rocc. de Curt. de jurepatronat. in verb. honorificum quæſtion. 38. Lambertin. eodem tract. lib. 2. par.3. quæſt. 5. art.40. Vivian. pariter eodem tractat. par.3. lib.14. cap.2. num.67., Rota deciſ.275. num.2. coram Mantic. deciſ.647. num. 16. coram Buratt. deciſ.294. num. 2. coram Pamphil.* cum aliis *in Mediolanen. juriſpatronatus tertia Julii 1684. §. Obſervarunt coram bo.me. Pauluccio.*

Eoque robuſtius juncta, ſeu perſpecta in quadam, ut præmiſimus exuberantiam, derogatione juriſpatronatus etiam in totum attenta lite præexiſtente; quia licèt in vim prædictæ poſterioris clauſulæ Papa non intellexerit velle præjudicare eidem pendentiæ litis, ac juribus Rodulphi; nihilominus nè omnino gratia vacua remaneret, & ſinè effectu ſaltèm in aliquo illa compatibiliter ad omne pejus erat interpretanda, aut reducenda ad eam gratificationem in caſu medietatis vocum, quam Pontifices ſibi paſſim aſſumunt in locum Ordinarii ex animadverſis per *Amayden. de Styl. Datariæ lib.1. cap. 15. §.15. num. 4. Lotter. de re beneficiar. lib. 2. quæſtion. 8. num. 103. Rot. in Barchinonen. Beneficii 23. Martii 1705. §. Tertio tandem coram Me*; Gratia quippe, quantum fieri poteſt, nuſquam debet reputari penitus inutilis, & otioſa, ut inquit *Bonifacius VIII. in cap. ſi Papa de privileg. in 6. Pariſ. conſil.70. col.2. vol.1. Cyriac. controverſ. 622. num. 17., & 18. tom. 4. Mantic. de tacit. lib. 10. num. 5. tom.1. Capycius Latr. deciſ. 182. num. 69. tom.2. Rot. deciſ.297. num.2. par.4.tom.2. & deciſ.385. num.5. par.11.*

Evidentiùs autem, quia neque ullatenus conſtabat de hac prætenſa immutatione qualitatis, quæ eſſet diverſificativa naturæ familiaris, & gentilitiæ in contradictorio judicio canonizatæ per enunciatam ſententiam, & rem judicatam Cardinalis Lancellotti, quæ cùm poſt illa verba -- *fuiſſe, & eſſe de jurepatronatus Petri Pauli* -- adjecerit -- *& familiæ* -- profectò efficiebat, quòd Patronus habendus eſſet pro verè familiari, & verè gentilitio, quemadmodum bene in durioribus terminis circa juſpatronatus familiæ *de Mantegatiis* pluries deciſum fuit, & præſertim in illa *Mediolanen. Prioratus cor. clar. mem. Cardinali Corrado ſub die 14. Martii 1646. coram Ubago dec.24. nu.5., & dec.30. nu.1. in rec. dec.503. ſub nu.1. par.18. ſub die 11. Aprilis 1699. cor. Rmo P.D. meo Molines Decano, & 25. Junii 1790. §. Dicebat igitur coram me, 15. Junii 1701. §. Abſque eo, quod cor. R.P.D. meo Priolo 17. Junii 1703. §. Hujuſmodi coram R.P.D. meo Scotto, & ſuper mixtura & filiis familias 29. Januarii proximè præteriti §. Qualitatem enim gentilitiam cor. R.P.D. meo Caſſarello.*

Quoniam ad oſtendendam prætenſam immutationem perperam adducebatur non admodum antiqua præſentatio facta per Petrum Paulum ſub anno ſcilicet 1683. in Perſonam Joannis Claudii ſub illa expreſſione uti hæredis, quia præterquam non poterat per hanc nuncupationem citra conſenſum aliorum de familia, quibus fuerat jus quæſitum per rem judicatam, fieri talis immutatio, adhuc vocabulum illud hæredis, vel erat accipiendum pro hæredibus ſanguinis, quia ſtatim Petrus Paulus in eademmet præſentatione alterum vocabulum immiſcuit Agnati vel omnino ſperni merebatur, dum in actibus conſequutivis, & ſignanter in ipſa inſtitutione fuit expreſſum, quòd Beneficium ſpectaret ad Familiam de Squarciis de Gluſſiano cum poſitiva productione Sententiæ Cardinalis Lancellotti, ex qua ſanè productione facta ſinè ulla præſervativa, vel proteſtatione urgentiſſima enaſcitur confeſſio producentis ad *Text. in cap. olim in Cenſib. leg.1. §. Editiones ff. de eden. Gloſ. in auth. de Teſtib. §. Et licèt verb. & ſuppliciis colum.6., Neguſant. Sylu. Jeſ. qu. 78. num. 1., & ſeqq., Mareſcot. var. reſolution. lib.1. reſolution. 36. n.3., Ridolphin. in prax. par.1. cap.2. nu.148., Angel. de confeſſ. lib.1. qu.7. effect.5. num.18. Rot. dec.128. nu.7. coram Bich. dec. 360. nu.3. par.5. dec.88. num.20. par.6., deciſ.29. nu.37. par.7., & deciſ.429. nu.25. par.18. recent.*

Superaddendo, quòd cùm non aliunde meliùs quam per ipſam rem judicatam coruſcare non poſſet de jurepatronatus coram Ordinario illud admittere debente, utique hic actus, hæc confeſſio, hæc productio prævalebat ſimplici, ac æquivocæ

vocæ nuncupationi hæredis, aliàs decretum institutionis, & admissionis jurispatronatus factum ab Ordinario minimè remansisset justificatum ex actis prout præsumitur, & oportet ad tradita per *Gloss. in leg. his qui ad Civilia, verb. ostende versic. dicimus enim Cod. de appellat.*, *Scacc. eodem tract. de appellat. qu.20. sub num.20. Card. de Luc. de Benefic. disc.14. nu.10. Rot. decis. 864. nu.6. coram Dunoz. jun. dec.114. nu.7. coram Zarat. dec. 254. nu.7. coram Bichio dec.667. num.2. par.1. dec.272. n.6. par.12., & dec.604. sub n.6. par.19.*

Constabilito igitur jurepatronatus in sua propria qualitate familiari, seu gentilitia, consequens erat, quod cum moder-
46 nus Petrus Paulus Actor ostenderet sese fuisse præsentatum à tribus personis; Rodulphus verò tantummodo ab una, dubio procul præcelleret ejusdem Petri Pauli præsentatio, cùm nemo ignoret, quòd in jurepatronatus gentilitio, seu familiari non numerantur stirpes, vel lineæ, vel quotæ hæreditariæ, sed sola capita Præsentantium, itaut Pater unà cum filio constituat, ubi opus est, geminas voces, seu Personas, *Franc. in cap. ultimo de jurepatr. in 6.*, *Gabriel. consil.196. num.6. lib.2. Gratian. discept.522. num.19.*, *Rot. in Florentina jurispatronatus de Ricasolis*, relata penès, *Vivian. de jurepat. lib.4. cap.1. num.71.*, *& in Mediolanen. Prioratus de Mantegatiis 11. Decembris 1699. §.6.*, *& 15. Februarii 1700. §. Concurrente, coram Rño P. D. meo Molines Decano 25. Junii 1700. §. Atque coram me 14. Februarii 1701. §. Prædicta, coram R.P.D. meo Scotto, & latiùs super dubio filiorum familias 18. Junii 1703. coram eodem.*

47 Circa defectum probationis descendentiæ, promovebant Informantes pro Rodulpho facile fuit respondere, cùm etenim in toties memorata Sententia Cardinalis Lancellotti expressa mentio facta legeretur de Balthaxare Seniore tanquam Patrono, & de familia Glussiana, undique sufficiebat, quòd in Præsentantibus Petrum Paulum liqueret de justificatione Descendentiæ ab ipso Balthaxare Seniore ex iis; quæ passim affirmarunt per *Francesc. variar. resol. cap.34. num.18. Castald. cons.189. num.15.*, *Lotther. de re benefic. lib.2. quæst.11. nu.118. Rot. decis.348. num.2. cor. Penia dec.100. n.4. cor. Duran. dec.31. n.8. coram Celsi dec.983. nu.3. cor. Dunoz. junior. dec.118. num.28. coram Bichio, decis.146. num.2. par.2., & decis. 63. sub num. 6. par.10. recent.*

48 Quòd autem in Præsentantibus Petrum Paulum verificaretur, ac probata existeret prædescendentia à Balthaxare Seniore per gradus distinctos, nempe Cæsaris Senioris, Livii, & Cæsaris Junioris, qui fuit unus ex prædictis Præsentantibus evincebatur ab effectivis Præsentationibus expletis à præfato Cæsare seniore, & Avo moderni Cæsaris, à partita librorum Parochi super matrimonio, à fidibus baptismatum, & respective publicis Instrumentis divisionum, ex quibus sanè respectivè applicatis Domini non dubitarunt emergere prorsus sufficientem justificationem descendentiæ, sicuti in similibus facta tali conglomeratione aliàs dixit Sacra *Rota decis.14. num.8. coram Dunoz. jun. decis.417. nu.16. coram Priol. decis.1280. num.1. coram Emerix jun. dec. 399. num. 11. par. 16. decis. 397. num. 1. par.15., & decis.590. pariter nu.1. par.19. recent. Neapolitana, seu Civitatis Castelli descendentiæ 14. Junii 1700. coram R.P.D. meo Priolo, & in Avenionen. seu Vasionen. Primogenituræ 25. Junii ejusdem anni 1700. §. In cæteris gradibus*, ubi de denominationibus fratris coram Parocho occasione contracti matrimonii, *& per tot. coram bo.me. Jacometto inter impressas penès modernum Forolivien. decis. & rer. judicatar. vol.1. tit.3. de legat. & fideicommiss. decis. 11. & 12.*, *& in Sutrina Canonicatus 21. Junii 1706. §. Quod autem coram eodem R.P.D. meo Priolo.*

49 Istud igitur caput exuberasset, sed quia juxta vulgare, & legale adagium, duo vincula magis ligant, quàm unum; validum quoque videbatur alterum caput reportatæ cessionis per Petrum Paulum à Joanne Francisco altero Compræsentato, quod etiam secundum caput in se continebat membra, seu voces in numero quatuor, ideoque etiam seorsim suffocantes illam unicam vocem, quæ pro Rodulpho militabat, jam enim de validitate hujusmodi cessionis hæsitatio cadere non poterat, stante literali Sanctissimi Domini Nostri

Nostri approbatione, & cujus supremæ potestatis existit similes cessiones ad favorem certæ personæ, illarumque pacta admittere, & validare, ut respectu primæ propositionis inquiunt *Paris. de resignat. lib.14. quæst.6. num. 12. Cassador. decis. 3. num.3. de renunciat. Rot. decis.4. nu. 1. coram Millin. & decis.380. sub num.3.par.4. recent.*, & in ordine ad secundam *Gloss. in cap. ex parte il primo, & ibi DD. de offic. Delegat. Covaru. lib. 1. variar. resolution. cap.5. nu.8. Cochier.de permut.par.3.cap.2. num.1. & 3. & cap.43. num. 1. Garz. de Benefic. par.1. cap.19. num.23. Tondut. de pension. cap.16. num.12. & seqq. Barbos.de jure Ecclesiastic.in univers.lib.3.cap.15.§.5. de permut. à nu.179. ad 182. Card. de Luc. de jurepatronat. disc.66. sub nu. 7. Rot. decis.1956. num. 6. coram Coccin. decis. 290. num. 2. coram Pamphil., & ibi Adden. num.19. & decis.190. num.4. par.5. & decis.808. num.11. par.18. rec.*

Jamque pariter non erat in hac parte controvertibilis descendentia à supramemorato Balthaxare seniore circa Præsentantes eumdem Joannem Franciscum cedentem ex documentis plusquam sufficienter exhibitis, ac propterea difficultas, si quæ aderat, ad binas reducebatur exceptiones ab eisdem Scribentibus pro Rodulpho desuper oppositas; Primam nimirum, quod præsentationes exaratæ in persona Joannis Francisci initæ noscerentur post lapsum quadrimestris ex indulgentia Ecclesiæ Laicis Patronis attributi ad præsentandum *in cap. propter de jurepatronat.* Et secundam, quòd cùm cessio hæc non fuerit publicata, non erat attendenda, resistente non minùs ad literam, quàm ad spiritum rationis sanctione Bullæ sa. me. Gregorii XIII. *la 85. Bullar. nov. tom. 2.* quam asserebant procedere etiam in Beneficiis litigiosis, ex *Rota in Burgen. Canonicatus coram Pamphil. sen. impress.apud Marchesan. de commission.par. 2.fol.544. num.3. & seqq. decis.331. n.15. & 16. par.15. decis.141. num.37. par.16., & dec.420. n.12. par.19. rec.*

50 Neutra tamen ad sensum majoris partis Dominorum visa est, obstaculum posse præbere etiam huic licèt superabundanti capiti cessionis; nullitas namque derivans à præterlapsu temporis, intrà quod faciendæ erant præsentationes, submovebatur à verisimili ignorantia, seu non probata scientia Patronorum de subsequuta vacatione, & maximè per resignationem, qui non est actus tam scibilis, quàm existit obitus, quando tamen verissimi juris est tempus non currere, nisi à die demonstratæ scientiæ *Cavaler. in repetit. ad cap. Consultationibus de jurepatronat. num.35. & 36. Hores de Mena var. resol. lib.1. quæst.3. à num.20. Engel. in jus Canonic. lib.3. tit.38. num.13. Barbos. de offic. & potest. Episcop. par. 3. alleg.72. nu. 135. Vivian. de jurepatronat. par.2. lib. 5. cap.2. num.20. Rot. decis. 459. num. 7. coram Buratt. decis.114. num.8. & seqq. coram Cerro, & decis.221. num.10.par.7. recent. cum aliis in Romana Cappellaniæ 25. Novembris 1705. §.Verùm neque visum est Dominis cum seq. & in Segobien. Canonicatus 17. Martii proximè præteriti §.Aliquod involverem in utroque, coram me.*

Parum relevante, quòd talis scientia esset præsumibilis ob moram, quam trahebant in Urbe Patroni de tempore, quo Joannes Baptista familiam Dominicanam ingressus liberè dimisit beneficium in manibus Superioris, quamvis etenim permanentia in Urbe Civitate tam vasta non admittat illam probabilitatem scientiæ, quæ potest considerari fortasse in parvis Civitatibus, seu Oppidis, adhuc cùm, ut diximus, vacatio non acciderit per obitum Joannis Baptistæ esto millies, quod Patroni præsumptivè scivissent ingressum ejusdem Joannis Baptistæ in Religionem, scivissent quoque initam fuisse renunciationem, seu dimissionem Beneficii, profectò non probatur positiva qualitas, & circumstantia ejusdem dimissionis, seu resignationis, utrum nempe extitisset celebrata ad favorem certæ personæ, quo casu de stylo Datariæ, ut connotavimus, apponi solet clausula -- *accedente consensu Patronorum*-- in quibus sanè terminis Patroni poterant, seu debebant expectare requisitionem assensus procurandi per Resignatarium, vel potius liberè expleta fuisset dimissio, & resignatio; quapropter, vel quia semper ageremus de scientia præsumpta, quæ non sufficit, vel quia satis non esset in præjudicialibus demonstratio scientiæ in genere, nisi ostendatur etiam in specie, seu qualitate præjudicante, semper ad oculum hujusmodi prima

ma ruebat exceptio, ut circa præcedentem priorem conclusionem ampliando regulam profitentur *Cavaler. in repetit. ad d. cap. consultationibus nu. 36. Gabriel consil.185. num.9. lib.2. Lap. alleg.78. nu.12. Alphonsi. de Leon. in tractat.de Offic.Cappellan. quæst.4. prax.5. num.77. & 79. Rota decis.2129. num.22. coram Coccin.*, & respectu posterioris videre est penès *Felin. in cap. cùm contingat col. 2. vers. & dicit, Bald. hìc de rescript. Card. in Clement.unica column.penult. vers. tertio quæro de concess.præben. Rov. de contractib.minor.gloss. 16. §.7. sub num.375. Rot. decis.142. n. 2. coram Puteo lib.1. decis.1239. nu. 1. coram Seraphin. decis. 283. num. 4. coram Coccin. decis.486. nu.7.par.18., & decis.533.n.34. par. 19. recent. Romana Officii 26. Martii 1694. §. Decisio coram Eminentiss. D. meo Caprara inter impress. per Constant.ad Statut.Urb.tom.3. decis.14. num.31.in fin., & in Carpentoracten. Parochialis de Mazan 13. Februarii 1699. §.Profecto nihilominus coram me inter hactenus impress. decis. 72. num. 6.*

51 Dilabebatur quoque secunda exceptio non factæ publicationis, quòd Gregoriana Constitutio super publicandis resignationibus procedit quoque in Beneficiis litigiosis, juxta prælaudatas ex parte Rodulphi decisiones nostri Tribunalis, & præcipuè *decis.420. num.12.par.19. rec.*

Attamen hæc propositio in omnem casum recipienda esse videbatur quotiescumque tractatum fuisset de puris, & simplicibus resignationibus, non autem ita de facili intercedente, prout hìc, triplici mixtura casus, altera nimirum, quod cessio erat pactionata cum nonnullis modificationibus, & præ cæteris cum reservatione pensionis,quapropter illa fraus,quæ rectè suasit sa. me. Gregorius XIII. ad decernendas has publicationes cessabat ex fideli narrativa totius rei gestæ cum subsequuta validatione Pontificis, itidem non versabamur in cessione, aut resignatione Beneficii possessi,ac detenti per Resignantem, sed dumtaxat de cessione juris in spe ad Beneficium vigore præsentationum, quas sortitus fuerat Joannes Franciscus adhuc collitigans, & non possessor, ac denique approbatio cessionis facta per Papam non erat gratia principalis,super qua literæ resignationis prodiissent; Gratia etenim principalis consistebat in datione literarum Apostolicarum pro Præsentato, cum derogatione juris patronatus etiam in totum; cumque ulterius præservaretur in eisdem literis pendentia litis,jusque competens Rodulpho, ad quid publicare literas pro minima parte amplectentes cessionem, & non potius directè Judicem exequutorem adire pro dirimenda ejusdem litis pendentia, & submovendo ptætenso jure sinè interesse Rodulphi,unde perspecta hac differentia, sive mixtura succedebat conclusio, quòd nullum Statutum, nulla Lex, nulla Constitutio regulariter vim sortiatur in casu mixto, & maxime differente in ratione, pro qua Lex, Statutum, sive Constitutio emanavit, ut pariter habetur in ordine ad mixturam penès *Ruin. cons.113.num.7. lib.1. Syriac. controv.258.num.13. Card.de Luca de success. ab intest. disc. 16. num. 19. & seq. Surd. decis. 174. num. 14. Rota decis.458. num.26. coram Bich.decis.366.n.6. par.15. decis.7. num.4. par.17. & dec.488. num.9. par.18. recent., & in Viterbien.manutentionis 14. Decembris 1699. §.Concurrente insuper coram R.P.D.meo Scotto,cum aliis in adnotatione ad meas decisiones decis. 12. num. 37.*, & in ordine ad diversitatem, sive cessationem rationis *DD. in cap. ut circa de election. in 6. Roman.consil. 179. num.12. Dec. consil.317. num.2. Gonzal. ad Regul.8. Cancell.glos.45.§.13.n.48. Rota decis.602. num. 3. coram Emerix jun. & decis.165. num.12. par.19. rec.*

Addito, quòd in omnem eventum innegabile esset, quòd pendentia litis præservata per Pontificem saltèm non relevaret ad finem, nè honestum causaret impedimentum, ut non decurreret semestre à Gregoriana concessum pro ineunda publicatione, prout optimus (ita subintelligendo) fuit in posterioribus decisionibus ultimus sensus Tribunalis, de quo *in decis.1242. num.6. & 7. coram Emer.jun., & dec.260. n.36. par.17. rec.*

Dignoscebant forsan præcitati Informantes pro Rodulpho ob efficaciam, atque soliditatem fundamentorum, quæ huc usque patefecimus medullam boni juris assistere Petro Paulo, ideoque recurrebant ad præsidium prædictorum *Textuum in capit. Querelam, & in cap. Consultationibus* ob jam enunciatos status ante-

antecedentes annorum, ſcilicet 1683., & 1689., pro quorum faciliori diſſolutione ſupervenit mihi enunciata commiſſio materiam latiori calamo diſſerendi, & de facto prætermiſſo actu noviſſimo anni 1689. qui nullam præſeferebat pręſentationem, ſed ſimplicem conſenſum præſtitum, abſentibus, & ignorantibus Compatronis reſignationi factæ per Marchionem Joannem Claudium hodie præſentantem, quive actus haberi non meretur in aliqua conſideratione pro firmando ultimo ſtatu, ex deductis per *Vivian.de jurepatr.lib. 11. cap.6. num.9. Adden. ad Ludoviſ.deciſ. 349. num.7. in fin. Rot.deciſ.339.par.2. coram Ludoviſ., & deciſ.830.ſub num.7. coram Emerix jun.*

Unicus actus, qui remanebat præſentationis anni 1683. quin etiam uterque in nihilo obſiſtebat ſtante patefactione proprietatis per rem judicatam cum cæteris uſque dum demonſtratis, quamobrem cùm ulterius hodie eſſemus quoque in caſu non conceſſæ Inſtitutionis per Ordinarium alicui ex præſentatis, ſeu, ut dicitur, *re integra*, recurrebant favore Petri Pauli omnia firmata, ſeu animadverſa ſuperiùs *in §. Quòd ſi non adhuc*, & à fortiori allata *in §. Tetigimus cum plurib. ſeqq.*

Roborabant (etſi ex abundanti) pariter eadem jura Petri Pauli allata in §. *Secundus eſt verò caſus*, ex quo non apparebat, quod ultimi prætenſi ſtatus præſentationum, ſeu quaſi poſſeſſionis geſti eſſent privativè, ſivè animo ſpoliandi legitimos Compatronos, nam illa enunciativa unici Patroni emiſſa de anno 1689., ultra quod concernebat aſſenſum non referibilem, ut præmiſimus, ad firmationem ultimi ſtatus, nihilominus hujuſmodi enunciativa non fuit approbata per Ordinarium exequen. literas reſignationis, ut liquet ex confrontatione Summarii Rodulphi, & de cætero ſubjecta materia juriſpatronatus gentilitii non patiebatur, quod vigore ultimi ſtatus præjudicium afferetur Patronis jure proprio, & ex propria perſona venientibus,
52 jura quippe ſanguinis ſunt impræſcriptibilia, *ad Text. in l. jura ſanguinis ff. de reg. jur., & in §. final. inſtitution. de jur. natural. gent., & civil.*, & in noſtro propoſito *Dec. in cap.1. de jurepatronat. in 6.*, *Alexander. conſ.13. nu.10. lib.5., Gratian. diſcept. forenſ. cap.577. n.41. 42. & 44. Ciarlin. controverſ. forenſ. lib.1. cap.107. n.61. & 52. Card. de Luc. de jurepatron. diſc.35. ſub n.8., Franceſ. var. reſolution. cap.34. num.22., Molin. de Primogenitur. Hiſpaniar. lib.1. cap.24. num.31. Rot. deciſ.46. num.25., & deciſ.67. ſub num.8. coram Priolo, & deciſ.220. nu.46. par.11. Recent.*

Hiſque nimis ad ſatietatem diſpunctis ſuperfluum remanſit examinare alteram quæſtionem, an revera valeret Rodulphus allegare quaſi poſſeſſionem Marchionis Joannis Claudii ſui præſentantis, qui
53 nunquam ex ſemetipſo præſentavit, ſed ſolùm ad præfatos actus devenit de anno 1683., & 1689., alter Petrus Paulus ejus Pater, ſecundum ea, quæ pro negativa, & in hac materia facti non tranſitorii ad hæredes, videri poſſunt penès, *Ciarlin. controv. forenſ. lib.1. d. cap.107. nu.7., & ſeqq. Poſth. de manutent: obſervat. 55. à nu.26. ad ſeqq. Vivian. de jurepatronatus lib.4. nu.64. Card. de Luc. eod. tract. diſc.63. num.31. Rot. poſt eumdem Vivian. dec.43. num.2. deciſ.222. num.7. coram Ludoviſ. & ibi Adden. num.12. in fine deciſ.390. num.1. coram Coccin., & deciſ.708. num.5. par.18. Recentior.*, pro affirmativa apud *Garz. de benefic. par.5. cap.5. num.23., Fontanell. de jurepatron. lib.1. quæſt.27. num.1., & ſeqq., Panimoll. dec.10. annotat.30.*, Rot. *deciſ.84. ſub num.3. poſt Vivian. de jurepatron. deciſ.260. num.4. par.2. dec.64. ſub num.29. par.13. Mediolanen. juriſpatronatus ſuper Manutentione 15. Junii 1703. §. Fruſtra demum coram R.P.D. meo Scotto, & in Mediolanen. Cappellaniæ 25. Aprilis 1704. coram Reverendiſſimo P. D. Molines Decano*, & bene diſtinguendo reſultat ex *Rota deciſ.31. num.8. coram Celſo deciſ.374. num.2. par.11. Lucana Beneficii 13. Junii §. Quicquam non refragante coram bo. mem. Mato, Comen. Cappellaniæ 18. Aprilis ejuſdem anni §.1. verſicul. certum eſt, coram Eminentiſſimo D.meo Card. de la Tremoille, Mediolanen. Prioratus 5. Maji 1702. §. Nec dicatur in fine coram R.P.D. meo Priolo, cum aliis in Aretina Beneficii 23. Aprilis 1703. §. Quamobrem omiſſo, coram me, & in Mediolanen. Cappellaniæ 22. Junii 1703. §. Minuſque re-*

levat, coram Reverendiss. P.D. meo Molines Decano.

Non esse itaque locum arbitrio pro retardatione literarum Apostolicarum, & consequenter *neque etiam fore instituendum Rodulphum*, sicque in omnibus -- negative -- *Domini responderunt.*

Vtraque parte acerrimè dimicante.

ARGUMENTUM.

Derogatio Juriſpatronatus Laicalis in totum attenta lite, an, & quando habeat locum?

SUMMARIUM.

1 *Papa derogare solet juripatronatus laicalis non solùm quando Beneficium patronale vacat in Curia, sed etiam quando est lis inter Patronos, aut eorum Præsentatos.*

2 *Derogatio juriſpatronatus in totum non habet locum, si lite pendente inter Patronos super pertinentia, unus ex eis existat in possessione præsentandi, & præsentet; Et quare.* Vide ibi.

3 *Nec habet locum ubi aliquis ex Patronis litigat super pertinentia minimæ partis juriſpatronatus, quæ sit inefficax ad præsentandum.*

4 *Lite pendente ante vacationem Beneficii inter Patronos super pertinentia juriſpatronatus, Papa derogare solet juripatronatus in totum*, & num. 15. *& quare.* Vide ibi. Amplia ut num. 5.

6 *Clausula* -- dummodo non sit alteri jus quæsitum -- *præservat jus validum, & certum, non verò invalidum, & incertum*, & num. 16.

7 *Derogatio juriſpatronatus in totum, attenta lite, habet etiam locum in casu vacationis Beneficii per resignationem in favorem.*

8 *Lite pendente inter Patronos super possessorio juris præsentandi Papa derogare solet juripatronatus in totum.*

9 *Lite pendente super possessorio, nequit Patronus præsentare, aut si præsentat, ejus Præsentato non acquiritur jus certum, neque est danda institutio, lite non finita*, & num. 21.

10 *Lite pendente inter Præsentatos super titulo Beneficii, si unus ex illis cedat, vel decedat, Papa conferre solet Beneficium superstiti illum subrogando in juribus defuncti.*

11 *Gratia* si neutri *ad hoc ut sit exequenda, quid requiratur?*

12 *Literæ Apostolicæ derogationis juriſpatronatus in totum, attenta lite sunt exequendæ, verificata pendentia litis ante vacationem.*

13 *Pendentia litis ante vacationem, & ejus continuatio, ex quibus probatur*, & n. 14. 17. & 18.

19 *Concordia inter Præsentatos an faciat extinguere litem inter Patronos?*

30 *Acquiescentia per lapsum temporis an possit extinguere litem?*

CASUS V.

VAcavit Beneficium A Patronale lite pendente inter Patronos super proprietate, seu pertinentia Juriſpatronatus; Quidam obtinuit in Dataria provisionem illius cum derogatione Juriſpatronatus in totum attenta lite. Quæritur an, & quando Papa soleat derogare Juripatronatus in totum attenta lite?

1 Summus Pontifex derogare solet Juripatronatus non solùm pro medietate, ut supra vidimus *Can. IX. X. XI. Cas. XI.* verùm etiam in totum, & hoc non solùm quando Beneficium Patronale vacat in Curia per obitum, aut ob promotionem ad Episcopatum, sive Juspatronatus sit Ecclesiasticum, sive mixtum, sive laicale, juxta *Lotter. de re benef. lib. 2. quæst. 8. num. 100. Card. de Luc. de benef. disc. 33. num. 7. Ros. de execut. lit. Apostolic. par. 1. cap. 5. num. 136. Ansald. decis. 35. num. 2. Rota in Romana Cappellaniæ 3. Febr. 1708. §. Quin suffragetur coram Eminentissimo Scotto.* Sed etiam quando lis est inter Patronos, aut inter eorum Præsentatos *Rot. in Pisana Prioratus 11. Aprilis 1712. §. Ast quoque coram R. P. D. Ansaldo, & in Salernitana juriſpatronatus 13. Januar. 1716. §. Provisionem coram R.P.D. Crispo* de qua quidem derogatione conqueri non possunt Patroni; quia cùm Juspatronatus sit eis gratiosè concessum juxta primam propositionem superius *in Commentario ex Can. III.* deductam non est quid prohibeat, ut Papa hanc gratiam quandoque revocare, vel suspendere non possit.

Ut autem perfectè comprehendatur quan-

quando Papa ſoleat totaliter derogare juripatronatus laicali lite pendente inter Patronos quatuor diſtinguo Caſus.

2 Primus eſt quando lis eſt inter Patronos ante vacationem beneficii ſuper pertinentia juriſpatronatus, & unus ex eis, qui ſit in pacifica poſſeſſione præſentandi, præſentaverit perſonam idoneam ad beneficium vacans; hoc enim caſu non ſolet Papa derogare Juripatronatus in totum attenta lite; nec ſi quis obtineret ab eo Literas Apoſtolicas proviſionis ejuſdem beneficii cum derogatione juriſpatronatus in totum attenta lite, iſtæ eſſent exequendæ; quia cum ipſæ, ut in præcedenti *Caſu IV. num. 6.* inſinuavi, habeant in ventre clauſulam -- *Dummodo non ſit alteri jus quæſitum* -- per hanc præſervatur jus quæſitum certum, quòd Præſentatus reportavit à præſentatione facta à Patrono pacificè, abſque violentia, & uſurpatione poſſeſſore; lite pendente ſolùm in Petitorio; ut animadvertunt. *Lancellott. de attent. lite pendente in præfat. num. 546. & ſeqq. Gonzal. in cap. 2. de in integr. reſtit. num. 6. Rot. deciſ. 263. coram Ottobon. in Salernitana juriſpatronatus 11. Martii 1715. §. Latè enim coram R.P.D. Falconerio, & 13. a Januar. 1716. ubi ſupra coram R. P. D. Criſpo.* Sicuti non

3 ſolet Papa derogare juripatronatus in totum attenta lite, ubi aliquis ex Patronis litigat ſuper pertinentia minimæ partis juriſpatronatus, quæ eſt inefficax ad præſentandum, nec tollit, aut litigioſam reddit majorem partem juriſpatronatus, quæ ſola eſt efficax ad præſentandum, ut firmavit *Rot. coram Bich. deciſ. 558. n. 28. & ſeqq.*

4 Secundus Caſus eſt, quando ante vacationem beneficii lis eſt inter Patronos ſuper pertinentia juriſpatronatus, & nullus ex eis eſt in poſſeſſione præſentandi, tunc Papa ſolet apponere manus, & conferre beneficium cum derogatione juriſpatronatus in totum attenta lite, nè interim dum ignoratur quis ſit Patronus, & ad quem pertineat jus præſentandi, Beneficia patiantur diutinam vacationem. *Lotter. de re benef. lib. 2. quæſt. 8. num. 100. Roſ. de execut. lit. Apoſtolic. par. 1. cap. 5. num. 136. Card. de Luc. de benef. diſc. 33. num. 7. Gonzal. gloſſ. 6. num. 143. R. P. D. Anſald. deciſ. 35. num. 2. Rot. in Faventina Beneficii 24. Aprilis 1705. §. Continuatio coram R.P.D. Kaunitz inferius legen. n. 12. & in Romana Cappellaniæ 3. Febr. 1708. §. Quin ſuffragetur coram Eminentiſſimo Scotto.* Etiamſi unus ex dictis Patronis

5 præventivè præſentaſſet, quia cùm Patroni, lite pendente ſuper pertinentia juriſpatronatus, niſi ſint in poſſeſſione præſentandi, non poſſint præſentare, *Lancellott. de attent. par. 2. cap. 4. in præfat. num. 542.* ſi præſentent, eorum præſentatio utì incerta, & quæ juxta exitum litis poteſt eſſe valida, nullum interim tribuit præſentato jus conſiderabile in re, vel ad rem propter incertitudinem litis, juxta *Gloſſ. in cap. ex literis de jurepat. verb. vel antequam ibique Abb. nu. 7. cum ſeqq. Butr. num. 12. Anan. num. 15.*

6 *Lancellott. ubi ſupra num. 554.* ac proinde non præſervatur per clauſulam -- *Dummodo non ſit alteri jus quæſitum* -- in literis Apoſtolicis apponi ſolita, quæ ſolùm præſervat jus validum, & certum, non verò invalidum, & incertum juxta *Pariſ. conſ. 5. num. 96. & conſ. 82. num. 37. lib. 4. Caſſador. ſuper regul. deciſ. 24. num. 4. Rot. deciſ. 191. num. 13. coram Cerro, & deciſ. 1247. coram Emerix jun., & in dicta Faventina Beneficii §. Nec obſtitiſſet.*

7 Quæ quidem derogatio juriſpatronatus in totum attenta lite, habet etiam locum in caſu vacationis beneficii per reſignationem in favorem, eo quia Papa per hanc derogationem nemini præjudicat, dùm ſtante hac pendentia litis, quæ incertum reddit jus futurum unius, vel alterius Patroni, non debet Papa requirere conſenſum alicujus ex illis, de quorum jurepatronatus adhuc non conſtat; Ac proindè jus Patronorum tamquam incertum non eſt conſiderabile ad effectum verificandi præjudicium alterius, quòd nunquam adeſſe dicitur, niſi quando derogatur jus quæſitum, & validum non verò jus quærendum incertum, & eventuale pendens ab exitu litis; ut teſtantur *Roſ. de execut. lit. Apoſtolic. par. 1. cap. 5. num. 120. Lotter. de re benef. lib. 2. qu. 51. n. 52. Rot. dec. 314. num. 12. coram Celſ. & dec. 196. n. 13. coram Cerro.*

8 Tertius caſus eſt quando lis eſt inter Patronos ſuper poſſeſſorio juriſpræſentandi ante vacationem beneficii, tunc etiam Papa poteſt conferre beneficium

cum derogatione juriſpatronatus in totum attenta lite, ob ſupradictam rationem, nè interim dum ignoratur, quis ſit Patronus, & poſſeſſor, beneficium patiatur diutinam vacationem; Et literæ Apoſtolicæ obtentæ à Proviſo Apoſtolico eſſent exequendæ etiam ſi præfati Patroni præventivè præſentaſſent; Quia lite pen-
9 dente ſuper poſſeſſorio juris præſentandi nequit Patronus præſentare, & continuare poſſeſſionem litigioſam, & reclamatam. *Lancellott. de attentat. lite pendent. in præfat. par.2. cap.4. num.548., & 554. in fin. Rot. deciſ.1. in fin. de jurepat. in novis, & deciſ.108. num.10. par.10. recent. Adden. ad deciſ. Capell. Toloſan. quæſt.107. lit. A. unde lite pendente* ibi -- *Lite pendente maxime ſuper dicta poſſeſſione juris præſentandi, non poteſt valide fieri præſentatio, talis enim poſſeſſio non debet eſſe reclamata, ſeu quovis modo turbata* -- Et licèt admiſſo, quòd præſentare valeat, juxta *Lotter. de re benef. lib.2. quæſt.20. num.18.*, tamen ejus præſentato non acquiritur ullum jus certum, & indubitatum, ſed ſolùm jus quoddam conditionale, & eventuale, quatenus nempe Patronus obtineat manutentionem ſuper qua eſt controverſia. *Gonzal. ad regul.8. gloſſ.9. §.1. num.92. & ſeq. Mandoſ. conſ.51. num. ultim. in fin. Roſ. de execut. lit. Apoſtolic. par.1. cap.5. num.120. Lotter. de re benef. lib.2. qu.51. num.52. Rot. deciſ.314. num.12. coram Celſo, & deciſ.1247. coram Emerix jun.* Nec ei eſſet danda inſtitutio; aliàs hæc eſſet nulla ſi concederetur non expectato exitu litis juxta *Gloſſ. in cap. ex literis de jurepat. verb. antiquam, ibique Abb. Berov. num.49.* ibi -- *Lite pendente ſuper quaſi poſſeſſione non prohibetur quin ipſe poſſit præſentare, ſed talis præſentatio non eſt ab Epiſcopo admittenda, quia ejus eventus dependet ab eventu litis -- Gonzal. in cap.2. de in integr. reſtit. nu.6. Butr. in cap. quoniam de jurepat. num.11. Lotter. de re benef. lib.1. q.34. num.33. in fin.*

10 Quartus denique Caſus eſt, quando lis eſt ſuper titulo Beneficii, ſeu inter Præſentatos ſuper inſtitutione in beneficio; tunc ſi pendente lite unus ex illis cedat, vel decedat; Summus Pontifex confert beneficium ſubrogando ſuperſtitem in juribus defuncti; quia ſtante lite Patronus præſentare, & Ordinarius inſtituere non poteſt, juxta *Text. in cap.1. & 2. ut lite pendente in 6. Simonett. de reſerv. quæſt.10. num.5. Rot. coram Bich. dec.405. num.13. & deciſ.263. num.14. coram Ottobon., & in Romana Cappellaniæ 3. Junii 1707. §. Non relevante coram Eminentiſſimo Scotto*; Et alias auctoritates ſuperius relatas *Caſ. IX. X. XI. Caſ. III. num.3.*

11 Et hic nota, quòd lite pendente inter Præſentatos ſuper inſtitutione poteſt unus ex eis, vel Tertius obtinere à Papa gratiam *ſi neutri*; quæ tamen ut executioni demandari valeat, durum onus habet impetrator conſtare faciendi dilucidè, & clarè de non jure utriuſque collitigantis. *Roſ. de execut. liter. Apoſtolic. par.1. cap.18. num.24. Amayden. de ſtyl. Datar. lib.1. cap.23. ſub num.18. verſ. ſimiliter Adden. ad Pamphil. deciſ.116. ſub num.16. Rot. deciſ.43. num.2. coram Dunozet. jun. & in Auguſtana Canonicatus 15. Febr.1717. §. Firmiſſimum cor. R.P.D. Criſpo.*

R. P. D. KAUNITZ.

Faventina Beneficii.

Veneris 24. Aprilis 1705.

VAcavit Beneficium in Eccleſia Parochiali Sancti Stephani loci de Mutiliana ſub invocatione S. Catharinæ de Jurepatronatus Laicorum, cùm tamen uſque adhuc vigeret lis ab anno 1639 incœpta inter familiam de Signanis ex una parte, ac familiam de Zaulis ex altera ſuper privativa pertinentia prædicti juris, ideo duplex iterum ſequuta fuit præſentatio; Illi enim de Signanis, & alter de familia Platea nominarunt Canonicum Bartholomæum à Platea, alter verò de Signanis, junctus cum Zaulis præſentarunt Reverendiſs. Joannem Fontanam Epiſcopum Ceſenaten. tunc Vicarium Faventinum, quare Philippus Borghi illud impetravit à Sede Apoſtolica cùm derogatione Juriſpatronatus in totum attenta hujuſmodi lite, directiſque literis Vicario Generali Forolivien. pro exequutione, ac in ordine ad verificationem Juriſpatronatus Ordinario Faventino, licèt coram eodem fuiſſet obtenta ſententia ſuper verificatione prædicti Juriſpatronatus, nihilominùs pronunciavit primus

lite-

literas non eſſe exequendas, tranſactaque Cauſa in rem judicatam ob non proſecutam in tempore appellationem, dubitavi; *An conſtet de re judicata, ſeu potius de cauſis reſtitutionis in integrum*, & petitis per Philippum informantem DD. annuerunt.

12 Injuſtitia, quæ tanquam inconcuſſa baſis læſionis viam reſtitutioni adaperuit, immobiliter radicata fuit in verificatione principalioris expreſſionis gratiæ, quòd videlicet lis, ante præſentem vacationem orta, adhuc indeciſa penderet inter Patronos; Hoc enim verificato, partes exequutoris non erant, niſi in demandanda totali, ac debita paritione literis Apoſtolicis cum celeri executione, juxta *vulgat. Gloſ. in cap. ſi Capitulo verb. exequatur de conceſſ. præbend. in 6. Rota in Mediolanen. Prioratus* 14. *Februarii* 1702. §.*Fundamentum coram R.P.D. meo Scotto*.

13 Aſſumptum remanſit comprobatum, ex quo vacato uſque de anno 1639. Beneficio, fuit conteſtata lis inter illos de Signanis ex una parte, ac illos de Zaulis ex altera, utriſque prætendentibus Juſpatronatus ſibi privativè vindicare, ut apparuit ex commiſſione appellationis, *Summario num.*4. ubi illi de Zaulis allegarunt, Ordinarium perperam judicaſſe, Beneficium eſſe Juriſpatronatus illorum de Signanis, licèt pertineret ad familiam de Zaulis, quæ lis proſecuta coram Judice Commiſſario, adhuc indeciſa remanſit, unde donec, & quouſque non doceatur, eamdem remanſiſſe terminatam per ſententiam, ſive per rem judicatam, inficiari non poteſt, Beneficium eſſe litigioſum *Murg. de benef. quæſt.*3. *num.*178. *circa fin. Rota deciſ.* 1247. *in princip. coram Emerix*.

14 Continuatio verò litis à d. anno 1639. uſque in præſens, ſimiliter eſt evidens, cùm per obitum Sinibaldi à Platea, contra quem, & illos de Signanis, qui illum præſentaverant, lis agitabatur, iterum fuerit inter Patronos in Arenam deſcenſum, dum illi de Segnanis præſentarunt Jacobum juniorem de Signanis: Illi vero de Zaulis Joannem de eadem familia de Zaulis, qui reportavit gratiam Apoſtolicam pro Præſentato; inſtructaque lite inter utrumque Præſentatum, duæ emanarunt ſententiæ invicem contrariæ, prima videlicet ab Ordinario ad favorem Præſentati à Zaulis, altera verò revocatoria ad favorem Præſentati à Signanis lata fuit ab A.C. Argelo, qua tamen non obſtante, cùm Zaulus permanſiſſet in poſſeſſione, per ejus obitum ſecutæ etiam fuerunt præſentationes in perſonam Collitigantium, comparentibus ex utraque parte Patronis pro privativa conſecutione Juriſpatronatus, ex quibus oritur, nullum ex Patronis habuiſſe pro ſe ſtatum pacificum tam in petitorio, quàm in poſſeſſorio, eſſeque adhuc turbidum, ac incertum, quis ſit verus Patronus, ac legitimus Poſſeſſor, *Menoch. conſ.* 745. *nu.*25. *Rot. dec.*266. *n.*7. *& ſeq. par.*15., *& dec.*310. *nu.*12. *par.*16., *& deciſ.*150. *nu.*12. *par.*17. *rec.*, *& in Aretina Beneficii* 21. *Januarii* 1701. §.*Utque coram R.P.D. meo Anſaldo*, quo fit, ut jure meritò, ac providè proceſſum fuerit per Summum

15 Pontificem ad collationem cum derogatione juriſpatronatus in totum, nè aliàs, dum incertum eſt, quis ſit verus, ac legitimus Patronus ob protractionem litis regulariter ad longum tempus trium ſententiarum pro indubia cononizatione prædicti juris, Beneficium diutinam pateretur vacationem, juxta conſuetam praxim Sedis Apoſtolicæ, de qua *Modern, Roman. diſcept. Eccleſiaſt.* 27. *ſub num.*13. *par.*1. *Rot. dec.*25. *n.*1. *&* 2. *eor. R. P. D. meo Anſaldo, & in Vercellen. Canonicatus* 30. *Junii* 1704. *coram R. P. D. meo Caſſarello*.

Nec obſtetiſſet fortaſſis oppoſitio Epiſcopi, quod in litteris adſint clauſulę *dummodo de tempore datæ præſentium non fuerint alteri jus quæſitum*, quia earum vigore cenſetur Solummodo præſervatum jus validum, & radicatum, non autem minimè radicatum, & efficaciter non quæſitum; *Roſa de execution. lit. Apoſt. part.*1. *cap.*4. *num.*111. *Cardin. de Luc. de benefic. diſc.*54. *n.*3. *Rot. dec.*314. *nu.*10. *coram Celſo, & in citata dec.*1247. *num.*4. *coram Emerix, & in Legionen. Parochialis* 15. *Januarii* 1703. §.*Indeque non obſtat cor. bo. me. Pio*, quale non eſt illud Epiſcopi, quod utpote dependens ab exitu litis ſuper pertinentia inter Patronos, non præſeferebat ullum jus fixum, & confirmabile, mediante irrevocabili inſtitutione

Ordi-

Ordinarii ante terminationem litis *Gloss. in cap. ex litteris verb. antequam & ibidem Bero n.47. de jurepat. Gonz. in cap.2. de in integr. restit. num.6. Lambertin. de jurepatr. par.1. lib.2. qu.3. n.4. Menoch. cons.90. n.133. Rot. dec.591. in fin. coram Rembold.*

Et ita in contumaciam Episcopi pluriès, atque pluries moniti; & informare recusantis &c.

R. P. D. KAUNITZ

Faventina Beneficii.

Mercurii 10. Junii 1705.

COnstare de causis restitutionis in integrum adversùs sententiam de partibus denegantem executionem literarum obtentarum à Philippo Borghi sub motivo litis adhuc non terminatæ inter Patronos decisit *Rota 24. Aprilis præteriti coram me*, ac positis iterum sub recto DD. Judicio fundamentis decisionis in formali oppositione Reverendissimi Jo: Fontanæ præsentati ab aliquibus Patronis magìs subsistentia visa sunt, iterum jura Philippi, quæ promoverunt persistentiam in decisis.

17 Lis quippe adhuc non decisa inter Patronos, quæ fuit principale fundamentum gratiæ, satìs resultavit reassumendo antecedentes binas vacationes, cùm in illa sequuta de anno 1639. sese diviserint Zauli, & Signani, contendentes invicem privativam pertinentiam patronalem, ac lata sententia favore Signani appellantibus Zaulis, lis fuit prosecuta coram Judice delegato usque ad annum 1642. sed remansit indecisa, ac sequuta nova vacatione cùm Patroni iterum hinc indè præsentassent, orta nova lite inter præsentatos, emanavit prima sententia favore Zauli, secunda verò favore Signani, & commissa Causa in Rota in tertia instantia, præsentati devenerunt ad concordiam approbatam à san. me. Urbano VIII. in qua uni fuit adjudicatum Beneficium, alteri verò reservata certa pensio, donec, defuncto Zaulo, qui retinuit beneficium, Patroni trifariam se diviserunt; ex quibus propterea edocemur, numquam litem fuisse terminatam inter Patronos, & jure merito deventum fuisse ad collationem ex motivo litis pendentiæ adhuc vigentis, derogando in totum juripatronatus juxta authoritates adductas in mea præterita decisione §. *Continuatio circa finem*.

18 Nec obsistit oppositio, quòd in lite excitata anno 1639. non potuerit fieri fundamentum, ex quo in vacatione secuta de anno 1642. Patroni iterum præsentaverint, & quòd in omnem casum terminata lite per concordiam eodem anno 1642. à quo tempore nihil amplius fuit actum, lis remanserit deserta, ac derelicta ad omnem juris effectum per *Rot. coram Achill. de Grass. decis. 10. ut lit. penden. Adden. ad Buratt. decis.307. num.10. & decis. 548. num.11. coram Celso, & decis. 900. num.17. coram Emerix Jun.* quoniam cùm Patroni prædicto anno 1642. præsentaverint hinc indè, nempe Signani Jacobum Juniorem tanquam Patroni in totum, Zauli Joannem, utì Patroni saltèm pro medietate hujusmodi præsentationes contradictoriæ factæ per Patronos evidenter demonstrant, eosdem continuasse in eorum prætensione super privativa pertinentia, cùm pro continuatione litis sufficiat animus deductus per conjecturas, & multo magìs per præsentationes præseferentes eandem antiquam prætensionem inter Patronos *Rota decis. 383. num.3. & 4. & 5. part.2. recent., & & decis. 166. num.4. part.4. tom.1. & decis.416. num.2. & seq. eadem part.4. to. 2. & decis. 349. num. 19. par. 17. recent.* & magìs præcisè, quòd præsentationes sequutæ post motam litem super pertinentia patronali dependeant ab eadem pertinentia, tradunt *Bero in cap. ex literis num. 19. de jurepatr. Lotter. de re benef. lib.1. quæst. 34. num.33. in fin. Lancellott. de attentat. lit. pend. in præfat. cap. 4. num.554. Modern. Roman. discept. Ecclesiast.28. num.13. part.1.*

Minusque subsistit prædictam litem fuisse terminatam, vel per concordiam
19 secutam inter Præsentatos, vel per lapsum temporis, quandoquidem indubitatum est, actus gestos inter Præsentatos non extendi ad Patronos, neque concordiam initam, per quam unus cedit alicui jus suum cum pensione statum inducere favore unius, vel alterius, ex Patronis invicem disceptantibus super pertinentia, sed totum relinquere sub antiqua

qua incertitudine, & prætenſione *Garz. de Benefic. part.5. cap.5. num. 108. Card. de Luca de jurepatron. diſc. 63. num. 19. Adden. ad Buratt. deciſ.633. num.18. Rota deciſ. 368. num. 10. & ſeq. coram Bich. & in Tuden. Parochialis de Bertuzedo 29. Junii 1701. §. Neque ſuffragatur coram*
20 *R. P. D. meo Scotto*. Acquieſcentia verò per lapſum temporis non poteſt extinguere litem, donec non ſuperveniat declaratio, ad quem ex Patronis ſpectet indubitatum Jus præſentandi, cùm de jure Canonico inſtantia ſit perpetua, nec lapſus temporis 50. & ultra annorum illam extinguat *Card. de Luca de juriſdict. diſc. 12. num. 3. Creſcent. deciſ. 7. num. 8. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. & deciſ.490.n.11. coram Cerro, & deciſ. 32. num. 8. coram Priolo, & 1247. cor. Emerix, & dec.326. num.46. part.11. recent.*

Minimeque ſatisfecit oppoſitio, quòd Borghi obtinuerit coram Ordinario per ſententiam declarari Juſpatronatus pro medietate ſpectare ad Zaulos, & pro alia ad Signanos, quia ultra quòd dictum fuit Juſpatronatus ex fundatione ſpectare ad hæredes, ac ſucceſſores, & ſic incertum eſt, an ſint etiam illi de Platea, & Marchettis tanquam hæredes, & ſucceſſores aliquorum de Signanis, cùm tamen Philippus verificaverit ſolùm Juſpatronatus coram Ordinario ad effectum adimplendi conditionem appoſitam in ſuis literis, verificato nempe, quòd Beneficium Juriſpatronatus ex fundatione, vel dotatione exiſtat, prædicta ſententia non ſuffragatur, tanquam lata poſt gratiam præcedenter factam nec extenditur ad jus quærendum vigore ſententiæ poſtea emanandæ, etiam non obſtante clauſula *Dummodo, Felin. in cap. ſuper literis ante num. 12. verſic. cenſetur de reſcript. Pariſ. conſ.5. num.96. & conſ.82. num.37. lib.4.Roſa de exequut. liter.Apoſtolic.par.1. cap.5. num.120.Lotter. de re benefic. lib.2. quæſt. 51. num. 52. Rota penes Garz. de*
21 *benefic. part. 4. cap. 3. num. 14.* præſertim ſtante præſentatione ſequuta à medietate vocum ad favorem Epiſcopi, per quam nunquam dici poteſt ad ejus favorem jus perfectè quæſitum, ſtante libertate, quam habet eo caſu Ordinarius gratificandi alterum ex præſentatis. *Adden. ad Buratt. deciſ. 651. num. 11. Rot. coram Coccino deciſ.1882. num.3. & 4. & coram Caval. dec.517. nu.5. & ſeqq. & dec.239. n.24. & ſeq. & dec. 240. num. 4. part.16. recent.*

Valor demum per non exceſſum in ducatis 24. cenſetur optime probatus per atteſtationes Colonorum, & Oeconomi, quæ non data probatione in contrarium majoris quantitatis, conſtituunt ad effectum, de quo agitur, perfectum gradum probationis, cùm ſufficiat probatio, etiam ſemiplena quando valor non eſt principale fundamentum gratiæ *Rota deciſ.166. num.4. & deciſ.272. num. 10. & 345. n.7. coram Priolo, & in Compoſtellana Beneficii 12. Junii 1704. §. Addito coram R.P.D. meo Caprara.*

Et ita utraque &c.



CANON

CANON XXV.

ALEXANDER III.

SIgnificasti. Et infra: Si Episcopi post promotionem suam, præsentationes Personarum ad Ecclesias, à Patronis earum, pro Ecclesiis sibi commissis, adepti fuerint: Personæ Idoneæ, quas ad eas vacantes præsentaverint, sunt admittendæ.

COMMENTARIUM.

EX hoc Canone, qui in Decretalibus legitur in ordine *il* 18. deducuntur sequentes Conclusiones.

Prima: EPISCOPUS HABENS JUSPATRONATUS IN ECCLESIA ALTERIUS DIOECESIS DEBENT IN ILLA PRÆSENTARE PERSONAM IDONEAM, ET HÆC INSTITUI AB EPISCOPO ILLIUS DIOECESIS.

Secunda: PRÆSENTATIO FIERI DEBET ECCLESIA VACANTE, ALIAS ESSET NULLA -- Ita *Innocent. Abbas, Anan., Butr., Barbos., Gonzal.* hìc. Hanc ultimam Conclusionem probat etiam *Textus in Can. Illud de quo supra Can. XVI.*, *& Textus in cap. fin. de conces. præben.* ibi -- *Cùm dilecta in Christo filia Comitissa Flandren. fecerit promissiones de non vacantibus Beneficiis Ecclesiarum, in quibus jus obtinet Patronatus, & donationes eorum in manibus posuerint alienis, mandamus, quatenus id irritum decernentes inhibeatis eidem nè similia de cætero attentare præsumat* -- Ibique *Abb. nu.* 1. *Anan. nu.* 1. *Butr. nu.* 1. *Barbos. num.* 1. *Gonzal. num.* 2. *Lambertin. de jurepatr. lib.* 2. *par.* 1. *quæst.* 4. *art.* 2. *num.* 1., *Lotter. de re benefic. lib.* 2. *qu.* 6. *num.* 1., *& seqq. Card. de Luc. de jurepat. disc.* 64. *num.* 34., *Marescot. var. resol. cap.* 33. *nu.* 1. *lib.* 2. *Rot. dec.* 46. *num.* 6. *par.* 12. *recen.*, *& in Romana Cappellaniæ* 19. *Aprilis* 1709. §. *Ipse coram bon. mem. Caffarelli superiùs impress. Canon. XXI. Cas. II. num.* 8.

1 Ratio autem secundæ Conclusionis desumitur ex *Text. in cap. nulla de conces. præben.* Quia si Patronus posset præsentare, aut nominare ad Beneficium nondum vacans; daretur occasio taliter præsentato, aut nominato desiderandi mortem illius, in cujus locum se credit successurum, quòd tamquam turpe, & contra bonos mores etiam à Gentilibus improbatur ibi -- *Nulla Ecclesiastica ministeria, seu etiam beneficia, vel Ecclesiæ tribuantur alicui, seu promittantur, antequam vacent, nè desiderare quis mortem proximo videantur, in cujus locum, & Beneficium se crediderint successurum. Cùm enim in ipsis etiam legibus gentilium inveniatur inhibitum, turpè est, & divini plenum animadversione judicii, si locum in Ecclesia Dei futuræ successionis expectatio habeat, quam ipsi etiam Gentiles condemnare curarunt.*

2 Ratio autem ulterior desumitur à paritate carnalis conjugii. Sicuti enim in matrimonio carnali non potest quis ducere in uxorem mulierem illam, nec hæc promitti cujus vir adhuc vivit, ita in matrimonio spirituali intercedente inter Beneficium, seu Ecclesiam, & ejus Rectorem, non potest quis obtineri, & præsentari ad illud Beneficium, seu Ecclesiam, cujus Rector adhuc non sit defunctus; Ecclesia namque pluries nequit habere Prælatos, seu Rectores, ad *Text. in cap. Cùm non ignores de præben. Fagnan. in dicto capitulo Nulla de concession. præbend. num.* 17., ibique *Gonzalez. num.* 12.

Quoad primam conclusionem jam nonnulla supra tetigimus *Can. I., & II. Cas. XV. n.* 9. *& Canon. IV. V. VI. VII. & VIII. Cas. IV. num.* 3. Quoad verò secundam sequentes disseruntur Casus.

ARGU-

ARGUMENTUM.

Quibus, & quot modis vacet Beneficium de Jurepatronatus?

SUMMARIUM.

1 *Vacatio cujuscumque Beneficii contingere potest multipliciter.*

2 *Beneficium de jurepatronatus vacat per obitum Beneficiati*, sed limita ut ibi -- *Vacat etiam per renunciationem, aut resignationem*, ut n.3.

4 *Renunciatio, seu resignatio Beneficii quotuplex sit?*

5 *Beneficium vacat per assecutionem alterius incompatibilis.*

6 *Vacatio Beneficii per assecutionem secundi incompatibilis, ad hoc ut sit valida, quæ requirantur?*

7 *Beneficium vacat ob promotionem Beneficiati ad Episcopatum, aut ad Abbatiam habentem jurisdictionem quasi Episcopalem*, sed intellige, ut ibi.

8 *Beneficium vacat ob contractum matrimonii, sed ad hujusmodi vacationem, quæ requirantur?* vide n.9.

10 *Beneficium vacat per ingressum Beneficiati in Religionem*

11 *Beneficium vacat per privationem, seu depositionem Beneficiati*

12 *Quæ sint delicta, propter quæ Beneficiatus remaneat privus ipso jure Beneficio, & quæ sint illa, propter quæ non ipso jure Beneficiatus remaneat privus, sed sit per sententiam privandus?* Et num.3.

CASVS I.

CUm juxta secundam conclusionem præsentatio fieri non possit, nisi Beneficio vacante Congruum hic duxi quærere, quibus, & quot modis vacet Beneficium de Jurepatronatus?

1 Vacatio cujuscumque Beneficii contingere potest de facto, & de jure, vel de jure, & non de facto; vel è contra de facto, & non de jure. Specialiter autem Beneficium de Jurepatronatus vacat.

2 Primò per obitum Beneficiati, juxta *Text. in cap. susceptum de rescript. in 6.*, *ibique Gemin. num. 6.*, Dummodo Beneficium non sit suppressum, aut subiectjve unitum mensæ Episcopali, aut Capitulo, aut Dignitati, tunc enim Beneficium sic unitum non dicitur vacare per obitum, quia Beneficiatus in hoc casu dicitur potiùs usufructuarius, quàm Rector, *Gonzal. super regul. 7. Cancell. glos. 15. n. 7. Garz. de Benef. par. 11. cap. 2. n. 3.*

3 Vacat secundò per renunciationem, aut resignationem, per hoc scilicet, quod Beneficiatus, renunciet, & resignet Beneficium, per quam renunciationem Beneficiatus amittit proprietatem, & possessionem Beneficii, *Paris. de resignat. Benefic. lib. 1. quæst. 5. Gabriel. consil. 190. num. 1., Garz. de Benefic. par. 11. cap. 3. num. 1.*

4 Renunciatio, seu resignatio Beneficii alia est *simplex*, scilicet quando Beneficiatus purè, & simpliciter resignat Beneficium in manibus Superioris; alia est *conditionalis*, seu in favorem, nimirum quando Beneficium renunciatur, & resignatur favore alicujus, cùm vel sinè reservatione pensionis favore renuncians, et alia est *reciproca*, videlicet quando unus Beneficiatus renunciat suum Beneficium favore alterius; Et hic renunciat etiam suum Beneficium favore primi, quæ renunciatio dicitur etiam ex causa permutationis, seu permutatio, *Text. in cap. 1. de rerum permut.*, *& in Clement. 1. eodem tit.*, sed de hoc modo vacationis Beneficii dicam pleniùs infra *Par. VI.*

5 Vacat tertiò Beneficium per assecutionem alterius incompatibilis, juxta *Text. in cap. referente 7. cap. præterea 14. cap. de multa 28. de præben. cap. quia nonnulli de Cleric. non resid., & Concil. Trident. sess. 7. de reformat. cap. 4. Lambertin. de jurepatr. lib. 2. par. 1. q. 6. art. 16. num. 1.*

6 Ad validitatem autem hujus vacationis per assecutionem secundi incompatibilis, non sufficit sola collatio, & acceptatio ejus, sed requiritur adeptio possessionis secundi, & quidem pacificæ, vel quòd per provisum stet, quo minus eam adipiscatur, juxta *Text. in cap. de multa cap. licèt de præben. in 6. Garz. de Benefic. par. 11. cap. 5. §. 1. nu. 100. Gonzal. ad regul. 8. glos. 15. n. 9.*

7 Vacat quartò Beneficium de Jurepatronatus ob promotionem Beneficiati ad Episcopatum, aut ad Abbatiam habentem generalem, & omnimodam, & quasi Episcopalem jurisdictionem, cùm ex Apostolo Episcopus debeat esse *vir unius uxo-*

uxoris juxta *Text. in cap. cum in cunctis* §. 1. *de election.*, *Lambertin. de jurepatr. par.* 1. *lib.* 2. *quæst.* 6. *art.* 15. *à n.* 5. *Oldrad. consil.* 14. *Fælin. in cap. eam te de rescript. num.* 7.

Sed Beneficium ob promotionem ad Episcopatum, aut ad Abbatiam non vacat, nisi post adeptam possessionem pacificam Episcopatus, & consecrationem, seu hujus loco lapsum trimestris ad consecrationem dati *Garz. de benef. par.* 11. *cap.* 6. *n.* 5., *& cap.* 7. *n.* 1.

8 Vacat quintò ob contractum matrimonii, seu per hoc, quod Beneficiatus contrahat matrimonium juxta *Text. in cap.* 1. *& in cap. diversis fallaciis de Clericis conjug. Prob. ad Monach. in cap.* 1. *de Cleric. conjug. in* 6. *Gonz. ad regul.* 8. *glos.* 15. *nu.* 43.

Ad hoc autem, ut Beneficium vacet per contractum matrimonii non requiritur, quòd matrimonium sit consummatum, sed sufficit, quòd non sit nullum *Garz. de Benef. par.* 11. *cap.* 8. *num.* 3., *& seqq.*, & quod Beneficium sit verè Beneficium Ecclesiasticum, aut incompatibile cum statu matrimoniali, nam si sit legatum pium, aut Cappellania merè laicalis non vacat per contractum matrimonii, dum ista retineri possit etiam à fœmina, ex supradictis.

10 Vacat sextò per ingressum in Religionem, sequuta tamen professione expressa, vel tacita juxta *Text. in cap. Consaldus* 17. *qu.* 2. *C. Beneficium de Regularibus in* 6., *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancell. dicta gloss.* 15. *nu.* 4. 5.

11 Vacat septimò per privationem, seu depositionem, quæ propter grave delictum imponitur juxta, *Garz. de benefic. par.* 11. *cap.* 10. *n.* 1.

12 Sunt autem quædam delicta, propter quæ ipso jure Beneficiatus remanet privus Beneficio, ut est Assassinium juxta *Text. in cap.* 1. *de homicid. in* 6. Homicidium commissum in personam Cardinalis, aut Episcopi, aut Combeneficiati juxta *Text. in cap. Felicis de pœnis*, *& in cap. quibusdam de pœnis* Hæresis, propter enim hæresim Beneficiatus ipso jure privus remanet Beneficio juxta Doctores *in cap. ut commissi* §. *Privandi de hæret. in* 6. Apostasia, Apostatæ enim ipso jure Beneficium amittunt *Gonz. ad reg.* 8. *glos.* 15. *n.* 66. Schisma, si sit cum hæresi, secus autem est si sit sinè hæresi *Garz. de Benefic. par.* 11. *cap.* 10. *n.* 150., *& seqq.* Falsificatio literarum Apostolicarum, Falsarii enim dd. literarum sunt ipso jure privi Beneficiis juxta *Text. in cap. ad falsariorum de crimin. falsi* Sodomia, sodomita namque juxta *constit.* 70. *S. Pii V.* omni Privilegio Clericali, omni officio, Dignitate, & Beneficio Ecclesiastico privatur, quod tamen intelligitur de exercente quasi continuatè sodomiæ crimen; non verò de eo, qui semel, aut iterum illud perpetraverit, *Garz. ubi supra n.* 198. Violenta apprehensio, seu occupatio Beneficii; ob violentam enim apprehensionem, seu occupationem Beneficii, quis privatur Beneficio *Garz. ubi supra cap.* 10. *nu.* 208.

13 Sunt autem alia delicta, propter quæ non ipso jure Beneficiatus remanet privus Beneficio, sed est per sententiam privandus, ut sunt perjurium; perjurus enim est privandus Beneficio per sententiam juxta *Innoc. in cap. inter dilectos de excess. prælat. Garz. ubi supra nu.* 167. Sacrilegium *Garz. ubi supra n.* 173. Concubinatus, dum concubinarii sunt per sententiam privandi Beneficiis *Gloss. in cap. maximianus* 81. *dist. verb. removeantur* Præcedente tamen trina monitione *cap. sicut & cap. si autem. de cohabit. Cleric.*

ARGUMENTUM.

Per adeptionem Episcopatus, an vacet Commenda; & an Summus Pontifex cum promoto ad Episcopatum dispensare possit, ut beneficia patronalia retineat in præjudicium Patroni?

SUMMARIUM.

1 *Refertur sententia nonnullorum insignium Advocatorum, & Doctorum, tuentium Commendas S. Religionis Hierosolymitanæ non vacare per adeptionem Episcopatus*, & num. 11.

2 *Commendas S. Religionis Hierosolymitanæ non esse Beneficia Ecclesiastica, & perpetua, sed simplices administrationes ex quibus probetur*, & num. 3. 4. 6. 7. 8. 10.

4 *Dictio* -- Quibuscumque *omnia complectitur nihilo penitùs excluso.*

Per

5 *Per clauſulam* -- ſublata -- *& decretum irritans in Conſtitutionibus Apoſtolicis appoſita tollitur omnis contraria conſuetudo, & non uſus.*

9 *Verbum* Cabimentum *quid ſignificet?* Vide ibi.

12 *Verba in dubio ſemper ſunt intelligenda verè, & propriè, non autem impropriè.*

13 *Appellatione Beneficiorum an in cludantur beneficia manualia, aut ſimplices adminiſtrationes?* & num.14.

15 *Afferuntur plura exempla, quibus oſtenditur Commendas non vacare per adeptionem Epiſcopatus.*

16 *Referuntur ſententia, & fundamenta S. Rotæ ſentientis Commendas vacare per adeptionem Epiſcopatus,* & num.17. 18.19. & 20.

20 *Commendatarii tenentur reſidere per quinquennium in Commendis, & in eis facere melioratione; Cujus autem naturæ ſit hujuſmodi reſidentia?* Vide num. 32.

21 *Commendatarius removeri non poteſt à Commenda niſi ex legitima cauſa.*

22 *Impetratio diſpenſationis ſuper retentione beneficiorum, præſupponit defectum facultatis retinendi.*

23 *Non omnes Commendæ S. Religionis Hieroſolymitanæ ſunt intitulatæ, & perpetuæ.*

24 *Commenda alia eſt perpetua, & alia temporalis.*

25 *Commenda temporalis non vacat per adeptionem Epiſcopatus:* Et quare vide ibi.

26 *Commenda temporalis an ſit materia ſimoniæ.*

27 *Commenda temporalis non eſt perpetua, nec actu, nec aptitudine;* & num. 29.

28 *Beneficium ad hoc ut dicatur perpetuum ſaltèm aptitudine, quid requiritur.*

30 *Cappellania merè laicalis, aut adminiſtratio Hoſpitalis non vacat per adeptionem Epiſcopatus.*

31 *Diſpoſitio Textus* in cap. cum in cunctis de elect. *& Concilii Tridentini* cap. 4. ſeſſ. 7. *& Conſtitutio Gregori XIII. procedunt in Commendis perpetuis non autem temporalibus.*

33 *Commendatarius effectus Epiſcopus remanet Religioſus, & aſtringitur votis, ſed non retinet ſubjectionem perſonalem.*

34 *Per adeptionem Epiſcopatus, quæ vota Profeſſionis laxentur.* Vide ibi.

35 *Commenda perpetua vacat per adeptionem Epiſcopatus.* Limita ut num.36.

37 *Summus Pontifex diſpenſare poteſt cùm promoto ad Epiſcopatum, ut retineat beneficia de jurepatronatus laicali.*

CASUS II.

PRomotus fuit ad Epiſcopatum quidam Eques Hieroſolymitanus, qui unà cum Commenda poſſidebat etiam certum beneficium ſimplex de jurepatronatus laicali, & obtinuit diſpenſationem à Summo Pontifice retinendi ſpecialiter dictum beneficium patronale unà cum Epiſcopatu hinc duo oriuntur dubia.

Primum eſt -- *An per promotionem, & adeptionem Epiſcopatus Commendatarii vacet Commenda?*

Secundum -- *An Summus Pontifex cum Promoto ad Epiſcopatum diſpenſare poſſit ut iſte beneficium de jurepatronatus laicalis retineat?*

1 Nonnulli Advocati magni nominis Doctrinæ, ac Sapientiæ primum dubium ſatis celebre in Curia, & acriter diſputatum in S. Rota *in Melevitana Commendæ coram R. P. D. Lancetta* jura promoti ad Epiſcopatum tuentes negativè reſolvendum cenſebant; Fundabant enim hanc eorum intentionem in eo, quod Commendæ S. Religionis Hieroſolymitanæ non ſint beneficia perpetua, ſed meræ, ac ſimplices adminiſtrationes bonorum, adeóque incapaces, ut comprehendi valeant ſub diſpoſitione Concilii Lateranenſis relata *in cap. cùm in cunctis §. Cùm verò de elect.*, quæ inducit vacationem beneficiorum per promotionem ad Epiſcopatum, ut dixi in ſuperiori *Caſu num.7.*

2 Quòd hujuſmodi Commendæ non ſint beneficia perpetua deſumebant ab Apoſtolicis Conſtitutionibus; ex ejuſdem Religionis ſtabilimentis; ex formula Ordinaria de illis providendi; & ex unanimi Doctorum, & Tribunalium traditione.

Et quidem exordientes ab Apoſtolicis Conſtitutionibus primo loco afferebant illam Pii II. in qua Summus Pontifex teſtatur -- *Præceptorias Hoſpitalis nequaquam exiſtere beneficia Eccleſiaſtica, ſed ſimplices adminiſtrationes* -- ulteriuſque progrediens ſubdit ab hiſce Commen-

dis -- *illas obtinentes posse pro solo nutu Magistri, & Conventus amoveri, & ipsarum dispositionem ad eumdem Magistrum, & Conventum pleno jure pertinere* -- Subindeque naturam harum administrationum explicans, illasque cum officiis confundens inquit -- *hasce administrationes, & officia ex sua institutione, & natura non in titulum perpetuorum beneficiorum conferri, sed in Commendam ad nutum committi* -- & demum ex hac administrationum, seu officiorum natura motus Pontifex disponit illas -- *sub quibuscumque Apostolicæ Sedis, literis, reservatione in genere, vel in specie cadere, seu comprehendi nullatenus debere, sed illarum omnimodam dispositionem ad ipsum Magistrum, & Conventum liberè pertinere* --

3 Ponebant etiam ante oculos Constitutionem Julii II. in qua Summus Pontifex id ipsum adamussim disponens, quæ suus sanxerat Antecessor, ulterius Commendarum naturam explicans ait illos esse simplices, & temporales administrationes ad nutum amovibiles.

Subsequenter adducebant alteram Constitutionem Innocentii VIII. cujus habetur mentio à san. me. Pio IV. *in Bulla IX.* §. 5. inter ejus impressas, in qua quidem Bulla idem Innocentius suorum Prædecessorum vestigiis inhærens declaravit, quòd hæ præceptoriæ, & membra quæcumque Hospitalis S. Joannis -- *sub quibusvis generalibus, vel specialibus reservationibus Apostolicis factas, & quas fieri contigerit de beneficiis Ecclesiasticis, utpote ad Hospitalitatem, & fidei tuitionem ordinata, nullatenus includerentur &c. sed Hospitalium, quæ sub reservationibus ipsis non includebantur, quoad id sortirentur naturam* -- ita manifestè excludendo naturam beneficii, quæ in Hospitalibus Militarium Ordinum nullatenus concurrit ad *Text. in Clement. quia contingit* §. *Præmissa verò ad Hospitalia de Relig. domib.* subinde verò ulterius progrediens idem Pius *in* §. 6. confirmavit præfatam Julii II. Constitutionem, & §. 67. statuit Commendas -- *Ex personis illas obtinentibus vacare non posse, sed cedentibus, & decedentibus illarum possessoribus, eas uni, vel pluribus non in titulum, sed tanquam manualia ad nutum, seu amovibiliter concedi, & assignari debere* --

4 Ex quibus omnibus Constitutionibus expressè sancientibus Commendas non comprehendi sub quibuscumque Sedis Apostolicæ literis, inferebant eas perneccessè non esse beneficia Ecclesiastica, nec comprehendi sub dicta decretali *Cùm in cunctis*, propter universitatem illius dictionis -- *Quibuscumque* -- omnia complectentis, nihilo penitùs excluso, quamvis speciali nota digno; *L. in fraudem* §. *Vltimo ff. de milit. testam. l. prima* §. *Quòd autem ff. de elect. Decian. cons.* 4. *num.* 38. *lib.* 2. *Barbos. dict.* 320. *num.* 1. *Rot. coram Coccin. decis.* 1680. *num.* 52. *& decis.* 606. *num.* 3. *par.* 19. *tom.* 2. *rec.*

5 Maximè attenta clausula -- *sublata* -- & decreto irritanti, quibus eædem Apostolicæ Constitutiones sunt roboratæ, quarum vis, & efficacia est tanta, ut tollant omnem contrariam consuetudinem, enerventque, & frangent vires non usus, itidemque contrarii usus. *Fagnan. in cap. cum olim de major.*, *& obed. Rot. coram Buratt. decis.* 704. *num.* 10. *& coram Celsi. decis.* 200. *num.* 6. *& decis.* 260. *num.* 16. *par.* 17. *& decis.* 418. *num.* 7. *& decis.* 432. *num.* 16. *par.* 18. *rec.* adimantque cuicumque judici facultatem diversimodè judicandi, ut in iisdem Constitutionibus sancitur. *Gratian. discept.* 791. *num.* 12. *R.P.D. Ansald. in addit. ad dec.* 37. *num.* 30. *Rot. decis.* 369. *num.* 1. *coram Dunozet. jun. & dec.* 263. *num.* 8. *par.* 19. *to.* 1. *& dec.* 681. *num.* 20. *par.* 19. *tom.* 2. *rec.*

6 Eamdem qualitatem beneficialem ab hujusmodi Commendis excluśam etiam remanere contendebant ex stabilimentis ejusdem met Sac. Religionis à S. Sede Apostolica, & signanter à san. me. Sixto, & Paulo, utroque V. confirmata; Quoniam *Statutum* 1. *tit.* 1. *Comm. Thesaur.* post narrationem originis Commendarum, quæ fuit, quod cùm propter locorum distantiam, gentiumque differentiam in communi administrari non possent, Commendatæ sint Fratribus portiones ab eis regendæ, gubernandæ, unde Commendarum nomini sortitæ sunt, pensionibus super illis impositis, juxta rerum, & temporum circumstantias, concludit quintam, quandoque quartam, interdum dimidiam, & integros etiam aliquando fructus à Commendatore esse Thesauro tradendos, utì de hoc Statuto testatur

etiam

etiam S. Rota *deciſ.* 230. *num.* 1. *& ſeq. coram Mantic.* ibi -- *S. Religio Hieroſolymitana iis, qui obtinent Prioratus, Bajulivatus & Præceptorias poteſt imponere onus ſolvendi quamlibet partem fructuum communi Theſauro, qui plenam habet poteſtatem; & qui ſuſcipiunt commendas nihil habent proprium, ſed nudam dumtaxat fructuum adminiſtrationem, ita ut ad libitum poſſint amoveri, ut conſtat ex ſtabilimentis in tit. de commun. Theſaur. cap.* 1. -- ex qua poſtrema hujus ſtatuti diſpoſitionis parte excludente in Commendatore perceptionem fructuum Jure proprio, & illorum pertinentiam declarante favore Theſauri, inferebant non poſſe clariùs exprimi naturam Commendæ meri manualis, & adminiſtratoriæ juxta *Lotter. de re benef. lib.* 2. *q.* 48. *num.* 209.

7 Inſuper *ſtat.* 15. de *ſignif. verbor.* diſponit Commendarum appellationem promiſcuè includere tam Prioratus, quàm Caſtellaniam Empoſſæ, & Bajulivatus quàm prædia, membra, domus, poſſeſſiones, & omnia alia bona ordinis. Ex quo arguebant defenſores Equitis ad Epiſcopatum promoti; quòd cùm ab hoc ſtatuto purificentur, & ſub eadem omnino determinatione comprehendantur Commendæ, Prioratus, & Bajulivatus, ac prædia, membra, & quæcumque alia bona ordinis, nemo ſit, qui illico non videat, quòd ſicuti abſurdum omnino foret qualitatem beneficialem conſiderari in ibi expreſſis prædiis, domibus, poſſeſſionibus, & aliis bonis cujuſcumque generis ordinis ſub appellatione Commendarum comprehenſis, ita pernecesſe abſurdum, & à ſtabilimentis abhorrens fateri debet hanc qualitatem prætendere in ipſis Commendis adeò ſpecialiter, ac expreſſè in eodem contextu purificatis, ſummaque æqualitate determinatis ad *Text. in l. nam hoc jure ff. de vulgar.*, *& pupillar. Rot. deciſ.* 176. *num.* 7. *& deciſ.* 413. *n.* 6. *coram Priolo*, *& deciſ.* 407. *num.* 3. *p.* 3. *& deciſ.* 328. *num.* 9. *p.* 12. *rec.*

8 Quod dictæ Commendæ non ſint Beneficia Eccleſiaſtica, iidem inſignes advocati deducebant ex formula ordinaria, & conſueta de illis providendi; hæc enim formula eſt, ut conferantur ad annos decem & ultra ad beneplacitum pro cabimento, commiſſis Commendatario cura, regimine, adminiſtratione, ac omnimoda commendæ, bonorumque, ac jurium ejus defenſione.

9 Illud enim verbum pro *Cabimento* ut habetur in Statutis *tit.* 19. *de verb. ſignif.* aliud non ſignificat, quàm adminiſtrationem ità factam, ut adminiſtrans rationem reddere putet, ut referendo iſtud ſtatutum notat *Ducange in Gloſſar. medio, & in fine* latino verbo *Cabimentum*; ſatiſque aperta etiam ſunt cætera verba dictæ formulæ in meram, ſimplicem, & temporalem adminiſtrationem ſonantia.

10 Denique hanc ſimplicem qualitatem adminiſtrationis, & ad nutum amovibilis in Commendis, ſeu Præceptoriis S. Ordinis Hieroſolymitani, excluſa beneficiali, confirmare dicebant unanimem omnium Doctorum traditionem, nimirum *Paris. conſ.* 44. *n.* 2. *lib.* 4. ibi -- *ut ſunt Commendæ iſtius ordinis, quæ dantur tantùm ad meliorandum* -- *Commenſ. conſ.* 255. *num.* 4. *volum.* 1. *Toleſan. in ſintagmat. Jur. univerſ. lib.* 15. *cap.* 34. *num.* 2. ubi poſt relatam illarum quidditatem concludit -- *unde Beneficia propria eorum Præceptoriæ non ſunt* -- *Lotther. de re benef. l.* 1. *q.* 7. *num.* 52. §. *nihil omnibus* ibi -- *nec dantur in Titulum Beneficii, ſed in ſimplicem adminiſtrationem* -- & rurſus *q.* 36. *n.* 30. ibi -- *Etiam reſpectu Præceptoriarum, quæ prorſus manualia ſunt* -- *Fraſſ. de reg. Patron. p.* 2. *cap.* 52. *num.* 11. *Capon. diſcept. tom.* 2. *cap.* 121. *num.* 44. ubi affirmat, *quod Commendæ militares horum ordinum non ſunt Beneficia Eccleſiaſtica* -- *Bar. boſ. de Jur. Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 9. ubi concludit -- *Præceptorias militares vulgò Commendas, Beneficia Eccleſiaſtica non eſſe* -- *Suarez de Religion. tom.* 1. *lib.* 4. *de Simon. cap.* 27. *num.* 2. *verſ. alia diviſio eſt*, *& num.* 6. *Bonacin. oper. moral. tom.* 1. *diſp.* 1. *de Simon. q.* 4. *propoſ. unic. num.* 15. *Filuc. oper. moral. tom.* 2. *tract.* 45. *num.* 4. *cap.* 6. *Dian. reſol. moral. tom.* 5. *reſol.* 36. *tract.* 7. *Novæ editionis coordinatæ*, ubi quod hæc ſit verior, & receptior opinio: *Pignattel. conſult. Canonic.* 9. *num.* 9. *tom.* 7. *Mend. Ord. milit. diſquiſit.* 1. *q.* 14. *per tot.*, *& diſquiſit.* 10. *queſt.* 7. *per tot. Rot. deciſ.* 10. *num.* 2. *de cauſ. poſſeſ. & propriet. coram Mohedan.*, *& deciſ.* 383. *num.* 1. *& ſeqq. coram Puteo lib.* 1. *& deciſ.* 230. *n.* 1. *& ſeq. coram Mantic.*

Mantic. & coram Seraph. decis. 1390. *num.* 1. *& decis.* 772. *n.* 1. *p.* 1. *& decis.* 970. *per tot. p.* 3. *divers. & decis.* 87. *num.* 2. *p.* 2. *rec.*, *& in Neapolitana, seu Tranen. Præceptoriæ* 23. *Junii* 1698. *coram Rmo Molines impress. penès Antonell. de Jur. & Oner. Cleric. decis.* 47. *num.* 2. *& seqq.*

11 His fundamentis stabilitis à præfatis Advocatis, quòd Commendæ & Præceptoriæ S. Ordinis Hierosolymitani nullatenus sint Beneficia Ecclesiastica, sed simplices administrationes bonorum temporalium; jam satìs claram de per se emergere dicebant consequentiam, illas per adeptionem Episcopatus non vacare; seu ad eas nullatenus extendi dispositionem dicti Decretalis: *in cap. cum in cunctis* §. *cum vero de elect.* ut expressè testatur, *Michalef. in summ. Jur. Hierosolymit. equit.* Apprimè versatus in Juribus & consuetudinibus Religionis Hierosolymitanæ verb. *Commenda num.* 9. §. *sed in his omnibus* -- ibi -- *Praxis tamen est in contrarium, & sic non vacabit per promotionem ad Archiepiscopatum Epidauri vulgò Ragusa, Commenda, quam in lingua Italiæ Pompeus Minuccius possidebat; immo Modernus Episcopus Melitæ plures obtinet Commendas etiam post ejus promotionem ad Episcopatum -- & verb. Episcopus num.* 6. ibi -- *per ejus ad Episcopatum promotionem non vacant Commendæ, &c. Quinimo etiam post Episcopatus adeptionem Commendas tam de Cabimento, quàm de melioramento consequitur, ut declaravit Concilium* 7. *Maji* 1557. *pro Commendatore Petro de Candia Episcopo Hyeracen.* Sub ea viva ratione, quòd dicta Decretalis loquitur de Beneficiis, unde illius verba non possunt, nec debent ita impropriari, ut trahantur ad Commendas; cùm regula sit notissima,

12 quòd ubi versatur etiam in dubio, verba sunt semper intelligenda propriè & verè, non autem impropriè, & fictè. *L. fin. C. de his. qui ven. etat. impetrav. Bald. Cons.* 44. *n.* 1. *vers. sed in statutis. lib.* 3. *Lotther. de re Benef. lib.* 1. *q.* 24. *n.* 65. *& lib.* 2. *q.* 47. *num.* 62. *Rot. in Vaden. Canonicatus* 19. *Junii* 1705. §. *Præstat,*

13 *coram Rmo Molines*. Nec venire possunt sub simplici appellatione Beneficiorum; sub hac namque appellatione nullatenus verè & propriè includuntur Beneficia manualia præsertim in materia odiosa, ut patet ex observantia pluribus exemplis confirmata, juxta quam, quoties simplex habetur mensio Beneficii, nunquam sub illa includitur Beneficium manuale, ut habemus in Reg. 8. seu 9. reservatoria mensium, quæ loquitur de Beneficiis, nullatenus tamen comprehendit manualia. *Gonzal. in dicta Reg. Glos.* 5. §. 6. *n.* 9. *& seq. & Glos.* 8. *num.* 67. *Paxjordan. elucubr. tom.* 2. *l.* 10. *tit.* 11. *n.* 268. *Lotther. de re Benef. l.* 1. *q.* 7. *n.* 22. *Murg. de Benef. q.* 3. *n.* 203. *Card. de Luc. de Benef. disc.* 97. *n.* 19. §. & consequenter *Rota decis.* 114. *& decis.* 155. *& decis.* 626. *coram Buratt. decis.* 101. *n.* 6. *cor. Dunozett. jun. & decis.* 329. *num.* 5. *part.* 16. *rec.* Nec non in Regula de Annali, quæ mentionem faciens de Beneficiis, non complectitur manualia. *Mandos. q.* 11. *n.* 3. *Gonzal. dicta Glos.* 5. §. 6. *n.* 15. *Paxjordan. ubi supra n.* 269. *Card. de Luc. de Benef. dicto disc.* 97. *n.* 10. Et in Regula de Trienali, quæ licèt disponat per verba generalia, universalia, & geminata, cujusmodi sunt, *Quæcumque Ecclesiastica Beneficia, qualiacumque sint*; non tamen extenditur ad manualia juxta *Rebuff. de pacific. possess. lim.* 6. *n.* 27. *& seq. Mandos. in dicta Regula* 33. *q.* 11. *n.* 2. *Paris. de resignat. lib.* 11. *q.* 3 *n.* 85. *Gomez super Regula de Triennal. quæst.* 5. *&* 7. *Gonzal. dicto* §. 6. *num.* 16. *Rota*

14 *decis.* 739. *num.* 1. *p.* 1. *divers.* Ergo multo minus sub simplici appellatione Beneficiorum comprehendi poterunt simplices administrationes, uti sunt supradictæ Commendæ ad tradita per *Fagnan. in cap. ad audientiam il.* 2. *num.* 118. *de rescript. Navar. cons.* 5. *num.* 1. *& cons.* 6. *de præben. Gomez de expect. n.* 94. *Mandos. ad Regul.* 33. *de Annal. q.* 11. *num.* 2. *Gambar. de offic. legat. lib.* 4. *rubr.* 1. *n.* 1. *Gonzal. ad regul.* 8. *glos.* 5. §. 6. *num.* 21.

15 Et defacto, quod hujusmodi Commendæ non vacent per adeptionem Episcopatus; pluribus exemplis ostendere nitebantur. Nam Frater Dominicus Cubellas Prior Ecclesiæ Conventualis geminas obtinens Commendas, videlicet Præceptoriam assignatam pro sustentatione Prioralis dignitatis, aliamque Commendam nuncupatam Montissionis, cùm ad Episcopatum Melevitanum promotus fuisset; habitum fuit pro indubitato, quod de sui natura neque Præceptoria,

toria, neque Commenda juxta ſtabilimenta vacaſſent: Verùm quia prima inſerviebat ſuſtentationi Prioralis dignitatis, opus fuit quod Conſilium Religionis tunc peculiarem conſtitueret Regulam, quod tam dictus Prior Eccleſiæ, quàm Succeſſores electi, in Epiſcopatu Melitenſi, ſtatim dimittere habeant prædictam Præceptoriam pro ſuſtentanda dicta dignitate aſſignatam ſimul, & ſemel cum dicto Epiſcopatu, abſque eo quod nullam fecerit mentionem alterius Commendæ Montiſſionis, quam idem Epiſcopus pacificè retinuit uſque ad obitum. Ex quo actu duo deſumebant argumenta.

Primum erat, quod præciſivè àdicta peculiari Regula per Conſilium ſtabilita reſpectu Præceptoriæ aſſignatæ pro ſuſtentanda Priorali dignitate anterius licuiſſet illam retinere quodque hæc Regula poſterius edita unicè includens hanc Præceptoriam, manifeſtè ab illa excludit ceteras Commendas, firmatque quo ad illas Regulam generalem pro compatibilitate. *Rot. deciſ. 674. num. 11. p. 19. rec. & deciſ. 1342. num. 5. coram Emerix Jun. & in Carpentoraten. juriſdictionis 11. Maji 1699. §. ex iſta autem coram R. P. D. Lancetta.*

Alterum verò erat, quòd idem Epiſcopus pacificè ſemper retinuerit, & poſſederit alteram Commendam Montiſſionis, quam utique retentionem Conſilium non permiſiſſet, & inſpecta Commendarum natura incompatibilem cenſuiſſet, aliàs ſicuti à Conſilio capta fuiſſet proviſio ſuper non retentione Præceptoriæ prædictæ, ita etiam perneceſſe capta fuiſſet ſuper illa hujuſce Commendæ.

Inſuper Fr. Thomas Boſius primus poſt Religionis in Inſulam adventum Epiſcopus, & Anteceſſor immediatus dicti Cubelles ejuſdem Ordinis Vicecancellarius, & Poſſeſſor, de anno 1531. Commendæ de Senoveis, eodem anno in Epiſcopum aſſumptus, eaſdem Commendas ſinè ulla diſpenſatione retinuit, quinimo abſque pariter diſpenſatione alias quoque duas conſequutus eſt, quæque omnes non vacarunt niſi per ejus obitum.

Fr. Martinus Roxas de Portal Rubeo immediatè Succeſſor ejuſdem Cubelles pariter ex Vicecancellario effectus Epiſcopus, & duas obtinens Commendas de Villar del Pozzo, & de la Niguera, eas ſemper retinuit uſque ad obitum, ex quo dumtaxat tempore illæ vacarunt.

Item Fr. Thomas Gargallus cum poſſideret Commendam Magiſtralem de Maſden, illi in perpetuum collatam, aſſumptus fuit ad Epiſcopatum Melevitanum, illamque retinuit uſque ad obitum.

Fr. Cagliareſius ad Epiſcopatum promotus abſque eo, quòd illum habuerit indultum, ſemper uſque ad obitum retinuit Commendam, quam priùs poſſidebat de Covillian., quam poſterius etiam voluntariè reſignavit cum præſervatione tamen expreſſa, quòd exinde nullum prorſus ſibi generaretur præjudicium in aſſecutione alterius Cabimenti, ſeu Cabimentorum, & melioramentorum, quæ Canonicè ſibi obvenire potuerunt in gradu ſuæ antianitatis.

Nec diſſimilis obtinuit obſervantia in Epiſcopo Balguer, qui retinuit Commendam, ſeu potius Abbatiam Vallovar; Et licèt Indultum obtinuerit, hoc tamen idcirco fuit, quia illa erat verum Beneficium Eccleſiaſticum, cæterum ubi agebatur de meris Commendis tres alias obtinuit ſinè ulla diſpenſatione, & indulto. Ac illa viguit in Epiſcopo Bono, qui uſque ad obitum ſinè ullo indulto retinuit Commendas de Almutia, & de Calanda, quas ante promotionem ad Epiſcopatum aſſequutus fuerat; Et denique in Epiſcopo Molina, qui tam una, cum Epiſcopatu Melevitano, quàm cum Illerdenſi retinuit Commendam priùs obtentam de Alcolea. Quæ praxis etiam pacificè, & inconcuſsè ſemper invaluit, etiamſi Religioſi promoti fuerint ad alios Epiſcopatus præter Melevitanum, ut de Fr. Andrea de Candia Epiſcopo Hieracenſi, & de Fr. Joanne Morlue Epiſcopo Condonienſi Commendam aſſequuto, & demum de Fr. Pompeo Minuccio ad Archiepiſcopatum Reguſinum primo promoto, & poſtea ad Epiſcopatum Aquipendii translato, & retinente Commendam de Pola, & Gradiſca, quam ante Epiſcopalem conſecrationem habebat teſtatur, *Michaleff. in ſumm. jur. Hieroſolymit. Equit.* Ex qua continuata horum exemplorum ſerie reſultare obſervantiam præciſam, & individualem dicebant, quæ ſicuti in omnibus aliis materiis attenten-

tenditur, ita, & præcipuum locum obtinere debet in præsenti materia compatibilitatis Commendæ cum Episcopatu, ut in simili argumentatur, *Fagnan. in cap. bo. mem. n.31. de Postulat. Prælat.* ibi -- *Videmus etiam passim Episcopos ad Cardinalatum promotos retinere Episcopatum absque ulla dispensatione, quòd non esset, si Cardinalatus, & Episcopatus essent de numero incompatibilium* --

16 E contra S.Rota in supradicta *Melevitana Commendæ* 17. *Martii* 1702. 3. *Februarii*, & 4. *Junii* 1708. *coram R.P.D. Lancetta*, posthabitis his omnibus rationibus, & fundamentis horum insignium Advocatorum, qui jura Commendatarii promoti ad Episcopatum tuebantur, definivit Commendam vacare per Episcopatus adeptionem; mota fuit S. Rota ad ita
17 definiendum in primis à clara dispositione *Text. in cap. Cùm in cunctis* §. *Cum verò de electione.*, quæ inducit vacationem quorumcumque Beneficiorum per promotionem ad Episcopatum ibi -- *Cùm verò electus fuerit, & confirmationem electionis acceperit, & Ecclesiasticorum bonorum administrationem habuerit, decurso tempore de consecrandis Episcopis à Canonibus definito, is, ad quem spectant Beneficia, quæ habebant, de illis disponendi libe-*
18 *ram habeat facultatem* -- secundariò à sanctione Sac. Concilii Tridentini *sess. 7. de reformat. cap. 4.* interdicentis talem retentionem etiam Commendarum ibi -- *quicumque de cætero plura curata, aut aliàs incompatibilia beneficia Ecclesiastica, sive per viam unionis ad vitam, seu Commendæ perpetuæ, aut alio quocumque nomine, & titulo contra formam SS. Canonum, & præsertim Constitutionis Innocentii III. quæ incipit*, De multa *recipere, ac simul retinere præsumpserit, Beneficiis ipsis juxta ipsius Constitutionis dispositionem, ipso jure, etiam præsentis Canonis vigore privatus existat* --
19 Et denique à confirmatione facta per sa. mem. Gregorium XIII. cujusdam sententiæ, qua A. C. de voto Sac. Rotæ sensit, & pronunciavit Commendam vacasse per Promotionem ad Episcopatum, juxta relata per *Barbos. de offic. & potest. Episcopi alleg.* 57. *num.* 72. ut legi potest in decisionem *anni* 1702. §. *Assistit* §. *Quæ si procedunt*, & §. *Omnemque sustulit*. Animadvertendo præsertim, quòd ex dispositione Statutorum S.Religionis Commendatarii tenentur residere saltèm per quinquennium in Commendis, ac in eis facere meliorationes, ut firmavit *Rot. dec. 7. num. 2. par. 17. recent.* remanentque subditi jurisdictioni Prioris, & S. Religionis juxta supradictam Constitutionem bon. mem. Pii IV. ex quo idem S. Tribunal deducebat cum assumptus ad Episcopatum, Religioni amplius sui facere non possit, nec ab ea Compelli ad faciendas meliorationes, à Statuto demandatas necessariò sequi, ut ex promotione inducta sit Commendæ vacatio.

Respondendo verò ad ea, quæ à supradictis Advocatis in contrarium afferebantur *S. Rota in decisione anni* 1702. §. *Prævidens*, & *in decisione anni* 1708. §. *Quoniam* dicebat non obstare, quòd Commendæ S.Religionis non in titulum, sed tamquam Beneficia manualia ad nutum, seu amovibiliter assignentur juxta supradictam Constitutionem san. mem. Pii IV. ex quo inferebatur non intrare dispositionem Juris Canonici, & S.Concilii Tridentini loquentis de beneficiis perpetuis in titulum collatis; Quoniam licèt hujusmodi Commendæ ratione insitæ obedientiæ dicantur manuales, & amovibiles, nihilominùs ex eorum natura, & aptitudinaliter sunt beneficia perpetua, & conferuntur in titulum; ea po-
20 tissima inter cæteras ratione, quia Possidentes eas retinent in perpetuum, nec ab illis nisi ex legitima causa propter delictum, vel inobedientiam erga Religionem removeri possunt. *Corrad. in prax. benef. lib. 1. cap. 6. num. 277. cum seq. Card. de Luc. de benef. disc. 97. num. 22. Rot. decis. 473. n. 8. par. 5.*

Consuetudinem verò retinendo Commendas etiam post promotionem ad Episcopatum ex supradictis exemplis in contrarium deductam nullius roboris esse asserebat eadem S. Rota in supradictis Decisionibus §. *Minus relevat*, & §. *Neque juvat*. Etenim ultra quod illa, tanquam Juridispositioni contraria, probanda foret cum omnibus requisitis observantiæ præscriptivæ, cessare quamlibet hæsitationem ajebat, ex quo ut plurimum ab Episcopis Melevitanis, qui Beneficia retinuerunt, obtenta fuit dispensatio Apo-
22 stolica; Unde potius consuetudinem es-

sc

ſe incontrarium ſubjungebat, dum petitio, & impetratio diſpenſationis per neceſſarium antecedens præſupponunt defectum facultatis retinendi *Rot. in Dertuſen. juriſdictionis ſuper bono jure* 28. *Aprilis* 1694. §. *Et his accedit cor. bo. me. Emo Caprara*.

Ego autem has opiniones ad invicem pugnantes fœdere, diſtinctionis cenſeo ad concordiam reduci poſſe. Etenim non
23 omnes Commendæ hujus S. Religionis Hieroſolymitanæ ſunt intitulatæ, & perpetuæ; quia ſi omnes eſſent hujuſmodi naturæ, non compatirentur ad invicem, ſed ob aſſequutionem unius abſque diſpenſatione Apoſtolica daretur vacatio alterius, ad *Text. in Can. Sanctorum diſt.*70. *Canon. Per laïcos* 16. *qu.*20. *cap. de multa de præben.*, & *in extravag. ad regimen. eod. tit.* contra formam conſtitutionum ejuſdem S. Religionis, juxta quam non datur vacatio Commendarum niſi in duobus caſibus tantùm, nimirum aſſecuti Magiſterii Ordinis, vel Prioratus Eccleſiæ; in cæteris verò caſibus Commendatarii plures retinere poſſunt Commendas abſque alio Indulto Apoſtolico, ut ex eiſdem conſtitutionibus apparet. Sed Com-
24 menda diſtinguitur in perpetuam, ſeu in titulatam, & temporalem, juxta diſtinctionem communiter traditam à Doctoribus præſertim *à Navar. conſ.*4. *n.*1. *lib.*1. *de Fil. Presbyteror.* ibi -- *Reſpondeo primo duplicem eſſe Commendam; Alteram temporalem &c. & altera eſt perpetua* -- *Lambertin. de jurepatr. lib.*2. *par.*1. *qu.*6. *art.*14. *nu.*14., & *ſeqq. Gomeſ. in Regul. de Triennal. poſſeſſ. qu.*5., *Gonzal. ſuper regul.*8. *Cancell. gloſſ.*5. §.8. *n.*2. *cum ſeqq.*, & *num.* 24. *cum ſeqq. Novar. in ſumm. Bullar. comment.*69. *nu.*13., *Tondut. qu. benef. par.*2. *cap.*1. §.12. *nu.*10., & *ſeqq. Rot. dec.*22. *num.*7. *lib.*1. *coram Puteo*, & *deciſ.*523. *num.*52. & *ſeqq. par.*19. *tom.*2. *recent.*

25 Primam igitur ſupradictorum inſignium Advocatorum opinionem, juridicè procedere exiſtimo in Commenda temporali. Hujuſmodi namque Commenda eſt ſimplex, & mera adminiſtratio temporalis nullum titulum, aut jus in re, vel ad rem in Beneficio, vel in rebus commendatis tribuens Commendatario juxta *Novar. conſ.*4. *n.*2. *de Fil. Presbyter.* ibi -- *Secundo, quòd Commenda temporalis ad certum tempus facta non dat jus in Beneficio, nec Commendatarius facit fructus ſuos, neque eſt Prælatus Beneficii, ſed Procurator habens tamen legitimam adminiſtrationem* -- *Novar. in ſumm. Bullar. comment.*69. *num.*13. ibi -- *Limita octavo ut bene poſſint commendari Beneficia ad tempus illegitimis, ſecus verò in perpetuum, nam appellatione Beneficiorum non veniunt Commendæ temporales, quia in illis Commendis nullus adeſt titulus, nec datur jus in re, nec ad rem, & quandocumque poſſunt revocari* -- *Gonzal. ſuper Regula* 8. *Cancell. gloſſ.*5. §.8. *n.*37.

26 Immo ut teſtatur *Mendo de Ordin. Milit. diſquiſit.*1. *qu.*14. *nu.*233. ipſa non eſt materia ſimoniæ, nec ſimoniacum, qui eam pecunia data curat obtinere ibi -- *De Commendis id probatur; quippe non conferuntur propter munus Eccleſiaſticum, aut ſpirituale, nec exigunt aliquem ordinem, nec adhuc primam tonſuram in eo, qui illis potitur, nec onus recitandi horas Canonicas ex eis conſurgit, ſolumque præſentantur ob temporalem laborem militiæ pretio æſtimabilem, quamvis hic ad dictum cultum, & fidei propagationem referatur, nihil ergo ſpirituale, aut annexum ſpirituali confertur, ac proinde pretium pro eis adquirere procul eſt à ſimoniæ labe* -- *Et diſquiſit.* 10. *qu.*7. *n.*64. refert ita ſentire etiam *Bonacinum tom.*1. *tract. de ſimon. diſputat.*1. *qu.*4. *n.*15. ibi -- *Ipſe demum Author. &c. quin excipiat Commendas Ordinis S. Joannis, de omnibus Commendis Militaribus docet non eſſe materiam ſimoniæ &c. nam conferuntur titulo temporali &c., & diluit, quæ objici poſſunt, nempe, etſi conferantur Religioſis profeſſis, profeſſionem non eſſe titulum collationis, ſed conditionem à Pontifice appoſitam, nec ex vi Commendæ teneri Equites ad certas preces, ſed ex vi profeſſionis, & regulæ, & quamvis ſit annexum ei juſpræſentandi Clericos ad Eccleſias Ordinis, tamen id jus habere rationem quandam juriſpatronatus annexi Commendæ, & ſicut juſpræſentandi annexum bonis temporalibus non reddit ea ſpiritualia, illaque poſſunt vendi &c. ſic etiam de Commendis eſt philoſophandum.*

27 Nec eſt Beneficium perpetuum actu, cum omnes Commendæ hujus S. Religionis ex præſcripto Bullæ bo. me. Pii IV.

la 9. sint manuales. Nec aptitudine.
28 Etenim ad hoc ut Beneficium dicatur perpetuum saltèm aptitudine non sufficit, quòd possidens illud fortasse non removeatur ab habente illud conferre, sed requiritur, quòd non conferatur ad certum tempus, sed ad incertum, & indefinitum. Dum tempus incertum pro perpetuo, quodammodo habetur juxta *Lotter. de re benef. lib.*1. *qu.*6. *nu.*20., *Azor. instit. moral. lib.*6. *cap.*26. *n.*8., *&* 12., *Castropal. in summ. moral. par.*2. *tract.*13. *disp.*3. *punct.*1. *num.*11., *Murg. de benef. quæst.*3. *num.*473., *Garz. de benef. par.*11. *cap.*5. §.1. *nu.*181., *Corrad. in prax. benef. lib.*1. *cap.*6. *num.*280., ubi quod collatio facta ad tempus certum, & determinatum repugnat cum natura Beneficii, tollit enim aptitudinem perpetuitatis, quam non tollit collatio ad tempus incertum. Cum
29 autem Commenda temporalis Ordinis Hierosolymitani non conferatur ad tempus incertum, & indefinitum, sed ad tempus certum, & præfinitum decennii, ut ex ejus stabilimentis, sequitur quòd non sit perpetua nec aptitudine. Nullatenus obstante, quòd in ejusdem Commendæ collatione addantur illa verba -- *Et ultra ad beneplacitum nostrum* -- nam ut bene respondebat unus ex supradictis Advocatis, semper verum est, quòd prius processerit certa præfixio temporis exclusiva perpetuitatis. Addito ulterius, quòd nec etiam concessio ad beneplacitum concedentis dissignat illam indeterminationem temporis, quæ sapit perpetuitatem, cùm beneplacitum, & concessio cessent per mortem concedentis *cap. si gratiose de rescript. in* 6. *Abb. in cap. fin. num.*6. *vers. secus ubi concessisset de præcar. Gonzal. ad regul.*1. *glos.*5. §.6. *num.*39. *Pax Jordan. elucubr. tom.*2. *lib.*10. *tit.*11. *n.*276.

Ac proinde Commenda temporalis per adeptionem Episcopatus vacare dici non potest ex rationibus, & auctoritatibus pro hac opinione superiùs allatis, sic-
30 uti per hanc eamdem adeptionem vacare non dicitur Cappellania merè laicalis, & temporalis, aut administratio Hospitali, juxta *Rot. in Bononien. Hospitalis* 6. *Junii* 1707. §. *Hæc autem cor. R.P.D. Lancetta, &* 16. *Decembris ejusdem anni* §. *Nec subsistis cum seq.*

31 Retenta autem hac sententia; ipsi non adversantur fundamenta alterius opinionis S. Rotæ nimirum dispositio *Textus in dicto cap. Cùm in cunctis*; Siquidem Textus iste expresè loquitur de beneficiis Ecclesiasticis; adeôque comprehendere nequit hasce Commendas temporales, quæ ex supradictis non sunt beneficia Ecclesiastica, sed meræ administrationes, nec conferuntur in titulum actu, uel aptitudine perpetuum; Nec altera dispositio S. Concilii Tridentini, quia loquitur de Commendis perpetuis ibi -- *seu Commendæ perpetuæ* -- Nec denique confirmatio supradictæ sententiæ A. C. facta per san. mem. Gregorium XIII. quia ibi pariter agebatur de Commenda, seu Arrendamento contra formam Pianæ Constitutionis, & stabilimentorum Religionis in perpetuum collata Commendatario Gargallo successivè ad Episcopatum promoto ibi -- *Perpetuo Arrendatario &c. in Arrendamentum perpetuum &c.*

Quod autem Commendatarii ex dispositione Statutorum Religionis teneantur residere, & in Commendis facere meliorationes, quæ ab Episcopo expleri non valeant; quodque remaneant subditi Religioni, quæ subjectio quoad Episcopum non sit verificabilis; Ex hoc deduci non valet Commendam merè temporalem vacare per adeptionem Episcopatus.

32 Quoniam, ut bene huic objecto respondebant supradicti Advocati; Quod attinet ad residentiam, ea utique nullatenus est apta ad inducendam incompatibilitatem cum Episcopatu; Tum quia residentia hæc non est continua, sed temporalis ad quinquennium dumtaxat restricta, quo casu nulla ex ea promanat incompatibilitas. *Hostien. in cap. final. num.*4. *versic. unde si essent de Cleric. non resid. ibique Abb. num.*4. *Butr. num.*6. *Rot. dec.*483. *num.*3. *par.*1. *divers. & dec.*179. *num.* 5. *par.*2. *recent.*, *& decis.* 140. *nu.*7. *par.* 4. *& decis.* 13. *num.* 14. *coram Bich.* Tum quia non est formalis; Cùm etenim Commendatarii residere teneantur solummodo, quatenus velint se aptos reddere pro assequendis Dignitatibus, ut liquet ex *Card. de Luc. de benef. disc.* 68. *num.* 3. *& disc.*121. *nu.*4. *Rot. decis.*7. *num.*1. *&* 2. *par.* 17. *rec.*; profectò palàm est, quod hæc sit simplex residentia causativa, quæ sem-

ſemper talis eſt, quotieſcumque quis eam ſervare debet, quatenus gaudere velit fructibus, & emolumentis, non autem ad illam præcisè arctatur ſub pœna privationis *Gonzalez ſuper regul.8.gloſſ.5. num.19. in fin. & num.22. Rot. coram Cavaler. deciſ. 551. num.6. & coram Priolo deciſ.13.num.3. & deciſ.175.num.8. & in rec. deciſ.489. num. 2. par. 2.* Ex quo ſequitur ex ipſa non oriri incompatibilitatem, ſed ſolùm ex ejus omiſſione, & in adimplemento, privationem emolumenti eidem correſpectivi, nimirum aptitudinis ad aſſequendas Dignitates.*Hojed. de incompatib.benef. par.1. cap. 17.nu.34. Rot. deciſ. 483. num. 2. par. 1. diverſ. & deciſ.489.num.3.par.2.recent. & dec.622. num.5. coram Burat. & deciſ.17. nu.9. coram Bich. & deciſ.289.num. 1. & 12. cor. Rembold.*

33 Quod verò pertinet ad ſubjectionem Religioni, poſſunt hæc duo ſtare ſimul, quòd Commendatarius de jure poſſit eſſe ſubjectus Priori, & S. Religioni, & quòd ſi ſit factus Epiſcopus Commendam retineat, ſed non ſubjectionem perſonalem; quemadmodum videmus in Religioſis, iſti juſtè ob votum obedientiæ debent eſſe ſubjecti Priori, aut Abbati; ſi tamen aſſumantur ad Epiſcopatum remanent Religioſi, & votis adſtringuntur, ut tradunt *Hoſtien. in cap. Clerici il ſecondo de vita, & honeſt. Cleric. Covar. in cap.1. num.18. de teſtam. Alexand. conſ.32.num.8. lib.5. Rodriguez quæſt.regul.tom.2.quæſt.58. art.3. Fajard. in diſſert. pro Epiſcop. Regular.poſt allegationes fiſcales num. 26. & ſeq., & num. 32. & ſeq.* & nihilominus non retinent ſubjectionem perſonalem Priori, ſeu Generali; ſed illam mutant, ſubrogato Summo Pontifice in locum Superioris Religionis, ea ratione, quia per ſequen-

34 tem Epiſcopatum laxantur ea ſola Religioſæ Profeſſionis vota, quæ muneri Epiſcopali, tanquam majori bono obſiſtunt juxta Doctrinam *D. Thomæ ſecunda ſecundæ quæſt.* 18. *art.* 8. quam latè exornat *Sanchez in ſum. tom.2. lib.6. cap.6. num.8. Cabaſut. in Theor.& prax.jur. Canon.lib.1. cap.24.num.2.*

35 Secundam autem opinionem Sac.Rotæ *in d. Melevitana Commendæ* cenſeo locum habere in Commenda perpetua; quia cùm iſta habeatur loco tituli, & efficiat Commendatarium verum Rectorem, & Prælatum, qui facit omnes fructus ſuos, ſicut alii titulares perpetui. *Gonzal. ſuper Regul. 8. Cancell. gloſſ. 5. §. 8. num. 2. & ſeqq. Vaneſpen. in jus Canon. par. 1. tit. 31. cap. 7. num.* 40. conſequenter dicendum venit comprehendi ſub diſpoſitione tam juris communis *in dicto cap. Cùm in cunctis*, quàm Concilii Tridentini *dicto cap. 4. ſeſſ. 7.* ſeu per adeptionem, & poſſeſſionem Epiſcopatus ipſam vacare; ut docent *Tondut.quæſt.benef.par.2.cap.1. §.12. num.10. & ſeqq.* ibi -- *Item in Commendis iſtis perpetuis locum habet de veriſimili notitia, & quemadmodum beneficia conceſſa in titulum illius, qui ad Epiſcopatum promovetur, vacant per adeptionem Epiſcopatus, ita, & vacant illa, quæ obtinentur in Commendam -- Card. de Luc.de benef. diſc. 97. num. 22. Corrad. in prax. benef. lib.1. cap.6. num.277. & ſeq. Garz. de benef. par.4. num.34. & ſeq.* Niſi in li-

36 mine fundationis harum Commendarum fuerit ab illarum fundatoribus, qui eas fundarunt de propriis bonis appoſita conditio, quòd per aſſecutionem Epiſcopatus, aut alter incompatibilis non vacent *Card.de Luc.de jurepat. diſc.20.n.15. & ſeq.*

Nec retenta hac opinione, ei adverſantur ſupradictæ Conſtitutiones Apoſtolicæ, ſtabilimenta ejuſdem S. Religionis, formula ordinaria de Commendis providendi, exempla, & Doctores ſupra relati, quia hæc omnia procedunt in Commendis temporalibus, non verò perpetuis.

Deſcendendo nunc ad ſecundum dubium, quòd hìc mihi examinandum propoſui, nimirum -- *An Summus Pontifex diſpenſare poſſit cùm promoto ad Epiſcopatum, ut ipſe retineat beneficia patronalia* --

37 Pro ejus reſolutione cenſeo reſpondendum poſſe Summum Pontificem de poteſtate ordinaria (cùm de poteſtate abſoluta nulli dubium eſſe poſſit) diſpenſare cum Promoto ad Epiſcopatum; non dum adepta hujus poſſeſſione; ut retineat beneficia de jurepatronatus laicali; Per hanc enim diſpenſationem Papa nullum præjùdicium infert Patrono Laico, nec quoad proprietatem juriſpatronatus, quia eam non perdit, nec quoad

possessionem præsentandi, seu quoad præsentationem; quia hæc non habet locum nisi in casu vacationis beneficii; ante autem adeptionem, & pacificam possessionem Episcopatus beneficium patronale non vacat; igitur, ante dictam adeptionem Episcopatus Papa dispensando, ut retineat cum eo Beneficium Patronale non præjudicat Patrono, quoad possessionem, seu quoad actum præsentandi; imò hujusmodi dispensatio est favorabilis Patrono, & uniformis ejus voluntati; cùm per eam approbatur, & confirmatur in beneficio illa persona, quam ipse Patronus semel approbavit, & præsentavit; ut expressè tuentur *Fransc. de Roye de jurepat. cap. 24. §. Eam quoque Lotter. de re benef. lib. 2. quæst. 8. nu. 105. Tondut. quæst. benef. par. 2. cap. 4. §. 9. num. 39. & de pension. cap. 25. num. 10. Ros. de execut. litcr. Apostolic. par. 1. cap. 5. num. 135.* & antea docuit *Rot. in novis decis. 21. de præben. post num. 5.*

ARGUMENTUM.

Præsentatio ad beneficium vacaturum an, & quando sustineatur.

SUMMARIUM.

1 *Præsentatio ad beneficium vacaturum non sustinetur*; Amplia ut nu. 2. limita, ut n. 3. & 11.

4 *Reservato jurepatronatus pro Laicis*; *an nomine* Laicorum *veniant etiam Clerici Sæculares?*

5 *Consuetudo præsentandi ad beneficium vacaturum, an, & quando valeat?*

6 *Literæ Apostolicæ in omnibus justificatæ sunt exequendæ.*

7 *Reservata sibi facultate à Fundatore eligendi primum Cappellanum, an hæc facultas per nominationem factam in propriapersona Fundatoris dicatur consumpta* & num. 8. 9. & 10.

12 *Ad obtinenda beneficia simplicia requiritur ætas 14. annorum.*

13 *Lex fundationis requirens qualitatem originis in providendo de beneficio, an, & quando non afficiat ipsum met Fundatorem?*

CASUS III.

IN limine fundationis Beneficii A. reservatum fuit à Fudatore Juspatronatus pro ejus hæredibus, & successori bus laicis, ac apposita fuit conditio præsentandi ad Beneficium vacaturum non solùm de consensu Ordinarii, verum etiam Summi Pontificis. Beneficio igitur adhuc pleno, quidam Clericus unicus hæres, & successor ejusdem Fundatoris præsentavit ad illud aliam personam idoneam. Quæro; An hujusmodi Præsentatio sustineatur.

Respondendum videtur primo aspectu hanc præsentationem non sustineri, quia fuit facta à Clerico; contra legem fundationis, quæ juspræsentandi reservavit Laicis, non autem Clericis; & quia fuit facta beneficio pleno, & adhuc vacaturo; adeôque sustineri non valet, cùm contineat votum captandæ mortis juxta auctoritates in Commentario relatas, & dixi *Part. I. Can. V. Cas. I. per tot.* & superius *Can. XVI. XVII. XVIII. XIX. XX. Cas. X. num. 12.* Etiamsi adesset consuetu-
2 do præsentandi ad beneficium vacaturum, quia hæc utpote irrationabilis, & iniqua, & præbens occasionem captandi mortem non valeret. *Garz. de benef. par. 10. cap. 1. num. 4. Barbos. in hoc Canone XXV. num. 4.*

3 Sed contrarium est veritas. Quoniam licèt attenta juris communis dispositione Patronus nequeat præsentare ad beneficium vacaturum ob rationes, & auctoritates in *Commentario* deductas; tamen, quando adest contraria lex fundationis legitimè approbata, & confirmata; per quam detur facultas Patrono præsentandi ad beneficium etiam vacaturum, ut est casus noster; tunc Patronus valet non solùm præsentare, beneficio adhuc pleno, sed etiam promittere præsentationem alicui, & dare in specie alicui potestatem præsentandi cùm vacabit. *Card. de Luc. de jurepat. disc. 64. num. 34.* & resolutum fuit à *S. Rota in Nicien. Beneficii 2. Julii 1706. §. Nec obstitit coram R. P. D. Kaunitz. hic impress.*

4 Non obstante, quòd supradicta præsentatio fuerit facta à Clerico, & non à Laico; quia in favorabilibus, & dum agitur de simplici jure præsentandi, nomine laicorum veniunt etiam Clerici Sæculares; & illud nomen præsumitur appositum ad exclusionem Clerici, seu Ecclesiastici Regularis. *Gloss. in cap. licèt verb. Sæculares de offic. Judic. Secular. Barbos. tract.*

tract. var. de appell. verb. appell. 205. *n.* 3. & in terminis *Rot. in Rhegien. juriſpatronatus, ſeu Cappellaniæ* 28. *Junii* 1706. §. *Nec obſtat coram Eminentiſſimo Priolo*.

5 Quòd autem non valeat conſuetudo præſentandi ad beneficium vacaturum, non eſt abſolutè verum, dum ſolùm procedit in conſuetudine ordinaria, non verò in immemorabili, vigore cujus allegari poteſt quicumque titulus melior de mundo; & ſic vel Privilegium Apoſtolicum, vel lex fundationis, ut expreſsè docet *Card. de Luc. de jurepat. dicto diſc.* 64. *num.* 34.

R. P. D. KAUNITZ

Ilcinen. Beneficii.

Veneris 2. *Julii* 1706.

FUndavit de anno 1688. Antonius Maſſainus in Eccleſia Parochiali S. Bartolomæi Sejani ſuæ Patriæ perpetuum ſimplex Beneficium ſub invocatione S. Antonii de Padua ad Altare SS. Crucifixi, & in actu fundationis reſervavit ad ſui favorem juſpatronatus, ac cum pacto, ut ſibi liceret in vita nominare primum Cappellanum, aut Rectorem Beneficii, ac poſt mortem Rectoris, quem ipſe nominaſſet, voluit juſpatronatus eſſe reſervatum ad favorem familiæ Maſſainæ, & alterius familiæ ab eodem Fundatore nominandæ cum aliis conditionibus, & declarationibus in defectum dictarum familiarum, prout latiùs in ipſa fundatione. Præter voluit, ut onus perpetuum Beneficio adjectum unius Miſſæ quolibet menſe, non deberet incipere à ſe ipſo, qui erat primus poſſeſſor Beneficii, & bonorum pro illius dote aſſignatorum, ſed à primo Rectore poſt ejus obitum.

Succeſſivè de anno 1693. declaravit alteram, & ſecundam familiam, cui voluit ut ſupra ſpectare juſpatronatus Beneficii, illam ſcilicet de Ginnaneſchis, & paulò ante ſui obitum de menſe Januarii 1705. in primum Cappellanum juxta reſervationem ſibi factam nominavit Camillum Vgurgerium in ætate annorum decem conſtitutum, qui ſequuto obitu Domini Antonii Fundatoris obtinuit literas Apoſtolicas pro nominato cum diſpenſatione etiam ab ætate, & è converſo Rutilius Ginnaneſchus major de familia vocata ad Juſpatronatus, attenta etiam renunciatione familiæ Maſſainæ, præſentavit Joannem Ginnaneſchum, qui obtinuit gratiam Apoſtolicam pro præſentato cum derogatione medietatis vocum, directiſque utriuſque literis noſtro Auditorio pro executione in examine hodie habito potiora viſa fuerunt jura Camilli, qui ob id obtinuit ſuarum literarum exequutionem.

6 Ipſius enim literæ ſunt in omnibus juſtificatæ, dum de exiſtentia Juriſpatronatus nulla controverſia, & verificatum conſtitit juxta præſcriptum literarum ex illius reſervatione in actu fundationis Beneficii cum approbatione Ordinarii, ſicuti etiam de expreſſione veri valoris in eadem ſumma ducatorum viginti quatuor per non exceſſum hinc inde narrata, nominatio verò cùm ex publico Inſtrumento apparuerit expleta ab eodem Antonino Fundatore in vim facultatis ſibi reſervatæ in fundatione nominandi primum Cappellanum, dubitandum non eſt quin literæ etiam in hac parte remaneant juſtificatæ, & per conſequens celerem exequutionem promereantur ad notam, *Gloſſ. in cap. ſi capitulo verbo exequatur de conceſſ. præben. in* 6., *Rota in Leodien., ſeu Aquiſgranen. Decanatus* 20. *Martii* 1699. §. *Impetravit coram Eminentiſſimo D. Cardinali Caprara, & in Cremonen. Beneficii* 11. *Maji* 1705. §. *At cum per lapſum cor. me*.

7 Abſque eo quòd prætendi valuerit prædictam facultatem nominandi primum Rectorem fuiſſe conſumptam per nominationem jam ſemel expletam in propria perſona ejuſdem Antonii Fundatoris ad tradita per *Caſtil. controv. tom.* 6. *lib.* 5. *cap.* 183. *num.* 5., *Signorol. conſil.* 88. *num.* 3., *Rot. deciſ.* 69. *nu.* 18. *coram Cerr. & in Neapolitana, ſeu Januen. Laudi* 18. *Maji* 1672. §. *Et quatenùs coram Rondinino impreſs. tom.* 3. *conſult.* 295.

Et ſic jus nominandi in præſenti vacatione Beneficii tranſire debuiſſe ad familiam illorum de Ginnaneſchis, qui Joannem Collitigantem præſentarunt, *Rota in Vicen. Parochialium* 9. *Decembris* 1701. *coram R. P. D. meo Scotto, & in Vicen. Canonicatus* 3. *Februarii* 1702. §. *Quod autem coram eodem*, quoniam viſum fuit DD. ceſſare objectum ex duabus peculiari-

liaribus circumstantiis patefacientibus reservatam facultatem nominandi primum Rectorem directam fuisse ad electionem Beneficiati, qui succedere debebat post mortem Antonii Fundatoris, non verò in ejusdem personam.

8 Prima est, quòd cum Fundator noluisset, quoad viveret, teneri ad implenda onera per eundem injuncta in fundatione, noluit onus incidere debuisse à primo Rectore post ejus obitum, licèt ipse deberet esse possessor omnium bonorum Beneficii, signum evidens, facultatem sibi reservatam gaudendi bonis, durante ejus vita, non intelligi tributam fuisse uti Rectori, cum alioquin debuisset injuncta onera adimplere ad notum *Text. in cap. final. de rescript. in 6.*, *Rebuff. in prax. benef. glos.4. tit. de dispens. de non residen. nu.2. Rota penès Vivian. de jurepatronatus lib.1. cap.66. in fin.*, *Lara de Anniversˑ. & Cappellan. lib.2. cap.8. num. 13.*, *Pax-Jordan. tom.2.*, *lucrubrat. lib.10. tit. 19. num.60.*, aliud enim est habere fructus Beneficii, aliud possidere Beneficium, *Gloss. in cap. si propter tua debita verb. fructus de rescript. in 6.*, *Rot. cor. Dunoz. jun. dec.295. n.13.*

9 Altera autem circumstantia æquè stringens est Fundatori fuisse reservatum jus in vita nominandi primum Cappellanum, aut Rectorem dicti Beneficii, ex quo cum sequatur primum Cappellanum potuisse eligi ab Antonio etiam in agone, & in ultimo vitæ spiritu, ad *Text. in leg. seia §. final. ff. de donat. caus. mort.*, *Lara in compend. vit. homin. cap.32. num.12.*, *Menoch. cons.1124. num.18.*, & 19., *Surd. cons.110. num.9.*, *Balducc.*, *ad Ramon. cons.28. num.16.*, *Rota in Rom. jurispatr. 4. Decembris* 1705. §. *Ex quo dispositionum coram Reverendissimo D. meo Decano*, manifestum est facultatem eligendi, & nominandi primum Cappellanum non potuisse intelligi nisi de illo, qui post Fundatorem successurus erat, cum, & idem primus post eundem tanquam non habens alium intermedium futurus fuisset, *Rebuff. in leg. prox. appell.155. §. Idem primus ff. de verbor. signific.*, *Tiraquell. de primog. qu.3. n.6. vers. quod is dicitur*, *Fagnan. in cap. cum autem n.11.*, & 12. *de jurep.*, *Lambertin. eod. tract. lib.2. par.2. qu.7. art.21. nu.6.*, *Rota cor. R.P.D. meo Ansaldo dec.52. sub n.15.*, præcipuè cùm Fundator voluerit possidere Beneficium absque onere Missarum, & primum Rectorem eum dumtaxat vocaverit, qui habiturus erat Beneficium cum proprio onore; ideoque facultas nominandi primum Rectorem semper intelligi debet restricta respectu tertii, non autem sui ipsius *Gabr. com. conclus. lib.6. tit. de verb. signif. conclus.9. per tot.*, *Menoch. cons.182. n.2. Afflict. dec.319. nu.8.*, & 9., *Gonzal. ad regul.8. §.2. proœm. n.38.*, *Rot. dec.241. n.5. p.1. divers.*

Et quatenus res etiam pateretur aliquam dubietatem, cùm Fundator devene-
10 rit ad nominationem Camilli sub expressa declaratione, quòd inter alias conditiones appositas in erectione voluerat ad sui libitum esse, & ab ejus voluntate, & arbitrio pendere, etiam ipso vivente, electionem, & præsentationem ejus futuri Rectoris in dicto Beneficio, nemo inficias ierit, quin ex tali declaratione non fuerit explicata qualis fuerit intentio usque ab initio non comprehendi sub nomine primi Rectoris se ipsum ratione facultatis sibi competentis, & reservatæ etiam ex intervallo se explicando, & declarando circa leges ab eo appositas in limine fundationis, *Card. de Luc. de jurep. disc.16. n.5.*, & *de fideic. disc.179. n.10.*, *Rot. cor. Bich. dec.252. n.25.*, & *in Romana Donationum 4. Junii* 1700. §. *vel cum in omnem cor. R.P.D. dell'Olmo*.

Nec obstitit nominationem Camilli
11 factam fuisse de tempore, quo Antonius Fundator possidebat Beneficium, & sic tanquam Beneficio pleno, & continentem speciem quandam expectativæ pro irrita habendam fuisse, ac si non emanasset juxta Sancita in Sacro Concilio Tridentino *sess.24. cap.19. de reform.* cum ibi notat per *Barbos. Gonzal. ad reg.8.*, *Cancell. §. Proœm. n.57.*, & *seqq.*, *Rota coram Merlin. dec.855. n.4.*, adeòut factus fuerit locus præsentationi factæ post vacationem ad favorem Ginnaneschi *Rota in Gracovien. Præpositurâ 26. Martii* 1703. §. *Nec ea cor. R.P.D. meo Omanna*, quandoquidem ultra quòd posita retentione bonorum permissa Fundatori absque ullo onore adjecto successoribus in Beneficio ipse Fundator non erat habendus pro Rectore Beneficii, ideoque nominatio primi

Re-

Rector is in perſonam Camilli non poterat dici facta ante vacationem Beneficii, ſed remanet pura deſignatio primi Rectoris, quæ paſſim per Fundatores fieri ſolet, adhuc tamen cum talis facultas nominandi in vita fuerit reſervata in limine fundationis, valida omnino reputari debet, ex quo valent Fundatores adjicere conditiones,& leges etiam Sac. Canonibus, & juri communi contrarias *Card. de Luca de jurep. diſc.54. n.34., & in Summa n.129., Pax. Jordan. to.2. elucubr. lib.10. tit.7. num.274., Adden. ad Gregor. deciſ.410. n.9. in fin. Rot. cor. Burat. dec.21. n.2. & 3., & dec.553. n.4., & dec.1000. pariter n.4. cor. Emer. jun.*

12 Minuſque vim facit Camillum de tempore nominationis non fuiſſe Clericum, nec conſtitutum in ætate legitima 14. annorum ad obtinenda Beneficia ſimplicia juxta *Concil. Trident. ſeſ.23. de reform. cap.6., Ciarlin. controv. for. lib.1. cap.53. n.48., Rot. dec.392. n.1.*, ac etiam carere requiſitis originis Terræ Sejani, cui ratione prælationis conceſſæ in fundatione Civibus dicti loci non potuerit præcipuè ex intervallo ab erectione Fundator præjudicare *Tondut. qu. benef. par.1. cap.54. n.6., Garz. de benef. par.5. cap.6. num.68. & 69., Rota cor. Dunoz. junior. dec.387. n.2. & ſeqq., & cor. Merlin. deciſ.518. n.4. & in rec. dec.37. n.2. & 318. num.13. par.7., & dec.316. n.18. 23.; & ſeqq. p.10., & dec.372. num.16., & 17. par.11.*, quod operari debeat, ut jure ſaltem devolutionis nominari potuerit Ginnaneſchus pollente tam ætate legitima, quàm qualitate originis, cui ob id debita ſit prælatio. *Vivian. de jurep. lib.6. capit.9. n.9., Card. de Luc. eod. tract. diſc.18. n.38., & diſc.64. n.39., Rot. cor. Duran. dec.8. n.5., & cor. Manzaned. dec.718. à n.1., & in Cracovien. Parochialis 14. Maji 1696. §. Ex lege in fine coram bo. me. Pio.*

Quia in ordine ad ætatem cum Camillus obtinuerit à Sanctiſſimo diſpenſationem, & adeptus fuerit etiam Clericatum tempore habili, ſatis eſt ad effectum, ut locum habere debeat gratia ad ejus favorem emanata juxta vulgatas regulas præſcribentes ſatis eſſe capacitatem ſupervenire de tempore collationis, nec requiri in actu nominationis *Ventrigl. in prax. rer. notab. par.2. annot.6. §.1. n.8., Campanil. in diverſ. jur. cauſ. rubr.7. cap.6. n.3., Lotter. de re benef. lib.2. qu.47. n.92. Marant. reſp.85. n.26. par.5.*. Qualitas verò originis Terræ Sejani cum non fue-
13 rit requiſita niſi in providendis ab Epiſcopo, cui voluit devolui jus conferendi in caſu deficentiæ utriuſque familiæ,quibus reſervaverat juſpatronatus activum ibi -- *In mancanza della prima come dell' altra famiglia da nominarſi vuole che detto beneſizio, ò Cappella ſi conferiſca in qualunque volta, o tempo vacherà dalli Veſcovi pro tempore di M. Alcino, con queſto però ſia Chierico, ò Sacerdote di detto luogo* -- Ex hoc ſequitur dictam legem non debere afficere alios Patronos,& præſertim ipſummet fundatorem *Card. de Luc. de jurepat. diſc.90. num. 4., Carol. Ant. de Luca de linea legali artic. 24. num. 22., Modern. Roman. diſcept. Eccleſ.19. num.9. & 10. & in Carergon. num. 37., Rota deciſ.365. coram Cavaler.*

Ex his ſicuti clarè apparuit de ſubſiſtentia in omnibus ſuis partibus literarum Camilli, ita in conſequentiam inexequibiles remanſerunt illæ Joannis tanquam ſubreptitiæ, cùm in illis reticitum fuerit jus præſentandi pro prima vice Rectorem ſpectaſſe ad fundatorem,qui præſentaverat Camillum. *Rot. deciſ. 270. num.7. & 8. coram Priol.*, & alibi paſſim

Et ita utraque &c.

ARGUMENTUM.

Fructus Eccleſiæ Patronalis vacantis exacti, & non conſumpti, vel inexacti, & pendentes ante obitum Rectoris Regularis, vel decurrentes à die obitus, & vacationis uſque ad novam collationem ejuſdem Eccleſiæ, ad quem ſpectent?

SUMMARIUM.

1 *Beneficiatus de redditibus neceſſariis ad ejus congruam ſuſtentationem, ſi aliquid propria parſimonia detraxit,poteſt id donare conſanguineis, & de eo dotare ſorores.*

2 *Beneficiatus decedens in Urbe, aut ejus diſtrictu diſponere poteſt tam inter vivos, quàm in ultima voluntate de bonis provenientibus ex redditibus beneficii.*

Bene-

3 *Beneficiatus an habeat dominium fructuum beneficii, & an comparetur usufructuario?* & num.8.

4 *Votum paupertatis an vires suas porrigat extra claustra?*

5 *Religiosus effectus Parochus desinit esse sub obedientia Prælati Regularis, & subjicitur Diœcesano.*

6 *Canonicus Regularis, aut alius Religiosus effectus Parochus, peculium intuitu Parochiæ acquisitum ad hæredes tam ex testamento, quàm ab intestato transmittere non potest.* Amplia ut num.7.

9 *Fructus Ecclesiæ Parochialis à Canonico Regulari exacti, & non consumpti, eo defuncto spectant de jure communi vel ad Monasterium, vel ad Ecclesiam,* & n.10.

11 *Ubi verò viget jus spoliorum spectat ad Rev. Cameram.*

12 *Fructus Ecclesiæ Parochialis de tempore obitus Rectoris maturati, & inexacti spectant ad Rev. Cameram.*

13 *Fructus Ecclesiæ Patronalis vacantis decurrentes à die vacationis usque ad novam hujus provisionem spectant de jure communi ad successorem in beneficio; secus ubi viget jus spoliorum,* & num. 17. Amplia ut num.18. Limita ut num. 21. & 25.

14 *Spolia unde originem habuerint, & quid sint?* Vide ibi, & num.15.

16 *An ad hoc ut fructus Ecclesiæ, aut beneficii vacantis spectent ad Rev. Cameram requiratur quòd in Diœcesi sint Collectores, aut Subcollectores spoliorum,* & num.20.

19 *Nomine* Spoliorum *veniunt etiam illi fructus, qui à die vacationis beneficii ad collationem percipiuntur.*

21 *Fructus decurrentes à die vacationis beneficii usque ad hujus novam provisionem non spectant ad Rev. Cameram, si adsit consuetudo immemorabilis in contrarium; & quæ sint requisita hujusmodi immemorabilis.* Vide num.22.

23 *Lex Ecclesiastica an, & quando, etiam non recepta, suum robur habeat, & efficaciam.* Vide ibi, & num.24.

CASUS IV.

QUidam Canonicus Regularis ad Ecclesiam Parochialem sæcularem de Jurepatronatus ex dispensatione Apostolica legitimè promotus; eam per multi temporis decursum retinuit; nuper autem vita functus, & vacata per ejus obitum dicta Ecclesia Patronali, magnum post se reliquit peculium ex redditibus, & fructibus ejusdem Ecclesiæ coadunatum, & exactum, quod in testamento reliquit propriis consanguineis. Quæritur

Primò -- *An iste Canonicus Regularis potuerat in morte de hoc peculio disponere, & ad hæredes tam ex testamento, quàm ab intestato illud transmittere?* Et quatenus negativè.

Secundò -- *An, & ad quem spectet hujusmodi peculium?*

Tertiò -- *Fructus, qui à die vacationis Ecclesiæ Patronalis usque ad ejus novam provisionem decurrunt, & colliguntur, ad quem pertineant?*

Super quibus requisitus à quodam Reverendissimo Abbate Religionis Canonicorum Regularium quid pro veritate sentirem, censui prout infra de jure consulendum; Et quidem quoad primum dubium respondendum videtur affirmativè; etenim Parochus, & quivis alius Beneficiatus, licèt non possit ad libitum disponere de redditibus superfluis Parochiæ, sive beneficii; sed teneatur eos erogare
1 determinatè in alimoniam pauperum, & in alios pios usus, tamen de redditibus necessariis ad ejus congruam, & decentem sustentationem, & qui ex SS. Canonum dispositione pro sui, suorumque victu, & vestitu sibi obveniunt, si aliquid propria parsimonia detraxit, potest id donare etiam consanguineis, imò de eo dotare sorores, vel alias consanguineas, & aliter disponere, juxta *Text. in cap. Studeat in fin. dist.50. & cap.1. de cohabit. Cleric. & mulier. Fagnan. in cap. si quis sanè num.19. de pecul. Cleric. Antonell. de jurib. & onerib. Cleric. lib.2. par.6. cap.15.nu.2. Layman. Theolog. Moral. lib.4. tract.1.c.3. num.2.* ibi -- *Redditus Ecclesiastici, quatenus prudentis Viri arbitrio, Beneficiato necessarii sunt ad honestam, & decentem vitæ sustentationem, pleno jure ad ipsum pertinere non minùs quàm bona patrimonialia, adeò quidem ut si ex victu, aliisque competentibus impendiis aliquid propria parsimonia detrahat, de eo arbitratu suo disponere possit, dando v. g. consanguineis.*

Maximè si adesset consuetudo, quòd Beneficiatus possit testari de acquisitis ex bene-

beneficio, aut quòd conſanguinei in eis ſuccedant. *Calderin. conſ.2. de pecul. Cleric. num.2. prope fin.* ibi -- *Puto concludendum, quòd ſi loci conſuetudo ſpecialis, vel Eccleſiæ ſit, quòd conſanguinei ſuccedant in fructibus perceptis, & ſeparatis à ſolo illa ſervetur -- Garz. de benefic. par. 2. cap. 1.*
2 *num. 11. & ſeqq.* Aut ſi idem Parochus, ſive Beneficiatus decederet in Urbe, aut ejus diſtrictu intrà decem milliaria, tunc enim iſte vigore Bullæ Pauli V. edit. 8. Aprilis 1606. incipien. *In eminenti* liberè poſſit de bonis provenientibus ex redditibus beneficii tam inter vivos, quàm in ultima voluntate diſponere, ut teſtatur *Fagnan. in cap. ſi quis ſanè de pecul. Cleric. num.24.* Eique inteſtato ſuccedere deberent hæredes ab inteſtato. *Gloſſ. in cap. Præſenti de offic.Ordin. in 6. Covar. var. reſol. lib.1. cap.15. num. 12. Lotter. de re benef. lib.1. q.44. num.30. Barboſ. de offic. & poteſt.Epiſc. par.3. alleg.117.nu.6. Bellett. diſquiſit. Cleric. par. 1. tit. de bonis Cleric. §.15. num. 2. Antonell. de jurib. & onerib. Cleric. lib.1. par.3. cap.35. num.2.*

3 Ea ratione, quia Beneficiatus acquirit dominium fructuum, & reddituum ſui beneficii, eoſque facit ſuos. *Text. in cap. unic. de Cleric. non reſiden. in 6. Concil. Trident. cap.12. verſic. præterea obtinentibus ſeſ.24. de reform. Garz. de Benef. par.2. cap.1. n.5. Antonell. de jurib. & onerib. Cleric. lib. 2. par.6. cap.15. num. 1.* & comparatur uſufructuario, qui ſicuti facit fructus ſuos jam collectos, & à ſolo ſeparatos, & eos tranſmittere poteſt ad hæredes. *L. arboribus §. Julianus ff. de uſufruct. Gloſſ. in cap. ſi propter verb. primi, & in cap. præſenti verb. reſervari de offic. Ordin. in 6.* ita & Beneficiatus poterit ad hæredes eoſdem fructus tranſmittere.

Neque hanc facultatem liberè diſponendi de hujuſmodi redditibus Eccleſiaſticis poterat impedire votum paupertatis, ſeu ſtatus Religioſus, in quo reperiebatur præfatus Canonicus; quoniam ſtatus Religioſus, ſeu votum paupertatis abdicationem proprietatis imponit Religioſo tamquam Religioſo, non autem tamquam Parocho; unde eo ipſo, quod de licentia Summi Pontificis idem Canonicus Regularis fuit promotus ad Eccleſiam Parochialem ſæcularem, videtur ei communicata fuiſſe facultas liberè diſponendi de redditibus Parochiæ ad inſtar
4 Parochi ſæcularis, & votum paupertatis ab eo emiſſum intrà clauſtra Religionis, ubi non habet nec velle, nec nolle *Cap. ſi Religioſus de elect. in 6. cap. fin. in princip. de teſtam. in 6., Rot. deciſ.360. num. 10. coram Manzanedo*; vires ſuas non porrigere extra clauſtra, *Fagnan. in cap. Monachi de ſtat. Monach. num. 41. Layman. Theolog. moral. tract.5. cap.7. n.17.* ibi -- *Quod Religioſus Beneficiarius ita diſponere poſſit de fructibus ſui Beneficii, ſicuti ſæcularis Beneficiarius -- R.P.D. Petra in Comment. ad Conſtit. Apoſtol. XI. Clementis IV. num.8., & ſeqq. tom.3. pag. mihi* 437.
5 Eodem modo, quo vires ſuas non porrigit extra clauſtra votum obedientiæ, dum Religioſus effectus Parochus, ſeu Rector Eccleſiæ ſæcularis deſinit eſſe ſub obedientia Prælati Regularis, & ſubjicitur Diœceſano adinſtar Parochi ſæcularis, juxta, *Gloſſ. in Clement. I. §. Ad hæc verb. clauſtrum de ſtat. Monach. Abb. in cap. Monachi de ſtat. Monach. n.4., & in cap. final. de Cappell. Monach. num.2. Roderic. quæſt. Canonic., & Regul. tom.1. qu.34. artic.7. Layman. lib.4. tract.5. cap.7. nu.17.* ibi -- *Atque hæc aſſertio prorsus indubitata eſt, ſi loquamur de Regulari v. g. Canonico translato cum Epiſcopi, vel Papæ licentia ad Eccleſiam ſæcularem, quia talis quodammodo deſinit eſſe ſub obedientia Prælati Regularis, & incipit ſubeſſe Ordinario Diœceſano* -- Et dixi ſuperiùs *Caſ. II. num.33.*

6 Verùm his non obſtantibus cenſeo de jure dicendum ſupradictum Canonicum Regularem non potuiſſe in morte de dicto peculio intuitu Parochiæ acquiſito diſponere, & ad hæredes tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato tranſmittere. Etenim à jure canonico eſt ei interdicta factio activa teſtamenti, & prohibitum teſtari de bonis intuitu Eccleſiæ acquiſitis juxta, *Text. in cap. cum in officiis cap. Quia nos, & cap. Relatum de teſtam. Divus Thomas 2.2. qu.185. art.8. ad 3.* ibi -- *Teſtamentum autem nullo modo facere poteſt, quia ſola ei diſpenſatio committitur rerum Eccleſiaſticarum, quæ morte finitur -- Layman. Theolog. moral. lib.4. tract.2. cap.3. n.11.* ibi -- *At verò mortis cauſa donare, aut teſtare de Eccleſiaſticis redditibus, aut bonis patrimonialibus, vel quacumque induſtria*

acquisitis Regulari Beneficiato permissum non est, nisi Papa dispenset, seu licentiam tribuat -- Roderic. qu. Canonic., & regul. tom.3. qu.69. art.8. Rodoan. de spoliis Cleric. qu.7. ante n.1., Barbos. de offic., & potest Episcopi par.3. alleg.114. num.20. R.P.D. Petra in comment. ad constit. Apostolic. Benedicti XII. sect.1. tom.4. pag.mihi 155. n.25., & in comment. ad Constit.XI. Clement. IV. num. 38. tom. 3. pag. mihi 443., Rota decis. 109. num. 5. coram Ludovis.

7 Immo non solùm Regulares promoti ad Beneficia sæcularia sunt intestabiles, verùm etiam, suppressa Religione, Regulares ab ea ejecti testari non possunt, ut resolutum fuisse à Sac. Congregatione Concilii *in dubiis votorum* 13. *Maji* 1679. *lib.30. decret. fol.307. ad* 2. refert *R.P.D. Petra ubi supra d. tom.4. pag. mihi* 156. *n.29.*

8 Ea verò, quæ superiùs pro ratione dubitandi in contrarium objiciebantur, procedunt inter vivos, non verò causa mortis, nimirum quod Beneficiatus sive Regularis, sive sæcularis possit de redditibus Ecclesiasticis disponere in vita, non autem in morte, quia licèt non habeat verum dominium illorum reddituum, habet tamen liberam administrationem illorum in honestum usum, & in vita comparatur usufructuario, in morte verò usuario, ut bene respondit, *Navar. consil. lib.3. de donat. cons.6. n.3.* ibi -- *Quod licèt Religiosus habens Beneficium regulare, vel sæculare possit donare intuitu paupertatis, pietatis, vel remunerationis inter vivos, non tamen potest per ultimam voluntatem, neque per donationem causa mortis, quæ quoad hæc æquiparatur -- Vincent. Filliucius de spoliis Cleric. cap.4. n.1. Lezzan. in sum. tom.1. par.1. cap.17. n.6. R. P. D. Petra ubi supra tom.3. pag.439. num.19., Rota decis. 115. num.8. par.4. tom.2. recentior.*

9 Quoad secundum dubium verò censeo respondendum inspecto purè, & simpliciter jure communi hujusmodi peculium, seu ejus spolium spectare, vel ad Monasterium, vel ad Ecclesiam Parochialem, cujus iste Canonicus erat Parochus; Siquidem, aut Ecclesia Parochialis est pleno jure unita Monasterio, & ab eo dependens, & tunc spectat ad Monasterium, ut docet *Boer. dec.224. n.7. propè fin.* ibi -- *Ergo idem dicendum in istis bonis per Monachos Beneficiatos relictis, quæ cedere non debent Firmario, sed Monasterio, & Abbati, quibus de jure competunt -- & n.* 10. ibi -- *Igitur concludendum videtur spolia Monachorum spectare, & pertinere debere ad Abbatem, & Monasterium -- R.P.D. Petra ubi supra tom.4. pag.158. num.* 38., Aut
10 vero est omnino independens, & nullatenus subjecta Monasterio, & Ordini, & tunc istud peculium spectare debet ad Ecclesiam Parochialem, cui ipse Canonicus Regularis, tamquam Parochus inservivit juxta *Textum expressum in cap. statutum* 18. *qu. . ibique Gloss. verb. statutum, Abb. in cap. ne Religiosi de Regul. n.3. Bald. cons.298. vol.1. nu.1.* ibi -- *Aut est talis Prælatus, qui non potest habere proprium v.g. quia est Monachus, vel Canonicus Regularis, & tunc acquirit Ecclesiæ -- Barbos. de offic., & potest. Episcopi part.3. alleg.114. n.20., & 28., & in cap. Statutum 18. quæst.1. n.14., Lazzan. in summ. to.1. par.1. cap.17. n.16., & par.2. cap.18. nu.15., Capon. discept.97. tom.2. num.13. R.P.D. Petra ubi supra tom.3. pag. 443. n.38. Layman. lib.4. tract.5. cap.7. n.17. in fin. Roderic. qu. Canonic., & Regular. qu.34. art.7. tom.1.* ibi -- *Respondeo dicendo, quod Religiosus præsertim Canonicus Regularis non simplex, sed Beneficiatus quærit suæ Ecclesiæ, vel Beneficio, quod non subest Monasterio suo, vel ordini, quem professus est -- Rot. in Cathacen., seu Suessana Spolii 22. Februarii 1715. §. Et quidem cor. R.P.D. Cerro.*

11 Si autem Ecclesia Parochialis sita sit in loco, ubi viget jus spoliorum Cameralium, tunc dictum peculium non spectat neque ad Monasterium, neque ad Ecclesiam Parochialem, sed ad Cameram Apostolicam, quæ succedit in quibuscumque bonis Religiosi beneficiati extra Claustra viventis juxta *Constit. 43. Gregorii XIII. incipien. officii nostri tom.2. Bullar. de Marinis resol. jur. lib. 2. cap. 195. num.* 11. *Capon. discept. 256. num.6. & 15. tom.4. Laurentius de Portel. tom.1. de dub. regul. in verb. bona in addit. fol. 71. Garz. de benef. par.2. cap.1. num. 16. Antonell. de jurib. & onerib. Cleric. lib.1. par. 3. cap. 35. num.10. Rodoan. de Spoliis Cleric. quæst. 6. num.16.* ibi -- *Per quæ puto posse dici, quod portio*

portio de redditibus Ecclesiæ assignata Clerico pro victu est sua ipsius Clerici, si ea utatur, & non aliter &c. unde si per eum non expendatur, vel alias præservetur, non intelligitur per supradicta sibi, vel hæredibus reservata, vel acquisita, sed Ecclesiæ &c. unde in hujusmodi relictis succedit Ecclesia, & loco illius Camera Apostolica, hodiè in locum Ecclesiæ, vel successoris suffecta -- & quæst. 17. num. 2. Vincentius Filliucius de Spoliis Cleric. cap. 6. num. 1. ibi -- *Quæro primo cui debeantur spolia beneficiati Regularis; Dico eorum spolia jure antiquo Monasterio debebantur &c. cum ergo jure novo, loco Monasterii suffectus sit Fiscus Apostolicus, illi jam debentur &c. Quod tamen intellige cum duplici limitatione; Prima nisi Regularis decedat in Curia, tunc enim ipsius bona à Camera Apostolica non capiuntur, sed illi cedunt, cui jure communi debentur ab intestato, nempe Monasterio; Secunda limitatio nisi habeat speciale Privilegium testandi, ad hoc ipsum specialiter concessum -- R.P.D. Petra ubi supra tom. 3. pag. 443. num. 39.* ibi -- *Ubi autem adest jus spoliorum Cameralium, tunc Camera succedit in quibuscumque bonis tam intuitu Ecclesiæ acquisitis, quàm patrimonialibus --*

12 Quod procedit etiam respectu fructuum Ecclesiæ Patronalis, qui de tempore obitus Rectoris, sint maturati, & inexacti; Hujusmodi enim fructus quamvis Julius Tertius per ejus Constitutionem incipien. *Cum sicut de qua Bullar. nov. tom. 2. in ordine la* 7. determinaverit esse adjudicandos non hæredi, sed successori in beneficio; ea potissimùm ratione, quia quoad usque existunt in manibus eorum, qui eosdem conservant, utì provenientes ex Ecclesiis, & Beneficiis, quemadmodum pro fructibus Ecclesiasticis habentur, ita, & propterea pertinere censendi sunt, non ad hæredes, sed ad successores in beneficiis; Tamen quia postmodum animadversum fuit, quòd damnum ex prædicta Constitutione imminebat Cameræ Apostolicæ, aliam Constitutionem præcedentis declaratoriam idem Summus Pontifex edidit, in qua decrevit primam à se editam Constitutionem locum habere in illis locis, in quibus observatur jus commune, non autem in cæteris in quibus Camera Apostolica obtinet jus spolii, Collectoresque spoliorum consuevit deputare; in his enim locis fructus beneficii, aut Ecclesiæ inexacti, & maturati à die obitus spectare debent ad Rev. Cameram, & non ad hæredem beneficiati, aut ad ejus successorem ut colligitur ex verbis ejusdem Constitutionis per extensum relat apud *Redoan. de spoliis quæst. 5. pag. mihi* 187.

13 Descendendo denique ad examen tertii dubii; absolutè, & generaliter dicendum videtur fructus decurrentes à die vacationis Ecclesiæ, sive beneficii patronalis, usque ad novam hujus provisionem spectare ad successorem in beneficio: Clara namque est in terminis Ecclesiæ Patronalis dispositio *Textus in cap. cum vos de offic. ordin.* ubi statuitur, quod fructus, qui percipiuntur à die obitus Beneficiati ad collationem fideliter colligendi sunt ab OEconomo, & deinde consignandi successori in beneficio ibi -- *Cùm vos &c. Fraternitati vestræ mandamus, quatenus si quando in vacantibus Ecclesiis, in quibus Ecclesiastica persona præsentationem non habet, vel quia personæ minus idoneæ præsentantur, vel alia de causa de jure personas non poteritis in eis instituere, appellatione remota ponatis œconomos, qui debeant fructus percipere: & eos, aut in Ecclesiarum utilitatem expendere, aut futuris personis fideliter reservare --* cui consonat *Text. in cap. quia sæpe de elect. in 6. cap. præsenti de offic. ordin. in 6.* Et distinguendo spolia beneficiati prærmortui à redditibus beneficiorum tempore vacationis provenientibus firmarunt *Navar. de spoliis Cleric. §. 10. num. 1. & seqq. Fagnan. in dicto cap. cum vos num. 23. de offic. ordin. Amustaz. de caus. piis lib. 8. cap. 14. n. 4. & seq.*

Neque respectu horum fructuum locum habere valent spolia favore Cameræ Apostolicæ, cùm ipsi sub nomine, & appellatione spoliorum venire non posse videntur; sive attendatur eorum Origo, sive definitio; Et quidem attenta eorum
14 origine; hæc refertur ad Innocentium Quartum Summum Pontificem, qui audiens tres Archidiaconos in Anglia intestatos decessisse grandi thesauro relicto, Statutum condidit, ut intestati Clerici, bona deinceps in vsu Papæ convertentur, utì narrat *Michael. Rousset. histor. Jurisdict.*

dict. Pontif. lib. 5. pag. mihi 563. Vel ad Clementem VII., qui Avenionæ Sedens, exors omnino Patrimonii Romanæ Ecclesiæ in Italia, ut triginta sex Cardinales suæ factionis sustentare posset,& commodius valeret obsistere Vrbano VI.,cæpit sibi reservare pinguia quæque beneficia, & spoliatum Episcoporum, tum Abbatum, tum Beneficiatorum morientium, utì ex Chronico Sandyonisiano in in vita Caroli VI. inquit *Thomassin. de*
15 *benef. par.3. lib.2. cap.57. num.5.* Attenta verò spoliorum definitione; ipsa definiuntur bona Ecclesiastica à Prælatis intuitu Ecclesiæ immediatè, vel mediatè quæsita, & ante eorum mortem justè ab eis non impensa, nec distributa, utì satis accuratè perpendunt *Navar. in Comment. de spoliis §.1. num.2. lib.3. cap. 11. num.1. Amostaz. de cauf. piis lib.8. cap.14. num.2. Rot. coram Seraph. decis.594. num. 15.* Ac proinde patet nomine spoliorum venire illos fructus usque ad obitum beneficiati decursos non impensos sive sint exacti, sive non exacti, non verò venire fructus decurrentes, & qui colliguntur à die dicti obitus, usque ad novam collationem.

Fortius hujusmodi fructus spectarent ad successorem in dicta Ecclesia Parochiali,& eos prætendere non posset Rev. Camera si in loco, ubi sita est eadem Ecclesia non adsint Collectores, aut Sub-
16 collectores spoliorum; dum Beneficiorum vacantium fructus Cameræ adjudicantur tunc solùm cum in Diœcesi existunt dicti Collectores, aut Subcollectores, prout firmant *Massin. de confiscat. quæst. 16. num. 5. & seq. Vivian. de jurepat. par.3. lib.14. cap.8. num.9. de Marin. resol. lib.1.cap.152.num.15. Rot. dec.593. coram Seraph.*

17 His tamen minimè attentis respondendum venit etiam hujusmodi fructus spectare ad Rev. Cameram, non autem ad successorem si dicta Ecclesia Parochialis de jurepatronatus sita sit in Diœcesi, ubi viget jus spoliorum; Ita namque Statutum fuit non solùm à præfata Constitutione Julii III. verum etiam ab altera S. Pii V. quæ incipit *Cupientes*, & est *la 32. Bullar. tom.2.*; quæ licèt propriè loquatur de beneficiis vacantibus in Italia,sed affectis, extenditur tamen à Doctoribus ad omnia, & quæcumque beneficia vacantia. *Azor. instit. Moral. tom.2. lib. 8.* Et ab altera Sixti V. incipien. *In conferendis la 100. §.20. Bullar. tom.2.* in qua indistinctè reservantur Cameræ Apostolicæ fructus supra dicti; & quamvis in ea Bulla sermo sit de Beneficiis reservatis Regni Neapolitani, Doctores tamen eam promiscuè sumunt, & extendunt ad cætera quæcumque beneficia *Bonacin. oper. moral. tom.2. disp.3. de contract. quæst. ultim. punct.3.propos.1. num.3. Panimoll. decis. 20. adnot. 2. num.2. Amostaz. de cauf. piis lib.8. cap.14. num.4. & 5.*

18 Et quidem prædicti fructus decurrentes à die obitus beneficiati usque ad novam collationem spectant ad Rev. Cameram etiamsi à Beneficiatis esset obtenta exemptio à spolio, aut facta aliqua compositio cum Camera, quia stare possunt simul exemptio à spolio, compositio cum Camera, & reservatio prædictorum fructuum eidem Cameræ, ut in puncto animadvertit *Bonacin. oper. moral. tom.2. disput. 3. de contract. quæst. ultim. punct.3. propos. 1. sub num. 3. §. Primo fructus*; & satis apertè colligitur ex allegata Constitutione Sixti V. *In conferendis §. 20.*, ubi præfati fructus applicantur Cameræ *etiam in Diœcesibus, quæ pactum, cum dicta Ecclesia iniverunt*. Quod confirmatur exemplis, in Regno siquidem Neapolitano, non obstante compositione facta cum Camera Apostolica, tam fructus inexacti tempore mortis beneficiati, quàm qui à die mortis ad collationem percipiuntur, spectant ad Nunzium exigentem nomine Cameræ uti decernitur in alia Bulla Sixti V. incipien. *Cùm sicut la 90. Bullar. tom.2.* Immo cum san.mem. Innocentius XII. Archiepiscopos, & Episcopos prædicti Regni speciali privilegio exemerit à spolio; hoc tamen pariter minimè obstante fructus inexacti, necnon fructus maturantes tempore vacationis pertinent ad Cameram, ut legitur in Collect. ad Bullar. ejusdem Pontificis *Bull. 23. §. Cupientes*, & §. *Per præsentes*.

Hinc non obstant ea, quæ superiùs in contrarium objiciebantur; Quoniam nomine, & appellatione spoliorum quamvis propriè loquendo, veniant illi fructus, qui usque ad obitum beneficiati sunt exacti, & inconsumpti, aut inexacti,

19 cti,& adhuc pendentes,tamen impropriè ſpoliorum nomine comprehenduntur etiam illi fructus, qui à die vacationis beneficii ad collationem percipiuntur; & utì talia ad Cameram Apoſtolicam pertinent. *Filluc. oper.moral.tom.3.tract. 43. de ſpoliis cap.6.quæſt.5. Barboſ. de jur. Eccleſ. lib.3. cap. 17. ſub num.62.* Etiam ſi
20 in ea Diœceſi, aut regione non eſſent deputati ſpoliorum Collectores, aut Subcollectores; Etenim Paulus Tertius in Conſtitutione Romani Pontificis *la 29. §. 2. Bullar. tom. 1.* expreſsè ſtatuit, quòd Camera etiam ſi in aliquibus regionibus non conſueverit Collectores, aut Subcollectores deputari,valeat hoc non obſtante ſpolia exigere; Et Sixtus V. in dicta Conſtitutione *In conferendis la 100. Bullar. tom. 2.* poſuit in libertate, & arbitrio Theſaurarii conſtituere Collectores, aut Subcollectores; Igitur ex eo quòd fuerit omiſſum hujuſmodi Collectores deputare; deduci non poteſt, quod ſpolia non pertineant ad Cameram; cùm ex omiſſione actuum facultativorum nullum præjudicium afferri poſſit omittenti, juxta *Rot. deciſ. 162.n.10. coram Ludoviſ. ibique Adden. num. 16. & deciſ.104. num.37. coram Priolo.*

21 Supradicta tamen concluſio, quòd fructus Eccleſiæ Parochialis, aut aliorum beneficiorum vacantium ſpectent ad R. Cameram, non autem ad Succeſſorem limitatur in duplici caſu; Primò in caſu quo adeſſet contraria conſuetudo immemorabilis, vigore cujus allegari poteſt Privilegium Apoſtolicum, aut quilibet alius titulus magis beneviſus juxta *Joan. Beltran. in propugnat. Eccleſiaſt. libert. & Pontif. poteſt. §.7. §.Aſſert. num.3. Adden. ad deciſ. 14. num. 19. par. 3. recent.* nimirum, in caſu quo Beneficiati concludenter probarent, quòd in eorum Diœceſi non habeant locum Conſtitutiones Apoſtolicæ reſervantes Cameræ fructus Beneficiorum vacantium; ſiquidem communiter à Doctoribus admittitur, quòd hæ ſimileſque conſuetudines, utpote juri communi conformes, & conſonæ derogent prædictis Conſtitutionibus, & Bullis utì fusè probat *Azor. inſtit. moral. lib.8. tom.2. cap.4. quæſt. 3.*; atque omiſſis Regnis, & Civitatibus, quæ non ſunt pleno jure ſubjectæ Summo Pontifici; in Civitate Avenionenſi, & Comitatu Venuſino præallegatæ Conſtitutiones ex vi conſuetudinis immemorabilis carent robore, & efficacia. *Tondut. quæſt. benef. tom. 1. cap. 95. num. 22. & ſeqq.* Et licèt ſpoliorum jura in tota Italia recepta ſint cedantque Fiſco Pontificio. *Cabaſſus: in Theoric. & prax. jur. can. lib. 5. cap. 24. num. 5.* in ſtatu tamen Mediolani praxis, & conſuetudo immemorabilis obtinuit, ut fructus inexacti tempore mortis beneficiati ſint hæredum, & maturantes tempore vacationis ſint ſucceſſorum in Beneficiis. *Adden. ad Buratt. deciſ.852.nu.7.*; & generaliter, quòd ita ſervandum ſit, quando aſſiſtit præſcripta conſuetudo probat *Rot. coram Duran. deciſ. 304. num.2.*

22 Ad concludenter autem probandam hujuſmodi immemorabilem, inducendi ſunt Teſtes omni exceptione majores, & qui deponant cum requiſitis, de quibus *Gloſſ. in cap.1. verb. memoriæ de præſcript. in 6.* Quòd ſcilicet per quadraginta annos in Diœceſi viderunt, quòd fructus beneficiorum vacantium colligebantur ab Oeconomo, conſignandi deinde ſucceſſori in Beneficio, & nullatenus tranſmittendi ad Cameram Apoſtolicam. Quòd, & à majoribus ſuis audiverunt rem ita ſemper geſtam fuiſſe, quòd nec audiverunt, nec viderunt aliquid in contrarium; & quòd ſi aliter res ſe habuiſſet, ipſi audiviſſent, & vidiſſent; Quòd talis erat publica vox, & fama antequam ad examen accederent; Quæ ſatis eſſe dicuntur, ut ad normam citatæ Gloſſæ conſtituatur perfecta probatio immemorabilis; *Mareſcott. var. reſol. lib. 2. cap. 100. num. 10. Covar. in Regn. poſſeſſor. par.2. §.3. num.7.*; Abſque eo quòd opus ſit, quòd Teſtes explicitè deponant de ſingulis, dummodò verbis æquipollentibus de ſupradictis omnibus teſtentur juxta Theoric. *Bart. in l. celſus num. 25. ff. de uſu cap.quam umplectitur Rota coram Pamphil, deciſ.304. n.3.*

Nec taliter probata immemorabili, obſtare aliquo modo poterunt Conſtitutiones Apoſtolicæ reſervantes Cameræ fructus beneficiorum vacantium; quia licèt ſit ſpeciale in Legibus Eccleſiaſti-
23 cis,quòd etiam non receptæ ſuum robur habeant, & efficaciam, utì docuit *Zabarell.*

rell. in Proœm. Clement. verb. Universitati quæst. 2. per tot. & notarunt *in Can. in istis Bellon. num. 2. Roderic. Acunna n. 5.* quibus adhærent *Fagnan. in cap. Treugas num. 48. & seqq. de Treuga, & de Pace, Pyring. in 5. lib. decretal. tom. 1. lib. 1. tit. 10. sect. 1. §. 5. Suarez de leg. lib. 3. cap. 19. nu. 4. Castropal. oper. moral. tom. 1. tract. 3. disput. 1. punct. 13. Sperell. decis. 15. n. 23. & seqq.* & sequitur *Rot. decis. 213. per tot. par. 1. recent. decis. 184. num. 4. par. 4. recent. tom. 2. & coram Priolo dec. 61. n. 2.*

24 Certi tamen juris est, quòd prædicta conclusio procedit, quando inefficacia legis allegatur ex non acceptatione, vel non usu; Secus autem, quando Summus Pontifex, ejusque Officiales longissimo tempore, cujusque initii non extet memoria, non curarunt usum, & praxim, cùm tunc videantur ab ea lege tacitè recessisse, uti originaliter, & articulo ad partes examinato sensit Præpositus *in Can. In istis §. Leges num. 1. & seqq. dist. 4.* & sequuti sunt *Butr. in cap. quia circa de consanguin. & affin. Gratian. discept. 559. num. 42. & seqq. Card. de Luc. de feud. disc. 4. num. 6. & seqq. Adden. ad Buratt. decis. 795. num. 9. Rot. decis. 361. num. 4. & seq. post secundum volum. consil. Farinacc.*

25 Limitatur secundo præfata conclusio, in casu quo adesset contraria lex fundationis; nimirum in casu quo Fundator disposuerit, de consensu Ordinarii, quòd fructus beneficii vacantis reserventur successori, aut accrescant aliis beneficiatis; aut in casu, quo de consensu, & approbatione Summi Pontificis, apposuerit conditionem in limine fundationis Cappellaniæ, aut Beneficii, quòd, non existente ullo habili ex vocatis, Cappellania semper remanere debeat vacans, usque quo habilis ex eis adveniret ad illam obtinendam & interim bona in dotem assignata eidem Cappellaniæ possiderentur à Patronis etiamsi per plures annos vacatura esset; tunc fructus præfati non spectarent ad Rev. Cameram, sed ad Personas à Fundatore designatas; cùm conditiones fundamentales beneficiorum à legitimo superiore approbatæ, et si contrariæ juri, sint attendendæ; ex infra dicendis *Can. XXVII.*

ARGUMENTUM.

An in Beneficiis, seu Canonicatibus vacantibus de Jurepatronatus habeat locum optio?

SUMMARIUM.

1 *Optio quid sit, & unde originem habuit?* Vide ibi, & n. 2.

3 *Optio ut habeat locum in Ecclesiis Cathedralibus, aut Collegiatis, quæ requirantur?* Vide ibi, & num. 5. 7., & 8.

4 *Optio in præbendis perpetuò distinctis est contra jus, in præbendis verò ad tempus distinctis est præter jus.*

6 *Optio introduci potest in præbendis etiam æqualibus.*

9 *In Ecclesiis Cathedralibus, aut Collegiatis, ubi omnes præbendæ sunt de jurepatronatus, vel ubi ex lege fundationis adest jus optandi, optari potest Beneficium, seu præbenda patronalis vacans.*

10 *Optio non habet locum in Beneficio, seu præbenda patronali vacante, nisi accedat consensus Patroni.*

11 *Malè, & ignoranter optans præbendam tenetur illam dimittere, & ad primam dimissam redire.*

12 *Optio habet locum in domibus, cameris, aut præbendis accidentaliter annexis Canonicatui de jurepatronatus, secus si ista sint perpetuò, & inseparabiliter annexa eidem Canonicatui*, & n. 13.

CASUS V.

VAcato Canonicatu, seu præbenda Canonicali per obitum cujusdam Canonici in Ecclesia Cathedrali A, ubi omnes Canonicatus, præbendæ sunt distinctæ, & in qua viget jus optionis, Canonicus antiquior, qui possidebat Canonicatum, seu præbendam Canonicalem de jurepatronatus unà cum domo accidentaliter à Capitulo eidem Canonicatui annexa, illam optavit, dimisso Canonicatu, seu præbenda patronali, Canonicus verò antiquus optavit præbendam patronalem antiquioris, unà cum dicta domo, alius verò, qui eum statim consequitur, optavit præbendam dimissam ab antiquo, & sic de cæteris. Quæritur an hujusmodi optio sustineatur tum respectu Canonicatus, seu

ſeu præbendæ patronalis, tum reſpectu domus eidem Canonicatui accidentaliter annexæ?

1 Pro intelligentia hujus quæſtionis præſupponendum eſt optionem Canonicam nihil aliud eſſe, niſi jus quoddam competens alicui Cathedrali, vel Collegiatę, vel Collegio, ut Antiquiores gradatim præbendam vacantem, prima dimiſſa, intrà certum tempus eligere poſſint. *Monet. de option. cap. 1. q. 2. Paſſerin. in cap. cùm in tua de conſuetud. in 6. num. 29. Cokier de permut. par. 2. cap. 20. nu. 1. Rot. dec. 240. num. 1. coram Thomat.*

2 Hujuſmodi optio in aliquibus Cathedralibus, Collegiatis, aut Collegiis originem habuit, & fuit introducta non à jure communi, ſed à conſuetudine àjure communi approbata, vel ſtatuto, vel privilegio Apoſtolico, vel ex lege fundationis, nimirum ex eo, quia Fundator Cathedralis, aut Collegiatæ in limine fundationis appoſuerit conditionem à Summo Pontifice approbatam, quòd Canonici gradatim ſecundùm antianitatem poſſint optare præbendam vacantem, quam conditionem in limine fundationis utpote commendabilem apponi poſſe teſtatur *Card. de Luc. de benef. diſc. 33. num. 3. & ſeqq. Rot. deciſ. 99. num. 25. par. 10. rec. Adden. ad Pamphil. deciſ. 190. num. 9. & dec. 644. n. 10. coram Dunoz. jun.*

3 Ad hoc ut optio habeat locum, & poſſit introduci aliquo ex ſupradictis modis in Eccleſiis Cathedralibus, aut Collegiatis, aut Collegiis, requiritur primò, quòd in eis adſit certus, & determinatus numerus Canonicorum, ſeu Canonicatuum, & quòd præbendæ ſint realiter, actualiter, & perpetuò inter ſe diſtinctæ, ita ut dos unius ſit realiter, actualiter, & perpetuò diſtincta à dote alterius. Vel ſaltèm requiritur, quòd præbendæ ſint ad tempus realiter, & actualiter diſtinctæ; e.g. quòd Capitulum dividat ejus bona in tot præbendas, quot ſunt Canonici, & unicuique Canonico aſſignet ſuam portionem, ſeu præbendam ad tempus, quo elapſo iterum portiones, & præbendæ in commune reducantur; fiatque nova diviſio, aliàs ſi in dictis Eccleſiis non adeſſet certus numerus Canonicatuum, nec diſtinctio præbendarum, optio in eis non haberet locum, cùm non daretur in hoc caſu vacatio præbendarum, prout requiritur. *Monet. de option. cap. 2. num. 2. & ſeqq. Paſſerin. in d. cap. cùm in tua de conſuet. in 6. num. 31.* Cùm hoc tamen diſcrimine, 4 quod in præbendis perpetuò diſtinctis optio eſt contra jus, quia per illam fit mutatio titulorum præbendalium ſinè canonica inſtitutione, dum Canonicus ſenior conſequitur præbendam optatam propria auctoritate. *Lotter. de re benefic. lib. 2. q. 38. nu. 16.* & ideo ad inducendam conſuetudinem optandi in his præbendis requiritur ſpatium 40. annorum. In præbendis verò ad tempus diſtinctis eſt præter jus, quia per illam non fit mutatio titulorum, ſed retento eodem titulo ſolùm mutatur præbenda temporalis, & ideo ad illam inducendam ſufficit tempus 10. annorum. *Monet. ubi ſupra q. 2. num. 19. & ſeqq. & cap. 7. q. 1. num. 18. & ſeqq. Gonzal. ſuper regul. 8. Cancell. gloſſ. 34. nu. 12. & ſeqq. Garz. de benef. par. 5. cap. 1. n. 458. Ventrigl. in prax. par. 1. annot. 6. §. unic. num. 3. Tondut. quæſt. benef. cap. 110. nu. 3. & ſeq. tom. 1. Paſſerin. in d. cap. cùm in tua de conſuetud. num. 48. Rot. deciſ. 616. n. 3. coram Dunoz. jun.*

5 Requiritur ſecundò majoritas præbendarum, ſeu quod præbendæ ſint inæquales. *Roman. conſ. 487. incipien. legat. Teſtator, Gonzal. ubi ſupra num. 124.* ſed hoc 6 requiſitum non eſt de illis, quæ dicuntur *ſinè quo non*, dum data etiam paritate præbendarum in eis introduci poteſt ex conſuetudine jus optandi. *Ventrigl. in prax. par. 1. annot. 6. §. unic. num. 4. Paſſerin. in d. cap. cùm in tua num. 24. & ſeq.*

7 Requiritur tertiò, quòd præbendæ non ſint reſervatæ S. Sedi; Etenim ſi ſunt reſervatæ optari non poſſunt, juxta *Regul. 8. hodie 9. Cancell.* quæ excludunt conſuetudines etiam immemorabiles, indulta, & privilegia Apoſtolica optandi majores, & pinguiores præbendas, & impedit optionem, *ibique Gonzal. num. 1. Garz. de benef. par. 5. cap. 1. num. 450. Gratian. diſcept. fòrenſ. 62. num. 7. Tondut. quæſt. benef. tom. 1. cap. 110. num. 6. Chokier. par. 2. d. cap. 20. num. 2. Rot. deciſ. 616. num. 2. coram Dunozet. jun.* Niſi optio competat ex lege fundationis, quia reſervatio non comprehendit beneficia juriſpatronatus laicalis. *Card. de Luc. de benef. diſc. 33. num. 3. Carol. Anton. de Luc. ad Ventrigl. in prax. p. 1. annot. 6. num. 7.*

De-

8 Denique requiritur, quòd optio fiat intrà 20. dies; quod tempus 20. dierum currit simul omnibus optare volentibus à die scientiæ vacationis præbendæ, sive Canonicatus, non verò singuli Canonici, seu unus post alium habent 20. dies ad optandum, & casu quo Canonicus antiquior differat optare intrà legitimum tempus, ita ut sit periculum nè illud labatur ad damnum juniorum, poterit junior sequens optare præbendam, quam ille optare debebat, & tenebit optio junioris in eventum quo antiquior intrà tempus statutum non optaverit. *Monet. de option. cap. 5. q. 1. num. 3. & cap. 6. q. 1. num. 2. & seqq. Gonzal. super regul. 8. Cancell. glos. 34. num. 75. & seqq. Ventrigl. in prax. par. 1. annot. 6. §. unic. nu. 6. & seq. Tondut. quæst. benef. tom. 1. cap. 110. num. 5. Passerin. in d. cap. cùm in tua de consuetud. in 6. num. 60.* Quæ omnia deducuntur ex *Text. in d. cap. cùm in tua de consuetud. in 6.* ibi -- *Cùm in tua Ecclesia (in qua consuetudo habetur, quòd antiquiores Canonici gradatim meliores, si voluerint, possint cùm vacant, per se, vel per alios optare præbendas) provideri mandamus alicui de præbenda nulli alii de jure debita: proximo inibi vacatura: hujusmodi non obstante mandato, poterunt ipsi antiquiores juxta consuetudinem eamdem optare: cùm præbenda vacabit: & illa, quæ optata non fuerit (si nulli sit debita) erit illi, pro quo scripsimus, conferenda. In præbendis verò apud Sedem Apostolicam vacantibus, cùm de ipsis per Romanum Pontificem ordinatur, locus prædictæ consuetudini non existit. Nè autem prætextu ejusdem consuetudinis, provisiones auctoritate Apostolica faciendæ, ultra debitum deferantur: statuimus, ut executores super ipsis provisionibus deputati, optare volentes per viginti dies dumtaxat expectent: quibus elapsis liberè in non optatis, ad exequenda sibi mandata procedant, præfata consuetudine non obstante.*

His pro Tyronibus præsuppositis, descendendo ad propositam quæstionem, censeo respondendum, præfatam optionem respectu Canonicatus, seu Præbendæ Patronalis ab antiquiore Canonico dimissæ non sustineri; Etenim quamvis in
9 eis Ecclesiis Collegiatis, aut Cathedralibus, ubi omnes præbendæ sunt de jurepatronatus, vel ubi ex lege fundationis adest jus optandi, locum habere possit optio. Cùm in hoc casu nullum adesset præjudicium Patroni; quia iste etsi non præsentaret ad præbendam optatam; præsentare nihilominus posset ad præbendam,
10 quæ inoptata remanet; Tamen in casu præsenti, ubi in dicta Cathedrali non reperitur nisi unica præbenda de jurepatronatus, quæ ex lege fundationis non est optabilis, respectu huus præbendæ locum habere non potest optio, nisi adsit consensus Patroni, siquidem ipsa impediret Patronum præsentare, & operaretur ut quis consequi possit beneficium de jurepatronatus absque præsentatione Patroni, in tam grave hujus præjudicium, & contra dispositionem *Text. in Can. Decernimus*, de quo *Par. I. Can. V.* & in præcisis terminis tuetur *Monet. de option. cap. 3. quæst. 4. num. 112.* ibi-- *Quæro quartò an in beneficiis juris patronatus locum habeat optio? Respondeo quod non* -- quem sequuntur *Tondut. quæst. benef. tom. 1. cap. 110. num. 7.* ibi -- *Quartò notandum est non esse locum optioni in beneficiis juris patronatus laicalis, aut mixti, nisi accedat consensus Patroni, aut adsit in contrarium consuetudo legitimè introducta, nempe per 30. annos contra laicum, & per 40. contra Ecclesiasticum-- Barbos. de Canonic. cap. 30. num. 25. Passerin. in d. cap. cùm in tua de consuetud. in 6. quæst. unic. art. 1. num. 87.*

Unde Canonicus ille antiquus, qui optavit hanc Præbendam Patronalem ab Antiquiore dimissam, debet illam dimittere, & redire ad primam Præbendam, quam dimisit, & dare locum Patroni præsentandi personam idoneam ad dictam Præbendam Patronalem, quæ per liberam dimissionem Canonici antiquioris vaca-
11 vit; ad exemplum illius, qui malè, & ignoranter optans Præbendam Sedi Apostolicæ reservatam, tenetur eam dimittere, & ad primam dimissam redire, ad *Text. in cap. si beneficia de præben. in 6. ibique glos. verb. si beneficia, Passerin. num. 2. & seqq. Gonzal. super regul. 8. Cancell. glos. 34. n. 85. Calderin. cons. 6. de consuetud. Roman. cons. 329. incipien. Præsens sub num. 5. Passerin. in d. cap. cùm in tua de consuetud. n. 55.*

Respectu verò domus accidentaliter annexæ eidem Canonicatui, seu Præbendæ Patronali, videtur pariter dicendum prædictam optionem non sustineri; quia hujus-

hujuſmodi domus cùm ſit annexa dicto Canonicatui ſortitur eamdem naturam *Rot. deciſ. 497. §. final. coram Dunoz. jun.* Unde ſicuti optari non poteſt Canonicatus de jurepatronatus, ita nec domus huic annexa.

12 Cæterum hoc non obſtante, veritas eſt, quòd ſupradicta optio reſpectu hujus domus ſit valida; Licèt namque optio locum non habeat in Beneficiis, ſeu Canonicatibus, & Præbendis Patronalibus, habet tamen locum in præbendis, vel domibus, ſeu cameris Canonicalibus, aut prædiis accidentaliter per Capitulum annexis eiſdem Canonicatibus Patronalibus, ut in terminis tuetur *Paſſerin. in d. cap. cùm in tua de conſuetud. in 6. quæſt. unic. art. 1. num. 87.* ibi--*Verum, & de iſtis beneficiis loquendo dicendum eſt, quòd in præbendis illis beneficiis annexis accidentaliter optio locum habet; nam Patronus habet jus præſentandi ad beneficium, ſed non habet jus ad hoc, ut præſentatus, & inſtitutus habeat hanc, vel illam præbendam ex illis, quæ accidentaliter annexæ ſunt beneficio, & ideo in hujuſmodi præbendis, quæ ſunt juris ipſius Capituli locum habet Capituli diſpoſitio, & ſic locum habet Capituli conſuetudo, ut hujuſmodi præbendæ pinguiores per Antiquiores optari poſſint.*

13 Non obſtat, quòd dicta domus ſit annexa huic Canonicatui; adeòque quòd ſortiatur hujus naturam, quia non eſt ei annexa perpetuò, & inſeparabiliter; quo caſu certò equidem optio, nec reſpectu illius permitteretur, ſed eſt annexa accidentaliter, & revocabiliter, ita ut poſſit ab uno, vel altero Canonicatu ſeparari, licèt hæreat juri ſpirituali Canoniæ; quo caſu bene compatitur cum jure optandi, juxta diſtinctionem, quam inter utramque annexionem ponit *Card. Zabarell. conſ. 126. num. 4.* quem ſequuntur, & approbant *Rot. apud Caſſad. deciſ. 17. num. 2. de præben., & deciſ. 281. par. 2. apud Caputaquen. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloſ. 34. nu. 32. & ſeqq. Garz. de benef. par. 5. cap. 1. num. 457. & ſeqq.* & alii apud *Rot. in Mediolanen. optionis 29. Aprilis 1711. §. Verùm coram R. P. D. Falconerio.*

CANON XXVI.

ALEXANDER III.

Abbati Sancti Alberti.

COnſultationibus. Et infra: Si aliquis Clericus ab Ordinario Judice in Eccleſia fuerit inſtitutus ad præſentationem illius, qui ejuſdem Eccleſiæ credebatur eſſe Patronus, & poſtea Juſpatronatus alius evicerit in judicio, inſtitutus non debet ab ipſa propter hoc removeri, ſi tempore præſentationis ſuæ, ille, qui eum præſentavit, Juſpatronatus Eccleſiæ poſſidebat, cùm ex hoc ei, qui de jure debet habere, nullum in poſterum præjudicium generetur, ſi verò non poſſidebat, ſed tantùm credebatur eſſe Patronus, cùm non eſſet, poterit ab eadem Eccleſia removeri.

COMMENTARIUM.

EX hoc Canone, qui in decretalibus legitur in ordine *il* 19. ſequens deducitur concluſio.

PRÆSENTATUS AB EXISTENTE IN POSSESSIONE PRÆSENTANDI ANTE VACATIONEM BENEFICII EST INSTITUENDUS,

DUS, NEC EST REMOVENDUS, SI POSTEA VERUS PATRONUS EVICERIT JUSPATRONATUS -- Ita *Innocent.*, *Abb.*, *Anan.*, *Butr.*, *Barbos.*, *Fagnan.*, *Gonzal. hic*.

Id ipsum probatur ex *Textu in cap. Querelam de electione*, ubi etiam Innocentius III. concedit manutentionem existenti in possessione præsentandi ibi -- *Querelam, quam G. titulus S. Vitalis Presbyter Cardinalis per Oeconomum Ecclesiæ vestræ, cujus idem Cardinalis est Gubernator, contra P. Presbyterum Ecclesiæ S. Salvatoris super Ecclesia ipsa proposuit, C. Papa Prædecessor noster nobis in minori officio constitutis, audiendam commisit, petebat igitur Oeconomus præfatum P. ab Ecclesia S. Salvatoris (quam in præjudicium vestræ Ecclesiæ, ac injuriam Cardinalis prædicti occupare præsumpserat) removeri, cùm ipsa Ecclesia pertineat ad Ecclesiam Sanctæ Agathæ pleno jure &c. Prædictus verò P. respondebat, quod ipse nullam injuriam irrogaverat Cardinali, nec in præjudicium Ecclesiæ vestræ receperat dictam Ecclesiam, cùm hæc ad illam nullo jure pertineat &c. sed ipse per electionem populi, ad quem de antiqua consuetudine pertinet electio à Cardinali S. Susannæ (cui eadem Ecclesia tanquam Cappella suo titulo in spiritualibus est subjecta) Canonicè fuerat institutus. Et infra: Nos igitur rationibus utriusque partis auditis dictum P. ab impetitione Oeconomi vestri super electione, ac institutione de se facta in Ecclesia S. Salvatoris absolvimus, & super his præfato Oeconomo silentium duximus imponendum, cùm nobis constiterit, quòd populus in quasi possessione præsentandi Clericum existebat, quando ipsum Presbyterum ad illam elegit, & Ecclesia eadem spectat ad titulum Sanctæ Susannæ in spiritualibus pleno jure, salva quæstione super Jurepatronatus inter Ecclesiam vestram, & populum sæpe dictæ Ecclesiæ S. Salvatoris* -- Cui in similibus terminis consonat alter *Text. in cap. Cùm Ecclesia Sutrina de caus. possess.*, & sequuntur *Roc. de Curt. de Jurepatronat. in verbo Competens quæst. 14. n. 32.*, *Lambertin. eodem tract. par. 1. lib. 2. qu. 3. art. 10.*, *Decius cons. 117.*, & *cons. 124. tom. 1.*, *Alexander. cons. 65. num. 42. lib. 4. Rot. dec. 273. num. 5. par. 3. divers.*, & *dec. 82. n. 2. par. 19. rec.*, & *Melevitana Jurispatronatus 31. Martii 1702. §. Ex hac coram Emo Scotto*, & *in Verulana Abbatiæ 23. Aprilis 1706. §. Aggrediendo cor. Emo Caprara*, & *in Olomucen. Jurisdictionis 14. Maji 1708. §. Quod principium cor. bo. me. Molines*, & *in Bononien. Jurispatronatus de Galuz. super manut.*, & *instit. 22. Aprilis 1712 §. Cùm enim cor. R.P.D. Lancetta*, & *Imolen. Custodiæ 22. Aprilis 1712. §. Cùm enim coram Emo Priolo*, & *in Mediolanen. Beneficii 1. Aprilis 1707. cor. R.P.D. Ansaldo*, & *in Pisana Prioratus 11. Aprilis 1712. §. Et de facto cor. eodem*, & *in Firmana Beneficiorum 11. Januarii 1715. §. Siquidem cor. R.P.D. Lancetta*, & *23. Martii 1716. §. Absque eo cor. eodem*, & *in Bituntina Beneficiorum 13. Martii 1716. §. Justificatio cor. R.P.D. Crispo*, & *in Casertana Beneficii 15. Junii 1716. §. Ita equidem cor. R.P.D. Althann*, & *in Leodien. Pastoratus 20. Martii 1716. coram. R.P.D. Lancetta* superiùs impress. *Can. XIV.*, & *XV. Cas. XIII. n. 38*.

1 Ratio conclusionis fundatur in sollicitudine, quam habet Ecclesia, nè diutius in præjudicium Divini Cultus, & quandoque Animarum, dum inter se Patroni litigant super pertinentia, Beneficia vacare contingant; Et in Beneficio possessionis, quia præsentatio est fructus Jurispatronatus, fructus autem spectant ad possessionem bonæ fidei; non autem ad Proprietarium, ut præter Doctores supra relatos asserunt *Abbas cons. 55. par. 1. num. 2.*, *Alexander cons. 75. lib. 4. nu. 42.*, *Barbos. de offic.*, & *potest. Episcopi par. 3. alleg. 71. n. 40. Card. de Luc. de jurepatr. disc. 41. n. 7. in fin.*, *Lotter. de re benefic. lib. 2. qu. 14.*, & *qu. 34. n. 20. Rot. in d. Pisana Prioratus 11. Aprilis 1712. §. Quinimo*, & *§. Ast quoque cor. R.P.D. Ansaldo*, & *in Bononien. Beneficiorum 2. Maji 1712. §. Demum coram R.P.D. Crispo*, & *in Casertana Beneficii 27. Martii 1715. §. Indebita coram Eminentissimo Scotto*.

Quoad hanc Conclusionem sequentes examinantur Casus.

ARGU-

ARGUMENTUM.

Ad acquirendam quaſi poſſeſſionem quid requiratur, quomodo hujuſmodi poſſeſſio probetur, & quibus modis amittatur.

SUMMARIUM.

1 *Numerantur requiſita neceſſaria ad acquirendam quaſi poſſeſſionem præſentandi ad effectum ut præſentatus ab exiſtente in hac poſſeſſione ſit inſtituendus*, & n.2.3.4. 6., & 11.

5 *Patronus admittere poteſt extraneum ad æqualem participationem juris præſentandi in proprium præjudicium, non verò in præjudicium Compatronorum, his invitis.*

7 *Præſentatio ineffectuata eſt apta conſervandi poſſeſſionem præſentandi jam acquiſitam, non verò eſt apta ad eam acquirendam.*

8 *Præſentatio ex quibus probetur, & dicatur effectuata?* & n.10,

9 *Beneficium vacare non dicitur per obitum nulliter inſtituti.*

12 *Ad acquirendam quaſi poſſeſſionem præſentandi non requiritur, quòd concurrant plures præſentationes, ſed ſufficit unica præſentatio effectuata*, & nu. 13. & 40.

14 *Poſſeſſio præſentandi ex quibus probetur?* & num. 15. uſque ad 19. & 34. 43. 44.

20 *Poſſeſſio præſentandi non probatur ex eo, quod Patronus poſſideat alios fructus juriſpatronatus.*

21 *Onus probandi quòd poſſeſſio præſentandi ſit amiſſa, incumbit id alleganti.*

22 *Poſſeſſio præſentandi ex quibus modis amittatur, & quibus non amittatur.* Vide ibi, & num. 26. 27. 28. & 30.

23 *Petitorium ut abſorbeat poſſeſſorium quomodo conſtare debeat?* & n. 24. & 39.

25 *Petitorium ſi ſit turbidum non eſt recedendum ab ultimo ſtatu; & quæ turbiditas requiratur ad hunc effectum?* Vide ibi.

29 *Præſentatio unius Patroni conſervat poſſeſſionem alterius.* Intellige ut ibi, & num. 50.

31 *Proviſiones Apoſtolicæ neque firmant, neque immutant ſtatum beneficii.*

32 *Poſſeſſio, ſeu ultimus ſtatus acquiri poteſt etiam reſpectu juris præſentandi paſſivi; Sed ad hunc effectum quid requiratur?* Vide ibi, & n.54.

33 *Ultimus ſtatus ſemper attenditur, & prævalet in beneficialibus.* Amplia ut n.35. & 36. & 42. & 49.

37 *Status turbidus, & equivocus non meretur attendi.*

38 *Poſſeſſio ex ſtatu anteriori quæſita remanet per poſteriores revocata.* Amplia ut ibi.

41 *Præſentatio emiſſa ab exiſtente in poſſeſſione præſentandi eſt præferenda*, & n.48.

45 *Præſentatio dubia, & equivoca à ſtatibus antecedentibus recipit interpretationem.*

46 *Status quando dicatur abſortus ab aliis ſtatibus.*

47 *Inſtitutio regulanda venit à præſentationibus præcedentibus, etiam ſi adeſſet in Cauſa Patronus.*

51 *A diverſo beneficiorum genere argui non licet.*

52 *Textus* in cap. conſultationibus, *ut non habeàt locum, quid requiritur.*

53 *Patronus de jure præſumitur habere libertatem præſentandi quem vult, & non eſſe adſtrictus nominari certum genus perſonarum.*

55 *Quòd juſpatronatus paſſivum non ſit adſtrictum ad illos de familia ex quibus arguatur?* Vide ibi, & nu.56. cum duob. ſeqq.

CASVS I.

PRo plena notitia, & intelligentia hujus *Canonis* ſatis celebris; Quæro in hoc Caſu, quæ ſint requiſita ad acquirendam quaſi Poſſeſſionem præſentandi in perſonis privatis; Quomodo hujuſmodi poſſeſſio probetur; Et quibus modis amittatur?

Ad acquirendam quaſi poſſeſſionem præſentandi ad effectum, ut præſentatio facta ab exiſtente in dicta poſſeſſione ſit valida, & mereatur inſtitutionem præſentati vigore diſpoſitionis ſupradicti *Canonis* plura requiruntur.

1 Primò; Ut quis vacante Eccleſia, ſive Beneficio præſentaverit; non ſufficit enim ad acquirendam hujuſmodi poſſeſſionem ſimplex nominatio, aut petitio alicujus pro Rectore Beneficii. *Dec. conſ.* 117. *tom.* 1. cùm iſta nominatio ſit potius quædam deſtinatio perſonæ præſentan-

dæ, quàm præsentatio. *Lap. alleg.* 75. *num.*3. & 6. *Lotter. de re benef. lib.*2. *q.*6. *num.*33. & *seqq. Rot. in Mediolanen. Beneficii* 7. *Junii* 1715. §. *Parum coram R.P.D. Crispo*, & firmavi superius *Part. I. Can. V. Cas. II. num.*2.

2 Secundò; Quòd præsentaverit bona fide; Possessor namque malæ fidei juris præsentandi, non potest præsentationem, quæ est fructus jurispatronatus facere suam. *Abb. cons.*54. *num.*2. *Barbos. in hoc Canone num.* 5. §. *Intellige*, *Lotter. de re benef. lib.*2. *quæst.*21. *num.*83.

3 Tertiò; Quòd præsentaverit cogitatione Domini, seu cum credulitate utendi jure suo; nam si præsentaverit nomine alieno, & crediderit uti jure alieno; uti præsentare solent Procuratores constituti ad præsentandum; non acquirit quasi possessionem præsentandi, juxta *Calderin. cons.* 12. *de jurepat. Alexand. cons.* 75. *lib.*4. *Dec. cons.*117. & *cons.* 124. *tom.* 1. *Abb. cons.* 54. *par.* 1. *Roch. de Curt. de jurepat. verb. competens quæst.*14. *n.*32. *Lambertin. eodem tract. par.*1. *lib.*2. *qu.*3. *art.*10. *Barbos. hic num.* 5. §. *Præsentatus Rot. decis.*64. *num.* 34. *par.*13. *rec.* & *dec.*62. *n.*1. *coram Duran.* & *dec.*113. *n.*34. *coram Priolo*.

4 Quartò; Quòd præsentaverit cum scientia illius, in cujus præjudicium acquiritur quasi possessio præsentandi, nam si aliquis scit, & patiatur eum præsentare, alius verò non; contra scientem, non verò contra ignorantem, aut contradicentem acquiritur hujusmodi pos-

5 sessio. Sic licèt Patronus admittere possit non Patronum, & extraneum ad æqualem participationem juris præsentandi in proprium præjudicium. *Posth. de manut. observ.*32. *Gregor. decis.* 349. & 417. nequit tamen hoc facere in præjudicium aliorum Compatronorum, his invitis, & contradicentibus, cum ad acquirendam possessionem præsentandi contra plures requiratur omnium patientia, alias contradictio unius operaretur, ut respectu illius quasi possessio non acquiratur ad *Text. in l. per fundum in fin. ff. de servit. rust. præd. Lambertin. de jurepat. lib.*2. *par.*1. *quæst.*3. *art.*17. *Gonzal. ad regul.*8. *gloss.* 45. §. 2. *num.* 33. *Rot. decis.* 174. *num.* 2. *par.*2. & *decis.* 132. *num.*4. *par.*3. *recent.*

6 Quintò; Quod præsentatio fuerit effectuata. *Gonzal. ad regul.*8. *Cancell. gloss.*45. §.2. *nu.*37. *Vivian. de jurepat. lib.*5. *cap.*4. *num.* 36. *Card. de Luc. de jurepat. disc.* 9. *num.*2. *Rot. decis.*71. *num.*18. *par.* 7. *rec.*, & *in Aretina beneficii* 21. *Januar.* 1701. §. *At præscindendo*, & §. *Certius coram R.P.D. Ansaldo*, & *in Romana Cappellaniæ S. Nicolai* 29. *Junii* 1709. §. *Siquidem coram eodem* superiùs impress. *Can. I.* & *II. Cas. V. num.* 13. seu quod præsentatus assecutus fuerit possessionem beneficii in vim præsentationis, non verò alio jure, ex. gr. in vim subrogationis gratiosæ, nimirum ex eo, quia lite pendente cum altero Præsentato, hoc defuncto, ipse obtinuerit gratiam subrogationis gratiosæ in juribus defuncti, quia semper esset dubium, utrum subsequens possessio adscribenda foret propriæ præsentationi, vel potius juri demortui Collitigantis; *Lotter. de re benef. lib.*3. *quæst.* 13. *num.*1. *Rot. decis.* 514. *num.*8. & *seqq. coram Dunozet. jun.* & *decis.*296. *n.*6. *coram Celso*, & *in Aretina Beneficii* 21. *Januar.* 1701. §. *Descendendo coram R.P.D. Ansaldo*.

7 Ratio est, quia licèt præsentatio ineffectuata, ex eo quod ex. gr. concurrebat alter Præsentatus à majori parte Patronorum; aut ex eo, quod aderat alter Præsentatus à medietate Patronorum, qui obtinuit Gratiam derogationis alterius medietatis, apta sit conservandi possessionem præsentandi jam acquisitam *Rot. in Florentina jurispatronatus de Ricasolit apud Uivian. de jurepat. lib.* 4. *cap.*1. *post num.*71. §. *Effectuatio verò in fin.*, & *in Majoricen. jurispatronatus* 16. *Maji* 1704. §. *Fortius coram bo. me. Muto*, & *in Sorana jurispatronatus* 22. *Januar.* 1712. *coram R.P.D. Falconerio*, & *in Imolen. Custodiæ* 22. *Aprilis* 1712. §. *Licèt cor. Eminentissimo Priolo*, & *in Faventina Parochialis* 6. *Maji* 1715. §. *Tertius coram R. P. D. Lancetta*, & *in Mediolanen. Beneficii* 7. *Junii* 1715. §. *Aliquid cor. R.P.D. Crispo*, & *in Pistorien. beneficii* 27. *Martii* 1716. §. *Quin imò coram R. P. D. Cerro*; Tamen apta non est ad acquirendam quasi possessionem.

8 Præsentatio autem dicitur, & probatur effectuata si Ecclesia, aut beneficium vacet per obitum ultimi Præsentati, & ab Ordinario instituti juxta *Consil. Calderin.*

rin. 12. *de jurepat. Oldrad. conſ.*229. *n.*2. *Lotter. de re benef. lib.*2. *quæſt.*21. *nu.*83. *Rot. deciſ.* 74. *num.* 39. *& ſeq. coram Duran. & in Piſana Prioratus* 11. *Aprilis* 1712. §. *His itaque coram R. P. D. Anſaldo*; Etenim ſi Rector beneficii defunctus fuiſſet nulliter Præſentatus, minuſque ritè inſtitutus, Beneficium per illius obitum vacare non diceretur. *Rot. deciſ.*99. *nu.*17. *par.*10. *& deciſ.*423. *n.*11. *par.*14. *rec. & in Melevitana juriſpatronatus* 31. *Martii* 1702. §. *Etenim coram Eminentiſs. Scotto*.

10 Dicitur etiam effectuata ex inſtitutione nulliter facta per Vicarium; *Rot. penès Garz. de benef. par.*5. *cap.*5. *num.*104. ibi -- *Licèt alias ad acquirendum quaſi poſſeſſionem ſufficiat præſentationem fuiſſe admiſſam, & præſentatum inſtitutum cum effectu ſive bene, ſive malè* -- Et etiam ſi non conſtet de formali inſtitutione, dummodo nominatus, & præſentatus cum effectu reperiatur in poſſeſſione beneficii, quia præſumptio eſt, quòd poſſederit vigore præſentationis. *Rot. deciſ.*74. *num.*33. *coram Duran.*

11 Sextò, quòd Præſentatus, & inſtitutus fuerit habitus pro Rectore Beneficii; nam ſi ab inſtitutione fuerit appellatum, & ipſa inſtitutio fuerit caſſata, per illam præſentationem non acquiritur quaſi poſſeſſio.

12 Non requiritur tamen ad effectum acquirendi hujuſmodi poſſeſſionem præſentandi, quod concurrant quamplures ſtatus, ſeu præſentationes effectuatæ; ſiquidem quamvis, dato harum concurſu, quaſi poſſeſſio præſentandi magis corroboretur. *Rot. in Bononien. beneficiorum de Caſtello* 2. *Maji* 1712. §. *Ex his igitur coram R.P.D. Criſpo, & in Piſtorien. Beneficii* 27. *Martii* 1716. §. *Verùm coram R.P.D. Cer-*

13 *ro*. Tamen ut acquiratur dicta poſſeſſio ſufficit unica præſentatio effectuata, ſeu ultimus ſtatus expletus, & effectum ſortitus. *Dec. conſ.* 124. *Federic. conſ.* 234. *Monach. ſuper 6. decretal. cap. ſi laicus de jurepat. num.*9. *Barboſ. hic num.*6. *Lambertin. de jurepat. lib.*2. *par.* 1. *qu.* 3. *art.* 11. *Franciſc. le Roye in comment. ad tit. de jurepat. ad cap.*19. §. *ſed non immeritò, Rot. deciſ.* 74. *num.* 1. *coram Duran. & deciſ.* 7. *num.*1. *cum ſeq. & deciſ.*539. *num.*24. *par.* 19. *rec. & in Melevitana juriſpatronatus* 31. *Martii* 1702. §. *Ex hac coram Eminentiſs. Scotto, & in Olomucen. juriſdictionis* 14. *Maji* 1708. §. *Altera reſponſio coram bo.me. Molines, & in Bononien. beneficiorum de Caſtello* 2. *Maji* 1712. §. *Ex his igitur coram R.P.D. Criſpo, & in Caſertana beneficii* 27. *Martii* 1715. §. *Docuit coram Eminentiſs. Scotto, & in Firmana beneficiorum* 11. *Januar.* 1715. §. *Siquidem, & 23. Martii* 1716. §. *Neque obſtat coram R. P. D. Lancetta*.

Ad probandam verò hujuſmodi poſſeſſionem, ſeu aliquem eſſe in poſſeſſione præſentandi quamplura poſſunt eſſe media; & inter cætera probari poteſt.

14 Primò; ex pluribus actibus præſentationum; ex confeſſionibus Epiſcoporum, cùm Epiſcopi devenire non ſolent ad ſimiles confeſſiones in eorum, Eccleſiarumque præjudicium, niſi revera conſtaret de hac poſſeſſione, & ex depoſitionibus teſtium; *Lambertin. de jurepatr. lib.*2. *qu.* 3. *art.*9. *num.*3. *Rot. deciſ.*309. *nu.* 11. *coram Ubald. tom.*1. *& deciſ.*168. *nu.*24. *par.* 10. *recent. & in Aretina beneficii* 21. *Januarii* 1701. §. *Quod verò cum duob. ſeqq. coram R.P.D. Anſaldo, & in Olomucen. juriſdictionis* 14. *Maii* 1708. §. *His in jure conſtitutis coram bo.me. Molines, & in Placentina Parochialis* 22. *Martii* 1715. §. *Quandoquidem coram R. P. D. Cerro, & in Aſtoricen. Parochialis* 8. *Junii* 1716. §. *Eoque certius coram R.P.D. Foſcaro* inferiùs legen.

15 Secundò; Ex enunciativa, & enarrativa Vicarii Epiſcopi, per quam ipſe atteſtetur de præſentatione facta coram ipſo, & de ejus effectuatione. *Rot. deciſ.*167. *lib.* 1. *coram Puteo & deciſ.* 74. *num.* 11. *& ſeqq. coram Duran.*

16 Tertiò; Ex viſitatione Apoſtolica Eccleſiæ, ſeu beneficii, ubi fiat mentio ejus Rectorem fuiſſe inſtitutum ad præſentationem Patroni. *Rot. deciſ.* 573. *num.* 4. *par.*2. *rec. & d. deciſ.*74. *num.*35. *coram Duran.*

17 Quartò; Ex confeſſione Partis prætendentis excludere Patronum à poſſeſſione præſentandi, juxta *Text. in cap. per tuas de probat. Rot. deciſ.*1108. *num.*1. *coram Emerix jun. & in Aretina beneficii* 21. *Januar.* 1701. §. *Rurſus coram R.P.D. Anſaldo, & in Imolen. Cuſtodiæ* 22. *Aprilis* 1712. §. *Quod ſanè coram Eminentiſs. Priolo*.

18 Quintò; Ex ſententia, ſeu re judicata, &

ex

ex pluribus scripturis. *Rot. in Rhegien. Prioratus* 10. *Januar.* 1705. §. *Cessatque coram Eminentiss. Priolo, & in dicta Astoricen. Parochialis* 8. *Junii* 1716. §. *Eoque certius, & super Remissoria* §. *Concurrente coram R.P.D. Foscaro.*

19 Sextò probatur, si in permutatione beneficii Ordinarius requisierit consensum alicujus tamquam existentis in possessione præsentandi; ex hoc enim actu ostenditur hujusmodi possessio; immo si subsequatur dictus consensus; iste utpote habens vim præsentationis constituit in quasi possessione præsentandi, præsertim contra Ordinarium, qui illum requisivit. *Vivian. de jurepat. lib.* 11. *cap.6. nu.9. Rot. decis.* 394. *num.*2. *coram Gregor. ibique Adden. num.*7. *& decis.* 143. *num.*5. *coram Buratt. & decis.* 136. *num.*2. *par.*19. *rec. & in Arianen. Archipresbyteratus* 27. *Junii* 1708. §. *Et ex eisdem coram Eminentissimo Scotto.*

20 Sed non probatur hæc possessio præsentandi ex eo, quod Patronus possideat alios fructus juris patronatus; fieri namque potest, quòd Patronus habeat hos fructus, e. g. jura honorifica, & jus alimentorum si sit inops, & tamen quod non habeat jus præsentandi, uti esset si huic juri renunciaverit, aut alteri illud donaverit, ut animadvertit *Franciscus le Roye in Prologomen. ad tit. de jurepatr. cap.* 20. *propè fin.* ibi-- *Sic etiam aliquando Ecclesiæ Fundator habet omnia jura Patronis debita, vel etiam Clerici præsentationem, aliquando eam non habet &c. puta si huic præsentationi renunciaverit, si eam alteri donaverit, habet quidem jura honorifica, jus alimentorum, si ad inopiam redactus sit, sed non habet præsentationem* -- & *in Comment. ad tit. de jurepat. ad cap.* 19. §. *sed non immeritò in fin.* ibi-- *Quamvis enim alia quædam jura possideat, quæ Patronis exhiberi solent, attamen non obtinet in præsentatione, nisi eam possideat, quia non semper Patronus habet præsentationem.*

Constito, quod quis sit in possessione præsentandi, seu probata hac possessione, dari debet Possidenti manutentio vigore hujus *Canonis*, & ex auctoritatibus ibi in *Commentario* relatis, dummodo exadver-

21 so hujusmodi possessio non probetur amissa; quod onus probandi possessionis præsentandi amissionem incumbit eam alleganti; dum qui in præteritum possedit, habet pro se præsumptionem etiam in futurum possidendi, animumque continuandi possessionem. *Menoch. præsumpt.* 64. *num.*4. *lib.*6. *Rot. decis.*74. *num.*45. *& seqq. coram Duran., & in Mediolanen. beneficii* 7. *Junii* 1715. §. *Aliquid coram R.P.D. Crispo.*

22 Amittitur autem possessio præsentandi, & non attendi tur, adeòut cessare dicatur dispositio hujus *Canonis*; quando pertinentia juris præsentandi, seu petitorium favore alterius est clarum, seu constat per rem judicatam, publicum, & clarum instrumentum fundationis, vel Par-

23 tis confessionem; tunc enim petitorium absorberet possessorium. *Abb. hic num.* 9. *Marescott. var. resol. lib.*1. *cap.*15. *num.*66. *Lagunez. de fructib. par.*1. *cap.*31. §. 10. *nu.* 18. *& seqq. Lotter. de re benef. lib.*1. *q.*34. *n.*26. *&* 29. *Card. de Luc. de benef. disc.*63. *nnm.*11. *& seq. Rot. decis.*735. *nu.*9. *in fin. par.*3. *rec. & decis.*423. *n.*15. *&* 17. *par.*14. *rec. & in Mediolanen. Cappellaniæ* 23. *Martii* 1703. §. *Constabilitis coram bo.me. Molines Decano, & in Oppiden. beneficii* 7. *Maji* 1703. §. *Non obstante coram bo.me. Muto, & in Sorana juris patronatus* 22. *Januarii* 1712. §. *Minimè coram R.P.D. Falconerio, & in Firmana beneficiorum* 12. *Januarii* 1715. §. *Neque dicatur coram R.P.D. Lancetta, &* 23. *Martii* 1716. §. *Notoria siquidem coram eodem, & in Bituntina beneficiorum* 13. *Martii* 1716. §. *Sed coram R.P.D. Crispo* inferiùs legen.

24 Secus si pertinentia Juris patronatus, seu petitorium non constaret aliquo ex supradictis modis, sed solùm per unicam sententiam latam à Judice favore alterius super dicta pertinentia, per quam decernatur Jus patronatus non spectare ad possessorem, sed ad alium; quia hujusmodi sententia in petitorio, præsertim si ab ea fuisset appellatum, non esset adeò clara, ut incontinenti possessorium absorbere posset; tunc enim nullo modo recedi deberet ab ultimo statu; *Rot. in Pisana Prioratus* 11. *Aprilis* 1712. §. *Atque idipsum coram R.P.D. Ansaldo, & in Astoricen. Parochialis super remissoria* 8. *Junii* 1716. §. *Articuli siquidem coram R.P.D. Foscaro.*

25 Sicuti non esset recedendum ab ultimo statu si petitorium esset turbidum; e. g. si esset inventum testamentum, ubi relinqua-

quatur Juſpatronatus favore alterius; & de teſtamenti claritate clarè non conſtaret; *Rot. in Papien. Rectoriæ* 10. *Decembris* 1714. §. *Et in univerſum coram R. P. D. Cerro, & in Placentina Parochialis* 22. *Martii* 1715. §. *In conſpectu coram eodem*; hæc namque turbiditas ſatis eſſet, ut habere poſſit locum diſpoſitio hujus *Canonis*; & quidem ſi eſſet turbidum ea turbiditate, quæ adumbret, & ſuſpenſum reddat animum Judicis ad decernendam tituli validitatem, eo quia contineat e. g. plures intricatas facti inſpectiones, & altiores indagines; non verò ea turbiditate, quæ provenit ex cavillationibus, & ſubtilibus Partium exceptionibus; quia non obſtante hac turbiditate petitorium eſſet capax abſorbendi poſſeſſorium, aliàs difficile eſſet dari caſum, quòd proprietas abſorberet poſſeſſionem præſentandi, cùm nulla inveniatur res, ſuper qua ex ingeniorum ſubtilitate aliqua difficultas excitari non poſſit, ut optimè conſiderat Præceptor meus *diſcept. Eccleſ.* 28. *nu.* 3. quem ſequitur *Rot. in Firmana beneficiorum* 23. *Martii* 1716. §. *Abſque eo coram R. P. D. Lancetta*.

26 Amittitur etiam poſſeſſio præſentandi per hoc, quod ultimus ſtatus fuerit contradictus, & exiſtens in poſſeſſione ſuccubuerit in judicio; ſecus ſi lis, & controverſia fuerit definita favore exiſtentis in poſſeſſione; tunc enim ex hac contradictione fortior evaderet, & magis conſtabilitus remaneret ultimus ſtatus. *Lotter. de re benef. lib.* 2. *qu.* 53. *num.* 22. *Rot. deciſ.* 433. *num.* 7. *& ſeq. par.* 14. *recent. in Aretina beneficii* 21. *Januar.* 1701. §. *Suffocata coram R.P.D. Anſaldo, & in Melevitana juriſpatronatus* 31. *Martii* 1702. §. *Etenim coram Eminentiſs. Scotto, & in Mediolanen. Cappellaniæ* 23. *Martii* 1703. §. *Nec turbat coram bo. me. Molines Decano, & in Oppiden. beneficii* 7. *Maji* 1703. §. *Minus obſtat coram bo. me. Muto, & in Colonien. Paſtoratus* 14. *Junii* 1715. §. *Abſque eo quod coram R.P.D. Cerro, & in Mediolanen. beneficii* 7. *Junii* 1715. §. *Abſque eo quod coram R.P.D. Criſpo*.

27 Non amittitur verò hujuſmodi poſſeſſio præſentandi per collationem beneficii liberè factam ab Epiſcopo, quæ dedit cauſam liti, nec per deputationem Vicarii, ſeu Oeconomi per modum proviſionis, etiam ſi iſte beneficium poſſederit uſque ad mortem, *Rot. deciſ.* 30. *n.* 1. *par.* 2. *rec. & deciſ.* 74. *num.* 49. *cum ſeqq. coram Durano*.

28 Neque amittitur per negligentiam præſentandi, ſeu ex eo, quod in una, vel altera vacatione Beneficii, Patronus non præſentaverit, niſi probetur cum voluiſſe præſentare, & fuiſſe rejectum, *Abb. conſ.* 54. *num.* 3. *lib.* 1. *Vivian. de Jurepatron. lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 43. *Marant. reſp.* 6. *n.* 32., *& ſeqq. par.* 3. Eoque magis poſſeſſio præſentandi non amitteretur per negligentiam, ſeu omiſſionem præſentationis, in una, vel altera vacatione, ſi negligentia præſentandi proveniret ex præſumpta ignorantia vacationis, quia e. g. Patronus diſtaret à loco Beneficii, *Rot. in Mediolanen. Beneficii* 1. *Aprilis* 1707. §. *Neutra*, & §. *Parum coram R.P.D. Anſaldo, & in Sorana Juriſpatronatus* 24. *Novembris* 1713. §. *Potiſſimè coram R.P.D. Falconerio*. Vel ſi Patronus negligens haberet alium compatronum, qui in dd. vacationibus præſentaſſet,

29 quia hujus præſentatio conſervaret poſſeſſionem alterius, *Rota in Herbipolen. Vicariæ, & Parochialium ſuper bono jure* 10. *Martii* 1713. §. *Quibus itaque, & ſeqq. cor. Emo Scotto, & in Salernitana Juriſpatronatus* 11. *Martii* 1715. §. *Hac igitur cor. R.P.D. Falconerio*. Niſi conſtaret compatronum præſentaſſe privativè, & animo ſpoliandi alterum Patronum, ad cujus effectum requiritur contradictio cum ſubſequuta acquieſcentia, juxta *Calderin. conſ.* 15. *de jurepat. Ruin. conſ.* 50. *n.* 10. *lib.* 5., *Federic. de ſen. conſ.* 157. *ſub n.* 3., *Vivian. de jurepat. lib.* 5. *cap.* 4. *n.* 63. *Poſth. de manut. obſerv.* 71. *n.* 52., *& ſeq. Rot. dec.* 174. *n.* 10. *p.* 5. *rec.*, *& in Sorana juriſpatronatus* 22. *Januarii* 1712. §. *Et præcipuè*, & §. *Ita d. Etante coram R. P. D. Falconerio*, & 24. *Decembris* 1713. §. *Nil prorſus*, & §. *Ad infringendam coram eodem*, & *in Bituntina Beneficiorum* 13. *Martii* 1715. §. *Efficacia coram R.P.D. Criſpo*.

30 Denique non amittitur poſſeſſio præſentandi, ſi poſt ultimum ſtatum, Beneficium pluries vacaſſet, & pluries proviſum fuiſſet à Sede Apoſtolica abſque præſentatione exiſtentis in poſſeſſione præſentandi; quoniam proviſiones Apoſtoli-

31 stolicæ neque firmant, neque immutant statum Beneficii sive agatur de Jurepatronatus laicali, sive Ecclesiastico, cujus statum multo magis non intervertunt provisiones Apostolicæ, quæ non sunt contrariæ sed compatibiles cum dicto Jurepatronatus Ecclesiastico, tamquam subjecto reservationibus Apostolicis, *Marescott. var. resol. lib.1. cap.55. nu.18. Card. de Luc. de jurepat. disc.7. num. 14., Rot. in Asculana juris patronatus 26. Januarii* 1703. §. *Quo posito, & in Arianen. Archipresbyteratus* 27. *Junii* 1708. §. *Eoque certius cor. Emo Scotto. & in Mediolanen. Beneficii* 1. *Aprilis* 1707. §. *Nec magis cum seqq. cor. R.P.D. Ansaldo*, superiùs impress. *Can. XXII. XXIII.* , *& XXIV. Cas.IV. n.31.*

32 Ex hìc notandum venit, quod possessio, & ultimus status non solùm acquiri potest respectu juris præsentandi activi, verum etiam respectu juris præsentandi passivi, seu quis non solùm potest esse in possessione præsentandi, sed etiam in possessione ut præsentetur à Patrono, eo quia semper, & in quacumque vacatione Beneficii illi de ejus familia fuerint præsentati, sed ad hunc effectum requiritur, quòd præsentationes illorum de ejus familia fuerint factæ ex necessitate, nimirum, quòd Patronus volens præsentare extraneum fuerit rejectus, alias dictæ præsentationes præsumerentur factæ ex voluntate Patroni, & sic essent ineptæ ad coercendum Patronum ad præsentandum etiam in posterum eos de dicta familia juxta punctualem decisionem *in Bituntina Beneficiorum* 13. *Martii* 1716. §. *Absque eo, quod coram R.P.D. Crispo hic impress.*

R. P. D. FOSCARO.

Astoricen. Parochialis.

Lunæ 8. *Junii* 1716.

COntentio super adjudicatione Parochialis Ecclesiæ B. Mariæ de Laroxo Astoricen. Diœcesis in antecedenti vacatione judicialiter à nostro Tribunali definita favore Antonii Sanchez præsentati à Commendatario Commendæ de Quiroga Ordinis S. Joannis Hierosolymitani, excluso Alphonso de Caffal ejus Oppositore præsentato per Possessorem Majoratus de Grixoa, ut ex Decisione edita coram Eminentissimo D.meo Cardinali Scotto die 6. Februarii 1699., in recenti ejusdem Parochialis vacatione renovata extitit coram me inter duos alios Josephum nempe, & Thomam ab iisdem Patronis respectivè præsentatos, parique forte succubuit Thomas, qui per præsentationem à Possessore Majoratus de Grixoa reportaverat, eo quod Dubium -- *An. & cui sit danda institutio* -- pro Josepho, præsentatione dicti Commendatoris suffulto, eo tantum informante Domini resolverunt.

33 Exhibuit enim ipse præsentationem ad sui favorem legitimè emissam à præfato Commendatario, in vacatione immediatè præcedenti præsentante prædictum Antonium Sanchez, per cujus obitum nunc vacat controversa Parochialis, sibi propterea debetur institutio, dum jus metitur ab illo, qui ex præsentatione in ultima vacatione effectum sortita reperitur in possessione præsentandi, cùm nihil magis obvium sit, nisi quod in Beneficialibus ultimus status semper prævaleat, & attendatur, ut ex *Text. in cap. Querelam de election.*, *& elect. potest.*, *& cap. consultation. de Jurepatr.* docent *Fælin. in cap. eam te nu. final. ad med. de rescript. Federic. de sen. conf.*434. *n.3. vers. sed in casu proposito*, *Lotter. de re benefic. lib.4. qu.*34. *n.*21., *Rot. in Melevitana Beneficiorum* 10. *Junii* 1712. §.1. *coram R.P.D. Aldròvando*, *& Mediolanen. Beneficii* 7. *Junii* 1715. *cor. R.P.D. Crispo*, *& in Bituntina Beneficiorum* 13. *Martii elapsi* §. *Institutio siquidem coram eodem.*

Eoque certius, quia in duabus, vel tribus aliis præcedentibns vacationibus plenarium sortitæ fuerunt effectum præsentationes expletæ à Commendatariis pro tempore; Testes itidem examinati de annis 1395., & 1687. de possessione dd. Commendatorum concludenter deponunt, & plures sententiæ in judicatum transactæ, ipsorum jus, & possessionem pariter canonizarunt, illa scilicet anni 1517. per quam fuit de hac Parochiali privatus Præsentatus ab Authoribus Possessoris Majoratus de Grixoa, tributa institutione præsentato per Commendatarium: Altera anni 1678., qua mediante fuit adjudicata dicta Parochialis Præsentato

tato per Commendatarium tamquam habentem majorem, & pinguiorem partem Juriſpatronatus, & ultima anni 1699. coram Eminentiſſimo D. Card. Scotto, quæ poſthabito præſentato à Poſſeſſore Majoratus de Grixoa inſtitutionem conceſſit Collitiganti, qui præſentationem a Com-
34 mendatario reportaverat, ex quibus ſanè ipſius Commendatoris poſſeſſio redditur undique incontrovertibilis, tum ſcilicet ex tot multiplicatis uniformibus ſtatibus, *Rot. in Mediolanen. Prioratus* 12. *Februarii* 1701. §. *Cum enim in fine coram Eminentiſs. Scotto*, *Arretina Beneficii* 23. *Aprilis* 1703. §. *Talem verò coram R.P.D. Anſaldo, Bononien. Beneficiorum de Caſtellis* 2. *Maji* 1712. §. *Ex his igitur, & in dicta Bituntina Beneficiorum* §. *Fortis coram R.P.D. Criſpo*; Tum ex Teſtibus, qui optimè probant, dum deponunt de re ſub eorum ſenſu cadente, *Innoc. in cap. Cùm cauſam num.* 3. *de Teſtib. Rot. in Aſtoricen. Beneficii* 6. *Februarii* 1699. §. *Adſtipulantibus coram Eminentiſs. D. meo Card. Scotto*, tum demum ex reiterata re judicata, quæ operatur, ut ſtatus per eam efformatus nequeat in ſubſequenti vacatione retractari, vel impugnari, *Rot. in Rheginen. Prioratus* 10. *Januarii* 1705. §. *Ceſſatque cor. Eminentiſs. D. meo Card. Priolo, Melevitana juriſpatronatus* 13. *Januarii* 1708. §. *Qualificatiſſimus coram R. P. D. Omanna, Mediolanen. Beneficii* 7. *Junii* 1715. §. *Abſque eo quod coram R.P.D. Criſpo, dicta Aſtoricen. Beneficii* §. *Talis autem coram Emin. Scotto*.

35 Concurrente præſertim, quod agitur de Parochiali, quo caſu eo facilius judicandum venit pro ultimo ſtatu, quantumvis adhuc inſtitutio Ordinarii non ſupervenerit, propter intereſſe ovium depaſcendarum, quæ non debent durante longiori diſcuſſione pertinentiæ, & proprietatis tolerare interſtitium carentiæ proprii Paſtoris, *Ciarlin. controv. forenſ. lib.* 1. *cap.* 107. *num.* 14. & 23. *Card. de Luc. de jurepat. diſc.* 9. *nu.* 5. & *de Paroch. diſc.* 15. *num.* 7. & 9., & diſtinguendo optimè advertit *R. P. D. meus Anſaldus in Mediolanen. Beneficii* 1. *Aprilis* 1707. §. *Præcipuè*.

36 Quin obſtare valeat, quòd Poſſeſſores pro tempore Majoratus de Grioxa præſentaverint ſeſeque oppoſuerint in omnibus aliis vacationibus; nam cùm ipſi ſemper ſuccubuerint, potius inde corroboratur, quàm aliquo turbatur ultimus ſtatus, *Franceſ. var. reſol. cap.* 34. *ſub num.* 12. *Card. de Luc. de Benefic. diſc.* 29. *num.* 25. *Rot. in Mediolanen. Cappellaniæ* 23. *Martii* 1703. §. *Nec turbat coram Reverendiſs. Molines Decano, Mediolanen. Beneficii* 1. *Aprilis* 1707. §. *Prout coram R.P.D. Anſaldo, & in illius confirmatoria* 7. *Junii* 1715. §. *Abſque eo quod coram R.P.D. meo Criſpo*.

Et licèt in vacationibus ſequutis anno 1609. & 1623. præſentaverit tunc Poſſeſſor Majoratus de Grixoa, contemporaneè tamen eamdem perſonam præſentavit quoque Commendatarius; cumque prævalnerit ſemper præſentatio facta à Commendatariis pro tempore, tum ante hujuſmodi vacationes, ut ex ſententia anni 1517. excludente Præſentatum à Poſſeſſore dicti Majoratus in concurſu Præſentati à Commendatario, tum etiam poſtea, ut ex ſententiis annorum 1678. & 1699. canonizantibus poſſeſſionem, & jus Commendatariorum pro majori parte; vel præſumi debet dictos Præſentatos reportaſſe inſtitutionem potius vigore præſentationis Commendatarii, quàm Poſſeſſoris dicti Majoratus, cùm ſtatus antiquus anni 1517. tanquam uniformis ultimo, ac penultimo, necnon aliis intermediis, cenſeatur eodem modo continuatus, *Rot. coram Priol. deciſ.* 44. *num.* 18. *Cerr. deciſ.* 483. *num.* 13. & *d. Aſtoricen. Parochialis* §. *Potiſſimè coram Eminentiſs. Scotto*.

37 Vel ſaltèm ſtatus prædicti annorum 1609. & 1623. attendi non meretur tanquam turbidi, & æquivoci, maximè quia conquaſſantur ab ultimo, & penultimo in contradictorio judicio canonizatis, qui unicè attendi debent in præſenti vacatione, *Lotther. de re benefic. lib.* 1. *qu.* 34. *num.* 26. *Rot. coram Ninot. deciſ.* 39. *nu.* 12. & *in d. Mediolanen. Cappellaniæ* §. *Et tantò minus coram Eminentiſs. Priolo*, cùm poſ-
38 ſeſſio ex ſtatu anteriori forſan quæſita remaneat per poſteriores revocata, ſignanter ubi, prout hìc, poſteriores rebus indicatis, & ſucceſſiva Partis acquieſcentia muniti reperiuntur, ut in terminis dixit *Rot. in Tuden. Parochialis* 9. *Julii* 1700. §. *Verò hæc coram Reverendiſs. Conchen.*, & *in Melevitana juriſpatronatus* 31. *Martii* 1702. §. *Multoque minus cor. Emo Scotto*.

Hæc faciliùs amplexa fuerunt, eo quod cùm quæstio sit inter ipsos Præsentatos
39 ad nudum finem consequendi possessionem Beneficii, audiri non meretur Thomas, nisi de pertinentia medietatis, vel majoris partis patronatus ad illum, qui semetipsum præsentavit, doceatur aut per Instrumentum publicum fundationis, & dotationis, aut per confessionem Partis, aut per rem judicatam, *Geminian. in cap. Cùm de benef. num.4. in fin. & num. 10. ad med. de præben. & dignit. in 6.* cum aliis plenè adductis *in Mediolanen. Beneficii §. Ast quando coram R.P.D. Ansaldo, & in eadem 7. Junii 1715. §. His ita cor. R.P.D. Crispo*, de quibus hactenus nullatenus constitit, imò potius urgentia non deficiunt argumenta, quod pinguior pars dicti jurispatronatus spectet ad Commendatarium, deprompta tam ex eo, quia ipse ad hunc effectum percipit decimas, & jentaculum à Parocho certa die, quàm etiam ex eo, quia militant pro ipso binæ sententiæ vocum prœponderantiam ad sui favorem canonizantes, illa nimirum anni 1678., & altera Eminentissimi Scotti, quæ utpote in judicatum transactæ viam præcludunt, quo minus in iis firmata valeant quoquo modo interverti, *Rot. in Tuden. Parochialis 9. Junii 1700. §. Siquidem cor. Reverendiss. Conchen. in Pennen. Beneficii super pertinentia 17. Martii 1710. §. Ultra quod coram R.P.D. Aldrovando, & in Casertana Beneficii 27. Martii 1715. §. Superaccedente coram Eminentiss. D. meo Card. Scotto.*

Et ita altera tantùm &c.

R. P. D. FOSCARO.

Astoricen. Parochialis.

Lunæ 7. Decemb. 1716.

ELargita Thomæ della Torre nova audientia adversùs decisionem editam coram me sub die 8. Junii proximi præteriti, in qua firmatum fuit, institutionem ad Ecclesiam Parochialem de Laroxo debitam esse Josepho Benito de Quiroga, revocatisque hodie ad examen illius fundamentis, cùm in hac disputatione potior adhuc comperta fuerit præsentatio per eumdem Josephum reportata, Domini censuerunt, persistendum esse in decisis. Constans enim iterum in facto permansit, quòd in postrema hujus Parochialis vacatione anni 1697. concurrentibus ad institutionem tum Antonio Sanchez de Somosa præsentato ab Eminentissimo Archiepiscopo Hispalen. utì Possessore Commendæ nuncupat. de Quiroga, tum Alphonso de Cassal, præsentato à Possessore Majoratus de Grixoa post acre litigium, nostri tandem Tribunalis judicio definitum, prævia decisione edita die 6. Februari 1699. coram Eminentiss. Scotto, Parochialis adjudicata fuit Antonio secundùm præsentationem Eminentissimi Commendatarii. Unde jure optimo in præsenti vacatione, adhæsivè ad statum in præterita efformatum, concluſum fuit, institutionem debitam esse
40 Josepho, cui assistit ejusdem Eminentissimi Commendatarii præsentatio; nam cùm ex præsentatione præcedenti, exclusivè ad Præsentatum à Possessore Majoratus effectum sortita, Commendatario quæsita dicatur quasi possessio præsentandi, juxta theoricam de qua *Rip. in cap. cùm Ecclesia Sutrina num. 9. de caus. possess. & propriet. Dec. cons. 129. num. 3. Calderin. cons. 12. de jurepatr. Spad. cons. 13. num. 3. lib. 3.* cum cæteris laudatis *in Mediolanen. Prioratus 15. Februarii 1700. §. Verùm coram Reverendiss. D. meo Decano, & in dicta decis. Eminentiss. Scotti §. Actus enim*; supervenien-
41 ta in eodem statu rerum Parochialis vacatione, præferenda omnino est præsentatio Commendatarii juxta ejus quasi possessionem ex præsentatione admissa in ultimo statu legitimè conquisitam, ut sunt vulgata jura *in cap. querelam de elect. & in cap. consultationibus de jurepatr.* latè exornata in mea præterita decisione §. *Exhibuit*. Præsertim quia dicta præsentatio canonizata extitit per Sac. Rotam, non obstante alterius Præsentati contradictione, cùm ex hisce circumstantiis ob favorabilem justitiæ præsumptionem, qua pollere solent sententiæ in conflictu Partium prolatæ, *Bart. in l. Hærennius §. Caja in fin. ff. de eviction. Menoch. lib. 1. præsumpt. 67. num. 22. Rot. coram Pamphil. dec. 160. num. 6. coram Emerix jun. decis. 337. nu. 4. & in rec. par. 18. decis. 613. n. 13. & par. 19.*
42 *decis. 519. num. 9.* Validior, & penè insuperabilis resurgat ultimus status, ut passim firmavit *Rot. coram Ninot. decis. 39. nu. 8. in Mediolanen. Cappellaniæ 9. Maji 1701.*

§. *Et*

§. *Et tanto magis coram Eminentiss. Priolo, in Reghinen. Prioratus* 10. *Junii* 1705. §. *Cessatque coram eodem, in Melevitana juris patronatus* 13. *Januarii* 1708. §. *Qualificatissimus coram bo. me. Omanna, in Mediolanen. Beneficii* 7. *Junii* 1715. §. *Absque eo, & §. final. coram R.P.D. meo Crispo, & in Bituntina Beneficiorum* 13. *Februarii labentis anni* §. *Fortius quia coram eodem.*

43 Eoque indubitantius, quia revolutis hujus Parochialis provisionibus, de quibus huc usque haberi valuit notitia, prælibato ultimo statu circa prælationem nominati à Commendatario, omnes ferè consonant status præcedentes. Exordiendo namque à posterioribus liquet, de anno 1678. discordantibus inter se Præsentationibus Commendatarii, & Possessoris Majoratus, contentione in judicio delata, institutionem ab Archidiacono de Robleda obtinuit Franciscus de la Zarza præsentatus à Commendatario, & juxta Testium depositiones in mox enunciato statu exhibitas ejusdem Commendatarii præsentatio facta de Antonio Lopez etiam in antecedenti vacatione prævaluit. Prout contigit in alio statu immediatè præcedenti, in quo Parochialem adeptus fuit Franciscus Lopez de Solis, ut habetur ex documentis in præfato statu anni 1678. productis. Præterea ex vacatione anni 1517. alius emersit limpidissimus status, nam per scholasticum Astoricen. Judicem in gradu appellationis delegatum revocata extitit institutio ab Archidiacono de Robleda Ordinario Collatore concessa Roderico Gonzalez de consensu Alvari Perez Ossorio, & Elisabethæ Perez assertorum Patronorum, & Parochialis adjudicata fuit Joanni Enriquez Præsentato à Commendatario, qui ab inde citra in pacifica illius possessione continuavit, eo quia Rodericus Collitigans de consilio sapientium agnito ejus malo jure liti amplissimè renunciavit, & denique interposita ex parte Commendatarii appellatione adversùs institutionem ab eodem Archidiacono de Robleda Collatore anno 1492. demandatam favore Andreæ Gonzalez præsentati per Didacum de Rioseco authorem Primogeniti de Grixoa, coram Thesaurario Cathedralis Ecclesiæ Astoricen. Judice Delegato de anno 1495. examinati fuerunt nonnulli Testes circa pertinentiam, & quasi possessionem controversi juris patronatus, qui unanimes in hanc convenerunt depositionem, quòd per quinque præcedentes vacationes institutionem indesinenter reportassent Præsentati à Commendatariis.

44 Unde tot favore Commendæ militantibus statibus, & præ cæteris illis in contradictorio judicio constabilitis, ex quibus omnibus patet, controversam Parochialem per longissimi temporis lapsum fere semper adjudicatam fuisse ad præsentationem Commendatarii, moderna institutio citra hæsitationem ad normam ultimi status decernenda est, dum ille maximam recipit comprobationem ex multiplicatis præsentationum actibus per tria ferè sæcula judicialiter approbata, & plenarium effectum sortitis, *Rot. in Mediolanen. Prioratus* 12. *Februarii* 1701. §. *Cùm enim coram Eminentissimo Scotto, in Aretina Beneficii* 23. *Aprilis* 1703. §. *Talem verò coram R.P.D. meo Ansaldo in Bononien. Beneficiorum de Castellis* 2. *Maji* 1712. §. *Ex his igitur coram R.P.D. meo Crispo, in Mediolanen. Beneficii* 7. *Junii* 1715. §. *Militat coram eodem, in Faventina Parochialis* 6. *Maji ejusdem anni* §. *Certius coram R.P.D. meo Lancetta, & prosequitur Causæ decisio* §. *Eoque certius.*

Non ad enervandam adeò antiquam, & continuatam quasi possessionem præsentandi, in qua Commenda reperitur, quidquam urgere valuit, quod sententia anni 1678. detegeretur erronea, eo quia majorem, & pinguiorem partem vocum favore Commendatarii desumpserit à majori, & pinguiori perceptione decimarum, quæ nullam connexionem, aut relationem habere valent cum Jurepatronatus. Quoniam prætermissa indagine tituli, ex quo ad Commendam pervenerit jus exigendi præfatas decimas, admissoque etiam per hypothesim, quod dicta sententia aliquam involveret dubietatem per interpositionem causæ, sive rationis parum, aut nihil influentis ad pertinentiam Juris patronatus, exinde tamen minimè inficitur quasi possessio Commendatarii simpliciter, & independenter ab eadem decimarum perceptione ex tot aliis

45 enunciatis statibus comprobata, cùm de jure præsentatio dubia, aut æquivoca à

statibus antecedentibus, & subsequentibus interpretationem, & intelligentiam recipiat, *ut in dicta Aretina Beneficii 23. Aprilis 1703. §. Minimè coram R.P.D. Ansaldo, in Lucana Beneficii 22. Februarii 1709. §. Descendendo coram R.P.D. Falconerio, & in Ostunen. Beneficii 3. Decembris 1714. §. Absque eo coram Eminentissimo Scotto, & in Pistorien. Beneficii 27. Martii hujus anni §. Verùm coram R.P.D. Cerro*. Non subsistente replicatione, quòd sententia quoque Eminentissimi Scotti juxta præcedentem statum prolata, hac eadem notari posset incertitudine, & dubietate, nam ex lectura divisionis clarè nimis deprehenditur, postremum hoc judicatum processisse ex solis præsentationibus de præterito effectum sortitis, quæ de per se præcisivè etiam à quocumque adminiculo boni juris, & pertinentiæ Patronalis præsentantem constituunt in quasi possessione præsentandi, ut bene firmatur *in eadem decisione §. Ipse enim*.

46 Minusque contra eosdem status contraponi merebantur status favore possessoris majoratus in oppositum allegati, Primus enim efformatus de anno 1492., in quo institutionem obtinuit præsentatus à Didaco de Rioseco absortus penitùs remansit tum à quinque contrariis statibus præcedentibus probatis coram Thesaurario Astoricen., tum ex subsequenti anni 1517. firmato ut supra dictum est in contradictorio judicio, ac ex aliis duobus subsequentibus executioni demandatis, usque ad annum 1609., in quibus ad solam præsentationem Commendatarii instituti fuerunt Bartholomeus Santalla, & Franciscus Lopez, ut firmavit *Rota in Mediolanen. Cappellaniæ 9. Maji 1701. §. Et tanto magis coram Eminentissimo Priolo*. Secundus verò anni 1609., quo tempore concessa fuit institutio, juxta concordem utriusque Patroni præsentationem, nihil revera concludit; utpote continens explicitè clausulam *sinè præjudicio ulterioris juris, quod unusquisque habaret*, quæ de sui natura omnia præservavit jura, quæ unicuique tam in petitorio, quàm in possessorio competiissent *Marta de claus. 157. num. 2., Rota coram Seraphin. dec. 403. num. 1., & in recentior. dec. 495. par. 18., & in Bononien. fideicommissi de Bavosiis 9. Januarii 1699. §. Quibus positis coram Reverendissimo D. meo Decano*. Et tertius denique, in quo præsentationes pariter convenerunt, & cujus occasione in sententia institutionis declaratum fuit, controversum Juspatronatus pertinere insolidum ad Commendatarium, & Possessorem Majoratus, tantæ non est relevantiæ, ut alios contrarios status, & præsertim ultimum confundere valeat, nam admisso etiam, quod dicta clausula in solidum æqualem Patronorum pertinentiam designaret, quod non transibat sinè difficultate apud Informantes pro Iosepho, qui ex ea solam integralem pertinentiam Jurispatronatus, absque alicujus comparticipatione deduci posse contendebant, non verò quod inter eos pro virili, & æqualiter pertinerent, nihilominus quia in successiva vacatione, discordantibus præsentationibus, prævaluit in contradictorio judicio præsentatio Commendatarii cum subsequuta acquiescentia Competitoris, prout etiam contigit in ultimo statu, indè vel fateri oportet dictam clausulam de cætero ultroneè, & perfunctoriè superadditam, fuisse erroneam, & minimè in facto probatam ad firmata per *Rotam in Mediolanen. Cappellaniæ 9. Maji 1701. §. Et tanto magis coram Eminentissimo D. meo Cardin. Priolo*; Vel quatenus exinde imminuta, ac præjudicata remanserit quasi possessio Commendæ, superventis deindè novis sententiis, novisque quatuor statibus eidem enunciativæ contrariis, Commendatarius restitutus in omnem casum, & reintegratus censeri deberet in ejus antiqua quasi possessione præsentandi, *Rota in rec. decis. 134. num. 14., & seqq. par. 13. & in Colonien. Beneficii 21. Januarii 1700. §. Nec subsistit coram bo. me. Jacometto, & in Bononien. Beneficii de Castello 12. Decembris 1712. §. Verum coram R.P.D. meo Crispo, & in Vicen. Parochialis de Aqualata 1. Julii ejusdem anni §. Liquido coram eodem*.

Et hinc constito, quòd inspecto præsentationum numero, & qualitate, quasi possessio Commendæ superat, & absorbet alteram primogeniti, Domini ab ea recedi non posse authumarunt sub obtentu, quòd favore ejusdem primogeniti constaret de æquali pertinentia Jurispatronatus; Nam quamvis Sac. Rota recedere quan-

quandoque soleat à regula ultimi status, si incontinenti doceretur de contrario bono jure claro, in præsenti tamen datum non fuit titulum, aut probationem inspicere, unde contraria pertinentia desumeretur. Nam assumptum illud, quòd antiquitus juspatronatus integraliter pertinuisset ad Didacum de Rioseco, à quo deinde pertransiverit ad Commendam, & ad Possessorem Majoratus, pro eo quod respicit jus Commendæ; non habet assistentiam facti, dum ex Testibus anno 1495. examinatis constat, quod in aliis præcedentibus vacationibus præsentaverint; Et aliud argumentum desumptum ex eo, quòd Primogenitus, prout Commendatarius percipere soleat à Parocho jentaculum in die Assumptionis Beatissimæ Virginis, deficit pariter in facto, dum contrarium potius liquet ex Testibus examinatis in statu 1677., & de cætero parum relevaret in jure, nam esto, quod præstatio jentaculi denotaret qualitatem patronalem, non propterea pernecessè concluderet pertinentiam æqualem cum Commendatario.

Qua secluſa probatione, sola, & simplex probatio Juriſpatronatus favore primogeniti confundere, & absorbere nequaquam posset quasi possessionem præsentandi pro majori parte ex antiquis, & recentioribus statibus favore Commendæ constabilita, ut fuit dictum *in Melevitana Beneficii die* 15. *Junii* 1712. §. *Primo coram R.P.D. meo Aldrovando, & in Lucana Cappellaniæ* 2. *Martii currentis anni per totam, & signanter* §. *Finali coram*
47 *R.P.D. meo Crispo*, præsertim ad effectum, in quo in præsenti tractatur decidendi scilicet institutionem, quæ unicè ut supra dictum est, regulanda venit à præsentationibus præcedentibus. Etiamsi adesset in causa Patronus, qui suam præsentationem sustineret, quia reservata indagine boni juris pro judicio petitorio articulus institutionis adhuc ad limites possessionis, & ultimi status definiendus est, *Rota in Mediolanen. Beneficii* 1. *Aprilis* 1707. §. *Postremo coram R. P. D. meo Ansaldo, & in Placentina Parochialis* 22. *Martii* 1715. §. *Quare cum nos vers. non obtento coram R. P. D. meo Cerro*; eo libentius ubi, prout hic, ipsemet Collitigans petendo Remissoriam, & Compulsoriam levitatem suarum probationum implicitè fateretur, *Rot. in rec. dec.* 617. *n.* 9. *par.* 4., *& in Mediolanen. separationis thori* 2. *Julii* 1614. §. *Quin Testibus coram R.P.D. meo Crispo*, ac ubi ageretur de Ecclesia Parochiali, cujus adjudicationem quam citius terminandam esse monent ad propositum adducti *per R.P.D. meum Ansaldum in Mediolanen. Beneficii* 1. *Aprilis* 1707. §. *Præcipuè, & fuit dictum in prima decisione hujus causæ cor. me* §. *Concurrente præsertim*.

Et ita utraque &c.

R. P. D. CRISPO.

Bituntina Beneficii.

Veneris 13. *Martii* 1716.

IN Parochiali Ecclesia S. Leucii Bituntinæ Civitatis de anno 1642. tribus vacantibus Beneficiis de Jurepatronatus Laicorum *sub titulo S. Mariæ Joanni Panzæ, S. Mariæ della Scala, ac S. Mariæ della Bianca*, Joannes Sylos unicus illorum Patronus duas distinctas personas cum subsequuta etiam Ordinarii institutione ad illa præsentavit; Cùm autem de anno 1647. iterum primum Beneficium vacasset, ac alia duo de anno 1651. in utrisque vacationibus idem Joannes Sylos præsentare continuavit, & subsequutum effectum approbationis Ordinarii, nominationes prædictæ obtinuerunt: Memorati Joannis obitu postmodum sequuto, & dictorum trium Beneficiorum iterata vacatione de anno 1671. obventa. Franciscus Sylos in persona Clerici Nicolai Sylos nominationem explevit, qui solitam institutionem ab Ordinario sub explicita declaratione fuit assequutus, quod dictus Franciscus unicus Patronus existeret. Defuncto verò de anno 1711. Nicolao proviso, ex eo quia Franciscus, qui in antecedenti statu præsentaverat, universalem donationem bonorum, ac ipsius Juriſpatronatus pro Cæsare filio exaraverat, Cæsar præfatus patris Donatarius effectus ipsum Franciscum Donantem nominavit; E contra verò insurgentibus Theodoro, Alphonso, & altero Cæsare filiis Jacobi Sylos, isti Dominicum Sylos præsentarunt, in quo præsentationum conflictu in Curia Episcopali gravi orta controversia, Ordinarius

narius favore Franciſci à Cæſare filio præſentati ſententiam inſtitutionis protulit, ac ulteriùs ipſi Cæſari Patrono manutentioeem in quaſi poſſeſſione ſemper *liberè* præſentandi conceſſit; Denuò verò poſt mortem Franciſci Beneficiorum poſſeſſoris de anno 1713. dictorum trium Beneficiorum vacatione ſequuta, Cæſar, qui in ultimo ſtatu manutentionem in quaſi poſſeſſione præſentandi fuerat obtentus, ad eadem Beneficia Clericum Antonium Damianum nominavit; Verum Joannes Robertus Sylos, ac alter Cæſar de eodem cognomento Sylos authumantes ad nominationem dictorum trium beneficiorum poſſe aſpirare, quemadmodum ad alia tria ſub titulo S. Gregorii ab Aſcendentibus Familiæ Sylos fundata præſentaverant, eorum nominationem in perſona Leonardi Sylos Laici ſub conditione Clericandi explerunt, eaque coram Vicario Bituntino exhibita, jura utriuſque Partis ſub acri cenſura poſtquam fuerunt diſcuſſa, favore dicti Damiani à Cæſare præſentati inſtitutionis ſententia exivit, adverſùs quam ad reclamationem Leonardi rejectionem paſſi, appellationis cauſa Mihi commiſſa; Aſt quia Damianus gratiam pro Præſentato interim à Sanctiſſimo obtinuerat, literaſque Apoſtolicas Mihi pariter dirigere curáverat, dubium exindè decidendum DD. meis exhibui -- *An literæ Apoſtolicæ Damiani eſſent exequendæ, ſeu potius an, & cui ſit danda inſtitutio*, & earum juſtitia clara undique comperta affirmativum profluit reſponſum -- *literas Apoſtolicas Antonii eſſe exequendas, & eidem eſſe dandam inſtitutionem*.

48 Juſtificatio ſiquidem literarum Apoſtolicarum circa qualitates Damiani nominati in controverſiam minimè redigebatur, ſed in eo principaliter quæſtio reſederat, an ipſe Damianus à ſolo Cæſare nominatus majorem partem vocum habere dici poſſet reſpectivè ad Leonardum, qui à Joanne Roberto fratre, Dominico Sylos, ac altero Cæſare ſe præſentatum docebat, ſed facili negotio pro Damiano à d. Cæſare nominato contentio expedita videbatur, recurrendo ad ultimum ſtatum, in quo dictus Cæſar prævia manutentione in jure præſentandi reportata ad hæc tria Beneficia unicus Patronus declaratus liberè præſentavit; In hac itaque nova Beneficiorum vacatione cum ipſe Damianus ab eodem Cæſare pro unico Patrono in ultimo ſtatu recognito, & approbato ſuam nominationem ſortiatur, ejus præſentatio profectò cuicumque alteri venit præferenda, quæ hac aſſiſtentia ultimi ſtatus munita non reperitur, dum vocum majoritas deſumi non aliter valet, quàm habito reſpectu ad præſentationes illorum, qui in ultimo ſtatu præſentarunt, ut per notum *Text. in cap. conſultationibus de jurepatr. Rota in Melevitana Beneficiorum* 10. *Junii* 1712. §. 1. *coram R.P.D. Aldrovando, Piſana Prioratus* 11. *Aprilis* 1712. §. *Atque idipſum coram R. P. D. meo Anſaldo, Bononien. Beneficiorum de Caſtello* 12. *Decembris* 1712. §. *Inſtitutio coram Me, & in Mediolanen. Beneficii* 7. *Junii* 1715. *ſub* §. *Militat enim pariter coram Me*.

49 Fortius quia hìc ultimus ſtatus per judicialem contentionem evaſit ſtabilitus, ac itidem roboratus per rem judicatam editam favore dicti Cæſaris Patroni ſuper manutentione in poſſeſſione privativè præſentandi pro futuris quoque vacationibus; Status autem ita qualificatus in judicio exequutivo literarum Apoſtolicarum, & inſtitutionis longè exuberare videtur ad effectum ſuſtinendi præſentationem tanta bona fide à Cæſare Patrono expletam, ut millies dixit *Rota*, & ſignanter *in Rheginen. Prioratus* 10. *Junii* 1705. §. *Ceſſatque in fine coram Eminentiſſimo Priolo, Melevitana Juriſpatronatus* 13. *Januarii* 1708. §. *Qualificatiſſimus coram bon. mem. Omaña, Mediolanen. Cappellaniæ* 9. *Maji* 1711. §. *Tanto magis coram eodem Eminentiſſimo Priolo, & in Mediolanen. Beneficii* 7. *Junii* 1715. §. *Abſque eo quod, & §. fin. coram Me*. Accedente præſertim, quod ab aliis antiquioribus ſtatibus, hìc ultimus confirmatus exiſtit, dum de anno 1642. Joannes Sylos Cæſaris avus tanquam unicus Patronus, ad hæc tria Beneficia nominavit, ac in altero quoque ſtatu anni 1647. & 1651. ipſe ſolus præſentavit. Hoc idem de anno 1671. feciſſe conſtat Franciſcum patrem Cæſaris moderni Patroni, quo caſu tanto minus impugnabilis videtur præſentatio ad formam tot multiplicium ſtatuum emanata *Rota in Mediolanen. Prioratus*

ratus 14. *Februarii* 1701. §. *Cùm enim in fine coram Eminentiſſimo Scotto*, *Aretina Beneficii* 23. *Aprilis* 1703. §. *Talem verò coram R.P.D. meo Anſaldo*, *Bononien. Beneficiorum de Caſtello* 2. *Maji* 1712. §. *Ex his igitur coram Me*, & *in Lucana Cappellaniæ die* 12. *currentis menſis* §. *Non deſunt pariter coram Me*.

Efficacia tot ſtatuum declinari quin poſſit ſub obtentu, quod Juſpatronatus per Joannem Cæſaris aſcendentem ex hæreditate Didaci Sylos, & Minervæ Vvlpanæ fuerit acquiſitum, ac voces hæreditatis dicti Didaci, & Minervæ pro majori parte in illos, qui Leonardum præſentarunt, devenire, adeòque tametſi dicti Patroni, qui Leonardum præſentarunt, vel eorum Auctores in ultimis ſtatibus præſentare neglexerint, adhuc ex præſentatione facta à Cæſare, ſeu Franciſco illius patre nedum aliorum Patronorum jus pro futuris vacationibus amiſſum non cenſeatur, ſed etiam præſerva-
50 ta dici poſſit ipſa poſſeſſio præſentandi, quæ ex præſentatione Compatroni etiam quoad non præſentantem optimè conſervatur ex congeſtis *in Herbipolen. Vicariæ*, & *Parochialium ſuper bono jure* 10. *Martii* 1713. §. *Quibus ita*, & *ſeqq. coram Eminentiſſimo Scotto*. Siquidem ad objecti remotionem ponderare ſufficeret, quod ſicuti originaria fundatio Beneficiorum, de quibus agitur, minimè reperitur, ſinè ullo itaque fundamento natura, & qualitas juriſpatronatus contra ultimum ſtatum poterit defendi, & ſic eo minùs ex poſſeſſione veri Patroni ad præſentandum admiſſi, conſervata debet cenſeri aliorum aſſertorum Patronorum poſſeſſio, qui nunquam præſentarunt, neque de patronali pertinentia poſſunt docere, quando cæteroquin in præſenti omnis dubitandi occaſio utique ceſſaret, ex quo in ultimis ſtatibus Cæſar pro unico, & vero Patrono ſe geſſit, ac in altero antecedenti tanquam talis Franciſcus ejus pater præſentavit, in quibus terminis nullatenus Patroni Leonardi, qui in ultimis ſtatibus non præſentarunt, à poſſeſſione Cæſaris juvamen poterunt conſequi circa præſervandam eam poſſeſſionem, quam nunquam habuerunt, cùm in hac materia præſentationum, & ultimi ſtatus abſoluti juris ſit, quòd ubicumque Compatronus privativè præſentat, tunc poſſeſſionis beneficium aliis non præſentantibus minimè communicat juxta conſtantem ſententiam, de qua poſt *Calderin. conſil.* 15. *de jurepatron.*, *Conrad. in prax. benefic. lib.* 4. *cap.* 6. *ſub num.* 47. & 48., *Garz. de benef. par.* 5. *cap.* 5. *num.* 47. *Rot. coram Puteo deciſ.* 390. *coram Seraphin. deciſ.* 1337. *num.* 4. & admiſſum fuit *in Sorana juriſpatronatus* 22. *Januarii* 1712. §. *Ita dictante coram R.P.D. meo Falconerio*, & *in Salernitana juriſpatronatus* 13. *Januarii currentis anni* §. *Verum coram Me*.

Sed in univerſum Leonardi oppoſitio remanet confutata, ex quo aſſerta qualitas compatronalis in illum præſentantibus non alio inhæret fundamento, quàm quòd Juſpatronatus iſtorum Beneficiorum *Sanctæ Mariæ Joannis Panza della Scala*, *e della Bianca* ex hæreditate Didaci Sylos, & Minervæ Vulpanæ proveniat, & tamen in hujus aſſumpti probationem Inſtrumentum fundationis nullatenus affertur, quod quidem exhiberi non poteſt tanquam deperditum, vel in antiquitatis latebris manens, & profectò ſine hac fundamentali baſi de contraria pertinentia Juriſpatronatus conſtare nuſquam poterit ad durum ſignanter effectum elidendi robur ultimi ſtatus in contradictorio judicio canonizati; Quin loco fundationis poſſint deſervire enunciativæ à Cæſare, & Damiano illius præſentato emiſſæ ſuper qualitate hæreditaria d. Juſpatronatus, nec non deciſio emanata *in Bituntina juriſpatronatus die* 8. *Junii* 1689. *coram bon. mem. Urſino*, in qua qualitas hæreditaria Beneficiorum de Syleos extitit firmata. Etenim retrogrado ordine differendo, quòd attinet ad deciſionem bon. mem. Urſini hæc utique emanavit inter diverſas partes, & in beneficiis diverſi generis nuncupatis Sancti Gregorii, in quibus adeſt, & viget ſpecifica fundatio ad differentiam iſtorum trium Beneficiorum Sanctæ Mariæ, in
51 quibus non reperitur Inſtrumentum fundationis, unde à diverſo illorum Beneficiorum genere ad hæc argui neutiquam licèt, ut in terminis *Rota in Monaſterien. Canonicatus* 19. *Februarii* 1714. §. *Abſque eo, quod coram R. P. D. meo Anſaldo*. Quo verò ad enunciativas; illæ non præſeferunt, quod juſpatronatus ab aſſertis Didaco,

daco,& Minerva proficiscatur, cum enunciata qualitas hæreditaria possit, & debeat intelligi respectu ad Franciscum illius Patrem; Ultra quod quicquid sit de his, & similibus argumentis, hoc unum pro evertendo quocumque contrario fundamento satìs esse videtur, quòd cum agatur de ultimo statu per Judicem cano-
52 nizato, ac aliis anterioribus roborato, hoc casu, ut dispositio *cap. Consultationibus de jurepatr.* possit evitari non ex meris enunciativis,& æquivocis argumentis patronalis proprietas in contrarium debet evinci,sed ex illo trium probationum genere,nimirum re judicata, Instrumento fundationis, & confessione Partis, vel ex æquipollenti, sinè quibus contra ultimum statum nullo pacto venire permittitur ex latè firmatis per *Lagunez de fructibus par. 1. cap.31. §.10. num.18. usque ad 38. Rot. dec.423. num. 15., & seqq. par.14. in Mediolanen. Beneficii 1. Aprilis 1707. §. Nihilominus, & seqq. §. Licèt oppositum coram R. P. D. meo Ansaldo, Bononien. Beneficiorum de Castello 12. Decembris 1712. §. In hac igitur coram me, Matheranen. Parochialis 11. Januarii 1712. §. Quod autem coram R.P.D. meo Falconerio, Firmana Beneficiorum 11. Januarii 1615. §. Neque dicatur coram R.P.D. meo Lancetta, & in Mediolanen. Beneficii 7. Junii ejusdem anni §. His ita coram me.*

Ex hactenus discussis perspicuè ostenso, quòd præsentatio Damiani ultimi status prærogativa fulcita,ac literarum Apostolicarum munimine roborata omnimodam exequutionem debeat promereri, prorsus neglecta comparitione Leonardi tanquam à legitimis Patronis non præsentati. Pro impedienda dd. literarum exequutione nihil obesse valebit, quòd ipse Leonardus sit ex Descendentibus Familiæ de Sylos, pro quibus saltèm juspatronatus passivum stare censeatur, ac utì talis adversùs Damianum extraneum veniat præferendus. Quandoquidem de asserta prælatione favore Descendentium,vel per fundationis Instrumentum, vel mediante immemorabili, seu centenaria, cum suis requisitis constare oporteret, neutrum tamen in præsenti potuit verificari, cùm fundatio non reperiatur veluti deperdita, & centenaria pariter non adest. Unde, hoc secluso, præsumptio juris pro libertate Patroni militat, ut certum genus personarum nominare non adstringatur, sed valeat quemlibet sibi benevisum præsentare, *Capon. discept. forens. 4. sub n. 19. tom.1. Card. de Luc. de pension. disc. 60. num.40. Panimol. dec. 10. num. 29. Rota in Sulmonen. juris patronatus 21. Januarii 1715. §. Itidemque, & 3. Junii ejusdem anni §. finali coram R. P. D. meo Falconerio* Et est etiam de jure, quòd ubicumque diversimodè non appareat specificè constitutum, ut illi, qui à nominatione activa excluduntur, in passiva quoque vocatione comprehensi non censeantur, individualiter habetur in *Vaden. Canonicatus 10. Maji 1715. §. finali coram me.*

54 Absque eo quod pro educenda hac passiva relatione pro descendentibus familiæ de Sylos satis esse possit, quòd Auctores Cæsaris, qui Damianum præsentavit ad hæc Beneficia, tales Descendentes nominare consueverint. Quoniam cum quæstio sit de materia reposita in facultate Patronorum nominandi vel illos de Familia, vel extraneos, talis ideo observantia, ut proficua evadat cum ea qualitate probari tenetur, quod Patroni volentes præsentare extraneum fuerint rejecti; aliàs enim quicumque actus præsentationum pro illis de familia adducantur, nihil officient, cum gesti præsumantur ex voluntate potiùs, quam ex necessitate, ut ad propositum in simili docent, *Vivian. de jurepatron. par.2. lib.2. cap.6. num.37., & seqq. Rot. coram Merlin. decis.825. num.23. & 24. dec.162. num.19. & seqq. par.12. rec., & dec.169. nu.4., & 5. par.14. Farsen. Canonicatus 8. Junii 1711. §. Nec præadducta observantia in fine coram Rmo D. Molines Decano, & 11. Decembris ejusdem anni §. Quicquam coram me, Melphicten. Beneficii 21. Junii 1712. §. Nec. robur. coram R. P. D. meo Lancetta Cremonen. Beneficii 4. Februarii 1715. §. In cujus quidem in fin. coram R.P.D.meo Cerro, & in Comen. Archipresbyteratus 17. Junii ejusdem anni 1715. §. Hæc quod attinet coram R. P. D. meo Falconerio.*

55 De hac autem coactione hic non solum doctum esse non liquet, sed è converso ostenditur, quod de anno 1642. Canonicus Josephus Falco extraneus per Joan-

Joannem Sylos Patronum fuit inſtitutus, ex qua nominatione extranei aliquando facta contrarium profectò argumentum conſurgit, quòd nempe Juſpatronatus ad illos de familia paſſivè reſtrictum non dicatur, prout in fraternizante materia excludendi coactivam præſentationem Sacerdotum, ad propoſitum arguunt. *Geminian. in cap. cùm dc Benefic. num. 11. de præben. in 6. Lotter. de re beneficiar. lib. 2. quæſt. 47. num. 27. Monet. de commut. ultimar. volunt. cap. 10. num. 142. Rot. coram Mantic. deciſ. 129. per tot. in Melevitana Beneficiorum 16. Junii 1710. §. Obſervantia in fine coram R.P.D. meo Falconerio, & in Melphicten. Beneficii 26. Junii §. At ſi adhuc coram Eminentiſſimo Priolo*, & ad effectum evitandi neceſſitatem præſentandi ſolos originarios, ſeu Patrimoniales conſideravit *Rot. in Comen. Archipresbyteratus 17. Junii 1715. §. finali cor. R.P.D. meo Falconerio*.

Nec dicatur, quòd ex præſentatione Extranei facta de anno 1642. obſervan-
56 tia pro illis de Familia non ſolùm everti, ſed potius confirmari valeat ex eo quia nominatio extranei fuerit præcisè reſtricta *pro illa vice tantùm*. Hæc ſiquidem reſponſio evidenti fallacia laborare detegitur. Ponderando, quod præſentatio dicti anni 1642. non fuit ab ipſo Joanne Sylos directè, & perſonaliter expleta, ſed à Duce Andriæ, tanquam Procuratore *pro ea vice tantùm* conſtituto, hinc patet, quòd objecta reſtrictio nequaquam perſonam Præſentati reſpicit, ſed facultatem præſentandi in Procuratore informet, illam reſtringendo ad eum dumtaxat actum præſentationis ad effectum fortaſſe, nè ille vigore mandati à Patrono reportati etiam in futuris vacationibus præſentare ſibi arrogaret; ſed quid ultro in hac obſervantia pro reſtringenda libertate Patroni præſentandi ſolos de familia inſiſtitur, quando ex relatione Reverendiſſimi Ordinarii Bituntini ad Sac. Congregationem Epiſcoporum, & Regularium tranſmiſſa, conſtat ex perquiſitione actorum Cancellariæ Epiſcopalis reſultare, quòd abſque ulla reclamatione fuerint promiſcuè præſentati, & reſpectivè inſtituti tam Conſanguinei, quàm Extranei. Ordinario autem tanquam de ſtatu omnium beneficiorum ſuæ Diœceſis plenè inſtructo, & informato plena fides præſtatur, *Rot. deciſ. 122. coram Dunoz. jun., & deciſ. 14. num. 7. coram R.P.D. meo Anſald. Herbipolen. Monaſterii 10. Junii 1709. §. Et augebatur coram bon. me. Caſſarello, & in Vilicen. Parochialis ſuper negotio principali 27. Junii 1710. §. His cor. Eminentiſs. Priolo*.

Hoc præcipuè coadiuvante facto ipſo Leonardi, qui ab aſſertis Patronis poſſeſſione præſentandi deſtitutis nominationem conſequi curavit; ſignum evidens,
57 quòd agnoverit in paſſiva vocatione parum tutum præſidium reperire potuiſſe ad animadverſa per *Rot. in Auguſtana Canonicatus 21. Januarii 1715. ſub §. Non obſtat verſicul. ſi enim coram R.P.D. meo Falconerio*, ipſe etenim quatenus in jurepatronatu paſſivo comprehenſus verè exiſteret, præſentationes à Patronis extorquere non indiguiſſet, cùm illi de genere vocato perinde habeantur, ac ſi ab ipſis Fundatoribus fuiſſent expreſsè præſentati ex plenè congeſtis per *Rotam in Valentina Beneficii 6. Decembris 1713. §. Clara coram R. P. D. meo Lancetta Aſten. Beneficii 10. Decembris 1714. §. Et è contra coram R.P.D. meo Anſaldo, & in Tridentina Cappellania 5. Aprilis 1715. §. Verùm coram R.P.D. meo Lancetta*.

His denique non abs re alteram circumſtantiam addi poſſe videbatur de-
58 promptam ex ſententia lata in ultimo ſtatu, in qua declaratum fuit, Cæſarem Patronum reperiri in quaſi poſſeſſio *liberè* præſentandi, in eaque eſſe manutenendum; Facultas autem *liberè* præſentandi in eodem Cæſare adeſſe ſiquidem nequiret, quoties ille certum genus perſonarum præſentare obſtringeretur; Unde, ut ſententiæ verba ſuperflua non remaneant illiuſque diſpoſitio verificetur, ſub dicta libera facultate præſentandi quælibet paſſiva reſtrictio ad illos de familia excluſa debet cenſeri juxta animadverſa per *Barboſ. tract. var. diſtinct. 190. num. 13. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloſſ. 53. n. 25. Rot. cor. Puteo dec. 100. per tot. lib. 3. & in rec. dec. 65. n. 9. par. 1.*

Et ita utraque &c.

ARGUMENTUM.

Possessio præsentandi Antecessoris an transmitti possit in hæredes, & successores; & an ab iitis validè allegari, etiam si actualiter non præsentaverint.

SUMMARIUM.

1 *Præsentatus ab hærede Existentis in possessione præsentandi dicitur legitimè præsentatus.*

2 *Possessio præsentandi antecessoris acquisita ratione dignitatis, aut officii transfertur in successorem.*

3 *Possessio præsentandi antecessoris acquisita ratione personæ, licèt non transeat in successorem quoad factum, transit tamen quoad juris effectum, etiam si successor actualiter non præsentaverit,* & nu. 11. 13. & 20. Amplia ut num. 5. 14. 15. 16. & 22. Limita ut num. 6. 21. 28. 29. & 37.

4 *Possessio præsentandi donantis juspatronatus an transeat in donatarium?*

7 *Quòd possessio præsentandi antecessoris transeat in successorem quoad juris effectum procedit in possessione juris præsentandi hæreditarii, vel juris præsentandi gentilitii linealis, non verò in possessione juris præsentandi gentilitii familiaris.*

8 *Gratia derogationis juspatronatus in totum, attenta lite, est subreptitia, si non fuerit narratum Papæ Patronos ante motam litem in petitorio fuisse in quasi possessione præsentandi. Et quare?* Vide ibi.

9 *Ad effectum irrogandi præjudicium gratiæ derogatoriæ juspatronatus in totum attenta lite an sufficiat sola possessio juris.*

10 *Filio competit manutentio in jure præsentandi ex quasi possessione patris.*

17 *Lite pendente super proprietate, existens in possessione præsentandi potest præsentare, non obstante Judicis inhibitione.* Intellige ut ibi & num. 23.

18 *Dubietas petitorii oritur ex pendentia litis super ipso; & in controversiam deduci nequit ab eo, qui obtinuit gratiam derogationis in totum attenta lite.*

19 *Gratia derogationis juspatronatus in totum attenta lite, quando habeat locum?*

24 *Per centenariam observantiam lex fundationis censeri potest immutata, & contraria qualitas juspatronatus induci.*

25 *Possessio præsentandi acquiritur ex unica præsentatione effectum sortita.*

26 *Patrono possidenti est concedenda manutentio in possessione, & ab eo præsentatus est instituendus,* & num. 27. 30. 34. & 35.

31 *Ultimus status attenditur non solùm ad firmandam possessionem, sed etiam ad arguendam naturam juspatronatus pro coloranda eadem possessione,* & num. 39.

32 *Quod possessio præsentandi sit qualificata qualitate familiari ex quibus probetur,* & num. 33. 40. 41. & 42.

36 *Fœminæ succedere possunt in defectum masculorum in jurepatronatus familiari, non verò descendentes ex fœminis.*

38 *Juspatronatus in dubio præsumitur hæreditarium.* Limita ut num. 43.

44 *Talis præsumitur fundatio, qualem subsequuta observantia demonstrat.*

45 *Juspatronatus esse familiare ex quibus probatur?* & num. 46. 47. & 48.

49 *Juspatronatus mixtum non transit in extraneos.*

50 *Juspatronatus lineale in ultimo de linea fieri potest hæreditarium.*

51 *Divisio Juspatronatus per lineam ex quibus excludatur?*

52 *Exceptiones requirentes altiorem indaginem rejiciendæ sunt ad judicium proprietatis.*

CASUS II.

DUo de familia A existebant in possessione præsentandi ad Beneficium B, adeout tam ipsi, quàm eorum Auctores semper præsentarunt in omnibus vacationibus ad illud cum qualitate familiari, seu utì de dicta familia per modum quidem unius Collegii, non verò uti singuli. Uno ex ipsis defuncto, relicto hærede extraneo; & vacante hoc interim Beneficio, extraneus hæres præsentavit ad illud quemdam Clericum habilem, & idoneum; è contra ille de familia superstes præsentavit alium Clericum æquè idoneum. Quæritur in hoc Casu an Episcopus possit gratificare, & instituere præsentatum ab extraneo, ad exclusionem præsentati ab eo de familia.

1 In qua dubitatione respondendum videtur affirmativè; Præsentatus namque ab extraneo dicitur validè, & legitimè præsentatus, cùm sit præsentatus ab hærede

rede illius, qui in ultima antecedenti vacatione præſentaverat cum ſubſecuto præſentationis effectu, *Rot. in Mediolanen. Cappellaniæ* 25. *Aprilis* 1704. §. *Pro tertia coram bo. mem. Molines*; Unde de plano ſequi videtur, quòd Epiſcopus poſſit illum gratificare, & inſtituere ad excluſionem præſentati ab eo de familia, juxta tertiam propoſitionem ſuperiùs *in Commentario Canonum IX. X. & XI.* deductam, & auctoritates ibi relatas.

2 Non obſtat ſi dicatur, quòd poſſeſſio præſentandi anteceſſoris, licèt admittatur transferri in ſucceſſorem, quando ſit acquiſita ratione dignitatis, officii &c. ex quo hæc ſemper dicitur retenta per dignitatem, non transferatur tamen ad illum abſque nova apprehenſione, ſi ſit acquiſita, prout in caſu præſenti, ratione perſonæ, ut teſtantur *Card. de Luc. de jurepat. diſc.63. num.* 31. *& 36. Vivian. eodem tract. lib.*5. *cap.* 2. *nu.* 16. *&* 18. *Rot. deciſ.*364. *nu.*1. *coram Coccin.& deciſ.*542. *num.* 10. *coram Ubald. & alii apud Piton. diſcept.Eccleſ.*28.*n.*8.

3 Hæc namque propoſitio, nimirum, quòd poſſeſſio anteceſſoris acquiſita ratione perſonæ non ſuffragetur, nec tranſeat in ſucceſſorem, ſic generaliter ſumpta ſuam patitur limitationem; Diſtinguendum eſt enim inter poſſeſſionem quoad factum, & poſſeſſionem quoad juris effectum; Quamvis poſſeſſio Auctoris quoad factum non ſuffragetur, nec tranſferatur in hæredem, & ſucceſſorem, abſque nova apprehenſione ejuſdem poſſeſſionis, ſeu abſque nova præſentatione ejuſdem hæredis; transfertur tamen in ipſum hæredem, & ab hoc allegari valet, etiam ſi non præſentaverit quoad juris effectum, ſeu quoad jus præſentandi, & obtinendi inſtitutionem præſentati. *Lotter. de re benef. lib.* 2. *quæſt.* 11. *num.* 118., *& ſeqq. Rot. in Mediolanen. juriſpatronatus ſuper manutentione* 15. *Junii* 1703. §. *Fruſtrà coram Eminentiſſimo Scotto*, *& in Mediolanen. Cappellaniæ* 25. *Aprilis* 1704. §. *Pro tertia coram bon. mem. Molines*, *& in Bononien. Beneficiorum de Caſtello ſuper executione literarum Apoſtolicarum* 12. *Decembris* 1712. §. *finali coram R.P.D. Criſpo*, *& in Placentina Parochialis* 22. *Martii* 1715. §. *Subſtulit coram R.P.D. Cerro*, *& in Salernitana*

juriſpatronatus 11. *Martii* 1715. §. *Verùm quia*, *&* 13. *Januar.* 1716. §. *Certa coram* 3 *R. P. D. Criſpo* inferiùs impreſs. Eodem
4 modo, quo quaſi poſſeſſio præſentandi Patroni donantis juſpatronatus non tranſit in Donatarium quoad factum, tranſit tamen in ipſum quoad juris effectum, & ab hoc allegari valet, etiamſi non præſentaverit. *Rot. in Florentina Canonicatus* 8. *Maji* 1705. §. *Fuit enim coram R.P.D.Lancetta*, *&* 2. *Julii* 1706. §. *Ratio decidendi*, *&* §. *Firmata coram Eminentiſs. Priolo*, *& in Sorana juriſpatronatus* 22. *Januar.* 1712. §. *Siquidem coram R.P.D. Falconerio.* Fortius in caſu præſenti, ubi cum hærede extraneo adeſt ille de familia, qui ſimul cum
5 ejuſdem hæredis Auctore in antecedentibus vacationibus præſentavit; quo caſu abſque dubio præfatus hæres dicitur eſſe in quaſi poſſeſſione præſentandi, ut tradit *Vivian. de jurepatr. par.*2. *lib.*5. *cap.*2. *n.*17. quem ſequuntur *Card. de Luc. eod. tract. diſc.*63. *num.* 37. *Piton. diſcept. Eccleſ.* 28. *num.*8. *Rot. in Salernitana juriſpatronatus* 11. *Martii* 1715. §. *Hac igitur coram R.P.D. Falconerio.*

Verùm hoc non obſtante cenſeo in præſentiarum non eſſe locum gratificationi,
6 ſed Epiſcopum teneri inſtituere Præſentatum ab eo de familia; Quoniam præſentatus à dicto hærede extraneo non eſt validè, nec legitimè præſentatus. Siquidem hæres illius de familia defuncti devenire non poterat ad præſentationem vigore poſſeſſionis ſui Auctoris, cùm hujuſmodi poſſeſſio ad ipſum tranſmiſſibilis non ſit, nec ei ullum jus dari valeat ad effectum præſentandi; Ratio eſt, quia eadem poſſeſſio non eſt ſimplex, ſed qualificata, & veſtita qualitate gentilitia familiari, cùm tam ipſe Auctor, quàm ſuperſtes, & eorum anteceſſores in omnibus vacationibus Beneficii præſentarunt cum qualitate familiari, ſeu utì de familia A; Unde hæres præfati defuncti extraneus, & non habens qualitatem ſanguinis, & de familia, allegare non poteſt ad effectum præſentandi dictam poſſeſſionem, neque hæc ei ſuffragari valet, ſed remanſit extincta unà cum eo de familia defuncto; vel conſolidata in altero de familia ſuperſtite, eodem modo quo ipſum met juſpatronatus gentilitium familiare, defuncto uno de familia, non tranſit in hujus hære-

dem extraneum, sed consolidatum remanet in superstite de eadem familia, juxta *Rot. decis.217. num.18. coram Bich. & decis.200. num.4. & seq. par.6. rec.*, & alias auctoritates superiùs *Can.I.&II.Cas.XVII. num.6.* relatas. Et ita in terminis resolutum fuit à Sac. Rota *in Casertana Beneficii* 27. *Martii* 1715. §. *Quo verò cum seq. coram Eminentiss. Scotto, &* 15. *Junii* 1716. §. *Si verò coram R. P. D. Althann* inferiùs impress.

7 Hinc patet responsio ad ea, quæ in contrarium objiciebantur; Etenim quòd possessio præsentandi Antecessoris transeat in successorem quoad juris effectum, & quòd vigore illius præsentatus à successore institui possit ab Ordinario, procedit in possessione juris præsentandi hæreditarii, vel juris præsentandi gentilitii linealis, quod in ultimo de familia fit hæreditarium, & non accrescit alteri lineæ, ut dixi *Can. I. & II. d.Cas.XVII.* non verò militat in possessione juris præsentandi gentilitii familiaris.

R.P.D. FALCONERIO.

Salernitana Juris patronatus.

Lunæ 11. *Martii* 1715.

PEndente lite coram Ordinario super institutione ad Beneficia S. Mariæ à Viro, S. Martiani, & S. Petri ad Siglia Terræ Giphonis de Jure patronatus Laicorum inter Aloysium præsentatum à Marchione Xaverio Gargano ejus fratre, & Josepho de Puteo, atque Nicolaum præsentatum ab Amadeo, Dominico, Jacobo, & Joanne Gallo; sub clypeo antiquæ litis super pertinentia dicti Juris patronatus vertentis in Sac. Rota coram bon. mem. Rondinino, obtinuit Nicolaus literas Apostolicas cum derogatione Juris patronatus in totum, attenta lite, & illarum vigore in possessione dictorum Beneficiorum se intrusit: Ast deinde ex integro commissa Causa à Signatura Justitiæ R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore; eaque discussa die 26. Februarii 1714., sub Dubio -- *An literæ Apostolicæ sint exequendæ, vel potius an, & cui sit danda institutio*, pro Aloysio informante fuit capta resolutio, ac successivè sententia Rotalis promulgata, quam hodie, contradicente Nicolao, in gradu appellationis Domini confirmarunt.

8 Latè enim patet vitium subreptionis, sub quo dictæ literæ Apostolicæ fuerunt expiscatæ, dum Pontifici non fuit narratum, Patronos ante motam litem in Petitorio fuisse in quasi possessione præsentandi, & signanter in tribus statibus ab Ordinario canonizatis de anno 1647., 1657., & 1658., ac in præsenti statu præsentasse d. Aloysium, quod equidem si Pontifici fuisset expositum, Gratiam derogatoriam Juris patronatus in totum ob pendentiam litis in petitorio, non concessisset, ut optimè firmat dicta decisio præcedentis instantiæ §. *Siquidem*, & ultra ibi allegatos probat, *Lotter. de re benefic. lib.2. qu.20. nu.53.*, *Modern. Roman. discept. Eccles.4. sub nu.54.*, *& seq. Rota coram san. me. Alexandro VIII. decis.263. num.18.* Et ratio principalis est, quod pendente lite in petitorio, & existentibus Patronis in quasi possessione præsentandi, nè commodo eorum possessionis, lite pendente, priventur, debent in dicta possessione manuteneri, & Ordinarius tenetur præsentatum ab eis instituere, *Lancellot. de attent. par.2. cap.4. de attent. lit. penden. in præfat. à nu.642. usque ad n.650.*, *Lotter. de re benef. lib.2. qu.20. n.19.*, *Murga de benef. qu.3. n.224. Garz. de benefic. par.5. cap.6. nu.22.*, *Lagun. de fruct. par.1. cap.31. §.2. num.120. Castropal. oper. moral. tract.13. de benefic. disput.2. punct.28. num.3. Rota in Januen. Abbatiæ* 27. *Junii* 1707. §. *Non relevante & §. final. coram Rmo D. meo Molines Decano*, & firmat *præcedens decisio §. Defectus*.

Pontificia siquidem Elargitio, nunquam intendit juribus tertii præjudicare, ideoque in suis gratiis apponere solet clausulam -- *Dummodo non sit alteri jus quæsitum*, ut in his terminis *Modern. Roman. discept. Ecclesiastic. 28. sub num. 13. vers. quod si fuisset*, cujus vigore præservatur jus quæsitum ex præsentatione, quamvis non fuerit sequuta institutio, plenè *Rosa de Execut. Liter. Apost. cap.4. num.112.*, & conveniunt firmata *à Rota coram Emerix. jun. dec.1247. sub num.3.* Propterea tunc tantum derogatur in totum Juripatronatus, quando Patroni impediuntur præsentare propter litem, cum

cum tunc non ſolùm nemini inferatur injuria, ut ait, *Lotter. de re benefic. lib.2. qu.8. n.100. Rota in Romana Cappellaniæ 25. Novembris 1707. §.Objecto cor.R.P.D. meo Scotto Almæ Vrbis Gubernatore*, ſed etiam occurratur periculo diutinæ Vacationis Beneficiorum, quatenus foret expectandus exitus litis pro habendis ceteris Patronis, ut conclùdit dicta præcedens deciſio *coram R.P D. meo Scotto ſub §. Siquidem, & in Romana Cappellaniæ 4. Februarii 1708. §. Quin ſuffragetur coram eodem*.

9 Pro conſtanti admittebantur à partibus hujuſmodi propoſitio; Sed contendebantur à ſcribentibus pro Nicolao, eam nequire ſibi locum vindicare in hypotheſi, ex quo Patronus, qui Aloyſium præſentavit, non erat in poſſeſſione præſentandi ex propria perſona, ſed ex perſona patris, quæ inefficax reputatur in hac facti ſpecie, cùm ad effectum irrogandi præjudicium gratiæ derogatoriæ Juriſpatronatus in totum, attenta lite, non ſufficiat ſola poſſeſſio juris; Sed requiratur illa facti, cujus tantummodo vigore competit Patrono manutentio, *Modern. Roman. diſcept. Eccleſ. 28. num.8., Rota in Januen. juriſpatronatus 17. Martii 1603. coram Litta penès Marcheſan. de Commiſſ. par.2. num.4. fol.518., coram Priolo dec.136. nu.19., & poſt Vivian. de jurepatronat. deciſ.43. nu.16.* Et hac de cauſa poſſeſſio Auctoris non iuvat Succeſſori pro continuando actu præſentationis lite pendente ſuper petitorio: quia requiritur continuatio facti, quam Succeſſor non habet, idem *Modern. Roman. ubi ſupra num.8. in fine, & ſub num.13. poſt medium verſ. intellige, Rota in Vercellen. Canonicatus 30. Junii 1704. §.Etenim cor. bo. me. Caffarello*.

10 Et quamvis pro reſponſione fuerit ab altera parte præſuppoſitum pro veriori opinione in Sacra Rota inoleviſſe, quòd filio competat manutentio in jure præſentandi ex quaſi poſſeſſione patris, cum per additionem paternæ hæreditatis ſtatim filius acquirat poſſeſſionem omnium jurium apud patrem, dum erat in humanis, exiſtentium, ut poſt *Garz. de benefic. par.5. cap.3. num.37. & Poſth. de manut. obſerv.55.n.33.*, firmavit *Rota in Mediolanen. juriſpatronatus ſuper manutentione 15. Junii 1703. §.Fruſtrà cum ſeqq. coram R.P.D. meo Scotto Almæ Vrbis Gubernatore, in Mediolanen. Cappellaniæ 25. Aprilis 1704. §. Primo coram Rmo D. meo Molines Decano, in Florentina Canonicatus 8. Martii 1705. §. Fuit enim coram R. P. D. meo Lancetta, in Matheranen. Parochialis 11. Januarii 1712. §. Quod procedit coram me: & in Bononien. Beneficiorum de Caſtello ſuper executione literarum 12. Decembris 1712. §. finali coram R. P. D. meo Criſpo*.

11 Nihilominus ad terminorum dilucidationem non abs re erit præmittere illam genericam propoſitionem, quòd in hac materia Juriſpatronatus, quaſi poſſeſſio præſentandi Auctoris, non tranſeat in filium hæredem, ſive ſucceſſorem univerſalem, vel particularem ſine nova apprehenſione, hoc eſt ſinè novo uſu, & exercitio juris præſentandi, etiamſi extet Statutum de continuanda poſſeſſione defuncti in hæredem, & non obſtante ſuitate, *Lotter. de re benefic. lib.2. qu.11. num.115. cum duobus ſeqq., Vivian de jurepatronatus par. 2. lib. 5. cap.2. num.16. Poſth. de manuten. obſervat.55. num.33.. Modern. Roman. diſcept. Eccleſ.27. num.8. Rota coram Gregor. deciſ. 222. num.6.,& ſeq. ubi Adden. num.12.,& deciſ.417. n.7. & ſeq., ubi pariter Adden. num.14. coram Pœnia dec.1022. num.3., coram Duran. deciſ.62. num.21, & ſeq. coram Coccin. deciſ.464. à num.3. ad 6., coram Ubald. deciſ.542. num.7. & in recent. dec.260. n.3., & deciſ.337. ſub nu.3. par.2., & dec.374. n.23. par.11*.

12 Verùm, quia dicta propoſitio non eſt indiſtinctè ſumenda, ne in errore verſetur, ideo diſtinguere oportet poſſeſſionem facti à poſſeſſione, quoad effectum juris. Nam, etſi poſſeſſio Auctoris, quoad factum ad ſucceſſorem non tranſeat abſque nova apprehenſione, nec ei proſit pro obtinenda manutentione; tamen quoad effectum juris ſufficiens eſt, tam quoad probationem pertinentiæ, quam quoad jus præſentandi, & obtinendi inſtitutionem præſentati, *Lotter. de re benef. lib.2. qu.11. num.118., Modern. Roman. d. diſcept. Eccleſ. 28. nu.8., Rot. deciſ.73. nu.35., & deciſ.374. n.24. par.11. recen. cum aliis relatis in Aretina Beneficii 23. Aprilis 1703. §. Quamobrem cor. R.P.D. meo*

meo Ansaldo, ac in Mediolanen. Cappellaniæ 22. Junii 1703. §. Minusque relevat coram Eminentiss. D. meo Molines Decano; Quam quoque ad effectum, ut successor relevetur ab onere probandi descendentiam à primo Fundatore, eum sufficiat ostendere descendentiam ab illo, qui fuit in quasi possessione præsentandi, *Vivian. de jurepatronat. par. 2. lib. 11. cap. 5. n. 100., & 101., Lotter. ubi supra sub dicto nu. 118.* cum aliis adductis *à Rot. cor. Card. Celso dec. 31. n. 8.*

13 Et licèt *Posth. de manut. d. observat. 55. n. 33. post medium cum duobus seqq.*, indistinctè defendat, quod in incorporalibus, & per consequens in quasi possessione præsentandi, & eligendi, possessio Auctoris transeat in successorem absque nova apprehensione, etiam ad effectum obtinendi manutentionem, quoad solùm præjudicium Compatronorum, non autem in præjudicium Ecclesiæ; Attamen hoc non provenit, ex quo factum quasi possessionis transeat in hæredes, vel successores; Sed quia ad eos transit jus exuberans ad finem, ut eorum præsentato concedatur institutio vigore *cap. consultationibus de jurepatr.* non obstante, quod sola dicta quasi possessio non suffragetur ad effectum canonizandi juspatronatus in petitorio contra Ecclesiam, vel Episcopum defendentes libertatem Beneficii, *Federic. de sen. cons. 111. sub n. 9. ad finem vers. sed Episcopus, Lotter. de re benefic. lib. 2. qu. 11. nu. 118., & 119., Rot. coram Coccin. decis. 921. per tot., & in Mediolanen. Prioratus 14. Februarii 1701. §. Quoniam, & seq. coram R. P. D. meo Scotto Almæ Vrbis Gubernatore, & in d. Aretina Beneficii 23. Aprilis 1703. §. Quamobrem coram R. P. D. meo Ansaldo*; Prout nec pariter sufficit, quando principaliter inter Compatronos contenditur de pertinentia jurispatronatus, etiam si ultimus status ex persona Auctoris satìs sit, quoties lis vertitur inter præsentatos incidenter ad effectum institutionis ad normam *dicti cap. consultationibus de jurepat. Adden. ad Gregor. decis. 77. num. 12., Rota coram Priolo decis. 114. num. 19., & coram Amat. Dunozzet. decis. 344. num. 3.*

14 Memorata autem quasi possessio efficax, quoad juris effectum contra alios Compatronos efficacior redditur; quando nullus ex Patronis reperitur in quasi possessione præsentandi ex propria persona, sed omnes innituntur possessioni eorum Auctorum, *Rota dec. 73. à num. 36. ad fin., & dec. 374. n. 25. par. 11. rec.*, & in his terminis procedunt resoluta *à Rota in dicta Matheranen. Parochialis 11. Januarii 1712. §. Quod procedit cor. me.*

15 Hac igitur enucleatione terminorum præmissa, etsi collabescere videatur propositio, quod non transeunte possessione Auctoris in hæredem, sive successorem quoad nudum factum, sufficiat illius transmissio quoad juris effectum; Nihilominus in nostra hypothesi, ex quo inter præsentantes aderat Joseph de Puteo, qui ex propria persona præsentaverat in duobus præcedentibus statibus annorum 1658., & 1673., & præsentavit etiam in hac ipsa vacatione; Sicuti dubitari nequit, eundem Josephum fuisse in quasi possessione præsentandi ex propria persona, & penès ipsum extitisse possessionem facti, cui præjudicari non valebat per d. gratiam derogatoriam; Ita pariter non erat datum præjudicium inferre aliis Compatronis innitentibus possessioni Auctorum, cùm omnes in isto casu, & ad istum effectum dicantur esse in quasi possessione præsentandi, ut limitando optimè probat, *Vivian. de jurepatronat. lib. 5. cap. 2. n. 17., Posth. de manut. observat. 55. sub nu. 33. vers. & hæc opinio, Modern. Roman. discept. Eccles. 28. sub n. 8. versic. ubi solùm limit.* Et ratio est, quia in Jurepatronatus ad plures eodem jure spectante, cum omnes eodem jure utantur, invicem jura communicantur, itaut (sepositio casu, quando quis præsentat animo spoliandi alios eorum possessione) ab uno præservetur jus, & possessio alterius *Innocent. in cap. querelam num. 3. de elect., Federic. de sen. cons. 102. sub num. 3., & sub. n. 5., Abbas cons. 54. sub n. 3. lib. 1., Rota dec. 525. per tot. par. 4. divers. coram Arguell. dec. 115. n. 8., & 9. cor. Priolo decis. 56. n. 25. in Alatrina jurispatronatus 7. Decembris 1705. §. Minus urget cor. R. P. D. meo Scotto Almæ Vrbis Gubernatore, & in Mediolanen. Beneficii 1. Aprilis 1707. §. 2. cor. R. P. D. meo Ansaldo, & in Sorana jurispatr. 22. Jan. 1712. §. Ita dictante coram me.*

Potio-

16 Potiorique ita exigente ratione; quia Xaverius non innititur unico tantum antecedenti Statuti favore Auctorum, ſed etiam aliis ſuum effectum ſortitis, mediantibus ſententiis inſtitutionum in Judicatum tranſactis, nempe de annis 1656. 1658. & 1673., ex quibus eruitur, quaſi poſſeſſionem præſentandi fuiſſe radicatam in ſua linea, ſive deſcendentia; Unde, cum clarè liquet Auctorem in duobus anterioribus ſtatibus annorum 1958. & 1673. præſentaſſe cum dicto Joſepho de Puteo, & per conſequens jus præſentandi ad plures pertinere, inde ſequitur, ut procul omni dubio poſſeſſio dicti Joſephi eodem jure venientis conſervet poſſeſſionem aliorum. *Abbas d. conſ. 54. ſub num. 3. à verſ. Nam ubicumque ad fin. lib. 1.* & in terminis *cap. Conſultationibus de jurepatr.* firmavit *Rota in Mediolanen. Prioratus 14. Februarii 1701. §. Quoniam coram R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernat., in Lucana Beneficii 21. Martii 1703. §. Quoniam coram bon. mem. Muto, in Aſten. Prioratus ſuper pertinentia 20. Januarii 1708. §. Minimè relevante coram R. P. D. meo Lancetta.*

17 Parum relevante, quòd ſuperiùs firmata non procedant, quoties interceſſit Judicis inhibitio, cujus vigore impediti remanent Patroni, nè valeant in præjudicium litis pendentiæ præſentare; Unde, cùm in citatione vigore Commiſſionis impetrata à bo. mem. Rondinino fuerit inſerta ſolita inhibitio, nè interim aliquid in Cauſa innovaretur; conſequens eſt præſentationes, pendente eadem lite, factas fuiſſe attentatas, & ineptas ad tribuendum jus validum præſentato pro obtinenda inſtitutione. *Rot. coram Bich. deciſ. 3. num. 8. & ſeq. cum allegatis*; Quoniam præfata inhibitio nil commune habet cum Judicio poſſeſſorio, uti reſpiciens litem ſuper ſola pertinentia; Ideoque ad hoc, ut Poſſeſſori præcludatur via, nè in ſua quaſi poſſeſſione præſentandi continuet, requiritur inhibitio ſpecialis ſuper ipſamet continuatione poſſeſſionis, aliàs pendente lite ſuper proprietate, fieri valet præſentatio, non obſtante Judicis inhibitione, *Mareſcott. var. reſol. lib. 1. cap. 55. num. 42.*, & 43. cum aliis relatis à *Modern. Roman. diſcept. Eccleſ. 28. n. 11. Rota coram Rembold. deciſ. 591. num. 24., ſeq., in Vercellen. Canonicatus 30. Junii 1704. §. Eoque fortius coram bo. me. Caſſarello, & in Januen. Abbatiæ 27. Junii 1707. §. Poſita, §. Non relevante, & §. fin. coram Reverendiſſimo D. meo Molines Decano.*

Eo minus reſiſtente, quòd hactenus firmata limitentur, quando clarè conſtat de proprietate, ſive ſaltèm illico, & incontinenti eadem proprietas dilucidari poteſt in excluſionem Præſentantium, *idem Modern. Roman. ubi ſupra num. 13. Rota coram Priolo deciſ. 136. num. 18.*, & *ſeq. coram Emerix jun. deciſ. 34. num. 18.*, & *19. & deciſ. 903. num. 4.* Quia dùbietas oriens ex pendentia litis in petitorio à
18 Nicolao in controverſiam deduci nequit, dum os ei claudit ipſamet gratia in ſui favorem obtenta cum derogatione Juriſpatronatus in totum ſub narrativa, quòd lis indeciſa pendebat in Sacra Rota, ut in puncto reſpondit, *Rota in Romana Cappellaniæ 24. Novembris 1607. §. Addito, & §. Nequaquam ſubſiſtente coram R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore.* Cætera verò reſpicientia petitorium, uti extranea ab hodierna quæſtione, conſultò fuerunt prætermiſſa, cùm ſufficere videantur expenſa in antecedenti deciſione §. *fin.*, ad quam Domini remiſſivè ſe habuerunt.

Et ita utraque &c.

R. P. D. CRISPO.

Salernitana Juriſpatronatus.

Lunæ 13. Januarii 1716.

PRævia narrativa antiquæ controverſiæ, quæ ſuper pertinentia Juriſpatronatus indeciſa in Sacra Rota verſabatur, literas Apoſtolicas cum derogatione juriſpatronatus in totum, attenta lite, obtinuit Nicolaus Gallo, cujus vigore in poſſeſſionem Beneficiorum S. Mariæ à Vico, S. Martiani, & S. Petri ad Siglia Terræ Gyphonis ſe intruſit; Verùm ex integro Cauſa in noſtro Auditorio Eminentiſſimo Domino Scotto delegata, prævia deciſione edita ſub die 26. *Februarii* 1714. Nicolao prædicto ſuarum literarum executio extitit denegata, ac reſpectivè Aloyſio inſtitutio conceſſa; Et re poſtmodum per appellationem ad R. P. D. meum Falconerium delata, ſolita præmiſſa deciſione,

ſub

sub die *nempè* 11. *Martii anni mox elapsi*, Sententia, prioris confirmatoria, emanavit; Adversùs quam iterum Nicolao reclamante, in ulteriori Causæ cognitione mihi commissa, dubium super confirmatione, vel infirmatione Rotalis sententiæ proposui, & in ejusdem Nicolai contumaciam affirmativum responsum super firmatione Rotalis Sententiæ accepi.

Provisionem siquidem Apostolicam Nicolao prædicto nullatenus favere posse constitit; Agitur quippe de Jurepatronatu Laicorum, super cujus pertinentia licèt judicialis penderet contentio, aderant tamèn Patroni, in quasi possessione præsentandi constituti, quive Aloysium nominaverant, quod utique per Nicolaum Papæ fuit reticitum, & ad effectum validitatis Gratiæ necessariò exprimi tenebatur, ex eo, quòd non aliter Sedes
19 Apostolica similes gratias derogatorias Juris patronatus in totum, attenta lite, solet elargiri, quam in casu, quo nullus ex Patronis in quasi possessione præsentandi existat, nec præsentasse reperiatur; Tunc enim periculo diutinæ vacationis Papa occurrens, nemini injuriam inferens in Beneficii provisione, ex Pastoralis Officii sollicitudine manus apponere assolet, *Rota in Pisana Prioratus* 11. *Aprilis* 1712. §. *Ast quoque coram R. P. D. meo Ansaldo*; E converso autem quando Patronos in quasi possessione præsentandi adesse comperitur, atque in effectu præsentasse constet, nulla tunc vrget ratio, ut ad Papam recurratur, cùm ob pendentiam litis in petitorio Patroni de jure impediti non dicantur, possessionem continuando, interim præsentare, ita quod Præsentatus institutionem ab Ordinario omnino debeat promereri, ut in his terminis explicant *Lancellott. de attent. par.* 2. *cap.* 4. *de attent. lite pendent. in præfat. à num.* 642. *ad* 650., *Lotter. de re Benef. lib.* 2. *qu.* 20. *num.* 19., *Murg. de Benef. quæst.* 3. *n.* 224. *Lagunez de fructib. cap.* 31. §. 2. *num.* 120. *Moder. Roman. discept. Ecclesiastic.* 4. *sub num.* 54. *& seqq.* & aliis pluribus congestis optimè firmat *Decisio hujus Causæ* 26. *Februarii* 1714. §. *Defectus, & duobus seqq. coram Eminentissimo Scotto, & altera diei* 11. *Martii* 1715. §. *Latè enim, & seq. coram R.P.D. Falconerio*.

Certa hæc regula à Doctoribus amplexa, in præsenti limitationem pati nequibit, ex quo Patronus, à quo præsentationem Aloysius reportavit, in possessione præsentandi non ex propria, sed ex persona patris existat, quod in materia juris patronatus satis esse minimè videatur, attento quod possessio Authoris in exercitio juris præsentandi sinè nova apprehensione, non obstante etiam suitate ad filium minimè transeat, juxta plenè congestos *in decis. R.P.D. Falconerii in* §. *Nihilominus* in objecto allegatos, quibus addi potest *Corrad. in prax. Benef. lib.* 4. *cap.* 4. *nu.* 17.
20 *& seqq.* Hæc siquidem propositio non ita absolutè procedit, sed cum ea distinctione venit recipienda, ut locum habeat respectu dumtaxat possessionis facti, quæ cùm ad sui essentiam actus positivos exigat, sinè novo itaque usu ad hæredem transire neutiquam valet: Hoc autem non impedit, ut si non quoad factum, saltèm quoad juris effectum hujusmodi possessio in successorem transmittatur, ad hoc, ut præsentatus ab eo institutionem rite possit obtinere, quemadmodum casum à casu secernendo, optimè ratiocinatur, & probat *decisio R.P.D. mei Falconerii* §. *Pro constanti, & tribus seqq.*, & ultra ibi cumulatos tradunt *Vivian. de jurepatr. lib.* 11. *cap.* 5. *num.* 100. *&* 101. *Rota in Mediolanen. Prioratus* 14. *Februarii* 1701. §. *Neque obstare, & duobus seqq. coram Eminentiss. Scotto, Derthonen. Beneficii S. Jacobi* 20. *Aprilis* 1708. §. 1. *in fin. coram Eminentiss. Polignac, Nolana Beneficii* 23. *Febr.* 1714. §. *Respectu coram me, Bononien. Beneficiorum de Castello super executione literarum Apostolicarum* 9. *Junii* 1713. §. *Absque eo quod coram R.P.D. meo Ansaldo, Placentina Parochialis* 22. *Martii* 1715. §. *Substulit in fine coram R.P.D. meo Cerro, Faventina Parochialis* 6. *Maji* 1715. *coram R. P. D. meo Lancetta*, & eo tantùm casu posse sio
21 Auctoris quoad beneficium juris hæredi suffragari non valeret, quando eadem alicui qualitati personali Auctoris cohæreret, quæ successori haud conveniret, ut explicant *Lagunez de fructib. par.* 1. *cap.* 31. §. 8. *nu.* 66. *Modern. Roman. discept. Eccles.* 28. *num.* 8. *in fin. Rota coram Merlin. decis.* 824. *num.* 8. *&* 9. & melius ad rem declaratum prodiit *in Casertana Beneficii* 27. *Martii* 1715. §. *Ratio autem coram Eminentiss. Scotto*.

Ve-

Verùm præter beneficium juris, & ipſa etiam facti poſſeſſio Xaverio Patrono, Aloyſium præſentanti favere dicitur ex
22 eo, quia inter ipſos Præſentantes adeſt Joſeph de Puteo, qui ex propria perſona tam in duabus antecedentibus vacationibus, quàm in hac poſtrema, nominavit; Unde ſicuti exiſtentia, & præſentatio præfati Joſephi aſsecutioni gratiæ derogatoriæ juriſpatronatus adverſabatur; pari modo gratia prædicta in præjudicium aliorum Compatronorum obtineri nequibat, qui iſto caſu innitentes poſſeſſioni eorum Auctorum in quaſi poſſeſſione præſentandi etiam de facto adeſſe cenſebantur, ex eo perſpicuo fundamento, quod in jurepatronatu pluribus Patronis eodem jure ſpectante, invicem beneficium poſſeſſionis communicatur, & per præſentationem unius factam abſque animo alios ſpoliandi de eorum poſſeſſione, alterius Patroni jus, & poſſeſſio præſervatur, ad bene firmata *in deciſione R.P.D. mei Falconerii* 11. *Martii* 1715. §. *Hac igitur*, & præter ibi adductos *Calderin. conſ.* 15. *de jurepatr.*, *Amayden. de ſtyl. Datariæ lib.* 1. *cap.* 15. §. 15. *nu.* 58. *Rota coram Puteo deciſ.* 298. *lib.* 1., *& in Faventina Parochialis* 6. *Maji* 1715. §. *Tertius Patronus coram R.P.D. meo Lancetta*; Eodem fermè modo, quo poſſeſſio naturalis ſi ab uno ex Condominis fuerit capta, eadem prodeſt etiam aliis in civili poſſeſſione conſortibus, *Rota in Romana, ſeu Tuſcanen. manutentionis* 21. *Junii* 1709. §. *Ab anno coram Reverendiſs. Molines, & 21. Februarii* 1710. §. *Prout coram me*.

23 Abſque eo quod hujuſmodi exercitium juris præſentandi præpeditum in præſenti dicatur per inhibitionem legalem, orientem ex pendentia litis coram bon. mem. Rondinino, atque virtualiter inſertam in citatione vigore commiſsionis coram eodem reportatæ, quæ de ſui natura operetur, ut præſentatio pendente lite expleta, utpote nulla, & attentata pro obtinenda inſtitutione nullatenus Præſentato ſuffragetur, juxta *Text. in cap.* 1. *& 2. ut lite pendent. in 6.*, quem in his terminis exornat *Rota in Romana Cappellaniæ* 25. *Novembris* 1707. §. *Præterea coram Eminentiſs. Scotto, & in Regien. juriſpatronatus* 16. *Januarii* 1708. §. *Atque hinc coram Reverendiſs. D. Molines*; Etenim memorata inhibitio cùm contineatur in commiſsione ſuper ſola pertinentia juriſpatronatus expedita, nec judicium poſſeſſorium comprehendat, ex illa utique aditus minimè præcluſus evaſit, nè poſſeſſor ſuam poſſeſſionem continuando, in contingentia novæ vacationis Beneficii validè poſſet præſentare, ad quem effectum inhibitio ſpecialis requirebatur, ex plenè congeſtis *in deciſione R.P.D. mei Falconerii* 11. *Martii* 1715. §. *Parum relevante*, & ad rem conferunt tradita *in Hipporegien. Parochialis* 21. *Junii* 1700. §. *Eſt certum coram Reverendiſs. Molines, & in Oſnaburgen. Canonicatus* 14. *Junii anni præteriti* §. *Haud relevante coram me*.

Fruſtrà autem pro irritanda validitate præſentationis, & reſpectivè denegandâ inſtitutione ad favorem Præſentati ad juriſpatronatus pertinentiam in contrarium recurri viſum fuit mediantibus juribus in præterita inſtantia occaſione expeditionis per Nicolaum adductis, ex quibus emergere contendebatur, quòd Juſpatronatus eſset merè familiare, in eoque propterea cùm nonniſi maſculi de familia poſsent venire, præſentatio facta à Xaverio Gargano nullius roboris redderetur; Quandoquidem Dominis arriſit reſponſio, quod ex litis pendentia in petitorio, & mediante gratia derogatoria juriſpatronatus in totum, ſub narrativa, quod lis indeciſa pendebat, os utique clauſum videbatur, nè poſset Nicolaus ipſius pertinentiam contra ultimum ſtatum allegare; Fortius quia juſpatronatus, de quo agitur, juxta antecedentes ſtatus ferè per centum annorum decurſum non in qualitate gentilitia, & familiari conſtitutum reperiebatur, ſed veluti hæreditarium; Vanum
24 ideo erat claram proprietatem contra poſſeſſorium objicere, dum per centenariam obſervantiam fundationis lex immutata etiam poſset cenſeri, & contraria qualitas juriſpatronatus induci; ex eo, quod centenaria tribuit meliorem titulum de Mundo, ut in terminis juriſpatronatus *Card. de Luc. de jurepatr. diſc.* 11. *num.* 10. *Rota in Majoricen. Beneficii* 9. *Martii* 1711. §. *final. coram bo.me. Caffarello, & in Placentina Parochialis* 22. *Martii* 1715. §. *Quandoquidem coram R.P.D. meo Cerro*.

Et ita altera tantùm &c.

R.P.D. SCOTTO.

Casertana Beneficii.

Mercurii 27. Martii 1715.

DEvoluta in gradu appellationis ad Sacrum Auditorium cognitione controversiæ subortæ inter duos, Angelum videlicet & Josephum præsentatos ad Beneficium, seu Cappellaniam S. Mariæ Magdalenæ in Ecclesia Parochiali S. Juliani Oppidi Martaniisi existentem de jurepatronatus laicorum præcedenter per sententiam institutionis Ordinarii favore Angeli definitæ DD. per me in hodierna audientia de more consulti-- *An,& cui sit danda institutio*--pro eodem Angelo tantùm informante responderunt.

Docuit enim Angelus de legitima præsentatione in sui personam facta à Magdalena, & Antonia, quæ cùm subsequuto effectu institutionis præsentaverant in ultimo statu anni 1679. Andream ultimum
25 possessorem defunctum, ac propterea cùm dictis mulieribus quæsita fuerit quasi possessio ex dicta præsentatione effectum sortita quantumvis unica *Garz. de benefic. par.5. cap.5. num. 59. Vivian. de jurepatr. lib.5. par.2. cap.4. num. 29. Rota in Firmana beneficiorum 11. Januarii 1715. §. Hoc autem coram R. P. D. meo Lancetta*; Hinc denegari non poterat institutio Angelo ab illis præsentato, quia in hoc judicio institutionis, quod est merè possessorium *Rota in Bononien. beneficiorum de Castello 12. Decembris 1712. §. Hæc sanè, & in Cassanen. Beneficii 27. Martii 1713. §. Major coram R. P. D. meo Crispo*, unicè attendi-
26 tur ultimus status, & quasi possessio, vigore cujus sicuti competit manutentio Patronis possidentibus, ita competit institutio Præsentato *in cap. consultationibus de jurepatr.*, & passim dixit *Rota in Sorana jurispatronatus super institutione 28. Januar. 1710. §. Non attenta coram me, & in d. Cassanen. beneficii 27. Martii 1713. §. Dubitari coram R.P.D. meo Crispo*.

Indebita verò è converso visa fuit institutio Josepho, quamvis enim fuerit per eum adducta propemodum falanges præsentationum, nihilominus nulla ex his poterat in consideratione haberi, earum enim qualitatem, & numerum segregantes DD. quoad præsentationes illorum de Stellatis, de Farro, & aliarum personarum, quæ neque ipse, neque illarum Auctores præsentaverant in dicto ultimo statu, non poterant suffragari in hoc judicio possessorio, in quo præsentatio tamquam fructus jurispatronatus pertinet dumtaxat ad possessorem, *Lotter. de re benef. lib.1. q.34. num.25. & in Astoricen. Parochialis 6. Februarii 1699. §. Actus coram*
27 *me*: Etiamsi constare posset de pertinentia patronali illorum, qui non sunt in possessione præsentandi, nisi etiam quæstio proprietatis apertè, & illico dirimatur ex illo triplici genere probationis, nempe re judicata, confessione Partis, vel publico Instrumento semper inspectio pertinentiæ rejicitur ad petitorium, cùm interim manutenendus sit novissimus possessor, *Rot. in Lucana beneficii 22. Februar. 1709. §. Quo verò coram R.P.D. meo Falconerio, & in dicta Cassanen. beneficii 27. Martii 1713. §. Dubitari coram R.P.D. meo Crispo, & in Firmana beneficiorum 11. Januarii prox. præteriti §. Neque dicatur coram R.P.D. meo Lancetta*.

Quo verò ad alias præsentationes reportatas à fœminis filiabus, & hæredibus Catharinæ, & Dianæ, quæ de facto præsentaverant in dicto ultimo statu, animadvertebant DD. quòd cùm superessent inhumanis prædictæ Magdalena, & Antonia compræsentantes in ultimo statu, & possidentes per se ipsas, non poterat compossessio aliarum fœminarum juvare filiabus, & hæredibus, nisi ubi, & quatenus altius assumpta indagine naturæ, & qualitatis jurispatronatus constiterit illud
28 non esse familiare, sed hæreditarium, si enim jurspatronatus esset familiare, extinctis fœminis existentibus de familia cum illis extincta remansit unà cum pertinentia patronali etiam possessio non transmissibilis ad filias, & hæredes; in jurepatronatu enim familiari, licèt admittantur primæ fœminæ de agnatione, & immediatè progenitæ à masculis, ex collectis per *Rot. in Mantuana beneficii 3. Junii 1689. §. Etenim coram bo.me. Ursino, & in Romana Cappellaniæ 25. Novembris 1705. §. Fundamenta cum seqq. coram R.P.D. meo Ansaldo*, neutiquam tamen admittuntur ulteriores descendentes ex eisdem fœminis, utpote existentes extra familiam, & de agnatione diversa, *Capon. discept. 263. art.4. num.40. tom.4. Rot. decis.162. nu.6.*

par.

par. 11. *& deciſ.* 679. *num.* 7. *par.* 18. præcipuè in præjudicium Magdalenæ, & Antoniæ, quæ ſolæ ſuperſunt de familia, & de facto poſſident, *Rot. in Firmana juriſpatronatus* 21. *Aprilis* 1704. §. *finali coram bo.me. Muto.*

Ratio autem à priori ea eſt, quia licèt poſſeſſio Auctoris, ſi non quoad factum, 29 ſaltèm quoad juris effectum tranſeat in ſucceſſorem, nihilominus neutiquam tranſit, nec ullo modo ſuffragatur ubi cohæret alicui qualitati perſonali Auctoris, ex qua oritur juris effectus, tunc enim hæres, & ſucceſſor, niſi doceat ſe habere qualitatem exiſtentem penès defunctum: puta, quòd ſit de familia, non poteſt gaudere quaſi poſſeſſione, quę quoad factum, & etiam juris effectum expiravit in defuncto, *Modern. Roman. diſcept. Eccleſ.* 28. *nu.* 8. *in fin. Rota coram Merlin. deciſ.* 824. *num.* 8. *& 9. & in Lucana beneficii* 21. *Martii* 1701. §. *Ea ratione, & §. Auctoritates coram bo.me. Muto.* Et habemus in durioribus terminis æquè poſſidentium, quòd poſſeſſio cum titulo præferatur alteri ſinè titulo; Unde eo minus ille, qui nullo titulo qualificatus eſt, & non poſſidet, ſed dumtaxat allegat poſſeſſionem alterius poteſt obtinere in præjudicium qualificati, & poſſidentis per ſe ipſum, ut proſequitur *Rota d. deciſ.* 824. *num.* 8. *& 9. coram Merlino, & in dicta Lucana beneficii* 21. *Martii* 1703. §. *Ea ratione coram bon. mem. Muto.*

Donec igitur diſcutiatur in petitorio, & abſolvatur quæſtio tituli, & qualitatis 30 juriſpatronatus, an ſcilicet ſit familiare, & non tranſmiſibile ad hæredes, vel potius hæreditarium, & tranſmiſibile, interim manutentio, & inſtitutio concedenda eſt ad formam ultimi ſtatus, & favore poſſidentium in illo, *Rota in dicta Bononien. beneficiorum de Caſtello* 12. *Decembris* 1712. §. *Abſque eo quod, & §. In hac igitur coram R.P.D. meo Criſpo, & in dicta Firmana beneficii* 11. *Januarii* 1715. §. *Neque dicatur coram R.P.D. meo Lancetta*; talis enim, ac tantus eſt favor poſſidentis, & privilegium judicii poſſeſſorii, ut quamdiu oriatur difficultas, vel minima ſuper incluſione, vel excluſione non poſſidentis, de facto poſſeſſor ſit manutenendus ad ſtatum, reſervato jure non poſſidentis in petitorio, *Rota in Mediolanen. beneficii* 11. *Aprilis* 1707. §. *Vel è converſo coram R.P.D. meo Anſaldo, & in Sorana juriſpatronatus ſuper manutentione* 27. *Januari.* 1710. §. *Et hinc fruſtrà coram me.*

Quæ quidem regula de per ſe in jure noſtro abſoluta, fortius etiam urgebat, & incaleſcebat in caſu concreto, in quo poſſeſsio Præſentantium in dicto ultimo ſtatu expreſsè, & de facto Comitem habebat, & imbibitam dictam qualitatem juriſpatronatus familiaris; unde eo magis donec in petitorio decidatur, an dicta qualitas concurrat, necnè, interim danda erat inſtitutio Angelo tamquam præſentato à fœminis poſſidentibus utì de fa- 31 milia in dicto ultimo ſtatu, rejectis cæteris, qui non ſunt de familia, & non poſſident, cùm ultimus ſtatus attendatur, nedum ad firmandam poſſeſſionem, ſed etiam ad arguendam naturam juriſpatronatus pro coloranda eadem poſſeſſione, *Rota deciſ.* 223. *num.* 14. *par.* 19. *deciſ.* 329. *num.* 4. *par.* 16. *& in Romana Cappellaniæ S. Nicolai* 28. *Junii* 1709. §. *Hæc itaque coram R.P.D. meo Anſaldo.*

Superlativè autem conſtitit poſſeſſionem fuiſſe in dicto ultimo ſtatu qualifica- 32 tam, ſiquidem nedum ipſemet Diana, & Catharina, à quo jus ſuum metiuntur illarum filiæ, & hæredes præſentantes Joſephum Contradictorem verbis non obſcuris præſentarunt *utì de familia Murrone*, & vigore Juriſpatronatus familiaris *Summario num.* 4., & 5. verùm etiam Ordinarius conceſſit inſtitutionem Andreæ præſentato ad Beneficium, ſeu Cappellaniam de Jurepatronatus *illorum de familia delli Morroni*, adeout cùm partes ipſæ fecerint præſentationem qualificatam, & Judex eamdem qualitatem canonizaverit, dubium non eſt, quin poſſeſſio remanſerit etiam qualificata, & firmatus ſtatus, *Rota deciſ.* 220. *num.* 9., & 10. *par.* 11., & *in Mediolanen. Prioratus ſuper qualitate agnatitia* 18. *Junii* 1703. §. *Omnem coram me.*

Superaccedente ulterius non una, ſed duplici confeſſione ipſius Joſephi, qui 33 etiam in eodem ultimo ſtatu fuerat Contradictor, altera nempe tacita reſultante ex productione præſentationum imbibitam habentium dictam qualitatem familiarem, quam ideo approbaſſe cenſetur, nec valet amplius impugnare, *Rot. in Hyp-*

poregien. Beneficii 11. *Februarii* 1704. §. *Dictorum*, *& in dicta Mediolanen. Prioratus super qualitate agnatitia* 18. *Junii* 1703. §. *Comprobata coram me*. Maximè post emanatam sententiam institutionis Andreæ ad exclusionem ipsius Josephi in auctoritatem rei judicatæ transactam, per quam præclusa remanet via intervertendi firmata in dicta sententia, nisi prævio Beneficio restitutionis in integrum, *Rota in Tuden. Parochialis* 9. *Junii* 1700. §. *Siquidem coram Rmo Conchen.*, *& in Pennen. Beneficii super pertinentia* 17. *Martii* 1710. §. *Ultra quod coram R.P.D. meo Aldrovando*, & altera expressa confessione, & quidem judiciali, emissa in articulis datis ad probandam præcisè qualitatem familiarem, cui jus nostrum non finit posse contravenire *Rota in Comen. Cappellaniæ* 31. *Martii* 1702. §. *Ex his coram Eminentissimo de la Tremoille*, *& in dicta Romana Cappellaniæ S. Nicolai* 28. *Junii* 1709. §. *Ad rem itaque coram R.P. D. meo Ansaldo*.

Quibus ita se habentibus, superfluum imò incongruum existimarunt DD. in isto judicio possessorio altiùs aggredi examen an verè controversum Juspatronatus sit familiare, nec nè, altiorem hanc indaginem ad petitorium rejicientes, licet per Defensores Angeli mordicus inculcaretur, quod per lapsum centenariæ numquam præsentaverint, neque extranei; neque filii fœminarum, sed solùm ipsæ fœminæ Agnatæ præsentantes in capita, & non in stirpes, ex quibus omnibus concludi qualitatem familiarem, alias dixit, *Rota in dicta Firmana juris patronatus* 21. *Aprilis* 1704. §. *Quinta*, *& seqq. coram bo. me. Muto*.

Dilationi propterea petitæ pro parte Josephi ex motivo, quod non fuerint integre transportata acta, signanter facta in præcedentibus antiquis institutionibus, quoniam cum jam à pluribus mensibus post subscriptionem dubii fuerit quampluribus intimationibus lacessitus, visum fuit ex illius contumacia non esse retardandum justitiæ complementum Angelo, cui sufficit transportasse processum compilatum in prima instantia, & intitulatum ab ipso Cancellario, quod sit copia omnium, & singulorum actorum, quo stante transportatio dicitur integra, donec conrrarium probetur *Cardinal. de Luca de judic. disc.* 37. *num.* 45.

Et ita altera tantum &c.

R. P. D. ALTHANN.

Casertana Beneficii.

Lunæ 15. *Junii* 1716.

GEminis non attentis sententiis, altera nimirum proprii Ordinarii, postrema verò nostri Sac. Tribunalis, prævia decisione sub die 27. Martii 1715. coram Eminentissimo Scotto, tunc ibi meritò jus dicente, emanata, quibus hilari animo nitebatur Angelus de Letitia præsentatus ad simplex Beneficium, seu Cappellaniam S. Mariæ Magdalenæ in Ecclesia Oppidi Marraniſii existentem veluti sibi propitiis in pronuntiata sui institutione ad exclusionem Josephi Farri alterius compræsentati, curavit iste causam ulterioris appellationis mihi committi, atque ad illius etiam tramites in hodierna audientia proponi consuetum dubium, sed non dissimili fato audivit responsum -- *Sententiam Rotalem esse confirmandam*.

Ita equidem apertè præscribente non minus validitate hactenus non oppugnata inter partes, quàm justitia, quibus fulciebat eadem Rotalis sententia pro institutione ejusdem Angeli, tamquam præsentati ab Antonia, & Magdalena fœminis Agnatis, utrisque unicè superstitibus de familia Morroni, quæ reperitur in quasi possessione præsentandi, & cum effectu, utì tales ipsæ præsentarunt in ultimo statu anni 1679., ac institutionem obtinuerunt in personam Andreæ de Letitia earum præsentati, atque ultimi Cap-
34 pellani, per cujus obitum contingit vacatio ejusdem Beneficii, cum in hujusmodi possessorio judicio ille sit instituendus qui præsentatus ostenditur per personam juxta ultimum statum in quasi possessione præsentandi existentem, ut sunt *Text. aperti in cap. querelam* 24. *de elect. cap. cum Ecclesia Sutrina* §. *Nos igitur de caus. posses.*, *& propriet.*, & præcipuè *in cap. consultationibus de jurepatr.*, & ultra adductos *in decis. hujus causæ* §. *Docuit coram Eminentissimo Scotto* continuò respondit *ead. Rot. in decis.* 82. *n.* 2. *par.* 19. *rec. in Novarien. Beneficiorum* 26. *Novembris* 1703. §. *Fundamentum coram Eminentissimo*

mo Scotto, in Comen. Archipresbyteratus 1715. §. *Contra coram R.P.D. meo Falconerio, in Mediolanen. Beneficii* 7. *Junii* 1715. §. *Militat coram R.P.D. meo Criſpo in Faventina Parochialis* 6. *Maii* 1714. §. *Alter enim coram R.P.D. meo Lancetta in Piſtorien. Beneficii* 27. *Martii* 1716. §. *Cum enim coram R.P.D. meo Cerro*.

Quin in contrarium urgere valeat, quod Joſephus tamquam præſentatus à majori parte Patronorum exiſtentium in quaſi poſſeſſione præſentandi, ſeu deſcendentium ab aliis, qui in antecedenti vacatione præſentarunt, eſſet inſtituendus ad excluſionem Angeli duas tantùm voces ad ſui favorem numerantis juxta diſpoſitionem *Text. in cap. quoniam* 3. *de jurepatr. ibique Fagnan. num.* 1., *& Rota in Faventina Beneficii* 3. *Julii* 1702. §. *Pluralitas coram Rmo Molines Decano, & in Mediolanen. Cappellaniæ* 23. *Martii* 1703. §. *final. coram eodem*; Etenim licet Joſeph plures adduxerit præſentationes,
35 verumtamen illæ ſingillatim perpenſæ inefficaces protinus detegebantur ad impediendam decretam inſtitutionem, quia ſi agitur de præſentationibus reportatis ab illis de Stellatis, de Farro, & aliis aſſertis Patronis, & iſtæ in nulla conſideratione haberi poterant ex eo, quod, nec ipſi, nec eorum Auctores præſentarunt in prædicto ultimo ſtatu, quando alias in hoc inſtitutionis judicio non proprietas, ſed poſſeſſio unicè attenditur, adeout ad hunc effectum illi tantùm dicantur Patroni, qui in ultima quaſi poſſeſſione præſentandi reperiuntur per *Text. in cap. cum Eccleſia Sutrina de cauſ. poſſeſſ., & propriet. cap. conſultationibus de jurepatr.*, & ultra adductos *in deciſ. hujus cauſæ* §. *Indebita coram Emo Scotto*, in præciſis terminis dictum fuit *in Mediolanen. juriſpatronatus ſuper manutentione* 15. *Junii* 1703. §. *fin. coram eodem, in Comen. juriſpatronatus* 15. *Martii* 1715. §. *fin. & in Placentina Parochialis* 22. *Martii ejuſdem anni* §. *Prætermiſſa coram R.P.D. meo Cerro, in Mediolanen. Beneficii* 7. *Junii* 1715. *ſub* §. *Militat coram R.P.D. meo Criſpo, & in Bituntina Beneficiorum* 13. *Martii proximi* §. *Juſtificatio coram eodem*.

Si verò res eſt de reliquis aliis præſentationibus, quas idem Joſeph reportavit ab hæredibus, & filiabus Catharinæ, &
36 Dianæ, quæ præſentarunt in dicto ultimo ſtatu, hæ profectò nullum obicem præſtare videbantur, agitur enim de Jurepatronatus familiari, in quo etiamſi in defectum maſculorum admittendæ ſint fœminæ Agnatæ, & immediatè deſcendentes ex maſculis, id tamen certè porrigi nequit ad deſcendentes ex eiſdem fœminis, ut in puncto reſpondit *Rot. dec.* 679. *num.* 7. *par.* 18. *recent. in dicta Comen. Cappellaniæ* 31. *Martii* 1702. §. *Non obſtat coram Eminentiſſimo de la Tremoille, & in Romana Cappellaniæ* 25. *Novembris* 1705. §. *Fundamenta coram R.P.D. meo Anſaldo*, ac proinde cum Catharina, & Diana in dicto ultimo ſtatu præſentaverint, tamquam Agnatæ de prædicta familia Morroni, earum quaſi poſſeſſio præſentandi
37 haud quaquam favere valet filiabus, & hæredibus hac qualitate agnatitia, & familiari prorſus deſtitutis ex animadverſis per *Capon. diſcept.* 263. *art.* 4. *nu.* 40. *to.* 4. *Lagunez de fruct. part.* 1. *cap.* 31. §. 8. *n.* 66. *Rot. deciſ.* 162. *num.* 6. *par.* 11. *recen.* alioſque relatos *in deciſ. hujus Cauſæ* §. *Quo verò coram Eminentiſſimo Scotto, & in Salernitana juriſpatronatus* 13. *Jan. proximè præteriti* §. *Certa hæc regula coram R.P.D. meo Criſpo*; præſertim in præjudicium Magdalenæ, & Antoniæ unicè ſuperſtitum de eadem familia, & de facto poſſidentium, prout monet *Rot. in dicta Firmana juriſpatronatus* 21. *Aprilis* 1704. §. *final. coram bon. mem. Muto relat. in deciſ. hujus Cauſæ* §. *Quo verò in fine coram Eminentiſſimo Scotto*.

38 Non refragante reſponſione, quòd controverſum Juſpatronatus; ex quo de ejus fundatione non conſtet, juxta præſumptionem juris potius hæreditarium, quam familiare dici queat, ut ait *Text. in Clem. plures de jurepatr.*, & ita quaſi poſſeſſio Auctorum ſuffragari quoque debeat ſucceſſoribus ad effectum de quo agitur. Quoniam id non procedit quando, ut in caſu res proponitur in hujuſmodi Judicio poſſeſſorio, in quo cùm ultimus ſtatus appareat qualificatus, utpote quia præſentationes tunc emiſſæ per fœminas agnatas leguntur factæ cum expreſſa qualitate familiari ibi -- *Ipſis utì de familia Morroni ſpectare jus præſentandi &c. Summ. Angeli num.* 5. *&* 6. & ſic non alia ratione ad ipſas ſpectans juſpatronatus, niſi quia erat de fami-

familia, prout ostendit illa dictio -- *uti* -- qualificativa personæ quemadmodum firmavit; *Rota in Mediolanen. præposituræ 3. Martii 1704. §. Et sanè coram R. P. D. Ansaldo, & 23. Jan. 1705. §. Suadetque, & §. Omnemque coram Reverendissimo Molines Decano*, opus non est inspectionem assumere; An scilicet juspatronatus sit, vel præsumatur gentilitium, seu hæreditarium, itaut quasi possessio Auctoris saltem quoad factum, & juris effectum transeat ad successorem, sed satis esse videtur, quòd præsentantes Josephum tali qualitate non polleant, ad hoc ut illa tamquam altiorem indaginem involvens ad suum Judicium petitorium remittatur, manutentionem tamen interim concedendo fœminis agnatis, quæ supersunt ad formam nimirum ultimi status qualificati in quasi possessione præsentandi, & ad statum qualitatis familiaris in quo reperiuntur, ut ultra relatos *in decis. hujus Causæ §. Donec coram Eminentissimo Scotto*, advertunt *Vivian. de jurepat. par. 2. lib. 11. cap. 7. num. 27. Palm. nepos allegat. 160. num. 20. & Rot. in Placentina Parochialis 22. Martii 1715. §. Quare, & in §. In conspectu coram R. P. D. meo Cerro, & in Firmana Beneficii 11. Jan. 1715. §. Neque dicatur coram R. P. meo Lancetta*, & ratio est evi-
39 dens, quia ultimus status attenditur non tantùm ad firmandam possessionem, sed etiam ad arguendam naturam Jurispatronatus pro coloranda eadem possessione ex deductis per *Rot. decis. 223. nu. 14. par. 19. recent. & in Romana Cappellaniæ S. Nicolai 28. Junii 1709. §. Hæc itaque coram R. P. D. meo Ansaldo relat. in decis. hujus Causæ §. Quæ quidem coram Eminentissimo Scotto*.

40 Eoque firmius etiam reddebatur in præsenti hypotesi hujusmodi assumptum, ex quo erga eumdem ultimum statum faustè militabant geminæ, & quidem præstantissimæ facti comprobationes, altera nempe emergebat ex Ordinarii sententia illo tempore emanata super institutione præsentati per fœminas de familia, in qua cùm Ordinarius pariter ad exclusionem ipsiusmet Josephi nunc oppositoris concesserit institutionem Andreæ, tunc ab illis præsentato per hæc verba -- *de, & super institutione simplicis Beneficii, seu Cappellaniæ &c. de jurepatronatus illorum de familia Morroni &c. pronunciamus Andream uti præsentatum à Diana, Angela, Alexandra &c. fore, & esse instituendum in supradicto Beneficio simplici &c. de jurepatronatus delli Morroni* -- manifestum exinde evadit tale juspatronatus declaratum fuisse pro familiari, ideoque si fœminæ, & signanter illæ, à quibus causam habent præsentantes, Josephum præsentarunt, utì ad juspatronatus familiare, & Judex etiam pronunciando eamdem qualitatem familiarem statuit, non solùm validior undique fit ultimus hìc status pro ipsa qualitate familiari, veluti firmatus per sententiam in Judicatum transactam, ut inquit *Rot. in decis. 492. num. 3., & 5. part. 3. recent. decis. 41. num. 12. post Vivian. de jurepat. in Mediolanen. Prioratus super qualitate Agnatitia 18. Junii 1703. §. Omnem denique coram Eminentissimo Scotto, in Faventina Beneficii 11. Decembris 1702. §. Et ex his coram clar. mem. Card. Caprara*, latiùs *in dicta Firmana jurispatronatus 21. Aprilis 1704. impress. penes modern. Asculan. decis. florent. 45. §. 1. num. 24. & seqq. in Romana Cappellaniæ S. Nicolai 28. Junii 1709. §. Quid ultra coram R. P. D. Ansaldo, & in Astoricen. Parochialis 8. Junii currentis §. Eoque certius, & §. final. cor. R. P. D. meo Foscaro*; sed etiam omnes aditus eidem Josepho præclusi prorsus remanebant ampliùs impugnandi in hoc Judicio qualitatem illam familiarem à se tunc approbatam mediante acceptatione, & productione coram Judice dictarum præsentationum cum eadem qualitate in sui personam à fœminis Agnatis factarum, & admissam, ac Canonizatam per sententiam, quæ contra ipsum promulgata extitit, atque in Judicatum insuper transitum fecit non obtenta prius adversùs eam restitutionem in integrum, ut de prima conclusione tradunt *Card. de Luc. de jurepatr. disc. 22. num. 7. & Rot. coram Zarat. decis. 2. num. 9., & 11. num. 16. in dicta Faventina Beneficii 11. Decembris 1702. §. Habetur, & §. Et multo magis coram clar. mem. Card. Caprara in dicta Mediolanen. Prioratus super qualitate Agnatitia 18. Junii 1703. §. Comprobata coram Eminentissimo Scotto in Ipporegien. Beneficii 11. Feb. 1704. §. Dictorumque coram bon. mem. Muto in dicta Firmana jurispatr. 21. Aprilis ejusdem anni coram eodem ut supra impress.*

preſs. penès moder. Aſculan. deciſ. florent. 45. §. 1. *num.* 26. *& ſeqq. & §.* 2. *num.* 19. *& in aliis relatis in deciſ. hujus Cauſæ §. Super accedente coram Eminentiſſimo Scotto*, & de ſecunda advertit *Rot. in Tuden. Parochialis* 9. *Junii* 1700. §. *Siquidem coram Reverendiſſimo dell'Olmo, in Pennen. Beneficii ſuper pertinentia* 17. *Maji* 1700. §. *Ultra quod coram R.P.D. meo Aldrovando relat. in deciſ. hujus Cauſæ dicto §. Super accedente coram Eminentiſſimo Scotto.*

Altera autem ex ejuſdem Joſephi Judiciali confeſſione eruebatur, ipſe enim
41 cùm in Judicio tunc habito contra Andream compræſentatum dederit articulos ad probandam qualitatem familiarem, ut in *dicto Summ. Angeli num.* 8. & examinati deſuper Teſtes ad ejus inſtantiam hoc ipſum depoſuerint, non videtur quo jure eadem Judicialis Confeſſio hodie per ipſum impugnari valeat controvertendo illum ultimum ſtatum à ſua confeſſione comprobatum; quando alias non revocatur in dubium, quòd concurrentibus tribus his circumſtantiis, videlicet declaratione fœminarum, quæ præſentarunt, uti in Jurepatronatu familiari, confeſſione collitigantis cum probatione, ſeu examine Teſtium, & ſententia in judicatum tranſacta adverſus etiam quoſcumque alios illa apta eſſet ſtatum firmare, ut animadvertunt *Peregrin. conſ.* 33. *num.* 18., *& ſeqq. lib.* 1. *modern. Aſculan. dec. florent.* 45. *num.* 11., *& ſeqq.*, *& Rot. in dicta Comen. Cappellaniæ* 31. *Martii* 1702. §. *Et his quoque coram Eminentiſſimo de la Tremoille in dicta Firmana juriſpatr. impreſſ. penès eumdem modern. Aſculan. dicta deciſione florent.* 45. §. 1. *num.* 8. *& ſeq. & in dicta Romana Cappellaniæ S. Nicolai* 28. *Junii* 1709. §. *Ad rem itaque coram R.P.D. meo Anſaldo.*

42 Abſque eo quod eadem qualitas familiaris ita firmiter comprobata everti valeat eo ſub prætextu, quòd in prædicto ultimo ſtatu anni 1679. præſentationes factæ fuerint cum qualitate hæreditaria, quodque illa etiam articulata fuerit ab Andrea tunc inſtituto; Etenim præter quamquod non videbatur ſubſiſtere in facto Andream articulaſſe qualitatem hæreditariam, ſimulque præſentationes relatæ in *Summ. Joſephi num.* 6. habentes enunciativam qualitatis hæreditariæ ſunt illæ, quæ emanarunt in favorem ejuſdem Joſephi tunc etiam præſentati, & per ſententiam Ordinarii rejecti in concurſu Andreæ, per cujus obitum vacavit Beneficium, ac proinde præſentationes factæ in perſonam Andreæ præferentes qualitatem familiarem, non autem illæ, quæ remanſerunt ineffectuatæ ſunt attendendæ, ut dixit *Rot. deciſ.* 220. *nu.* 22. *par.* 11. *deciſ.* 6. *num.* 9. *par.* 19. *recen.*, *& in Majoricen. Beneficii* 28. *Novembris* 1704. §. *Hanc autem coram bo. me. Muto*, ſemper valida oſtendebatur reſponſio ex eo deſumpta, quòd ſi quaſi poſſeſſio præſentandi acquiritur in ultimo ſtatu ex illis præſentationibus ab Ordinario approbatis cum qualitate per eum expreſſa in ſua ſententia, utique dum Ordinarius in ea nulla facta mentione de qualitate hæreditaria fœminarum, ſeu de portione, aut quota, dumtaxat expreſſit qualitatem familiarem tam juriſpatronatus, quàm Patronorum, dubium eſſe nequit, quod quaſi poſſeſſio acquiſita fuerit, ac ultimus ſtatus firmatus remanſerit pro qualitate familiari, & ſecundùm illum in hodierno judicio poſſeſſorio ſit procedendum, remiſſa ulteriori indagine ad ſuum judicium petitorium, ex ponderatis per *Rot. in dicta Hipporegien. beneficii* 11. *Februarii* 1704. *coram bo. mem. Muto impreſſ. penès Modern. Aſculan. dicta deciſ. Floren.* 45. §. 2. *nu.* 7. *in Sorana juriſpatronatus ſuper manutentione* 27. *Junii* 1710. §. *Et hinc fruſtra coram Eminentiſſ. Scotto*, & in aliis relatis in deciſ. hujus Cauſæ §. *Donec*, *& §. Quibus coram eodem.*

Cæterùm etiamſi extra terminos meri poſſeſſorii tale negotium peragendum foret, adhuc inſtitutio debita eſſet Angelo, quia ſtante ultimo ſtatu pro qualitate familiari, cùm adverſùs illum refragari nequeant, niſi tria illa probationis genera per Doctores taxativè requiſita; Confeſſio nempe Partis undique clara, res judicata ſuper ipſa proprietate, & publicum Inſtrumentum fundationis, cui nihil opponi poſſit, per ea, quæ poſt *Theoricam Panormitan. in d. cap. Conſultationibus n.* 9. *verſic. quod ego intelligerem de jurepatron.* dixit *Rota in Mediolanen. Cappellaniæ* 23. *Martii* 1703. §. *Conſtabilitis coram Reverendiſſ. Molines Dec. & in Bituntina Beneficiorum* 13. *Martii proximè præteriti §. Sed*

in

in universum in fin. coram R.P.D. meo Cri-
43 *spo*. In illorum equidem numero adscribi minimè valet sola juris præsumptio, & revera licèt juxta illam non docto de contrario per Instrumentum fundationis juspatronatus præsumatur hæreditarium, attamen quando agitur, prout in casu, de jurepatronatus pervetusto, de cujus initio, & fundatione non constat, ex hujusmodi antiquitate non modò cessat illa præsumptio, quod sit hæreditarium, ad normam *dicti Text. in Clement. Plures de jurepatr.* sed etiam intrare potius videtur contraria præsumptio, quod nempe sit gentilitium, & familiare, ad evitandas illas inextricabiles quæstiones, quas considerat *Gloss. in dicta Clement. verb. Plures*, & refert *Lambert. lib. 1. quæst. 1. artic. 25. par. 2. sub num. 6. Spada conf. 12. nu. 2. lib. 2.* & dixit *Rot. coram Pœn. decis. 94. num. 7. coram Priolo decis. 159. nu. 20. in Bononien. Beneficiorum* 28. *Junii* 1690. §. *Qualitas autem coram bo. me. Ursino in Comen. Cappellaniæ* 31. *Martii* 1702. §. *Non enim coram Eminentiss. de la Tremoille, & in Firmana juris patronatus* 21. *Aprilis* 1704. *impress. penès Modern. Asculan. decis. Florent.* 45. §. 1. *num.* 35.

Adeôut si ob deficientiam fundationis
44 in hujusmodi inter se disonanti juris præsumptione tutior semper sit via recurrendi ad observantiam, utì in locum Instrumenti fundationis succedentem, ex qua dignosci solet qualitas juris patronatus, cùm talis præsumatur fundatio, qualem subsequuta observantia demonstrat, juxta deducta per *Franch. in cap. unic. n. 5. de jurepatr. in 6. Vivian. eod. tract. lib. 4. cap. 9. num. 28. & seq. Ciarlin. controv. 1. num. 17. Rocc. disput. juris select. cap. 190. num. 57. & seq. Modern. Asculan. decis. Florent. 45. num 10. & Rot. coram Priol. decis. 40. num. 4. & 5. in Faventina beneficii* 11. *Decembris* 1702. §. *Ex his itaque coram clar. mem. Card. Caprara in dicta Comen. Cappellaniæ* 31. *Martii* 1702. §. *Fortiusque coram Eminentissimo de la Tremoille in in Fassanen. juris patr.* 12. *Martii* 1703. §. *De jurepatr. coram eodem clar. mem., Card. Caprara, & in Mediolanen. Prioratus super dubio Ignobilium* 20. *Junii* 1703. §. *Et demum coram Eminentissimo Scotto, & in dicta Firmana juris patronatus* 21. *Aprilis* 1704. *coram bo. me. Muto impress. ut supra num.* 4. Hæc profectò favere undi-
45 que demonstrabatur qualitati familiari, constat enim in hac familia de Morrone, quantumvis numerosa semper præsentasse Agnatos, absque eo, quod unquam admissi fuerint extranei hæredes, ad præsentandum, ut patet ex statibus annorum 1503., 1592., 1608., 1640., 1643., 1656., & 1681., ut *in Summ. Angeli n. 9.*, Unde quemadmodum verisimile est, quod spatio annorum 200. circiter tot extantibus personis de familia adeò numerosa aliquis extraneus fuerit hæres institutus, ita dum tanto temporis spatio nunquam extranei admissi reperiuntur ad præsentandum, grandis oritur conjectura qualitatis familiaris ex ponderatis per *Capon. discept. forens. 223. n. 3., & seq., Caren. resol. 10. n. 2., & 9., & Card. de Luc. de jurepatr. disc. 23. num. 6., & Rota dec. 204. n. 13., & seq. par. 12. decis. 115. n. 1. par. 14. rec. Bononien. Beneficiorum coram bo. me. Ursino impress. in Mantis. ad Card. de Luc. tom. 3. dec. 7. nu. 5. in dicta Comen. Cappellaniæ* 31. *Martii* 1702. §. *Accedit coram Emo de la Tremoille in d. Firmana juris patronatus* 21. *Aprilis* 1704. *impress. penès modern. Asculan. dec. floren. dec. 45. §. 1. nu. 32. in Florentina Canonicatus* 8. *Maji* 1705. §. *Observantia coram R. P. D. meo Lancetta, & 2. Julii* 1706. §. *Satis coram Eminentissimo Priolo*.

46 Atque faciliùs quoque eam convincebat ponderatio illa, quod in præfatis statibus duplicem centenariam excedentibus apparet etiam plures adhuc præsentasse fœminas Agnatas, quibus extinctis in subsequentibus vacationibus non præsentarunt earum filii, prout evenisset, si juspatronatus fuisset hæreditarium, sed continuarunt præsentare alii tantùm de familia, ut liquet ex statu anni 1608., ubi præsentarunt Laudonia, & Laura, quarum filii postea ptæsentasse non constat, ita pariter in statibus annorum 1640. 1644., & 1656., ubi præsentasse docetur fœminas Agnatas, & earum descendentes admissos fuisse ad præsentandum minimè ostenditur in illis respectivè, ut in succesivis vacationibus, quod equidem si apertè demonstrat filios fœminarum, idcirco non præsentasse, quia, non erat de familia, clarum exinde præstat argumentum, non aliud dijudicandi tale

juspa-

juſpatronatus, quam familiare ad tradita per *Rot. in dicta deciſ. 7. impreſſ. in Mantiſſ. ad Card. de Luc. n. 5. tom. 3. in Lucana Beneficii* 13. *Junii* 1701. §. *final. coram bo. me. Muto*, & *in dicta Comen. Cappellaniæ* 31. *Martii* 1702. §. *Non obſtat coram Emo de la Tremoille*. Maximè quando prout in caſu, aliæ duæ adſtipulantur facti circumſtantiæ, prima ſcilicet quod illi de familia in dictis ſtatibus præſentarunt ſemper jure proprio, & cum qualitate filiationis, altera verò quod nulla facta extitit præſentatio per ratas, & quotas, ut fieri debuiſſet, ſtante nnmero tot perſonarum, ſed fuit ſemper peracta ſimpliciter, & in capita, hoc enim validum ſubminiſtrat indicium qualitatis familiaris, ut obſervat *Vivian. de jurepatr. lib. 4. cap. 1. poſt num. 71. verſ. 3., quia*, & optimè *Modern. Aſculan. deciſ. florent.* 45. *nu.* 8., & 9. & dixit, *Rot. in deciſ.* 159. *nu. 2. coram Priolo in d. Comen. Cappellaniæ* 31. *Martii* 1702. §. *Similiter coram Emo de la Tremoille in dicta Faventina Beneficii* 11. *Decembris* 1702. §. *Subſequitur coram clar. mem. Card. Caprara*, & 3. *Julii* 1703. §. *Cui ſententia coram bo. me. Caffarello*, & *in Romana Cappellaniæ S. Nicolai* 28. *Junii* 1709. §. *At ob id lucem coram R. P. D. meo Anſaldo*.

47 Idque eo certiùs reddebatur tum ex eo, quod in præallegatis ſtatibus ſemper expreſſa fuit qualitas familiaris juriſpatronatus, nam de anno 1592. in literis inſtitutionis Ordinarii dictum fuit ibi -- *Simplici Beneficio S. Mariæ Magdalenæ de jurepatronatus familiæ delli Morroni* -- Et ita expreſſum legitur in ſubſequentibus ſtatibus, & ſententiis Ordinariorum ſuper inſtitutionibus, ex quibus ſanè tanquam exprimentibus qualitatem familiarem nulla emergere videtur hæſitatio, quin probata remaneat ejuſdem juriſpatronatus familiaritas, ut ponderat, *Card. de Luca de jurepatr. diſc. 35. n. 4. verſ. 3.*, & reſpondit *Rota dec. 220. n. 10. part. 11. dec. 679. nu. 7.*, & 8. *par. 18. rec. in dicta Faventina Beneficii* 11. *Decembris* 1702. §. *Subſequitur*, & §. *Ex his coram clar. me. Card. Caprara*, & *in Firmana juriſpatron.* 21. *Aprilis* 1704. *coram bo. me. Muto impreſſ. penès Modern. Aſculan. deciſ. florent. deciſ.* 45. §. 1. *num.* 23., & *ſeqq.* ubi plures allegat concordantes; tum ex aſſertivis, quod hæc Cappellania eſſet de jurepatronatus *delli Morroni* emiſſis ab Epiſcopis in duabus perantiquis viſitationibus annorum, videlicet 1482., & 1559., quippe quæ valde conferunt ad probandam qualitatem juriſpatronatus, cùm Ordinarii præſumantur informati de ſtatu, & qualitate Beneficiorum propriæ Diœceſis, ut advertit *Rot. in dec. 168. num. 24. par. 10. recent. in Gerunden. Beneficii* 26. *Aprilis* 1697. §. *In comprobationem coram Eminentiſſimo Priolo*, & *in Aſculana juriſpatr.* 26. *Januarii* 1703. §. *Accedunt coram Emo Scotto*.

Tum denique ex depoſitione Teſtium formiter examinatorum in ſupradicto ul-
48 timo ſtatu anni 1678. ad inſtantiam Joſephi, per quos probatum extitit controverſum juſpatronatus ſemper ſpectaſſe ad familiam de Morroni abſque ulla intermixtione hæredum extraneorum; hæc namque teſtium depoſitio, utì valida, & concludens per Ordinarii ſententiam recognita, atque comprobata plenam conſtituit probationem prædicti juriſpatronatus familiaris, ut in puncto monent, *Card. de Luc. de jurepatr. diſc. 23. ſub n. 6. verſ. 2. quia*, & *Rot. in dicta Firmana juriſpatr.* 21. *Aprilis* 1704. §. *Inſecunda*, & §. *Et pro elimitatione coram bon. mem. Muto*. Accedente præſertim ipſiuſmet Joſephi Confeſſione unà cum productione præſentationum ad ſui favorem factarum continentium expreſſionem ejuſdem qualitatis familiaris, ut ſupra dictum eſt, quod utique operatur, ut amplius ab eo impugnari nequeat illa qualitas familiaris, toties per ipſum agnita, & approbata ad tradita per *Rot. in deciſ. 4. nu. 1. poſt Vivian. de jurepatr.*, & *in Faventina Beneficii* 11. *Decembris* 1702. §. *Et ex his*, & *ſeqq. coram clar. mem. Card. Caprara*, cæteris aliis adductis in dicta *Firmana juriſpatronatus ubi ſupra* §. *His accedunt coram bon. mem. Muto impreſſ. penès modern. Aſculan. deciſ. florent.* 45. §. 1. *num.* 27., & 30.

Comprobata itaque ex his qualitate familiari ejuſdem juriſpatronatus obicem minimè præſtare poterat, quod aliquando expreſſa fuerit qualitas hæreditaria, quia hujuſmodi expreſſio in his facti circumſtantiis intelligitur de qualitate hæreditaria ſanguinis, non autem bonorum,

ut tradunt *Soccin. sen. consil.57. nu.4. lib.3. Peregrin. consil.49. num.4. lib.2.* & magis in specie respondit *Rot. in dec.166. num.21. par.6. rec. in Mediolanen. Prioratus super mixtura, & filiis familias* 15. *Junii* 1705. §. *Absque eo, quod coram Emo Priolo*, & 29. *Januarii* 1706. §. *Siquidem coram bo. me. Caffarello, & in Materanen. Parochialis super pertinentia* 11. *Januarii* 1712. §. *Et ratio coram R. P. D. meo Falconerio.*

49 Vel ad summum intelligi valeret de qualitate hæreditaria annexa illis tantùm de familia, itaut exinde arguatur juspatronatus mixtum, quod nihil differt ab ipso familiari, cum pari modo utrumque transire nequeat in extraneos, seu de aliena familia existentes quemadmodum observant, *Paris. consil.48. num.9.*, & 10. *lib.3. Gabriel. consil.169. n.5. lib.2. Lotter. de re benefic. lib.2. quæst.11. n.41. & seqq.*, & *Rot. dec.166. n.24. par.6. rec. coram Celso dec.106. nu.11. in Alexanen. Beneficii* 11. *Decembris* 1711. §. *Cæterum coram R.P.D. meo Aldrovando, in dicta Matheranen. Parochialis super pertinentia* 11. *Januarii* 1712. §. *Secundum in fine coram R. P. D. meo Falconerio, & in Aversana Beneficii* 4. *Decembris* 1715. §. *Fortius coram Emo Scotto.*

50 Minusque tandem obsistit, quod cum præfatum Juspatronatus sit lineale, & divisum in tribus lineis, juxta arborem ex parte Josephi exhibitam, intrare proinde debeat conclusio, qua mediante illud in una linea durare possit familiare, ubi supersunt Agnati, in altera verò fieri valeat hæreditarium ubi Agnati defecerunt de qua latiùs tradit *Rota in Nolana juris-patronatus* 8. *Junii currentis à* §. *Quatenus verò coram R.P.D. meo Crispo*. Quoniam objectio isthæc non subsistit in facto, nec relevaret in jure, non enim regit in facto, dum in eo probatur Agnatos, qui anteactis temporibus præsentarunt, aliquando fuisse sex, aliquando autem septem, & ultrà, non verò tres tantùm exadverso suppositos, ut liquet ex supradictis statibus relatis in *Summ. Angeli num.9.* In jure autem non officeret, quia non ostenditur, prout requiritur pro jurepatronatûs lineale, quod in ullo ex dictis statibus aliquis Agnatus unquam præsentaverint per quotam, sed contrarium clarè convincitur, dum omnes simul semper præsentarunt, veluti Agnati de familia, & componentes familiam, & hisce eorum præsentationibus consonant quoque Sententiæ ab Ordinariis prolatæ, hoc namque casu omnis excluditur divisio juris-patronatus per lineas, observant *Cardin. de Luc. de jurepatr. disc.55. num.5.*, & *6. R.P.D. meus Ansaldus in adnot. ad dec.52. n.27.*, & *seqq.* & *Rot. in Mediolanen. Præposituræ* 3. *Martii* 1704. §. *Huc usque cum seqq. coram R.P.D. meo Ansaldo, & in Romana Cappellaniæ* 28. *Junii* 1709. §. *Mi-*

52 *nusque coram eodem*; Recurrente semper responsione, quod ex hactenus deductis denegari saltèm nequit, quin hujusmodi propositæ exceptiones altiorem requirant indaginem, quod utique est plusquam sufficiens, ut firmo remanente ultimo statu illæ rejiciantur ad judicium proprietatis ad tradita per *Calderin. consil.23. de preben.*, & inquit *Rot. in Hipporegien. Beneficii* 11. *Februarii* 1704. *impress. penès Modern. Asculan. dec. florent.* 45. §.2. *n.7. in d. Papien. Rectoriæ* 10. *Decembris* 1714. §. *Et in universum, & in Comen. juris-patr.* 15. *Martii* 1715. §. *final. coram R. P. D. meo Cerro in Mediolanen. Beneficii* 7. *Julii* 1715. §. *His ita coram R. P. D. meo Crispo* cum aliis relatis in *dec. hujus causæ* §. *Donec, & seqq. coram Eminentissimo Scotto.*

Et ita utraque &c.

ARGUMENTUM.

Existens in Possessione præsentandi ad unum beneficium, dicitur etiam esse in possessione quoad aliud beneficium ejusdem fundationis.

SUMMARIUM.

1 *Clausula*, salvo jure Ordinarii, *an efficiat, ut ultimus status non sit manutenibilis, & quæ jura præservet?* Vide n. 4.

2 *Existens in possessione præsentandi quoad unum beneficium, dicitur etiam esse in possessione quoad aliud beneficium ejusdem fundationis.*

3 *Sola diversitas fundationis beneficiorum, & non horum distinctio efficit, ut ex possessione præsentandi ad unum beneficium argui nequeat possessio respectu alterius.*

5 *Ultimus status quando est incertus recurritur ad status anteriores, qui habentur pro ultimo statu.*

CA-

CASUS III.

FUerunt fundata à quodam pio Testatore de propriis bonis duo beneficia in quadam Ecclesia cum reservatione Juris-patronatus dumtaxat favore ejus descendentium, Titius prætendens descendere à dicto Testatore, & ad se spectare jus patronatus quamvis in quampluribus vacationibus unius ex dictis beneficiis ex. gr. A. pacificè præsentaverit cum subsecuto effectu; in ultima tamen vacatione ejusdem beneficii ejus præsentatio fuit contradicta, & præsentato fuit concessa institutio ab Ordinario: cum protestatione, quòd ipse non intendebat canonizare pertinentiam juris-patronatus; & cum clausula præservativa omnium, & quorumcumque jurium; Vacato autem nuper altero beneficio ex.gr. B. ad quod Titius præfatus nunquam præsentavit; idem innixus possessioni præsentandi, & ultimo statui in quo reperiebatur respectu Beneficii A; præsentavit ad dictum beneficium B. vacans; Quæritur an hujusmodi præsentatio sustineatur?

Videtur respondendum negativè; Agitur enim de duobus beneficiis inter se distinctis; Unde ex eo, quòd Titius sit in possessione præsentandi respectu unius, non sequitur quòd sit etiam in possessione respectu alterius, & quòd vigore ejusdem possessionis possit ad alterum præsentare; præsertim concurrente in præsentiarum circumstantia illa, nimirum, quod possessio, seu ultimus status, in quo ipse reperitur respectu beneficii A, non fuit pacificus, sed contradictus, & admissus cum clausula *salvo jure Ordinarii*, quæ efficit ut
1 ipse ultimus status protestatus non sit manutenibilis, nec etiam respectu ipsius beneficii A *Vivian. de jurepat. lib. 5. cap. 2. num. 12. Marescott. var. resol. lib. 1. cap. 55. num. 30. Card. de Luc. de jurepat. disc. 63. num. 19. Posth. de manuten. observ. 32. num. 16. Rot. decis. 96. num. 15. par. 13. recent.* Fortius igitur non erit manutenibilis, nec respectu beneficii B. nec vigore illius poterit Titius ad hoc præsentare.

2 Contrarium tamen venit de jure dicendum; Quoniam cùm ambo beneficia proveniant ex eadem fundatione, & ex eodem fonte, existens in actuali possessione præsentandi ad unum beneficium, dicitur etiam esse in possessione quoad aliud; & possessio quoad beneficium A deservire potest ad effectum præsentandi pro beneficio B. eamdem causam, & originem habente. *Lotter. de re benef. lib. 2. quæst. 10. num. 20. Piton. discept. Eccles. 28. num. 9. Rot. decis. 671. num. 2. & seq. par. 18. & & decis. 130. num. 13. par. 19. rec. & in Majoricen. beneficii 11. Maji 1705. §. final. coram bo. me. Muto, & in Frisingen. Decanatus 12. Junii 1711. §. Præsertim in fin. coram bon. mem. Molines, & in Leodien. Pastoratus 20. Martii 1716. §. Eoque certius coram R. P. D. Lancetta.*

3 Nullatenus obstante, quòd præfata beneficia sint inter se distincta; sola namque eorum distinctio nequit operari, nè existens in possessione præsentandi respectu unius dicatur esse in possessione etiam respectu alterius, cùm ad hunc effectum requiratur diversitas fundationis eorumdem beneficiorum; seu quod beneficia proveniant à diversa fundatione, siquidem tunc certè ex possessione præsentandi respectu unius, argui non posset possessio etiam respectu alicujus beneficii. *Rot. in Monasterien. Canonicatus 19. Febr. 1714. §. Absque eo quod coram R. P. D. Ansaldo, & in Bituntina beneficiorum 13. Martii 1716. §. Sed in universum coram R. P. D. Crispo.*

4 Quod verò possessio præsentandi, seu ultimus status, in quo reperitur dictus Titius, sit protestatus ab Ordinario cum clausula præservativa omnium, & quorumcumque jurium, non efficit nè ille sit manutenibilis, dum illa clausula præservat omnia jura in petitorio, non verò in possessorio. *Piton. discept. Eccles. 28. n. 15. Rota in Pisana Prioratus 11. Aprilis 1712. §. Quin ullatenus coram R. P. D. Ansaldo;* Sed etiam per malam hypotesim omisso quòd ille sit turbidus, & non manutenibilis, tamen cùm idem Titius in quampluribus antecedentibus vacationibus beneficii A. præsentaverit pacificè ad illud, isti status anteriores sufficiunt; ad hoc ut ipse possit præsentare ad beneficium
5 B. vacans ejusdem fundationis, dum ultimus status, quando est incertus, illo posthabito, ad effectum obtinendi institutionem, recurritur ad status anteriores, qui tali casu faciunt figuram ultimi status, & pro ultimo statu attenduntur. *Rot. in*

Aretina beneficii 20. *Januar.* 1701. §. *utique, & 23. Aprilis* 1703. §. *Minimè coram R. P. D. Ansaldo, & in Cremonen. beneficii* 3. *Decembris* 1706. §. *Facilè coram R.P.D. Lancetta, & in Lucana beneficii* 22. *Febr.* 1709. §. *Descendendo coram R. P. D. Falconerio.*

ARGUMENTUM.

Manutentio concedenda est existenti in possessione juris eligendi Vespillonem.

SUMMARIUM.

1 *Existens in possessione juris eligendi Vespillonem est manutenendus.* Amplia, ut num. 2.

3 *Jus eligendi Vespillonem, & statuere taxam pro sepultura pertinet ad curam, & sollicitudinem Episcopi.*

CASVS IV.

COmmunitas A spatio centum annorum abrogaverat sibi jus eligendi Vespillonem, cum privativa, quòd nemo possit sepelire mortuos ejusdem Civitatis, & funerarium emolumentum accipere, nisi Vespillo à dicta Communitate electus. Propter quam privativam; ad hujusmodi munus, seu officium sepeliendi mortuos suscipiendum multi concurrebant, taliter ut à præfata Communitate illud deliberabatur ad extinctionem candelæ plus offerenti, sicuti datium publicum, & descriptum fuerat inter proventus Communitativos in tabella. Sed quia exinde multa proveniebant inconvenientia, Eminentissimus Præfectus Boni Regiminis in visitatione dictæ Communitatis jussit deleri à tabella dictum officium, & mandavit à Communitate supplicari Episcopum, ut diminueret taxam solvi solitam pro sepultura, qui deputavit Vespillonem præscribendo debitam taxam pro sepultura, de consensu tamen, & confirmatione prædictæ Communitatis.

Accidit nuper, quòd deputatus à supradicto Episcopo criminaliter de furto inquisitus, suum amplius munus exercere non potest. Unde Vicarius Generalis alium elegit, qui nunc actualiter hujusmodi munere fungitur. Sed Communitas redeundo ad suas pristinas prætentiones, alium elegit ad idem munus Vespillonis, & inhibuit coram Judice Laico, nè electus à Vicario suum munus exerceret. E contra alia expedita fuit inhibitio tam nomine electi à Vicario, quàm nomine Promotoris Fiscalis ejus Curiæ Episcopalis contra electum à Communitate, nè ille tale officium exercere auderet. Quibus stantibus disputari contingunt sequentia dubia:

Primò, *An, & cui sit danda manutentio in jure eligendi Vespillonem?*

Secundò, *An, & de cujus bono jure constet in casu &c.* Quæ favore Promotoris Fiscalis Curiæ Episcopalis dictæ Communitatis resolvenda sentiebam.

1 Etenim in ordine ad primum Episcopus ante vacationem dicti officii Vespillonis possidebat hujusmodi jus eligendi Vespillonem, prout non controvertitur à Communitate, ac proinde manutenendus est in hac possessione non solùm quia ad effectum manutentionis in quasi possessione jurium incorporalium in judicio possessorio ultimus status attenditur, juxta *Gratian. discept. forens. cap.* 577. *num.* 13. *Calderin. cons.* 12. *de jurepat. Sabell. Summ. divers. in verb. Status num.* 2. *Rota decis.* 589. *num.* 1. *coram Cavaler. & decis.* 1213. *num.* 5. *& decis.* 1437. *num.* 1. *coram Seraphin.*, & auctoritates *in Commentario* relatas. Sed etiam quia in manutentione nudum factum, & sola detentio consideratur *Castr. in l. Aquilius sub num.* 5. *de donat. Cephal. cons.* 16. *sub num.* 5. *lib.* 1. *Rot. decis.* 97. *nu.* 10. *par.* 5. *recen. tom.* 1. Et manutentio numquam possidenti denegatur, cùm pro manutentione obtinenda sufficiat sola possessio absque alia tituli productione §. *Retinendæ instit. de interdict. l.* 1. §. *Interdictum autem ff. utì possid.*, *Rota decis.* 160. *num.* 1. *&* 458. *num.* 1. *coram Gregor. Posth. decis.* 402. *num.* 10.

Nec Communitas allegare valet ignorantiam, quia optimè scivit, Episcopum elegisse Vespillonem, & non reclamavit; Quo casu amisit possessionem hujusmodi juris eligendi Vespillonem, juxta doctrinam *Giovagnon. cons.* 9. *nu.* 88. *& cons.* 11. *num.* 73. *&* 74. *lib.* 1. *Cavaler. decis.* 655. *num.* 22. *Posth. decis.* 58. *num.* 22., & cessit dictam possessionem, itaut in illa manutenendus veniat Episcopus, ut optimè docet *Natt. cons.* 398. *num.* 38. *Menoch. de retinen. remed.* 3. *num.* 259. *Gonzal. super re-*

regul.8. gloſſ.34. num.118.Poſth.deciſ.237. num.2.

Immo prædicta Communitas juſſu Eminentiſſimi Præfecti Boni Regiminis ſupplicavit Epiſcopum, ut diminueret taxam ſolvi ſolitam pro ſepultura, & Veſpillonem eligeret, adeôque de voluntate Communitatis Epiſcopus cepit hujuſmodi poſſeſſionem; cui proinde manutentio denegari non valet. *Rot. dec. 190. num.2. coram Ubald. Poſth.obſerv.48.n.36. & ſeqq.*

2 Sed alio etiam titulo manutenendus eſt Epiſcopus in ſuo jure eligendi Veſpillonem, tum quia poſſeſſio in hujuſmodi jure fuit ab ipſo capta authoritate Judicis, ſcilicet Eminentiſſimi Præfecti Boni Regiminis, qui juſſit deleri hujuſmodi officium Veſpillonis à Tabella, quæ quolibet anno ad Sacram Congregationem Boni Regiminis tranſmittitur, & mandavit Communitati ſupplicari Epiſcopum, ut eligeret Veſpillonem, tum etiam quia dicta poſſeſſio non habet juris reſiſtentiam. Quibus caſibus poſſeſſionem hanc, quam habet Epiſcopus in jure eligendi Veſpillonem, manutenendam eſſe docent *Angel. in l. clam poſſidere §. Qui ad nundinas num. 2. in fine, & ibi Alex. num.2. ff. de acquir. poſſeſſ. Rota deciſ. 802. num. 6. par. 5. diverſor. Poſth. deciſ. 219. num. 1. & obſerv.44. num.7. Rot.diverſ. deciſ.713. par. 4.* Et ratio eſt, quia poſſeſſio capta auctoritate Judicis privat alium ſua poſſeſſione. *Poſth. deciſ.381.n.1.*

3 In ordine ad ſecundum dubium affirmativa pariter ſequitur reſolutio favore Epiſcopi; Nam deputare, & eligere Veſpillonem, ut ex officio habeat ſepellire Subditos Epiſcopi in Eccleſiis eidem ſubjectis, & ſtatuere taxam pro ſepultura pertinet ad curam, & ſollicitudinem Epiſcopi, qui curam, & juriſdictionem habet in tota ſua Diœceſi tam de jure communi, quàm vigore Concilii Tridentini. *Text. in cap. Cùm Venerabilis, cap. Cùm Dilectus de Religioſ. domib. cap. auditis de præſcript. Concil. Trident. ſeſſ.6. cap.5., & ſeſſ. 14. cap. 2. 3. & 8. de reformat. Rota deciſ. 41. num.1. par.5. recentior. tom.1. & deciſ. 487. num. 1., & 2. par. 14. recent.* Unde videtur eſſe jus proprium Epiſcopi; quòd comprobatur etiam ex facto ejuſdem Eminentiſſimi Præfecti Sac.Congregationis Boni Regiminis, qui non juſſiſſet Communitati ſupplicare Epiſcopum, ut diminueret taxam ſolvi ſolitam pro ſepultura, & permittere eamdem eligere Veſpillonem, qui ex officio haberet ſepelire mortuos totius Civitatis in ſuis Eccleſiis, niſi agnoviſſet hoc eſſe jus propriè conveniens Epiſcopo, & non Communitati Laicali, quæ non poteſt quidquam ſtatuere ſuper rebus ad Eccleſiam pertinentibus. *Bartol. in l. omnes Populi num. 25. de jur. jur. Alex. conſ. 27. num.7.lib.1. Rot.deciſ.283.num.7. par.14. recentior.*

CANON

CANON XXVII.
LUCIUS III.

Præterea quoniam Advocati Ecclesiarum jus advocationis, donationis, vel emptionis titulo, aliisque pro sua voluntate contractibus, in alios transferre præsumunt, fodrum, albergarias, regium, & similia tamquam à propriis rusticis ab Ecclesiis extorquentes: Præsenti decreto statuimus, eos, sive Advocati, sive Patroni, vel Vice-Domini, sive Custodes, vel Guardias habentes, seu quocumque alio nomine censeantur, à gravaminibus Ecclesiarum cessare, nihilque in ipsis, præter antiquos, & modernos redditus, à locorum Episcopis institutos exigere, aut si aliud exegerint, excommunicationi subdantur. Contractus quoque hujusmodi, quos fecerunt, vel faciant in futurum, vim aliquam decernimus non habere.

COMMENTARIUM.

EX hoc Canone, qui in Decretalibus legitur in ordine *il* 23. deducuntur sequentes conclusiones.

Prima: PATRONUS TITULO PARTICULARI NON POTEST PROPRIA AUCTORITATE ALIENARE JUSPATRONATUS NEC ALIQUID EXIGERE AB ECCLESIA PATRONATA NISI ID, QUOD FUERIT EI PERMISSUM A JURE, AUT EI RESERVATUM DE CONSENSU ORDINARII IN LIMINE FUNDATIONIS.

Secunda: FUNDATOR IN LIMINE FUNDATIONIS POTEST APPONERE CONDITIONES, QUAS VULT DE CONSENSU ORDINARII, ET ISTÆ SUNT SERVANDÆ -- *Innocent.*, *Abbas*, *Anan.*, *Butrius*, *Gonzalez Barbos. hic*.

Prima Conclusio probatur etiam ex *Text. in cap. Gravis de censib.* ibi -- *Gravis admodum*, & infra: *Ecclesiasticæ Personæ, cùm Ecclesias vacare contingit, non aliter quemquam ad ipsarum regimen volunt vacare, nisi aut novum censum Ecclesiis illis imponant, aut veterem contra Constitutionem Concilii Lateranen. augumentent, ad ipsius solutionem istituendum Presbyterum juratoria, vel fidejussoria cautione cogentes &c. discretioni vestræ mandamus quatenus quæcumque constiterit contra Constitutionem prædictam super Ecclesiis, vel earum censu, à tempore Constitutionis hujusmodi attentata, in irritum revocantes; Presbyteros, quos super his juramenta illicita præstitisse noveritis, congrua satisfactione imposita faciatis absolvi eos, qui de cætero contra formam Canonum super his venire præsumpserint, canonicè punientes -- Et ex Concil. Tridentin. in cap. 9. sess. 25. de reform. vers. Patroni*, de quo infra *Part. V.*

Et utraque firmatur ab alio *Tex. in cap. Eleutherius* 18. *qu.* 2. ibi -- *Eleutherius frater, & Coepiscopus noster queritur, quòd mater ejus in casa, quæ Castellum dicitur, Oratorium construxerit, ac dedicaverit, & in eodem loco Monachos constituerit, ex quibus unus est Presbyter. Hoc autem tempore dedicationis inter Episcopum Cardellum (cujus ipsa Diœcesis est) & matrem suam asserit convenisse, ut quidquid dedicationis, vel natalis Martyrum die, quorum in eodem Monasterio reliquiæ sunt, per fidelium oblationes intraverit, medietatem quidem habeat ipsum Monasterium, medietas autem Episcopo afferatur, contra quam con-*

ventionem Marium Presbyterum (sive sciente , sive nesciente Episcopo) Monachis ipsis, vel Presbytero, qui ex eis est vim dicitur intulisse, & frequenter molestias generare , itaut memoratum Presbyterum propè cæciderit , & Missas eum facere nullo modo permittat ; Dicens ut quasi Pensionis nomine , aliquid statuere debeat . Hæc igitur omnia diligenter te examinare jubemus , & si apud te evidenti ratione constiterit , quod à tempore , quo dedicatum est ipsum Monasterium , conditiones superiùs positæ convenerint , servari eas ex nostra auctoritate præcipimus ; nec aliquid ampliùs exinde ab aliquo exigatur . Si verò nil tale constiterit mediante te , quid Episcopo ipsi nomine eulogiæ offerri debeat inter ipsos Monachos , & Presbyterum volumus definiri . Salvo tamen eo , ut Presbyter Gaudentius , qui etiam Monachus est, Missas in Monasterio suo sicut consuevit facere, à nullo ulteriùs debeat prohiberi -- & docent *Gloss. in cap. Verùm de condit. appos it. verb. verum , & in cap. cum Bertholdus de sent. & rejudic. verb. quoniam jure Lambertin. de jurepatr. lib. 1. par. 1. q. 2. art. 5. n. 3. Vivian. eod. tract. lib. 2. cap. 8. n. 1. Rubr. de testam. cap. 86. n. 67. Card. de Luc. de jurepatronat. disc. 64. n. 34. Tondut. qu. benef. tit. 1. par. 1. cap. 5. n. 5. Rota in Ilcinen. Beneficii 2. Julii 1706. §. Nec obstitit coram R.P.D. Kaunitz , & in Barchinonen. Beneficii 2. Decembris 1701. §. Beneficium coram bon. mem. Eminentissimo Caprara , & in Senogallien. Canonicatus de Luchis 25. Januarii 1709. §. Non attenta coram R.P.D. Lancetta .*

1 Ratio hujus secundæ Conclusionis est ille finis semper intentus à Summis Pontificibus excitandi fideles ad Ecclesiarum, & Beneficiorum fundationem; Ut igitur isti libenter inducantur ad hujusmodi fundationem, non solùm concedunt fundantibus Beneficia , & Ecclesias Juspatronatus , sed etiam facultatem adjiciendi in ipsa fundatione conditiones Sacris Canonibus , Conciliis , & Pontificiis Constitutionibus contrarias; dummodo non sint turpes , impossibiles , & contra substantiam Beneficii , ut optimè animadvertit Rmus D. Ansaldus Vir magnæ eruditionis, & doctrinæ , & Sacræ Romanæ Rotæ nunc dignissimus Decanus in *Volaterrana Beneficii 7. Junii 1709. in principio .*

Quoad utramque Conclusionem sequentes differuntur Casus .

ARGUMENTUM.

Super beneficiis Patronalibus ad hoc , ut reservari possit pensio : an requiratur consensus Patroni ; aut illius , favore cujus reservatum fuit Juspatronatus passivum ; & an possessio exigendi pensionem contra Antecessorem suffragari possit Pensionario pro manutentione etiam contra Successorem .

SUMMARIUM.

1 *Petitorium clarum absorbet possessorium .*

2 *Per reservationem pensionis super beneficio Patronali , an præjudicetur Patrono?* & n. 12.

3 *Pensio non est de fructibus juris patronatus .*

4 *Pensionarius existens in possessione exigendi pensionem est in ea manutenendus .*

5 *Ad effectum reportandi manutentionem sufficit unica exactio termini pensionis .* Amplia ut num. 6.

7 *Possessio exigendi pensionem contra Antecessorem suffragatur Pensionario pro manutentione etiam contra successorem in beneficio patronali .* Amplia ut num. 8.

9 *Exceptio nullitatis pensionis est rejicienda ad Petitorium , & non est attendenda in judicio summariissimo possessorio ad effectum retardandi solutionem pensionis .*

10 *Pensio , quæ datur in titulum beneficii reservari non potest super beneficio Patronali absque consensu Patroni ;* Et quare? Vide ibi .

11 *Ad validitatem pensionis , quæ non datur in titulum beneficii , non requiritur consensus Patroni ; Sed sufficit quod in gratia reservationis fiat mentio de jurepatronatus tam activo , quàm passivo .* Limita ut ibi .

13 *Pensio si sit nimis onerosa Beneficio potest Patronus petere illius reductionem , aut cassationem .*

14 *Papa ex quo præsumatur habuisse notitiam juris patronatus tam activi , quàm passivi in reservatione pensionis .*

15 *Patrono debetur pensio , si in limine fundationis beneficii , illam sibi reservaverit .*

CASUS

CASUS I.

SUb narrativa, quòd fructus beneficii A de Jurepatronatus laicali tam activo, quàm passivo cujusdam Familiæ ascenderent ad annua scuta centum, & sub expressione, quòd dictum beneficium erat de jurepatronatus dictæ familiæ juxta testamentariam dispositionem Fundatoris, obtinuit quidam à Summo Pontifice sibi reservari super dicto beneficio annuam pensionem scutorum decem, quam per plures annos exegit à Beneficiato; Hoc defuncto, ejus successor in beneficio denegavit solutionem hujusmodi pensionis eo sub prætextu, quod literæ Apostolicæ reservationis sint subreptitiæ, & nullæ ex eo, quòd non intercesserit consensus Patroni, nec illorum de familia quorum favore fuit reservatum juspatronatus passivum. Introducto proinde judicio coram Ordinario ab eodem Pensionario super manutentione in possessione exigendi dictam pensionem. Quæritur an hæc manutentio sit ei concedenda?

Respondendum videtur negativè; Quoniam manutentio exigendi pensionem non venit alicui concedenda, quando evidenter apparet pensionem esse nullam, quia tunc Pensionarius dicitur esse in possessione exigendi pensionem mala fide, &
1 libertas clara beneficii patronalis ab hoc onere impedit, & absorbet possessionem exigendi pensionem juxta *Marescott. var. resol. lib. 1. cap. 15. num. 66. Lagunez. de fructib. par. 1. cap. 31. §. 10. num. 18. & sequentibus* & alias auctoritates superiùs relatas *Can. XXVI. Cas. I.* De nullitate autem pensionis in præsentiarum dubitari minimè posse videtur, si quidem ipsa reservata fuit super dicto beneficio Patronali cum solo consensu Rectoris, irrequisitis penitùs Patrono, & eis de dicta familia, quorum favore reservatum fuit Juspatronatus passivum Beneficii, quando ad validitatem reservationis ejusdem pensionis omnino necessarius fuisse videtur consensus Patroni, &
2 aliorum interesse habentium, cum per eam præjudicetur, & maxima læsio inferatur Patrono non solum respectu juris alimentorum, quæ ei deberentur, si indigeret juxta firmata *Par. I. Can. III.*, verùm etiam respectu jurispræsentandi, dum hoc jus non verseretur amplius circa Beneficium pingue sed diminuitum *Cassador. dec. 3. de jurepatr. n. 1. & seq. Covar. pract. qu. cap. 36. num. 10.*

Et quidem, quòd non debeatur præfato Pensionario hujusmodi pensio, satis deduci videtur à præsenti *Canone*; etenim si hujus vigore idem met Patronus, secluso casu inopiæ, non potest ullam pensionem exigere super fructibus Beneficii
3 Patronalis, cùm pensio de sui natura non sit de fructibus jurispatronatus. *Bellemer. in cap. cùm Bertoldus de sent. & re judic. num. 7.* multò minus alius penitùs extraneus super similibus Beneficiis Patronalibus quidquam exigere valebit.

4 His tamen posthabitis censeo manutentionem in possessione exigendi pensionem contra successorem in hoc Beneficio Patronali præfato Pensionario denegari non posse: Quandoquidem certum est, quòd ipse absque ulla contradictione pluries exegit terminos dictæ pensionis
5 desuper reservatæ; & tamen ad effectum reportandi manutentionem unica sufficit exactio. *Rip. in cap. Cùm Ecclesia Sutrina num. 53. de caus. possess. & propriet. Roman. cons. 70. num. 11. Posth. de manuten. observ. 18. num. 36. Rot. decis. 196. num. 2. par. 1. divers. & decis. 725. num. 3. coram Merlin. & decis. 637. num. 1. apud Posth. de manuten. & decis. 279. num. 2. par. 16. rec.*

6 Et hæc propositio adeò vera est, ut non solùm procedat in unica exactione, sed etiam in exactione partis unius termini pensionis, veluti prosequuntur *Posth. loco citat. num. 37. Tondut. de pension. cap. 50. num. 31. & seq. Rot. decis. 542. num. 1. in fin. coram Buratt. & decis. 888. num. 5. coram Dunoz. jun.*

7 Absque eo, quod quidquam faciat, quòd talis possessio fuerit acquisita mediante exactione exercita contra antecessorem in Beneficio, quia ipsa eidem pariter suffragari debet pro manutentione etiam contra successorem, qui nunquam solvit, ut docet *Tondut. de pension. cap. 37. num. 13. Ros. de execut. liter. Apostolic. cap. 2. num. 52. & seq. par. 1. Lotter. de re benef. lib. 1. q. 38. num. 109. & seqq. Barbos. vot. decis. 5. num. 8. Gratian. discept. 113. num. 17. Rot. coram Buratt. dec. 542. num. 1. coram Cels. decis. 315. num. 5. coram Merlin. decis. 725. num. 2. coram Du-*

Dunoz. jun. deciſ. 888. *num.* 5. *coram Coccin. deciſ.* 31. *num.* 5. *coram Ludoviſ. deciſ.* 275. *num.* 1., & 2. *ibique Adden. num.* 17., *& ſeq. coram Royas deciſ.* 390. *coram Peutingerio deciſ.* 308. *utrobique num.* 4. Etiam ſi Penſionarius per aliquod tempus ceſſaverit ab exactione penſionis contra anteceſſorem, per hoc enim non intelligeretur cecidiſſe à poſſeſſione, veluti concordantibus plena manu cumulatis probat *Barboſ. in prax. exigen. penſion. par.* 1. *quæſt.* 2. *num.* 43.

9 Nec quidem hujuſmodi manutentio retardari, & impediri valet, ſub prætextu aſſertæ nullitatis penſionis; hæc namque exceptio rejicienda eſt ad petitorium, nec attendenda venit in hoc judicio ſummariiſſimo poſſeſſorio, in quo ad effectum obtinendi manutentionem ſufficit, quòd Penſionarius ſit in poſſeſſione, etiam ſi agatur contra ſucceſſorem. *Tondut. de penſion. cap.* 37. *nu.* 13. *& ſeq. Card. de Luc. de Benef. diſc.* 90. *num.* 42. *& ſeq. Rot. deciſ.* 547. *num.* 2. *&* 8. *par.* 1. *rec., & deciſ.* 324. *num.* 12. *& ſeq., & deciſ.* 294. *num.* 14. *par.* 18. *tom.* 1., *& deciſ.* 427. *n.* 40. *coram Pamphil., & in Romana Penſionis* 13. *Junii* 1597. *num.* 4. *coram Seraphin. apud Marcheſan.*

Sed quatenus ea eſſet hìc examinanda, ipſa abſolutè non ſubſiſtit; Diſtinguendum eſt enim inter penſionem, quæ datur, & penſionem, quæ non datur in titu-
10 lum Beneficii; Penſio, quæ datur in titulum Beneficii, ſeu, quæ extrahitur ex fructibus Beneficii, ut ex ea novus titulus Beneficii perpetui creetur, reſervari non poteſt, nec ſolet à Papa ſuper Beneficio Patronali, abſque conſenſu Patroni, ſed ad illius validitatem requiritur citatio, & conſenſus ejuſdem Patroni; quia per eam diſmembratur beneficium, & novum creatur, quod fieri non poteſt in præjudicium Patroni, ut teſtantur *Gigas de penſion. quæſt.* 23. *num.* 13. *Covarr. pract. quæſt. cap.* 36. *num.* 10. *Tondut. de penſion. cap.* 25. *num.* 7. & aliæ auctoritates ſupe-
11 riùs relat. *Part. I. Can. IV. Caſ. IV. num.* 6. *& ſeq.* Penſio verò, quæ non datur in titulum beneficii, ut eſt illa, de qua agitur, reſervari poteſt à Papa, qui in Beneficialibus ampliſſimam habet poteſtatem, ſuper beneficio Juriſpatronatus laicalis, tam activi, quàm paſſivi abſque conſenſu Patroni, & illorum, quorum favore reſervatum fuit Juſpatronatus paſſivum; nec ad illius validitatem requiritur hujuſmodi conſenſus. Sed ſufficit ſola notitia Juriſpatronatus in Papa, ſeu quòd in gratia reſervationis penſionis fiat mentio de Jurepatronatus tam activo, quàm paſſivo; dummodo hoc ſit ex titulo oneroſo, ſeu ex fundatione, vel dotatione, aut conſtructione, ſecus ſi ex privilegio, aut præſcriptione; quia Papa difficiliùs gravare ſolet hujuſmodi beneficia Patronalia Penſionibus. *Rocch. de Curt. de jurepat. verb. honorificum num.* 7. *Gigas de penſionib. q.* 23. *n.* 9. *cum ſeqq. Tondut. eodem tract. cap.* 25. *num.* 1. *& ſeq. Garz. de benef. par.* 1. *cap.* 5. *nu.* 361. *Covarr. pract. quæſt. cap.* 36. *n.* 10. *Capon. diſcept.* 193. *num.* 44. *tom.* 3. *Rot. deciſ.* 902. *num.* 1. *par.* 4. *diverſ. & dec.* 1264. *n.* 1. *coram Seraph.*

12 Neque reſervatio dictæ Penſionis ſuper beneficio Patronali, eſt præjudicialis Patrono; quia per eum non læditur jus præſentandi, nec jus alimentorum; quod in caſu præſenti non eſt certum, nec radicatum, dum non conſtat Patronum eſſe inopem, adeôque nullum eſt præjudicium, quod tunc ſolùm dicitur adeſſe, quando tollitur jus certum, & radicatum, non verò jus merè eventuale, & in ſpe; ut ſuperiùs dixi *Can. III. Caſ. VI. num.* 8. Et ſi
13 Penſio eſſet nimis oneroſa beneficio, aut Eccleſiæ, poſſet Patronus petere illius reductionem, aut caſſationem. *Tondut. de penſion. cap.* 25. *num.* 8. *Capon. diſcept.* 193. *num.* 44. *tom.* 3.

Non obſtat ſi dicatur, quòd in caſu præſenti, non fuerit facta mentio de Jurepatronatus paſſivo illorum de dicta familia
14 in gratia reſervationis; Quoniam expreſſum fuit Summo Pontifici, quòd præfatum Beneficium A. erat de Jurepatronatus ejuſdem familiæ juxta teſtamentariam Fundatoris diſpoſitionem; quod ſufficit ad evitandam ſubreptionem, & nullitatem reſervationis penſionis. Dum ex hac relatione habita ad Fundatoris teſtamentum præſumitur Papa habuiſſe notitiam, & potuiſſe cogitare beneficium eſſe juriſpatronatus paſſivi familiæ. *Garz. de benef. par.* 1. *cap.* 5. *num.* 361. *in fin. Rot.*

decis.902. num.2. par.4. diverſ., & expreſsè *in Perusina penſionis* 11. *Maji* 1716. §. *Reſpectu coram R.P.D. Herrera*, *in caſu ſequenti impreſſa*.

15 Id autem, quòd pro ratione dubitandi addebatur, quòd Patronus vigore hujus *Canonis* non poſſit ullam penſionem exigere ſuper fructibus beneficii Patronalis, procedit; ſolùm in caſu, quo in limine fundationis dictam Penſionem de conſenſu Epiſcopi ſibi non reſervaverit, ſecus in caſu quo illam ita ſibi reſervaverit.

ARGUMENTUM.

Penſio reſervata ſuper Beneficio patronali, an extinguatur ipſo jure per aſſumptionem Militiæ Pontificiæ?

SUMMARIUM.

1 *Penſio, quando dicatur reſervata in titulum Beneficii*, & num.15., & 32.

2 *Penſio per aſſumptionem militiæ, & ſtatus incompatibilis extinguitur*. Amplia ut num. 3., & 21., & *quare* Vide nu.4., & 44.

5 *Penſio, aut Beneficium licèt amittatur per aſſumptionem militiæ Principis ſæcularis, non amittitur tamen ipſo jure per aſſumptionem militiæ Summi Pontificis*, & n.6., & 9.

7 *Clericus per aſſecutionem feudi ſæcularis amittit Clericatum, Beneficium, aut Penſionem, ſecus per aſſecutionem feudi Eccleſiaſtici*, & n.8.

10 *Clericis, & Eccleſiaſticis in multis caſibus licitum eſt arma aſſumere*, & n.34.

11 *Auditores S. Rotæ erant in ſenſu recedendi à decis. 69. 216., & 338.* coram Celſo, & n.61.

12 *Refertur deciſio S. Rotæ* in Perusina Penſionis 11. Maji 1716. coram R. P. D. Herrera, *per quam definitum fuit penſionem per aſſumptionem militiæ Pontificiæ ipſo jure extingui*, & n.16.

13 *Valor Beneficii expreſſus in reſervatione penſionis, ex quibus verificetur?* Vide ibi.

14 *Quòd Papa habuerit notitiam juriſpatronatus paſſivi in reſervatione penſionis, ex quibus præſumatur?* Vide ibi.

17 *Militia ſæcularis de Diametro contrariatur ſtatui Clericali*.

18 *Arma Clericorum ſunt lacrymæ, & orationes*.

19 *Clericus ad ſæculi militaria ſtipendia accedens, Eccleſiaſticis proventibus ipſo jure, & abſque ulla præcedenti monitione privatus remanet*.

20 *Ad effectum amittendi penſiones, & Eccleſiaſtica Beneficia, an Matrimonium, & militia pari paſſu procedant?* Vide ibi & n.59.

22 *Opinio S. Rotæ prævalet ſententiæ omnium doctorum*.

23 *Summus Pontifex in terris duplicem repræſentat perſonam*.

24 *Aſſumens militiam Pontificis pro tuitione ſtatus temporalis, non dicitur inſervire Papæ utì Chriſti Vicario, & pro Eccleſiæ defenſione, ſed Papæ utì Principi ſæculari*.

25 *Per aſſecutionem Officii Capitis Regionis Urbis, an amittantur penſiones?*

26 *Milites Lauretani, ut retinere poſſint penſiones, in quo ſtatu indigeant ſpeciale Papæ privilegio*. Vide ibi, & n.64.

27 *Reſolutiones Sac. Congregationis Concilii reverenter recipiuntur à Sac. Rota*.

28 *Miles in caſtris continuò degere tenetur nec alium ſubſtituere valet*.

29 *Argumentum à contrario ſenſu eſt validiſſimum*.

30 *Reſpondetur deciſioni S. Rotæ* in d. Perusina Penſionis.

31 *Penſio quotuplex ſit?* Vide ibi.

33 *Penſio eſt quid ſpirituale, aut ſpirituali annexum*.

34 *Penſio, quæ non datur in titulum Beneficii, vel loco Beneficii, non extinguitur ſi penſionarius uxoretur, vel miles fiat*.

35 *Pœna privationis Beneficii, penſionis, eſt graviſſima, & æquiparatur morti civili*.

36 *Pœna privationis Beneficii, aut penſionis nunquam incurritur ipſo jure, niſi ſit jure expreſſa*.

37 *Lex qualis debeat eſſe ad inducendam pœnam privationis Beneficii, aut penſionis ipſo jure incurrendam?* Vide ibi.

38 *Non adſtat ulla lex, Canon, aut Conſtitutio Apoſtolica, quæ inducat ipſo jure, & ipſo facto amiſſionem penſionis, aut Beneficii propter ſimplicem aſſumptionem militiæ*.

39 *Penſionarius ut privari poſſit penſione propter aſſumptionem militiæ, requiritur trina monitio, vel una pro tribus*, & n.56. Amplia ut n.40.

Pen-

41 *Penſionarius non amittit ipſo jure penſionem ob aſſumptionem militiæ Pontificiæ etiam ſi potentialiter induceret animum ſæva exercendi.*

42 *Quòd penſio non amittatur ipſo jure per aſſumptionem militiæ Pontificiæ deducitur ex reſolutione S. Congregationis Concilii in contrarium relata, & ex aliis de quibus*, n.43.

45 *Penſionarius aſſumens militiam Summi Pontificis, ex quibus arguatur non habuiſſe Eccleſiam pro derelicta*, & n.46. & 47., & 54.

48 *Militia, & feudum quoad effectum amiſſionis, aut non amiſſionis penſionis pari paſſu procedant.*

49 *Poteſtas temporalis in ſummo Pontifice eſt acceſſoriè unita poteſtati ſpirituali, & aſſumit illius naturam, jus, & privilegium.*

50 *Juſpatronatus laicale relictum perſonis laicis, utì adminiſtratoribus bonorum Eccleſiæ, non dicitur ampliùs laicalis, ſed Eccleſiaſticum.*

51 *Poteſtas temporalis in ſummo Pontifice cùm ſit acceſſoriè unita poteſtati Eccleſiæ, Clericus per aſſecutionem feudi Eccleſiaſtici non deſinit eſſe Miles Chriſti, & Eccleſiæ.*

52 *Clericus ſive inſerviat ſummo Pontifici utì Principi ſpirituali, & Vicario Chriſti, ſive utì Principi temporali nunquam efficitur Miles ſæcularis, ſed ſemper remanet Miles Eccleſiæ, & militia dicitur Eccleſiaſtica.*

55 *Quælibet excuſatio ſufficit ad evitandam pœnam privationis Beneficii, aut penſionis.*

57 *Clericus concubinarius etiam publicus, & in ebriari ſolitus, & homicida non amittit ipſo jure penſiones, & Beneficia.*

58 Gloſſa *non facit jus, ſed eſt ſimplex ſententia unius doctoris.*

60 *Virtus* Gloſſarum, *in quibus conſiſtat?*

62 *Doctor punctualis, & ſinè contradictore, habetur pro caſu legis.*

63 *Opinio, & ſententia* Rochæ *in caſu præſenti non eſt ſequenda.*

CASUS II.

QUidam penſionarius, cui ſcilicet reſervata fuit certa penſio ſuper Beneficio Juriſpatronatus laicalis, ad ſcriptus fuit militiæ Pontificiæ in qualitate Ducis. Quæritur an per aſſumptionem hujuſmodi militiæ, ejus penſio fuerit extincta, & Beneficium patronale effectum fuerit liberum ab onere penſionis?

Similis caſus diſputatus fuit in *Sac. Rota in una Peruſina penſionis* inter Dominum Canonicum Paulum Emilium de Rampalibus Beneficiatum, & Dominum Joſephum de Antinoris penſionarium. Scribentes, & jura Canonici de Rampalibus tuentes ſentiebant penſionem reſervatam favore Domini Joſephi de Antinoris fuiſſe ipſo jure extinctam ſequentibus innixi fundamentis.

Animadvertebant enim eumdem Joſephum de Antinoris penſionarium Clericali indumento abjecto, in exercitu Pontificio armatæ militiæ tanquam Capitaneum fuiſſe adſcriptum. Et cùm penſio fuerit
1 illi reſervata non tanquam laico pro aliquo ſervitio, & onore temporali, ſed veluti Clerico ad commodiorem ſuſtentationem, ac propterea in titulum Beneficii, & tanquam res ſpiritualis, vel ſaltèm ſpirituali annexa, juxta *Gig. de penſion. qu.54. n.4.*, *Garz. de benef. par.1. cap.5. n.9.*, & 81. *Rot. dec. 69. n.6.*, & *ſeq. co-*
2 *ram Celſo* inferebant manifeſtum in jure reddi, controverſam Penſionem extinctam fuiſſe propter in excuſabilem incompatibilitatem dicti ſtatus, juxta *Text. in Can. Quicumque 23. qu.8. ibique Gloſſ. in verb. Quicumque ex Clero Turrecremat. n. 1. Innocent.*, *Zabarell.*, & *alii in cap. fin. de Cleric. conjug.*, *Tondut. de penſion. cap.77. n.1. & ſeqq. Sig. de penſion. qu.55. per tot. Caccialup. eod. tract. qu.15. Gambar. de offic. legat. lib.5. n.743.*, & *ſeqq. Ciarlin. controv.36. ſub n.42.*, & *ſeqq. lib.1.*, & *controv. 136. nu.7. lib.2. Caſtropal. oper. moral. par.2. tract.13. diſp.1. punct. 11. §.10. n.9. Barboſ. de jur. Eccleſ. lib.3. capit.14. n.31.* Et in terminis *Rot.* articulo ad partes diſcuſſo *cor. Celſ. dec.69. n.17.*, & *ſeqq. & dec.216. & 338. per tot* quam ſequitur *Rocca diſp. jur. cap. 191. n. 15.* Sicuti enim Miles ſæculi effectus Miles Chriſti deſinit eſſe Miles ſæculi, ita è converſo effectus Miles ſæculi deſinit eſſe Chriſti, ut proſequuntur dicti doctores, & præſertim *Rot. cor. Celſ. d. dec.69. nu.12.*

3 Quam quidem concluſionem taliter etiam ampliari aſſerebant, ut procedat,

quamvis Clericus factus Miles nunquam iverit ad bellum, neque sæva exercuerit, ac etiam si nulla præcesserit monitio, ex eo quia pensionem amittit statim, ac ipso jure, neque per habitus reassumptionem recuperat; ut quoad primam propositionem assistit *Textus in Can. Clericum dist.* 50. in quo statuitur, quòd ex militia Sæculari incompatibilitas cum Clericatu inducatur non solùm, quando sæva actu exercentur, sed etiam quando solùm habitu, ibi -- *Non convenit Militibus Ecclesiæ militare sæculo, per quod ad effusionem sanguinis necesse sit pervenire* -- ibique *Gloss. verb. Clericum* ibi -- *Non debent Sæcularem Militiam exercere; per quam sit necesse ad sanguinis effusionem pervenire &c. Ricciul. de jur. person. extra Grem. Eccles. lib.* 7. *cap.* 5. *num.* 21. *&* 23. *Barbos. de jur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 39. §. 1. *num.* 79. *Rocc. disput. jur. cap.* 191. *num.* 16. *Rot. decis.* 69. *num.* 19. *& decis.* 226. *num.* 3. *coram Cels.* Et quoad secundam propositionem. *Gonzal. super regul.* 8. *Cancell. gloss.* 15. *nu.* 56. *Rocc. dicto cap.* 191. *num.* 17. *Rot. dicta decis.* 216. *num.* 6. *& seqq. coram Celso.*

4 Rationem autem quare incompatibilis sit militia sæculi cùm militia Christi dicebant esse quia per illam Clerici distrahuntur ab Orationibus, & laude Dei, in quo propriè consistit eorum Ordo, & Institutum, ut ex aurea doctrina Doctoris gentium *in* 2. *ad Corinth. cap.* 10. ibi -- *Arma militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potentia Dei, quæ quidem sunt salubres admonitiones devotæ orationes &c.* -- & D. Ambrosii *in causa* 23. *quæst.* 8. ibi -- *Non pila quærunt ferrea, non arma, Christi Milites, sed dolor, fletus, orationes, lacrymæ fuerunt mihi adversùs Milites &c.* -- probant *Barbos. in cap.* 2. *de vit. & honest. Cleric. Menoch. cons.* 53. *nu.* 19. *in fin. Bald. cons.* 439. *sub num.* 2, *lib.* 5. *Crispolt. cas. militar.* 2. *num.* 14. Et quia per illam ad sanguinis effusionem perneceſsè deveniri debet, & sæva præcipi oportet, quod de directo statui Clericali est contrarium, quemadmodum statutum legimus in Sacris paginis 1. *Paralipom. cap.* 17. *de Rege David* loquente, qui Templum ædificare volebat ibi -- *Non ædificabis mihi domum, quia vir sanguinum es* -- & repetit Summus Pontifex Nicolaus *in dicta Can. Clericum dist.* 50. *ibique Gloss. verb. Clericum, Turrecremat. in Can. primo* 23. *q.* 8. *Bald. cons.* 439. *num.* 2. *ad med. Menoch. cons.* 53. *num.* 20. *Crispolt. dicto cas. militar.* 2. *num.* 16. *& & seq.*

Ego verò scribens in hac Causa; Domini mei Advocati Pironii Nomine conducto; & jura Domini de Antinoris defendens, dicebam Pensionem reservatam favore ejusdem de Antinoris super quodam Beneficio, seu Capellania patronali, non fuisse ipso jure extinctam, per hujusmodi assumptionem militiæ Pontificiæ. Distinguendum est enim inter Militiam Principis sæcularis, & Militiam Summi
5 Pontificis; Licèt Clericus Pensionarius per assumptionem militiæ Principis Sæcularis amittat pensionem, etiam si sæva non exerceat, ea ratione, quia militia Principi sæculari est incompatibilis, & dedirecto contraria Clericatui ob subjectionem Principis sæcularis, ac ob juramentum, quod ei præstatur, & eo ipso, quod Clericus assumit militiam Principis sæcularis, præsumitur in eo voluntas dimittendi Clericatum, & assumendi statum sæcularem, dum miles sæculi non potest esse Miles Christi *Glos. in cap. qualiter verb. quadriennium de Cleric. non resid. Can. Clerici, & Can. Quicumque* 23. *q.* 8. *Jo: Andr. in cap. fin. de Cleric. conjug. Ventrigl. de pension. annot.* 11. §. 3. *n.* 24. Ac proinde attenta hujusmodi incompatibilitate, eo ipso, quòd Clericus efficitur Miles Principis sæcularis amittit Beneficium, & pensionem, juxta *Gloss. in cap. fin. verb. redierint de Cleric. non resid. Gig. de pension. q.* 55. *n.* 4. *&* 115., *Ciarlin. controvers. forens. lib.* 1. *cap.* 36. *num.* 43., *& seqq.*

6 Tamen per assumptionem Militiæ Summi Pontificis Beneficiatus simplex, aut Pensionarius, non amittit beneficium, aut Pensionem, quia militia Papæ, non est incompatibilis cum Clericatu; Clerici enim nedùm in minoribus, sed etiam in Sacris, & in Prælatura constituti inservire possunt Militiæ Summi Pontificis, & ei tanquam Principi Ecclesiastico, & Superiori Clericorum, jurari subjectionem, ac fidelitatem, ut optimè distinguendo inter unam, & alteram speciem Militiæ firmavit *Card. de Luc. de Pension. disc.* 46. *num.* 9., ibi -- *Dicta siquidem incompatibilitas Militiæ Sæcularis cum Clericatu*

catu &c. rectè procedit in Militia Principis Sæcularis, non autem in illo Papæ, cui compatibiliter Clerici, nedùm in minoribus, ſed etiam in Sacris, quinimò in Prælatura conſtituti inſerviunt in militia--quem ſequuta fuit *Rot. in Romana Penſionis 29. Febr. 1692. coram bo. me. Card. Caprara apud Bertachin. vot. deciſ. 93. num. 38.* ibi -- *Quod per militiam Papæ, & Sedis Apoſtolicæ non amittitur Penſio.*

7 Sicuti patet in Feudo; Clericus enim licèt amittat Clericatum, & conſequenter etiam Beneficium, & Penſionem, ſi recipiat, & aſſumat Feudum à Principe Sæculari, eo quia Feudum Sæculare cùm ſit militia, & quidem major hac, de qua agitur propter formale, ac magis ſolemne fidelitatis, ac ſubjectionis Juramentum, quod præſtatur Principi Laico, eſt incompatibile cum Clericatu ad *Text. in cap. 1. §. Ex hoc illud de feud. fæmin.*, & *in cap. Qui Clericus ſi de feu. ſu. controv.*

8 *Card. de Luc. de Penſion. diſc. 48. num. 3.*; tamen per aſſecutionem Feudi Eccleſiaſtici, cujus ſit Princeps, ac Dominus Papa, Clericus non amittit Clericatum, nec Beneficium, ſeu Penſionem, ſed poteſt illud obtinere, & in eo ſuccedere. *Jaſon. conſ. 117. num. 1. tom. 4.*, ibi -- *Secundò principaliter bene facit, quia iſtud Feudum eſt Eccleſiaſticum habitum ab Eccleſia, ſeu à Summo Pontifice, non autem eſt Sæculare &c. Unde jura Feudorum ſuperiùs allegata, quæ prohibent Clericos, vel Religioſos ſuccedere in Feudo Sæculari conceſſo a Principibus Sæcularibus; ſed quod in Feudo Eccleſiaſtico Clericus prohibeatur ſuccedere, iſtud non reperitur in aliquo jure expreſsè prohibitum -- Fagnan. in cap. Quæ in Eccleſiarum de Conſtit. num. 104.*

9 Ita licèt per aſſecutionem Militiæ Principis Sæcularis, Beneficiatus amittat Clericatum, & Beneficium, aut Penſionarius Penſionem, tamen per aſſecutionem Militiæ Eccleſiæ, ſeu Summi Pontificis non amittit Clericatum, nec Beneficium, aut Penſionem, quia non reperitur in aliquo jure expreſſè prohibitum Clericis militare prò eorum ſupremo Principe Eccleſiaſtico, & eum defendere ab invaſionibus, & moleſtiis aliorum Principum; ideoque in Militia Summi Pontificis ceſſant rationes in contrarium adductæ, & quæ adduci poſſunt, videlicet, qui factus eſt miles ſæculi, deſinit eſſe miles Chriſti, & quod nemo militans Deo implicet ſe negotiis Sæcularibus, etenim iſtæ rationes procedunt in Militia Sæculari, non verò in Militia Papæ, ut loquendo de Feudo docet idem *Jaſon. ubi ſupra num. 1. verſ. Et ponderetur Fagnan. in cap. Quæ in Eccleſiarum de Conſtit. num. 104. Card. de Luc. de Penſion. d. diſc. 46. num. 10. & ſeqq. Rot. deciſ. 1117. num. 11. coram Emerix, & in d. Romana Penſionis apud Bertachin. ubi ſupra num. 37.*

Poſita hujuſmodi diſtinctione, cùm Dominus de Antinoris Penſionarius non aſſumpſerit Militiam Principis Sæcularis, ſed Summi Pontificis; & quidem non propter formale bellum offenſivum pro recuperatione alicujus civitatis, vel Provinciæ, ſive ob inimicitiam cum alio Principe, vel ad injuriam ulciſcendam, ſed ſolùm propter proprii Principis Eccleſiaſtici, propriæque Patriæ, ac ſui defenſionem ab eis moleſtiis, quæ ex quadam vana jactatione timeri poterant; quod Cle-

10 ricis, & Eccleſiaſticis licitum eſſe teſtatur *Diana tom. 7. tract. 7. de Bello reſol. 60.* & animadvertit idem *Card. de Luc. ubi ſupra num. 13.* eiſdem ferè verbis, ſequitur proinde quòd Penſio ſibi reſervata, non fuerit ipſo jure extincta.

11 Non obſtat deciſio S. Rotæ in Firmana Penſionis coram Celſo *deciſ. 69.*, & *deciſ. 216.*, & *338. per tot.*, quia eadem cauſa repropoſita coram *Albergato*, Auditores erant in ſenſu recedendi ab ea deciſione, quod ſequutum non fuit in quamdam reverentiam trium deciſionum, & ob ſuperventam mortem collitiganti, quæ finem dedit controverſiæ, ut teſtatur idem *Card. de Luc. de Penſion. d. diſc. 46. num. 8.*

12 Placuit tamen, his non obſtantibus S. Auditorio in dicta *Peruſina Penſionis 11. Maji 1716. coram R. P. D. Herrera*, hìc impreſſa primam ſententiam amplecti, & definire Penſionem per aſſumptionem Militiæ etiam Pontificiæ ipſo jure extingui: Quæ cauſa non fuit amplius proſequuta; ſed per concordiam, & tranſactionem inter partes terminata, per quàm Canonicus Emilius de Rampalibus, qui favorabilem obtinuit deciſionem, ceſſit liti; & eadem deciſione obſtante, ſe obligavit ſolvere penſionem Domino de Antinoris, appoſi-

tis

tis varijs conditionibus, & reservatione beneplaciti Apostolici.

R.P.D. DE HERRERA.

Perusina Pensionis.

Lunæ 11. *Maji* 1716.

ANNUAM Ecclesiasticam pensionem ducatorum quatuordecim auri de Camera favore Josephi Antinori reservatam super fructibus etiam incertis simplicis Beneficii, seu Capellaniæ à quondam Petro Paulo Ballarini erectæ, & per Gasparem Bartoccettum possessæ solvere detrectans Paulus Emilius de Rampalibus modernus dicti Beneficii possessor, judicialiter à præfato Antinori coram Vicario Generali Perusiæ pulsatus fuit ad solutionem pensionum decursarum, & inexactarum, etiam pro tempore, quo dictum Beneficium à præfato Gaspare Bartoccetto immediato Antecessore possidebatur: Super quo licèt Antinorus coram primo dicto Vicario Generali Victor in omnibus extitisset; disparem tamen sortem, in gradu appellationis à dicto de Rampalibus coram A. C. interpositæ, fuit expertus; dum Vicarii Perusini judicatum in ea tantùm parte confirmari promeruit, in qua supradictus de Rampalibus ad solutionem pensionum pro rata temporis suæ tantùm possessionis decursarum fuerat condemnatus; Quod judicatum cum à Signatura Justitiæ canonizatum deinde fuisset, mediante clausula *sinè præjudicio*, ideo spedictus de Rampalibus satiùs duxit, renunciando Judicio possessorio, curare, ut de propriorum Jurium subsistentia in petitorio cognosceretur, super qua pugna hodie coram Me validiori conatu inter partes instaurata, diverso marte, quàm in alio antecedenti possessorio Judicio dimicatum extitit; dum exquisitis per me Dominis -- *An pensio debeatur* -- negativum ab eis responsum accepi.

Hujus sanè resolutionis fundamentum repositum quidem non fuit in nullitate reservationis controversæ pensionis per Paulum Emilium Actorem fundata in minùs veridica expressione valoris Beneficii Papæ facta in annuis aureis ducatis sexaginta; ac in reticita qualitate Jurispatro-
13 natus passivi eidem beneficio inhærentis; Quoniam respectu primæ objectionis, ea sublata remansit ex depositionibus Testium in Summario Responsionis Antinori exhibitis, ex quibus cùm constiterit fructus certos dicti Beneficii, incertis non computatis, annua scuta centum excedere; ideo dubitari non valuit de verificatione Valoris in annuis ducatis aureis sexaginta expressi; maximè verò quia hoc ipsum confirmabant solutiones controversæ hujus pensionis factæ per Gasparem Bartoccettum titularem antecessorem, quas solutiones ad comprobandam veritatem narrati valoris plurimum conferre dixit *Rota in rec. decis.* 186. *num.* 16., & *decis.* 213. *num.* 23. *par.* 6. *coram Gregor. decis.* 245. *num.* 6. *ibique Adden. num.* 14. *coram Merlino*, *decis.* 867. *num.* 5. *coram Dunozett. Jun.*, *decis.* 542. *num.* 8., & *coram Coccino decis.* 183. *num.* 16.

14 Respectu verò secundæ objectionis, ea satisfecit responsio, quod cùm Papa de tali Jurepatronatus sufficientem notitiam habuerit ex Patronorum consensu, & præsentatione, relativa ad Testamentum Petri Pauli fundatoris; ideo qualitatis hujusce patronalis eumdem Papam ignarum fuisse in reservatione controversæ pensionis, neutiquam dici potest; attenta potissimùm specifica, & individua relatione ad dictum fundatoris Testamentum, per quam relationem, sufficientem expressionem, & scientiam omnium in dicta fundatione contentorum induci tradunt *Monach. decis. Lucen.* 33. *num.* 1. *Cyriac. controv. forens.* 325. *num.* 13., & dixit *Rota coram Merlin. decis.* 583. *num.* 5., *coram Priol. decis.* 439. *num.* 9. *in Illerden. Hæreditatis de Gomac.* 4. *Junii* 1703. §. *Ad fundamentum coram R. P. D. meo Ansaldo*, & *in Romana locorum Montium* 15. *Januarii* 1714. §. *Non obstante coram R. P. D. meo Crispo*.

15 Tota itaque sic decidendi ratio stetit in eo, quòd cum pensio controversa favore Antinori reservata non fuerit in remunerationem alicujus servitii, ab eo jam impensi, vel in futurum impendendi, ita ut illa pro laicali, seu temporali esset habenda, ut advertunt *Imol. in Clement.* 1. §. *Eadem num.* 26. *de supplend. neglig. Prælat. Tondut. de Pens. quæst.* 77. *num.* 14. *Gig. de Pens. quæst.* 55. *num.* 1. & *seqq. Garz. de Benef. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 8. *Caccialup. de pens. quæst.* 15. *num.* 3. Sed eidem Anti-

Antinoro tamquam Clerico aſſignata, & reſervata extiterit pro commodiori ipſius ſuſtentatione, quo caſu in titulum beneficii data dicitur *Ciarlin. controv. forenſ. lib. 1. cap. 36. num. 45., & ſeq. Gig. de penſ. quæſt. 54. num. 67. utrobique num. 4. Garz. de Benefic. par. 2. cap. 5. num. 9.*, & quid Spirituale, vel Spiritualitati annexum conſideratur, ut proſequitur idem *Ciarlin. coutrov. forenſ. lib. 1. cap. 36. num. 41. 42. Garz. de Benef. par. 1. cap. 5. num. 9. Rota coram Card. Celſo deciſ. 89. num. 5. & ſeqq.*

16 Ideo ſtatim, ac ipſe Antinorus, clericalibus inſigniis ſepoſitis, armatæ militiæ in Copiis Pontificiis nomen dedit, præfata penſio ipſo jure extincta penitùs remanſit juxta communem Doctorum omnium ſententiam, de qua *Azor. Inſtit. moral. par. 2. lib. 8. cap. 10. quæſt. 4. Gambar. de offic. legat. lib. 6. num. 743., & ſeqq., Ciarlin. controv. forenſ. lib. 1. cap. 36. num. 42., & 43., & lib. 2. cap. 136. num. 8. Pignattell. conſult. Canon. tom. 2. conſult. 2. nu. 2. Caccialup. de Penſion. quæſt. 15. num. 5. Ricciul. de jur. perſon. extr. grem. Eccleſ. lib. 7. cap. 5. num. 26., Gig. de penſion. quæſt. 55. num. 4. 5. Vivian. de Jurepatr. lib. 3. cap. 9. num. 55. Angel. de Confeſ. lib. 2. qu. 50. num. 4. Graſſ. de effect. Cleric. effect. 8. num. 11.*, & dixit *Rota deciſ. 212. num. 6. poſt. Torr. de pact. futur. ſucceſſ., coram Ninott. deciſ. 2. num. 2. & articulo magiſtraliter diſcuſſo deciſ. 69. num. 17. & ſeqq., & deciſ. 216. & 338. per tot. coram Card. Celſo, & in rec. dec. 355. num. 9. par. 14.*

17 Militia enim Sæcularis de Diametro contrariatur Statuti Clericali, per modum, ut ſicuti miles Chriſti, ſeculi miles eſſe deſinit, cùm Deo, & ſeculo ſimul Militari non poſſit, *can. quicumque il ſecondo 23. quæſt. 8.*, ita etiam Clericus Militiam Secularem aſſumens, Chriſti miles eſſe deſiit, & indignus efficitur conſequendi fructus, ſeu proventus Eccleſiaſticos qui ſtipendia dicuntur Clericorum, quo-

18 rum arma lacrymæ ſunt, & orationes, ex ſententia Divi Ambroſii, relata *in Can. convenior. 23. q. 8. can. porro 16. qu. 3. Lup. de Bello, & Bellator. §. Habeas ſub num. 1. Ricc. in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ. 371. num. 4. Graſſ. de effect. Clerical. effect. 20. num. 4., Bellett. diſquiſit. Cleric. par. 1. tit. de diſciplin. Clerical. §. 18. nu. 9.*

Ex qua adeò evidenti, & ineſcuſabil incompatibilitate inter vnam, & alteram militiam Eccleſiaſticam nempe, & Secularem deſcendit, quòd Clericus ad

19 Sæculi militaria ſtipendia accedens, Eccleſiaſticis omnibus proventibus ipſo jure, & abſque ulla præcedenti monitione privatus remanet, juxta *Gloſ. communiter receptam in cap. final. verb. redierint de Cleric. non reſid.* ibi -- *ſuper hoc tamen diſtinguo, quia aut habet Eccleſia eum pro derelicto, aut non, ſi habet eum pro derelicto, puta quia contraxit matrimonium, vel factus eſt miles &c. cùm de hoc conſtiterit; Epiſcopus ſtatim poteſt Eccleſiam illam aliis conferre &c. ſi verò non habet eum pro derelicto monendus eſt* -- & tradunt *Querada controv. forenſ. 29. num. 43. Ciarlin. controv. forenſ. lib. 1. cap. 36. num. 43., & lib. 2. cap. 136. num. 5., & 6. Gig. de penſ. qu. 55. num. 2. Ricciul. de jur. perſon. extra grem. Eccleſ. lib. 7. cap. 5. num. 14., & ſeqq. Tondut. de penſion. cap. 77. num. 18. Garz. de Benefic. part. 1. cap. 5. num. 11. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. par. 3. alleg. 57. num. 216. & de Jur. Eccleſ. par. 3. cap. 14. num. 31. Galerat. de renunciat. centur. 1. renunciat. 31. num. 18. Rota in Romana Penſionis 14. Aprilis 1679. §. Fruſtrà cor. bo. me. Card. Taja.*

Quidquid in contrarium ſenſerint nonnulli alii Doctores, freti auctoritate *Card. de Lug. lib. 5. reſponſ. moral. dub. 22. nu. 8.*, & diſtinguentes contractum Matrimonii tamquam actum irretractabilem ab aſſumptione militiæ, vel alterius Officii Secularis, ut pote actum ad placitum retractabilem, quo caſu amiſſione beneficiorum, & Eccleſiaſticarum penſionum Clerici monitionem requirere videntur, quia ultra quod eorum opinio confunditur ab alia, communiori Doctorum Calculo, ut ſupra in contrarium recepta; Ad iſtum effectum

20 amittendi penſiones, & Eccleſiaſtica beneficia Matrimonium, & militia inter ſe pari paſſu procedunt, juxta receptam magiſtralem *Gloſ. in cap. qualiter, verb. quadriennium de Cler. non reſid.* ibi -- *Quandiu non renunciat, Clericus ſemper eſt, & licèt vagetur, eum non habet Eccleſia pro derelicto, niſi contrahat contrariam negociationem, ut ſi fiat miles, vel contrahat Matrimonium -- & in cap. fin. verb. redierint eodem tit.* ibi -- *Aut habet Eccleſia pro dere-*

derelicto, aut non, si habet eam pro derelicto, puta quia contraxit matrimonium, vel factus est miles -- Compost. in cap. 1. col. 3. vers. sed de milite de regul. jur. Barbat. cons. 11. erga fin. vers. præterea facit lib. 1. Gig. de pens. quæst. 55. num. 2., & cons. 23. num. 3.

21 In nihilo penitus juvante, quòd Antinorus licèt militiæ Seculari adscriptus, sæva tamen nunquam exercuerit; quia vis non stat in actu exercito, qui merè accidentaliter se habet, sed in actu primo, hoc est in dimissione status Clericalis & assumptione cinguli militaris, per quem actum pontentialiter quis propositum induit sæva exercendi, quando casus evenerit; juxta doctrinam *Speculat. lib. 1. parte. 1. de leg. tit. de dispens. §. Juxta num. 10. vers. alii etiam tales Barbos. de Jur. Eccles. lib. primo cap. 39. §. 2. nu. 79., & lib. 3. cap. 14. num. 31., & seqq. Majol. de irregularit. lib. 2. cap. 6. num. 5. Francisc. Marc. decis. 396. num. 3. vers. quia irregularitatem parte 2., Rota coram Card. Celso decis. 69. num. 19.*

Nec controversæ pensionis extinctionem Antinorus excludere valuit sub fundamento, quòd Militiæ Summi Pontificis pro tuitione Status Ecclesiastici adscriptus, pro Ecclesia arma sumpsisse, & per consequens ab Ecclesiastica Militia nullatenus recessisse censeatur, quidquid secus esset si in militia alterius Principis Sæcularis nomen dedisset, juxta notata per *Card. de Luc. de Pens. disc. 46.*; Quia contrarium decisum habetur in geminis Tribunalis nostri decisionibus editis *coram bon. mem. Cardinali Celso decis. 69., & decis. 216. in earumque confirmatoria prima Julii 1665. coram bon. men. Albergato*, in quibus, articulo formiter discusso, stabilitum remansit, assumentes etiam Arma Summi Pontificis cujuscumque Ecclesiasticæ pensionis fieri incapaces; Unde, cum in hoc articulo clara habeatur Tribunalis nostri toties confirmata decisio, in nulla consideratione habenda est opinio *Cardinalis de Luca*; qui ex proprio judicio, & tamquam privatus Doctor, suam
22 defendens sententiam, contraponendus non est Rotæ auctoritati, cujus opinionem nedum Sententiæ unius, verùm etiam omnium Doctorum prævalere notum est, & firmant *Vestr. in praxi lib. 6. cap. 1. num. 18. Gratian. discept. for. cap. 104. num. 56. Kokier. super indult. primar. præc. sect. 4. fol. 49. Conciol. allegat. Civil. 34. num. 41.; & allegat. 43. num. 19. Cavall. commun. contra commun. in proœm. num. 25. & seqq. Letter. in apparat. de re benefic. num. 105. Pait. de cred. cap. 4. quæst. 7. num. 279. Tanagl. de Sac. Rot. Rom. Auditor. lib. 1. cap. 3. num. 1.*, & dictum fuit in *recent. decis. 256. num. 17. parte 7. coram Buratto decis. 863. num. 13., in Romana, seu Nicien. Fideicommissi 14. Decembris 1703. §. Non solum coram Reverendissimo P. D. Molines, & in Romana evictionis 17. Februarii 1710. §. Et quidquid dixerint coram Eminentissimo Cardinali Scotto, & in Camerinen. Successionis 14. Junii 1715. sub. §. Quamquam vero cor. R. P. D. meo Perro.*

23 Maximè quia decisiones prædictæ legali, ac perurgenti admodum ratione vallatæ dignoscuntur, Romanus enim Pontifex duplicem in terris repræsentat personam; alteram Vicarii Christi, alteram verò Principis Sæcularis in ditione, patrimonio Divi Petri subjecta, in qua ad instar alterius uniuscumque Sæcularis Potestatis jurisdictionem, omniaque alia Suprema temporalia Jura exercet *Pap. vergentis ibique Fagnan. num. 2. de hæretic. cap. 9. Venerabilem qui filii sint legit.* ibi -- *id autem in Patrimonio B. Petri libere potest Apostolica Sedes efficere, in quo, & Summi Pontificis auctoritatem exercet, & Summi Principis exequitur potestatem -- Card. de Luc. de feud. disc. 93., & de dot.*
24 *disc. 22. vtrobique num. 6.* -- Ideoque dum Pontificis militiæ pro tuitione status temporalis quis se adscribit, inservire non dicitur Papæ, uti Christi Vicario, & pro Ecclesiæ defensione, quæ juxta illud D. Thomæ Cantuariensis *more Castrorum non custoditur*, sed Papæ tamquam Principi Sæculari famulatum præbere censetur, ut generalibus prætermissis, in his præcisis terminis latè probat, contrariis etiam respondendo, *Episc. Rocc. disput. Jur. cap. 191. num. 32., & seqq.*

25 Et de facto cum in una *Romana Pensionis 14. Aprilis 1679. coram Cardinali Taja* dubitatum fuisset, an per assecutionem officii Capitis Regionis Urbis Ecclesiasticæ pensiones amitterentur, sub motivo, quòd eidem officio aliqualis militaris qualitas inesset, Rota in sensu fuit negativo;

non

non quidem ex eo, quòd hujuſmodi Officiales, qui aliquali Urbis gubernio, potiſſimùm de tempore Sedis Vacantis ſupereminent, Papæ, & conſequenter Eccleſiæ famulatum præbere cenſeantur; Sed quia verè, & realiter præfata officia militari nulla qualitate pollere compertum fuit, ut ex dicta deciſione relata *poſt Conſtantin. ad Stat. Urb. in ordine la 13. à num. 35. ad. 40.*

26 Hoc ipſum præterea confirmante animadverſione, quòd licet Milites, Lauretanos, & Pios Milites & Officiales Papæ eſſe non dubitetur; utpote quia ex proprii Inſtituti regulis militare Servitium eidem juxta temporum neceſſitates præſtare teneantur; attamen ad hoc ut in tali ſtatu Eccleſiaſticas penſiones retinere poſſint; Speciali Summorum Pontificum indulto fuerunt muniti, quemadmodum refert *Tondut. de penſion. cap. 77. num. 28. & ſeqq.*, *& Rota coram Seraphin. deciſ. 758.*; Quò utique privilegio præfati Militares Ordines opus non habuiſſent, ſi eorum Militaris qualitas cum Clericali ſtatu non eſſet incompatibilis, & per conſequens inductiva extinctionis cujuſcumque Eccleſiaſticæ penſionis, ut in præciſis terminis diſpenſationis retinendi penſiones obſervat *Card. de Luc. de Cenſ. diſc. 47. num. 13.*, & generaliter dictum fuit *in Bononien. attentatorum 30. Junii 1714. §. Etenim coram Reverendiſſimo P. D. Molines, & in Romana Status Zagaroli 27. Martii 1705. §. Deveniendo coram bo. mem. Muto.*

Id quod pro indubitato agnovit etiam Sacri Concilii Congregatio, quæ ſub die 20. Junii 1693. cùm per Jacobum Serbolongum Clericum conjugatum ſupplicata fuiſſet pro diſpenſatione retinendi nonnullas Eccleſiaſticas penſiones, ex quo à tribus ante annis per ſan. mem. Alexandrum VIII. deputatus fuerat in Vexilliferum, vulgò *Cornetta* Equitum Levis Armaturæ pro Summi Pontificis cuſtodia; reſpondit dictum *Oratorem eſſe diſpenſandum, facto tamen verbo cum Sanctiſſimo*, quo per ejuſdem Congregationis Secretarium expleto -- *Sanctitas Sua Sacræ Congregationis ſententiam benignè approbavit; Oratorem abſolvit ad cautelam in præteritum; penſiones hucuſque perceptas condonavit, ac in futurum cum eo diſpenſavit; itaut durante ſervitio inter cohortes, & ad cuſtodiam Summi Pontificis indultum in Statu Clerici conjugati ampliandum, & extendendum ſit ad hujuſmodi Statum Militarem, ac proinde penſiones præfatas percipere, & retinere valeat, ac ſi Mi-*

27 *litiæ adſcriptus non eſſet* -- Quæ ſanè Sacræ Congregationis Concilii reſolutiones, tamquam legis univerſalis vim obtinentes, & in utroque Foro obligatoriæ ex plenè deductis per *Fagnan. in cap. Quoniam de Conſtit. num. 6. & ſeqq.* nec non per *Paſſerin. de Stat. Homin. quæſt. 187. art. 1. obſervat. 3. num. 447.* ſemper à Tribunali noſtro reverenter exceptæ fuere, ut plures declaratum fuit, præſertim *coram Peuting. deciſ. 5. num. 5. & deciſ. 318. num. 2. coram Cavaler. deciſ. 627. num. 8. in Hiſpalen. Viſitationis 25. Novembris 1701. §. Cumque adverſus coram Reverendiſſimo P. D. Molines, & in Baren. Teſtamenti 21. Aprilis 1704. §. Avulſis coram. R. P. D. meo Anſaldo.*

Reſponſione non attenta, quod præfata Sacræ Congregationis Concilii reſolutio ad cautelam, & pro ſerenitate Oratoris emanaverit, quia ex tenore ejuſdem reſolutionis per Paulum Emilium de Rampalibus actorem in authenticam formam exhibitæ apparuit, eam abſolutè prodiiſſe ſub verbis -- *Oratorem eſſe diſpenſandum* -- ſub qua etiam formula proceſſit Summus Pontifex in ejuſdem reſolutionis approbatione; ſimpliciter dicendo -- *in futurum cum eo diſpenſavit* -- & licèt in eadem reſolutionis confirmatione, Papa Oratorem ad cautelam abſolvere quoque expreſſerit, attamen hoc intellexit reſpectu penſionum ab Oratore in præteritum in ſtatu militari perceptarum, quas inſuper eidem condonavit ibi -- *Oratorem abſolvit ad cautelam in præteritum, penſiones hucuſque perceptas condonavit &c.* -- quod ſummo jure declaratum fuit, quia cùm Penſionarius Orator antea in dubio, & conſequenter in bona fide verſatus fuiſſet, cum qua etiam bona fide penſiones exegerat, nulla forſan abſolutio pro earumdem penſionum perceptione convalidanda neceſſaria conſiderari poterat, ut ad rem advertit, *Fagnan. in cap. Quoniam de conſtit. n. 33., & ſeqq.*

Præmiſſis non obſiſtente deciſione *in*

Romana Pensionis 29. Februarii 1693. coram bo. me. Cardinali Caprara, quoniam ea loquitur in terminis Feudatarii Ecclesiastici, toto Cœlo diversis ab istis Militum in Castris inservientium; Ille enim militiam ex propria persona sequi non tenetur, sed eam per alios potest exercere, quod nullo modo procedere potest
28 respectu militis, qui in Castris continuò degere tenetur, nec alium substituere valet: ut observant *Soccin. sen. cons.* 257. *sub n.* 1. *lib.* 2. *Jacobin. de feud. verb.*, & *promiserunt n.* 2. *Fagnan. in cap. quæ in Ecclesiarum num.* 25., & *seqq. de constitution.*

Fortiùs quia attentis rationibus, quibus decisio præfata innixa apparet, illam in præsenti hypothesi potius assistere, quam resistere animadverterunt DD. in ea porrò eatenus firmatum extitit, pensionarium per feudi acquisitionem pensionem Ecclesiasticam non amisisse, quatenus probata non fuerat qualitas jurisdictionalis cum jure sanguinis, quòd cum Clericatu est prorsus incompatibile; Unde supposita qualitate feudali cum jure
29 sanguinis, videtur Rotam admittere pensionis extinctionem etiam in Feudatario Ecclesiastico, argumento ducto à contrario sensu, quòd validissimum pluries dictum fuit præsertim in *Ferrarien. Decimarum* 15. *Junii* 1703. §. *Præsuppositio cor. R.P.D. meo Molines*.

Quæ verò, inhærendo opinioni *Card. de Luc. de pension. disc.* 46. in eadem decisione deducta fuere, circa qualitatem militaris servitii Papæ præstiti pro excludenda extinctione pensionis, inducta ex ejusdem militiæ assumptione, tamquam perfunctoriè, ac per transennam in eadem decisione cumulata, ac veluti aliis Tribunalis nostri decisionibus, quæstionem ex professo tractantibus contraria, in nulla penitùs consideratione habita fuere, prout ea nulla animadversione digna esse, perpetuò nostrum Tribunal potestatum fuit, & in specie *coram Seraphino decis.* 299. *in fin. cor. Bichio dec.* 480. *n.* 31. *in rec. dec.* 17. *nu.* 9. *par.* 7., & *dec.* 169. *n.* 31. *par.* 11.

Et ita utraque &c.

RESPONSIO.

30 Huic decisioni meum nunquam potui captivare intellectum, adeout firmiter tenebam, quòd si hæc causa iterum fuisset proposita, S. Rota ab ea recessisset, dum examinando ejus rationes, & fundamenta, ea subsistere non posse mihi videntur.

Tota enim ratio fundamentalis ejusdem decisionis stetit in eo, quòd hæc pensio fuerit assignata Domino de Antinoris in titulum Beneficii, & quòd proinde statim ac ipse Antinorus armatæ militiæ in copiis Pontificiis nomen dedit, præfata pensio *ipso jure* extincta penitus remanserit, ut ex §. *Tota* ejusdem decisionis, sed hæc ratio fundamentalis adversæ resolutionis videtur procedere non posse.

Quoniam in primis hujusmodi pensio non fuit assignata Domino de Antinoris, in titulum Beneficii, & tamquam Benefi-
31 cium Ecclesiasticum; Pro cujas veritatis assecutione duæ distinguendæ sunt species pensionum; Alia enim est pensio, seu portio reddituum superexcedentium perpetuò auctoritate superioris separata à redditibus Ecclesiæ, seu Beneficii, ut sit unum Beneficium pro Clerico; Et alia est pensio ad tempus separata, seu quæ simpliciter constituitur ad tempus super fructibus Beneficii, & Clerico assignatur ad particulare ejus commodum auctoritate superioris juxta distinctionem traditam per *Fagnan. in cap. ad audientiam de rescript. num.* 41., & 48. *Gigas de pension.*
32 *qu.* 3. Prima pensio est Beneficium Ecclesiasticum, & datur in titulum Beneficii Ecclesiastici, ad *Text. in cap. conquerente de Cleric. non residen.*, & docent *Gigas de pens. qu.* 1. *n.* 1., & *qu.* 28. *n.* 20. *Fagnan. ubi supra nu.* 44. *Tondut. de pension. cap.* 17. *nu.* 33. & *seqq.* Secunda verò pensio non est Beneficium Ecclesiasticum, nec datur in titulum Beneficii Ecclesiastici, sed ut commodiùs Clericus Pensionarius sustentari valeat, *Gloss. in cap. Quamvis il primo de præbend. in* 6. *verb. per Beneficia*, ut reprobatis contrariis, ac eorum rationibus tuetur idem *Fagnan. ubi supra n.* 98. ibi -- *Verùm his non obstantibus arbitror dicendum, nec pensiones, quæ hodie ex stylo Curiæ Clericis reservantur, esse Beneficia Eccle-*

Eccleſiaſtica, nec propriè, & ſtrictè loquendo venire Beneficii appellatione -- Imol. in Clement. Quoniam n. 34. de vita, & honeſt. Cleric., Navar. conſ.43. num.9. de Simon. Caccialup. de penſ. qu.30. num. 10. & alii quos recenſet *Rota in Romana penſionis 29. Februarii 1692. coram Card. Caprara* poſt *Bertacchin. vot.83. ſub nu.28.,& 29.* ubi reprobato, *Garz. de benefic. par.5. capit. 80.* fuit approbata ſententia *Fagnani*.

Penſio reſervata Domino de Antinoris non eſt primæ, ſed ſecundæ ſpeciei, dum non fuit auctoritate ſuperioris perpetuò ſeparata à fructibus Beneficii per Canonicum de Rampalibus nunc poſſeſſi, ut ſit unum Beneficium, ſed fuit ad tempus ſeparata, & conſtituta ſuper eiſdem fructibus pro commodiore ſuſtentatione penſionarii. Et licèt ſit quid ſpirituale, aut ſpiritualitati annexum *Garz. de benefic. par.5. cap.5. nu.10.* & aliis exadverſo relat. *in d. dec. §. Tota* non proinde ſequitur, quòd ſit Beneficium, aut detur in titulum Beneficii, ut proſequitur idem *Fagnan. ubi ſupra n. 115.* ibi -- *Non obſtant argumenta contraria, nam ad primum &c. reſpondetur concedendo penſionem hodie non eſſe quid merè temporale, ſed ſpirituali annexum &c., ſed hoc non ſequitur, ut penſio proprie ſit Beneficium -- Cardinal. de Luca ad Concil. diſc. 12. num.5.* Si igitur penſio hæc non fuit aſſignata Domino de Antinoris in Beneficium Eccleſiaſticum, ſeu in titulum Beneficii Eccleſiaſtici, ſequitur quòd ipſe aſſumendo militiam Summi Pontificis non amiſerit penſionem juxta Doctrinam *Imolæ in Clement. 1. §. Eadem de ſupplen. negligen. Prælat. n.26.* ibi -- *Quid ſi Penſionarius uxoretur, vel miles fiat, an vacet penſio; Dic quod non, ubi non eſt aſſignata in Beneficium Eccleſiaſticum*, quam ſequitur *Rota deciſ. 335. n.2. cor. Bichio*.

Verùm etiam per malam Hypotheſim omiſſo, quòd hæc penſio fuerit de prima ſpecie ſuperiùs diſtincta, non indè ſequitur, quòd præfatus de Antinoris penſionarius per aſſumptionem militiæ in copiis Pontificis remanſerit ipſo jure privatus penſione, & hæc ipſo jure extincta, quoniam cùm pœna privationis Beneficiorum, & penſionum ſit graviſſima, & æquiparata morti civili *Rot. in Friſignen. Parrochialis 8. Aprilis 1715. §. Ex ſimplici coram Emo Scotto*, ad hoc ut Clericus penſionarius, aut Beneficiatus per aſſumptionem militiæ in copiis Pontificis amittat, ſeu privatus remaneat ipſo jure, & ipſo facto penſione, aut Beneficio, indiſpenſabiliter requiritur aliqua lex, Canon, aut Conſtitutio Apoſtolica, quæ hujuſmodi pœnam privationis ipſo jure, & ipſo facto incurrendam imponat, dum juxta communem omnium Doctorum ſententiam pœna privationis numquam incurritur ipſo jure, niſi ſit jure expreſſa *Gloſſ. in cap. tranſmiſſæ de jurepatr. verb. ex vi jurepatronatus in fine* ibi -- *quia cùm ſit illud pœna, non debet imponi, niſi exprimatur, quod ſit imponenda Fælin. in cap. inquiſitionis colum. 2. extra de accuſ.* ibi -- *Eſſe doctrinam, quod numquam aliquis eſt privatus ipſo jure Beneficio, niſi ſit jure expreſſum -- Tiraquell. in l. ſi umquam verb. revertatur tom.6. n.248.* ibi -- *Quin etiam numquam incurritur pœna privationis ipſo jure, niſi ſit jure expreſſa -- Gabriel. conſ.187. n.6. tom.2.* ibi -- *Numquam cenſetur ipſo jure pœna impoſita niſi lege exprimatur, Imol. in cap. querelam de jur. juran. n.2.* ibi -- *Et pro hoc etiam facit, quia non reperitur expreſſum, quòd iſtud crimen inducat privationem Beneficii* -- & infra ibi -- *Quòd pro nullo crimine debet Clericus deponi, niſi in quantum reperiretur in jure expreſſum -- Gonzalez ad regul. Cancell. gloſ.15. num.136. Rot. dec.24. num.8. poſt Tamburin. de jur. Abbat. to.3.*

Immo ad inducendam hanc pœnam privationis Beneficiorum, aut Penſionum ipſo jure incurrendam, non ſufficit quæcumque lex, ſed hæc debet eſſe talis, ut utatur dictionibus, quæ ſignificent expreſsè ſententiam latam, ut ſunt iſtæ, *ipſo jure, ipſo facto; abſque alia ſententia; authoritate hujus legis; abſque ulla declaratoria; ſtatim; ex tunc, incontinenti, ſinè mora* juxta *Gloſſ. in cap. 1. de reſcript. in 6. verb. ipſo jure Text. in cap. literas de conceſſ. præben., & in cap. quam ſit, ibique gloſſ. de elect. in 6. Tuſch. concluſ.719. n.8. 20., & 29. lit. P. Sayr. in Cla. Reg. lib.3. cap.8. num.18. & ſeqq.* Si enim lex pœnalis utatur verbis tantùm comminatoriis, ut ſi ibi dicatur -- *ſub pœna, ſub interminatione privationis penſionum, aut Beneficiorum inhibemus, prohibemus &c.* -- non con-

tinet sententiam latam, sed ferendam, sicuti non continet sententiam, latam, sed ferendam, si utatur verbo, vel participio significante actionem futuri temporis, aut verbo imperativi modi significante hominis ministerium ex. gr. si dicatur -- *Pensione, aut Beneficio erit privandus, aut pensione privetur -- ad Text. in cap. Dolentes de celebr. Miss. ibique gloss. verb. sub pœna, & in cap. cùm esses de Testament. & in Can. unic. de sagittar. verb. sub anathemate, & in cap. sicut de Simon. verb. sub interminatione anathematis, & in cap. si vir. de Adult., & Stupr., & in cap. Cùm tu de usur. Abb. in cap. 51. diligenti num. 18. de foro competen. Fælin. in cap. Rodulphus de rescript. Tusch. dicta conclus. 719. num. 11. lit. P.*

38 Posito hoc incontrovertibili juris principio; in toto corpore juris Canonici nulla adest lex, nullus Canon, nec extra illud ulla reperitur Constitutio Apostolica, quæ inducat ipso jure, & ipso facto amissionem Pensionis, aut Beneficii propter simplicem assumptionem militiæ, ut notant *Tondut. de pension. cap. 77. num. 1., & seqq., & num. 10. 11. & 13. Card. de Luca de pension. discurs. 46. num. 8. disc. 73. num. 16. Caren. resol. 11. num. 6. & seqq. Rot. dec. 279. num. 12. par. 16. & dec. 253. num. 15. par. 19. recent., & in Romana pensionis 17. Junii 1697. coram bon. mem. Muto post Antonell. de jur. & oner. Cleric. dec. 22. num. 2.*

Unde necessariò consequitur, quòd Dominus de Antinoris per assumptionem militiæ in copiis Pontificiis in qualitate Ducis militum non remanserit ipso jure, & ipso facto privatus sua pensione, nec
39 hæc ipso jure extincta, sed ut ea privaretur, saltèm necessaria erat trina monitio, vel una pro tribus, ut desereret militiam, & ad statum Clericalem rediret, imò etiam, & postmodum necessaria erat sententia declaratoria, ut ex præfato inconcusso principio deducunt *Gig. de pens. quæst. 55. nu. 3. Azzor. instit. moral. par. 2. lib. 8. cap. 10. quæst. 4. Castropal. oper. moral. tom. 2. tract. 13. de Benefic. disput. 1. par. 11. §. 10. num. 9. Pignattell. consult. 2. tom. 2. num. 9.* ibi -- *Quatenus verò dicatur pensionem fuisse reservatam uti Clerico, illam tamen non esse extinctam ipso facto, sed prærequiri legitimam monitionem, ut Clerico Pensionario non parente, & officium Sæculare non deserente, extingui posset, certum omnino existimo -- & num. 10.* ibi -- *Attamen aliique saniores volunt Clericum effectum militem monendum esse, antequam pensione Ecclesiastica privetur, ut militiam deserat, & ad statum Clericalem redeat -- Antonell. de juribus, & oneribus Cleric. lib. 1. par. 3. cap. 41. num. 2.* ibi -- *Alioquin subjacent pœnæ privationis, non tamen ipso facto ex sola præsumptione desertionis status Clericalis, sed post trinam legitimam præmissam monitionem, vel unam pro tribus, ut militiam deserant, & ad statum Clericalem redeant, ac etiam post subsecutam desuper Judicis sententiam declaratoriam, si in minoribus ordinibus, vel Subdiaconatu, vel Diaconatu sint constituti -- Rota in Romana pensionis apud Bertacchin. vot. decisiv. 93. num. 39.* ibi -- *Ad quem effectum debebat præcedere trina monitio, seu superioris interdictum, quo Pensionarius instrueretur, antequam privetur -- Rot. decis. 279. n. 4. par. 16., & decis. 172. num. 11. par. 19. recent.* & clarè *Rot. in Romana pensionis coram bon. mem. Eminentissimo Cardinali Taja post Constantin. ad Statut. Urbis decis. 13.* ibi -- *Et admisso etiam quod officium esset militare, & Clericatui repugnans, adhuc Julius prius debuisset moneri, & citari ut statim tale officium dimitteret, vel audiret se per sententiam declarari incapacem Beneficii, & pensionis, quia cum privatio isto casu inducatur ex præsumptione, qua miles creditur deserere statum Clericalem, & assumere statum omnino incompatibilem, utique cùm hujusmodi status possit subitò deseri, & arma statim deponi, & rediri ad Clericatum, ideo ad inferendam desertionem status Clericalis necessaria est monitio --*

40 Maximè quia idem Dominus de Antinoris ad sæva numquam devenit, nec alium actum prorsus contrarium Clericatui exercuit, sed vixit honestè, ut Clericus, dum omnibus notum est in ultimo Pontificio Armamento, nec ipsum, nec ejus milites sclopum ullum explodisse contra suspectos inimicos Status Ecclesiastici, quo casu eum non amisisse ipso jure pensionem docent *Lotter. de re benefic. lib. 3. quæst. 26. num. 90.* ibi -- *quæ omnia tamen, quoad hanc pœnam amissionis Beneficii ipso jure, non ita de plano procedere intelligerem saltèm, ubi ad sæva etiam*

non

non eſt deventum -- Tondut. de penſion. cap. 77. num. 11., Rodulphin. alleg. 97. num. 11.

Nullatenus attenta reſponſione contrariæ deciſionis §. *In nihilo*, quòd licet idem Penſionarius ſæva non exercuerit, potentialiter tamen induit propoſitum ſæva exercendi, quando caſus devene-
41 rit; Quoniam etiam omiſſo, quòd potentialiter induerit hujuſmodi animum ſæva exercendi, non per hoc ſequitur, quòd ipſe remanſerit ipſo jure privatus penſione, cùm, ut ſupra dictum fuit, non adſit lex ulla, quæ hujuſmodi pœnam ipſo jure inducat contra eum, qui habet animum exercendi ſæva, ſi enim eſſet impoſita pœna privationis beneficii, aut penſionis ipſo jure incurrenda habenti propoſitum, & animum exercendi ſæva, omnes Beneficiati, aut Penſionarii, qui haberent ſimplicem animum, & propoſitum occidendi proprium inimicum, aut calumniatorem, ac ſuper eo exercendi ſæva, quando caſus deveniret, eſſent ipſo jure privati eorum Beneficiis, & Penſionibus, & plus puniretur ſimplex animus, & propoſitum homicidii, quam ipſum actuale homicidium, dum per hoc etiam qualificatum non amittitur ipſo jure Penſio, aut Beneficium, *Gabriel. conſ. 187. lib. 2. num. 1. Sabell. verb. penſion. num. 20. §. Quod penſio.*

42 Hæc eadem veritas nimirum, quòd per aſſumptionem militiæ penſio ipſo jure non extinguatur, nec Penſionarius ipſo jure illa privetur, deducitur ex ipſamet reſolutione Sacræ Congregationis Concilii à contraria deciſione relata in §. *Id quod*; Etenim ſi per aſſumptionem militiæ Pontificiæ ipſo jure extingueretur penſio, Sacra Congregatio non dixiſſet Sorbolongum Penſionarium, & inſervientem militiæ Pontificiæ eſſe diſpenſandum, nec Pontifex cum eo diſpenſaſſet ad cautelam, ſed debuiſſet ei concedere novum Indultum, & de novo reſervare penſionem, quæ ipſo jure fuiſſet extincta; Igitur ſi non dixit eſſe ei concedendum novum Indultum, & ſi hoc Pontifex non conceſſit, ſed ſolùm cum illo diſpenſavit, ſequitur, quòd nec Sacra Congregatio, nec Pontifex exiſtimaverint, penſionem per aſſumptionem militiæ Pontificiæ fuiſſe extinctam ipſo jure, & de facto Sacra Congregatio Concilii, antequam procedatur ad declarandam penſionem extinctam ob aſſumptam militiam armatam, ſemper cenſuit, ut præmittatur monitio, ut tradit *Pignattell. conſult. 2. num. 11. tom. 2.*

43 Id ipſum admittere videntur Judices, qui in hac Cauſa judicarunt ſuper Poſſeſſorio, ac etiam ipſamet hæc Sacra Rota, nam tam Vicarius Generalis Peruſiæ, quam A. C. ac Signatura Juſtitiæ, non oſtante, quod per beneficiatum fuerit declaratum in his Tribunalibus, quod penſio hæc fuerit extincta ſtatim, ac dictus Penſionarius aſſumpſit militiam in copiis Pontificiis; conceſſerunt eidem Penſionario manutentionem in poſſeſſione exigendi penſionem; Hæc etiam Sacra Rota ſtatuit, quòd per exceptionem militiæ non ſit retardanda poſſeſſio exigendi penſionem, ut *in deciſ. 1143. num. 4. coram Coccin.* ſi hæc penſio fuiſſet ipſo jure extincta non competiiſſet Penſionario aſſumente militiam manutentio in poſſeſſione exigendi penſionem, cùm deficeret ipſo jure jus, & titulus poſſeſſionis, ut fuit reſolutum à Sacra Rota *in Neapolitana penſionis 17. Februarii 1698. §. Cùm itaque coram R. P. D. Anſaldo*, ubi ex eo, quia per aſſumptionem ſtatus Conjugalis amittitur ipſo jure penſio, fuit denegata Penſionario, qui contraxit matrimonium, manutentio in poſſeſſione exigendi penſionem; Igitur ſi præfati Judices non obſtante dicta exceptione, conceſſerunt hujuſmodi manutentionem ſupradictæ penſionis, & Sacra Rota decrevit in ſimili Cauſa eam non eſſe retardandam per hanc exceptionem, ſignum evidens, quòd tam dicti Judices, quàm Sacra Rota agnoverint hanc penſionem non fuiſſe ipſo jure extinctam per ſuſceptionem militiæ in copiis Pontificiis.

Sed hìc non ſiſtunt rationes oſtendentes claram, & manifeſtam inſubſiſten-
44 tiam contrariæ deciſionis. Reflectebam enim, quòd germana ratio etiam à contraria deciſione admiſſa in §. *Militia*, & *in* §. *Ex qua*, propter quam amittantur penſiones, & beneficia Eccleſiaſtica ab aſſumente militiam ſæcularem, fundatur in præſumptione, quòd per aſſumptionem talis ſtatus ſæcularis cenſeatur habere tam Eccleſiam, quàm Clericatum

pro

pro derelicto, eo quia effectus miles sæculi desinit esse miles Christi. Sed in casu præsenti nullatenus concluditur in Domino de Antinoris talis animus habendi tam Ecclesiam, quàm Clericatum pro derelicto, tum attento subsecuto effectu, tum attenta indole militiæ per ipsum assumptæ.

45 Et quidem attento subsecuto effectu ipse post dissolutum ultimum armamentum Pontificium non prosecutus fuit militarem fortunam in aliis bellis, sed statim dimisit militiam, rediit ad Clericatum, & ad Ecclesiam, & sic prædicta præsumptio causativa amissionis pensionum elisa remansit, & refracta, itaut trahi illationem possit ad extinctionem pensionis, ut arguit *Card. de Luca in conflict. ration.*, *& leg. observ.* 270. *num.* 26. *versic. tum etiam quia*, *& de translat. pension. cap.* 13. *sub num.* 12. *vers. etsi propositio*.

46 Attenta verò indole militiæ per ipsum assumptæ, Dominus de Antinoris non assumpsit militiam Principis sæcularis, sed Summi Pontificis non ad formale bellum offensivum, sed ad defensam Ecclesiæ, & patrimonii Christi, & Clericorum, motus non gloriæ inanis, ac divitiarum cupidine, sed suasionibus Pontificiis, seu Summi Pontificis fœliciter Regnantis, qui tanto studio omnes requisivit ad onus militare subeundum. Licèt admittatur, quod Pensionarius per assumptionem militiæ Principis sæcularis, amittat pensionem, eo quia cùm se adscribat servitio Principis sæcularis, & præstet ei juramentum fidelitatis, censetur habere Ecclesiam pro derelicta, & desinit esse miles Christi, seu Ecclesiæ, & fit miles sæculi; quo casu procedere possunt geminæ Glossæ *in cap. qualiter verb. quadriennium*, *& in cap. fin. verb. redierint de Cleric. non resid.* & omnes aliæ auctoritates in contraria decisione relatæ §. *Tota cum duobus seqq.*

47 Tamen per assumptionem militiæ Summi Pontificis non amittitur pensio, quia Pensionarius per hujusmodi assumptionem militiæ pro defensione Ecclesiæ non efficitur miles sæculi, sed Ecclesiæ, & cùm defendat Ecclesiam dici non potest habere Ecclesiam pro derelicta, ut in his terminis firmavit *Card. de Luca de pens. disc.* 46. *num.* 2. *& seq. & in tract. de feud. disc.* 54. *num.* 10. *versic. unde propterea*, quem postea sequuta fuit *Sac. Rota in Mediolanen. pensionis* 28. *Junii* 1666. §. *Qui à jure coram Ottalora*, *& in Romana pensionis* 29. *Februarii* 1692. *coram clar. mem. Cardinali Caprara apud Bertacchin. vot. decis.* 93. *num.* 37.

Non subsistente responsione contrariæ decisionis in §. *Præmissis*, quòd Sacra Rota *in dicta Romana pensionis coram bo. mem. Eminentissimo Caprara* loquatur in terminis Feudatarii Ecclesiastici toto Cœlo diversis ab istis militum; Etenim juxta sensum non solùm omnium Doctorum, sed etiam ipsius Sacræ Rotæ *in dicta Romana*

48 *Pensionis* §. *Cæterum num.* 38. militia, & feudum quoad effectum amissionis, aut non amissionis pensionis pari passu procedunt. Quemadmodum enim licèt Clericus amittat Clericatum, & consequenter etiam pensionem, si recipiat, & assumat feudum à Principe sæculari, eo quia feudum sæculare cùm sit militia, & quidem major hac, de qua agitur propter formale, ac magis solemne fidelitatis, vel subjectionis juramentum, quòd præstatur Principi Laico, est incompatibile cum Clericatu ad *Text. in cap. primo* §. *Ex hoc illud de feud. fœmin. Card. de Luca de pens. disc.* 48. *num.* 3. Nihilominus per assecutionem feudi Ecclesiastici, cujus sit Princeps, ac Dominus Papa, Clericus non amittit Clericatum, nec pensionem, ea ratione, quia Clericus per assecutionem feudi Ecclesiastici non efficitur miles sæculi, sed durat miles Ecclesiæ, ut expressè docet *Jason. cons.* 117. *sub num.* 1. *lib.* 4. ibi -- *In feudo Ecclesiastico cessant rationes, quæ assignantur in præallegatis juribus feudorum prohibentibus Clericos succedere in feudis, videlicet, qui factus est miles Christi, desinit esse miles sæculi &c. Et quod nemo militans Deo implicet se negociis sæcularibus; nam istæ rationes militant in feudis sæcularibus, non autem in feudis Ecclesiasticis; nam propter feuda Ecclesiastica non efficitur miles sæculi, sed durat miles Ecclesiæ* -- Et sequuntur *Fagnan. in cap. quæ in Ecclesiarum num.* 104. *de Constit. Osasch. decis.* 27. *num.* 17. *Bellett. disquis. Cleric. tit. de Disciplin.* §. 18. *num.* 15. Ita licèt admittatur, quòd per assecutionem militiæ Principis sæcularis Clericus pensionarius amittat Clericatum, & pensionem, tamen per assecutionem militiæ Summi Pontificis non amittit Clericatum, nec pensionem.

Nec

Nec Sacra Rota in *dicta Romana penſionis* firmavit penſionarium per feudi acquiſitionem, penſionem Eccleſiaſticam non amiſiſſe, quatenus probata non fuerat qualitas juriſdictionis cum jure ſanguinis, ut prætenditur à contraria deciſione in §. *Fortius*, ſed firmavit penſionarium, per feudi acquiſitionem penſionem Eccleſiaſticam non amiſiſſe quia non præſtitit juramentum ſolemne fidelitatis, vel ſubjectionis Principi ſæculari, ſed Papæ, dum Sacra Rota in dicta deciſione non deſumit incapacitatem feudaliſtæ Principis ſæcularis ab irregularitate, quæ contrahitur à juriſdictione cum jure ſanguinis, ſed à ſubjectione Principi ſæculari cui præſtatur juramentum de fideliter ſerviendo, ut in §. *Cæterum num.* 38. ibi -- *Ideoque cùm incapacitas feudaliſtæ Principis ſæcularis non proveniat ab irregularitate, quæ contrahitur in militia, ſed potiùs à ſubjectione ſæculari Duci militum, vel Principi, cui præſtatur juramentum de fideliter ſerviendo, ceſſante hac ratione incompatibilis ſubjectionis in ſervitio Papæ, cui tamquam legitimo, & univerſali Superiori, ac Domino Eccleſiaſtici præſtant ſubjectionem, & juramentum fidelitatis naturaliter debitæ &c. reſolvitur proinde quivis fumus incompatibilitatis, & quævis aſſerta repugnantia cum ſtatu Clericali, quæ ad inducendam privationem penſionis poſitive requirebatur, dum animus dimiſſionis ſtatus Clericalis præſumitur abeſſe.*

Irrelevans autem omnino mihi videtur eſſe, quod aſſeritur à contraria deciſione in §. *Maximè quia*, videlicet, quòd Clericus etiam aſſumens militiam Summi Pontificis efficiatur Miles ſæculi, & deſinateſſe Miles Eccleſiæ, eo quia cùm Summus Pontifex in Terris duplicem repræſentet perſonam, alteram Vicarii Chriſti, & Summi Pontificis, & alteram Principis ſæcularis, qui ſe adſcribit militiæ Pontificis pro tuitione ſtatus temporalis, non dicitur inſervire Papæ utì Summo Pontifici, & Vicario Chriſti, ſed Papæ utì Principi ſæculari.

Etenim ex hac repræſentatione duplicis Perſonæ in Summo Pontifice deduci non poteſt, quòd Clericus aſſumens militiam Pontificis efficiatur Miles ſæcu-
49 li. In Summo enim Pontifice, & ſi adſit duplex poteſtas, nimirum poteſtas Clavium ſpiritualis, & poteſtas temporalis, ratione ditionis, & ſtatus temporalis, tamen cùm hæc poteſtas temporalis ſit acceſſoriè unita poteſtati ſpirituali, & Pontificiæ, quia bona omnia donata fuerunt Chriſto, & D. Petro tamquam Vicario Chriſti, aſſumit hujus naturam veluti quoddam inneſtum indiviſibile; itaut ſicuti poteſtas ſpiritualis Summi Pontificis dicitur Eccleſiaſtica, ita poteſtas temporalis ei acceſſorie unita dicenda eſt Eccleſiaſtica; Ad inſtar bonorum ſæcularium, quæ donantur Eccleſiæ, & huic uniuntur, quæ deſinunt eſſe ſecularia, & efficiuntur Eccleſiaſtica, ea ratione, quia cùm unum unitur alteri aſſumit jus, naturam, conſuetudinem, & privilegia ejus, cui unitur juxta *Text. in cap. novit in verb. uniendo, nè ſede vacante* ibi -- *Si una unitur alteri ſecundum hoc illius naturam, & conſuetudinem, & privilegia aſſumit, cui unitur* -- ibique *Fagnan. num.3., & in cap. recolentes §. ultimo de ſtat. Monach., ibique Gloſſ. verb. competent* ibi -- *Et ita id, quod aggregatur alii ipſius naturam imitari debet R.P.D. Anſaldus in annot. ad dec.3. n.15., & ſeq. Rot. in Gerunden. Prioratus ſuper reſervatis* 14. *Decembris* 1703. §. *Prout neque coram bon. mem. Molines* ibi -- *Cùm augmentum unum, & idem efficiatur cum re, cui adjicitur, adeâque regulari debet ſecundùm naturam, & qualitatem rei principalis -- Et in Tridentina Beneficii* 20. *Junii* 1712. §. *Fortiùs coram R. P. D. Anſaldo* ſuperiùs impreſſ. *Part.I. Can.VI. Caſ.II. n.*14. ibi -- *Cùm quodlibet augmentum ſequatur naturam ſubjecti principalis, cui facta neſcitur augmentatio.* Et adinſtar juriſpatronatus lai-
50 calis relicti Perſonis laicis, quæ ſint adminiſtratores bonorum Eccleſiæ, in quibus licet adſit poteſtas ſæcularis, tamen quia hæc unitur poteſtati ſpirituali adminiſtrandi bona Eccleſiæ, juſpatronatus abſolutè, & ſimpliciter relictum hujuſmodi Perſonis laicis non dicitur amplius laicale, ſed Eccleſiaſticum, *Lambertin. de jurepat. lib.1. par.1. qu.1. art.*10. *num.6.*, & 7. *Vivian. eod. tract. lib.1. cap.3. n.*13., *Garz. de Benef. par.5. cap.1. num.*60., & *ſeqq. Rot. in Monaſterien. Canonicatus* 19. *Februarii* 1714. §. *Admittebatur coram R.P.D. Anſaldo*, & alii, quos refert *Rota*

in

in Hildesimen. Canonicatus 16. Martii 1716. §. Nihil cor. R.P.D. Crispo.

51 Ob quam rationem Clericus est capax feudi Ecclesiastici; Esto enim, quod Papa ratione feudorum gerat figuram Principis temporalis, & potestatis temporalis, cùm hæc sit accessoriè unita potestati Ecclesiæ, Clericus per assecutionem feudi Ecclesiastici non desinit esse Miles Christi, & Ecclesiæ, ut docent *Jason. d. cons. 117. Fagnan. in d. cap. quæ in Ecclesiarum de constit. Rota in d. Romana pensionis cor. clar. me. Card. Caprara.* Aliàs si admitteremus utì distinctam in Summo Pontifice hanc duplicem potestatem sæcularem, & temporalem, itaut inserviendo illi pro defensione Ecclesiæ utì Principi sæculari non esset ei inservire utì Principi spirituali, & Ecclesiastico, nullæ essent censuræ contra usurpantes bona Ecclesiæ, & status Ecclesiastici. Nam qui usurparet Summo Pontifici aliquam Civitatem, aut aliquam Provinciam dicere posset, aufero hęc bona Summo Pontifici non utì Principi spirituali, & Ecclesiastico, sed utì Principi sæculari, quod nullatenus dici potest, ac proindè Clericus sive inserviat Summo Pontifici utì Principi spirituali, & Vicario Christi, sive uti Principi temporali, numquam efficitur Miles sæculi, sed semper remanet Miles Ecclesiæ, & militia dicitur Ecclesiastica, & Pontificia, ut per *Text. in cap. causam quæ de judic.* tradunt *Lotter. de re benef. lib. 2. qu. 18. n. 6. & seq., Barbos. de Canon. cap: 1. nu. 14. Cesped. de exempt. regul. dub. 380. nu. 9.* cum aliis relat. apud *Rot. in Derthusen. jurisdictionis super gravibus 4. Martii 1697. §. Jus enim coram bo. me. Pio.*

53 Nec propter proprii Principis Ecclesiastici defensionem interdictum est Clericis arma sumere, ut testatur *Diana tom. 7. tract. 7. de Bello resol. 60.* Immo quamplures sunt in Jure nostro permissi Casus, in quibus licitum est Clericis arma assumere tam ad propriam defensam, quàm ad offensam Hostis, prout est quando agitur de Bello ad defensionem proximi assumpto juxta *Cajetan. qu. 40. art. 2. Layman. Theolog. moral. tract. 3. cap. 13. §. tertio dixi, Azor. instit. moral. par. 3. lib. 2. cap. 16. §. octavo litt. C., Dian. resol ut. moral. par. 6. tract. 4. de Bello resol. 35. versic. secundo, & par. 10. tract. 2. de prohibit. ne Cleric. præsint Exercitib. resol. 5., Card. de Lugo responsi. moral. lib. 5. dub. 14., Card. de Luca de pens. d. disc. 46. num. 14.* Aut quando agitur de propria, aut propriorum bonorum defensione, ut docent *Suarez. de Cens. disput. 47. sect. 6. num. 1., & 2. Diana resol. moral. par. 10. tract. 2. de prohibit. nè Cleric. præsint exercitib. resol. 5. versic. 1., idem Molin. de Justit. & Jur. tract. 2. disput. 108. num. 8. Bellett. disquisit. Cleric. par. 1. §. 18. de disciplin. Cleric. num. 14., Card. de Luc. de Pens. ubi supra num. 14.* Vel quando agitur de sublevamine, & salute propriæ patriæ, vel de gloria, & vita Principis periclitante, vel de communi bono, ut in puncto primæ propositionis testantur *Layman Theol. moral. tract. 3. cap. 13. sub. §. 3. Dian. resol. moral. par. 6. tract. 4. de Bello resol. 35. & par. 10. d. resol. 5. versic. tertio si, cum aliis apud Card. de Luca de Pension. dicto disc. 46. num. 14., & in conflictu rat., & leg. observat. 270. versic. tum quia*, & de secunda, monent *Molin. de Just., & Jur. tract. 2. disput. 108. num. 9. Diana par. 7. d. tract. 4. resol. 35. Layman. ubi supra.* Et in proposito tertiæ propositionis tenent *Azor. instit. moral. par. 3. lib. 2. cap. 16. §. 8. queritur, Molin. ubi supra sub num. 10. Card. de Luca, ubi supra num. 14. Bellett. disquisit. Cleric. de disciplin. Cleric. §. 5. num. 158.*

54 Igitur D. de Antinoris, qui assumendo Militiam Summi Pontificis, sciebat se inservire supremo Principi Ecclesiastico, ac Domino omnium Clericorum, Beneficiatorum, ac Pensionariorum pro defensione Ecclesiæ; ac etiam sciebat licitum esse Clericis in multis casibus superiùs enunciatis, & minoris relevantiæ arma assumere; numquam existimavit se habere Ecclesiam, & Clericatum pro derelicto, sed omni cum bona fide, & justissima credulitate processit, ratione cujus exhuberantis bonæ fidei, & justissimæ credulitatis excludentis animum dimittendi Clericatum, non est dicendum, quod propria pensione remanserit privatus ipso Jure, nè damnum reportet ab actu tam bene, & laudabiliter patrato etiam cum consensu ipsius Summi Pontificis, ut ad rem nostram explicat *Gloss. in Clement. 2. verb. rationabiles de vit., & honest. Cleric.*

per

per Text. in cap. penult. in verb. Cappas eodem tit., *Card. de Luca de pens. disc.* 71.
55 *num.* 5. ubi quod quælibet excusatio sufficit ad evitandam pœnam privationis beneficii jam obtenti, sed cùm non adsit ulla lex, nec Canon, nec Constitutio Apostolica, quæ imponant pœnam privationis Pensionis ipso Jure militantibus in
56 copiis Pontificiis, debebat moneri, & citari, quo ipse unà cum Militia non poterat retinere pensionem, quòd si non obstante hac monitione, & citatione idem Pensionarius perseverasset in suscepta Militia, tunc per sententiam poterat privari Pensione juxta *Gig.*, *Pignattell. Antonell.*, *& alios superiùs relatos in* §. *Unde*.

Dicitur in sæpedicta contraria decisione §. *Militia*, quòd Arma Clericorum sunt lacrymæ, & orationes. Hoc ultro concedimus; sed quid indè? Clericorum arma sunt lacrymæ, & orationes, & non concubinatus, fornicationes, ebrietates,
57 & homicidia, & tamen Clericus concubinarius etiam publicus, & inebriari solitus, & Homicida non amittit ipso Jure, & ipso facto Pensiones, & Beneficia *Rot. decis.* 581. *num.* 1. *coram. Penia.* -- *Et in Frisingen. Parochialis* 8. *Aprilis* 1715. *coram Eminentiss. Scotto*. *Et in Leodien. Pastoratus* 16. *Januar.* 1702. *per tot. coram bo. me. Muto*. Ergo etiam, etsi Clericorum arma sint lacrymæ, & orationes, tamen si Clericus efficiatur miles præsertim Summi Pontificis non privabitur ipso Jure, & ipso facto propter hanc assumptionem Militiæ Pensione, aut Beneficio.

Contra hæc omnia hactenus deducta, quæ clarè ostendunt insubsistentiam contrariæ decisionis, objicitur *Gloss. in cap. Qualiter de Cleric. non residen. verb. Quadriennium*, *& in cap. final. eodem tit. verb. Redierint*, ubi dicitur, quòd miles habet Ecclesiam pro derelicta, & quod Episcopus statim possit illam aliis conferre ibi -- *si habet eam pro derelicta, puta quia contraxit Matrimonium, vel factus est miles, vel jaculator, cùm de hoc constiterit. Episcopus statim potest Ecclesiam illius aliis conferre* -- Sed ex illa inferri non potest, quòd præfatus Pensionarius assumens Militiam Summi Pontificis, ipso Jure, & ipso facto privatus remanserit sua Pensione,
58 quia gloss a supradicta non est aliqua lex, Canon, aut Constitutio Apostolica, nec facit Jus, ut testatur *Gemin. cons.* 48. *nu.* 5. ibi -- *Dicta autem Doctorum, & Glossarum non sunt approbata per Papam, itaut faciant Jus* -- Sed est simplex sententia unius Doctoris licèt gravissimi, adeôque vigore illius non potest Pensionarius ipso Jure privari propria pensione; Cùm ad hunc effectum requiratur lex, Canon, aut Constitutio Apostolica, quæ hanc privationem ipso Jure incurrendam inducat, ut docent *Fælin. Gabriell. Tiraquell.*, *Imol.*, & alii Doctores superiùs allati in §. *Verum etiam*.

59 Insuper eadem glossa purificat Militiam cum Matrimonio, quando inter hæc duo magna intercedit differentia, nam Matrimonium affert statum firmum, & indissolubilem, quem non affert Militia, quæ aliquando exercetur ad breve tempus, vel durante aliqua brevi necessitate cum animo redeundi statim ad priorem statum. Matrimonium autem non potest dissolvi, nec deseri juxta differentiam, quam tradunt *Flor. relat. per Imol. in cap. Ut consultationi de Cleric. conjug. num.* 4. ibi -- *D. Flor. hic notabiliter dicit contrarium ex eo, quia in Jure hoc non est expressum, & dicit aliud posse dici in Matrimonio, à quo non potest recedi, & aliud in casu isto, quia factus miles posset pœnitere, & habitum Clericalem reassumere, & ideo videtur, quòd non perdat Beneficium, sicut nec contrahens Sponsalia Caren. resol.* 11. *num.* 23. ibi -- *Quia in Matrimonio non est dare contrarium, quia habet perpetuitatem, & est Sacramentum, quòd non est in Militia, & num.* 29. ibi -- *Incompatibilitas inter Matrimonium, & Clericatum est expressa in Jure, quæ non reperitur expressa inter Militiam, & Clericatum* -- *Antonell. de Jur., & oner. Cleric. lib.* 1. *par.* 3. *cap.* 41. *num.* 5. *& 6.*

Unde vel est dicendum *Glossam* in supradictis capitibus loqui de Militia perpetua, quæ affert statum firmum, sicut affert Matrimonium, & ex qua argui potest ille, qui perpetuò se adstrinxit Militia, habere Clericatum, & Ecclesiam pro derelicta; non vero de Militia Pontificia, & temporali; vel non est attendenda, cum sit destituta rationibus, & Juribus proban-
60 tibus ejus conclusionem, in quibus consistit virtus glossarum. *Gemin. d. cons.* 48. *num.* 5. *Rolan. cons.* 45. *num.* 37. *lib.* 1., *Fulgin.*

gin. conf. 101. *vol.* 4. *versic. nam aliter intelligendo*, *Fagnan. in cap. ne innitaris de constit. num.* 411., *Rota decis.* 902. *num.* 7., *& decis.* 2223. *num.* 3. *coram Coccin.*, *& decis.* 119. *num.* 14. *coram Cerro*.

Objiciuntur etiam decisiones la 69., & la 216., & 348. *coram Celso*, in quibus firmatur assumentes etiam Arma Summi Pontificis cujuscumque Ecclesiæ pensionis fieri incapaces, quas sequutus fuit *Rocc. disput. Jur. cap.* 191. *num.* 25. *& seqq.*

61 sed hæ decisiones in judicando non sunt attendendæ, quia recognitæ fuerunt à RR. PP. DD. tunc temporis Auditoribus pro minùs subsistentibus, fortasse propter rationes hactenus adductas, itaut eorum sensus erat illas revocare in futuris propositionibus, si fuissent effectuatæ, ut de auditu ab ipsismet Auditoribus testatur *Card. de Luca de pens. disc.* 46. *num.* 8., qui ut superiùs dictum fuit, expressè tuetur per assumptionem Militiæ Pontificiæ non amitti pensiones ; Cui quidem testimonio, & Doctrinæ standum est, cùm nemo non sciat quanti ponderis sit hic Doctor, unde sufficit ejus punctualissimum dictum, tum quia ejus opinio fuit in judicio recepta, & à signatura canonizata, ut ipse testatur, ac propterea ejus dicto

62 omnino standum est, cùm Doctor punctualis, & sinè contradictore habeatur pro casu legis, *Gratian. discept. forens. cap.* 531. *num.* 21., *Rocc. Episcop. Isclan. disput. Jur. select. cap.* 191. *num.* 26. *Rota decis.* 354. *num.* 24. *par.* 11., *& decis.* 106. *num.* 7. *par.* 18. *recent.*, *& in Gerunden. Beneficii* 8. *Martii* 1697. §. *Secus autem coram bo. mem. Muto*.

63 *Rocchæ* autem innixo præfatis decisionibus, qui scribens ad opportunitatem clientis in Judicio succubuit, scribente contra eum *Card. de Luca*, qui favorabile judicatum reportavit in Tribunali A. C. deinde canonizatum à signatura Justitiæ, ut ingenuè fatetur idem *Card. de Luca de pension. disc.* 2., *& disc.* 46. utrobique sub initio, non est deferendum, maximè cùm ratio magis præponderet pro sententia *Card. de Luca*, quam pro sua, adeóque magis inclinandum pro parte ejusdem Cardinalis, quam *Rocchæ*, ut tradunt *Cavalcan. disc.* 11. *num.* 48. *par.* 2., *Mart. in præfat. ad consil. tit. de Method. scriben. in Jur. num.* 53., *& 58. Surd. cons.* 308. *num.* 12. *lib.* 3.

Denique objicitur exemplum militum Lauretanorum, qui licèt sint Milites Papæ, tamen ad hoc ut in tali statu Ecclesiasticas pensiones retinere possint speciali Summorum Pontificum Indulto donati fue-

64 re ; Sed hoc subsistere non videtur, dum militibus Lauretanis non fuit concessum Indultum retinendi Pensionem in statu militari, sed solùm in statu Matrimoniali nimirum in casu, quo miles Lauretanus contraheret Matrimonium etiam cum Bigamia, ut testatur, *Tondut. de pens. cap.* 77. *num.* 29. ibi -- *Item Militibus Lauretanis simile concessum est Privilegium, ut pensiones Ecclesiasticas retinere possent usque ad summam* 200. *ducatorum auri de Camera non obstante Matrimonio contrahendo etiam cum Bigamia* -- Unde potiùs ex hoc excluditur præsumpta incompatibilitas Militiæ Pontificiæ cum Pensione. Si enim Pontifex concessit præfatis militibus Indultum retinendi Pensiones solùm in statu Matrimoniali, & non in statu militari, signum evidens, quòd ad retinendam Pensionem in eo statu militari non indigebant Indulto, aliàs Pontifex illud concessisset sicuti concessit illud retinendi Pensiones in statu Matrimoniali. At etiam omisso quòd stylus sit requirendi, & obtinendi Indultum Apostolicum, ad hoc ut quis unà cum Militia Pontificia possit retinere Pensiones ; Non proinde sequitur, quòd si assumens Militiam Pontificiam illud non requirat, quia bona fide existimat illud non esse necessarium, cùm inserviant non Principi Sæculari, sed immediatè ipsi Summo Pontifici, qui est dispensator Pensionum, sit ipso Jure, & ipso facto privatus Pensione ; Sicuti licèt ad hoc ut possidens Beneficium, aut Ecclesiam residentialem possit per longum tempus abesse à residentia, requiratur Indultum, & beneplacitum Apostolicum, non sequitur, quòd si illud non obtineat, & non resideat, statim ipso Jure, & ipso facto sit privatus Beneficio residentiali ; Ergo etiam licèt omittatur, quòd de stylo Curiæ, ad hoc ut Pensionarius unà cum Militia Pontificia possit retinere Pensionem, requiratur Indultum Apostolicum, non proinde sequitur, quòd si dictum Indultum non obtineat, eo quia bona fide illud non requisivit, ipso facto, & ipso Jure sit privatus Pensione.

Con-

Conſtat itaque à primo uſque ad ultimum ſæpedictum de Antinoris Penſionario, qui aſſumpſit Militiam in copiis pontificiis, non amiſiſſe ipſo facto, & ipſo Jure Penſionem, tum quia non datur ulla lex, Canon, aut conſtitutio, quæ cùm privet ipſo Jure dicta Penſione, tum quia bona fide, & juſtiſſima credulitate proceſit, quando Militiæ Pontificiæ ſe adſcripſit, cùm numquam exiſtimaverit, quòd inſervire Summo Pontifici ſit Eccleſiam, & Clericatum habere pro derelicto. Et optimè ſciebat licitum eſſe Clericis in multis caſibus ſuperiùs expreſſis, maximè in iſto pro defenſione Eccleſiæ, arma aſſumere; Unde nè ei attribuatur in pœnam, quod in præmium adſcribi deberet pro ſervitio præſtito Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, dicendum venit, ejus Penſionem non fuiſſe ipſo Jure extinctam,

ARGUMENTUM.

An, & quæ conditiones apponi à Fundatore in limine fundationis Beneficii, & approbari poſſint ab Epiſcopo?

SUMMARIUM.

1 *Fundator Beneficii poteſt in limine fundationis apponere conditiones, quas vult de conſenſu Ordinarii, dummodo non ſint illicitæ, impoſſibiles, turpes, & contra ſubſtantiam Beneficii.*

2 *Fundator poteſt apponere conditionem, quòd Juſpatronatus ſit alicujus tertii, qui non fundavit, non conſtruxit, nec dotavit Eccleſiam.*

3 *Fundator poteſt apponere conditionem, quòd Patronus poſſit præſentare, & Inſtitutos mutare, quoties ſibi videbitur.*

4 *Fundator in limine fundationis poteſt apponere conditionem, quòd Rector Beneficii non teneatur recitare Divinum Officium, ſed ſolùm Officium parvum Beatæ Virginis.*

5 *Fundator in limine fundationis, an poſſit apponere conditionem, quòd Beneficiatus ſatisfactis oneribus poſſit de fructibus exuberantibus Beneficii diſponere, ac ſi eſſent fructus Patrimoniales?* Et num. 12.

6 *Fundator in limine fundationis poteſt apponere conditionem, quod fructus Beneficii tam ſufficientes ad ſuſtentationem, quàm exuberantes, cùm vacabit, ſuos faciat.*

7 *Fundator poteſt apponere conditionem, quòd poſſit præſentari ad Beneficium Clericus ſeptemnis, etiam ſi aliàs voluiſſet eſſe Sacerdotale.*

8 *Fundator poteſt apponere conditionem, quòd Beneficium non cadat ſub reſervationibus Apoſtolicis.*

9 *In limine fundationis poteſt apponi conditio, quòd Beneficium poſſit obtineri ab habente pluralitatem Beneficiorum, ſeu quòd non ſit incompatibile.*

10 *Fundator in limine fundationis, an poſſit apponere conditionem, quòd Patronus poſſit transferre Beneficium ab uno Altari in aliud?* & n. 12.

11 *Epiſcopus, ſi abſque rationabili cauſa nolit conſentire conditionibus apponendis à Fundatore in limine fundationis Beneficii, poteſt per ſuperiorem compelli, vel ipſe ſuperior dare licentiam.*

13 *Votum Eminentiſſimi Cardinalis Franciſci Barberini in cauſa* Pennen. approbationis fundationis, ſeu Beneficii.

14 *In limine fundationis poteſt apponi conditio, quòd Beneficiarius non poſſit in eadem Eccleſia aliud officium retinere.*

15 *Fundator in limine fundationis poteſt apponere conditionem, quòd ſi Summus Pontifex, vel Ordinarius occaſione vacationis Beneficii in Curia, vel ex alio capite reſervaverit ſibi Beneficium, Patronus non teneatur eo caſu ſolvere fructus.*

16 *Fundator in limine fundationis Eccleſiæ Parochialis, aut Cathedralis poteſt ſibi reſervare jus nominandi Prædicatorem in eadem Eccleſia, nec Præſentatus debet rigidè examinari.*

17 *Fundator appoſita in limine fundationis conditione, quòd præſentari debeat ad Beneficium aliquis de familia ipſius, an poſſit extraneum præſentare?*

18 *Fundator Eccleſiæ Collegiatæ poteſt apponere conditionem retinendi in ſuo ſervitio aliquem ex Canonicis dictæ Eccleſiæ.* Amplia, ut ibi.

19 *Fundator Eccleſiæ Collegiatæ poteſt ſibi reſervare jus concedendi in ea Cappellas, Sepulturas, ac jura ſepeliendi.*

20 *In limine fundationis poteſt apponi conditio, ut Beneficium ſit exemptum ab omnibus oneribus.*

21 *Appositа à Fundatore in limine fundationis conditione, quòd ad beneficium præsentetur Clericus primæ tonsuræ; An ad illud præsentari possit Clericus minor 14. annorum?*

22 *Fundator in limine fundationis potest apponere conditionem, quòd præsentatus ad illud examinari non debeat.*

23 *Conditio apposita in limine fundationis à Fundatore, quòd Patronus præsentet vicinum seniorem tali Ecclesiæ, aut tali domo, de quibus vicinis est intelligenda.*

24 *Fundator in limine fundationis potest apponere conditionem, quod derogato Jure patronatus, Provisus Apostolicus non obtineat ullos fructus.*

25 *Fundator potest apponere conditionem habendi sedem intrà Presbyterium, & sibi reservare jus sepulturæ in Ecclesia.*

26 *In limine fundationis potest apponi conditio, quòd Juspatronatus non transmittatur ad hæredes extraneos.*

27 *In limine fundationis potest apponi conditio, ut Prædecessor eligat sibi successorem in Beneficio etiam nulla sequuta Ordinarii institutione.*

28 *Fundator post Concilium Tridentinum non potest reservare institutionem, seu collationem Beneficii inferiori Collatori.*

29 *Fundator potest apponere conditionem præsentandi, aut constituendi Procuratorem ad præsentandum ad Beneficium vacaturum.*

30 *Cappellania primo loco fundata in una Ecclesia à Fundatore, non potest per eum in testamento relinqui ut transferatur ad aliam Ecclesiam.*

31 *Fundator in limine fundationis Canonicatus in Cathedrali, an apponere possit conditionem, ut ad eum præsentetur sibi Proximior etiam si sit infans, & etiam apponere potest conditionem, ut vacante Beneficio præsentetur ad illud Sacerdos, aut Clericus alicujus familiæ?*

32 *Fundator potest apponere conditionem ut vacante beneficio præsentetur ad illud Sacerdos, aut Clericus alicujus familiæ.*

33 *Potest apponere conditionem, ut Rector beneficii faciat oblationem ipsi, aut ejus successoribus.*

34 *Potest apponere conditionem, ut circa alienationem bonorum in utilitatem beneficii non requiratur consensus Episcopi, & quòd habens duo beneficia simplicia possit præsentari ad tertium*, & num. 35.

36 *Non potest apponere conditionem ut si Patronus fiat Religiosus, nominet invito Prælato.*

37 *Fundator in limine fundationis potest reservare servitutem prospectus.*

38 *Non potest apponere conditionem ut beneficium sibi conferatur, seu cum reservatione præsentandi se ipsum.*

39 *Potest in limine fundationis sibi reservare facultatem variandi instrumentum fundationis in totum, vel in parte, & apponere conditionem ut ad Canonicatum, aut beneficium præsentari possit etiam Infans*, & nu. 40.

41 *Potest apponere conditionem, quòd Patronus præsentet cum consilio alicujus.*

42 *In limine redotationis Ecclesiæ Parochialis apponi non possunt conditiones, quòd redditus assignati revertantur ad Patronum, & quod Patronus possit augere, & minuere stipendium, & numerum Vicecuratorum.*

43 *Potest apponere conditionem, quòd beneficium patronale conferri non possit habenti alterum beneficium.*

44 *Potest in limine erectionis Collegiatæ apponere conditionem, ut primæ dignitati concedatur indultum utendi insigniis Pontificalibus, & alia pacta*, de quibus nu. 45.

46 *Potest apponere conditionem, quòd singulis diebus in Cappella Fundator in Ecclesia Cathedrali celebretur à Presbyteris parvum Officium S. Crucis, & id impediri non potest à Canonicis.* Sed intellige, ut ibi.

47 *Potest in limine fundationis Canonicatus adjicere onus Organistæ.*

CASVS III.

QUidam Testator cupiens Beneficium erigere, publicum dotationis instrumentum exaravit sub his conditionibus videlicet. *Primò*, Juspatronatus familiare sibi, ejusque descendentibus præservavit. *Secundò*, Patroni verò pro eorum libito valeant Rectorem amovere. *Tertiò*, Si Clericus ex ejus familia ad hujusmodi Beneficium assequendum animum adjiciat, is perpetuò præsentari debeat. *Quartò*, Rectores, sive Beneficiati in minoribus ordinibus constituti, adstricti sint dumtaxat B. Virginis officium quo-

quotidie perſolvere. *Quintò*, Pro eorum verò conſcientiæ ſecuritate, expreſſè jam d. Fundator adjunxit, quòd expletis dd. oneribus, reliquum ex fructibus, ut cumque ipſi vellent, diſponerent, perinde ac ſi eſſent patrimoniales redditus. *Sextò*, Hujuſmodi Beneficii idoneus etiam habeatur Clericus ſeptennis, dummodò B. Virginis officium calleat. *Septimò*, Cæterùm hoc Beneficium obnoxium nunquam ſit devolutionibus, neque Apoſtolicis affectionibus, ſive reſervationibus, etiam per vacationem in Curia, ſed Juſpatronatus ſemper illibatum Patronis præſervetur. *Octavò*, Nullamque pluralitatem, vel incompatibilitatem, Beneficium hujuſmodi inducere poſſit, etiam ut dicitur ſub eodem tecto. *Nonò*, Facultatem ſibi ipſi, ejuſque ſucceſſoribus, Pius diſponens reſervavit transferendi Beneficium ad quodcumque Altare, ſeu Eccleſiam bene viſam. Quoniam verò cùm Epiſcopus hujuſmodi conditiones ſcilicet quartam, ſextam, ſeptimam; & octavam, nullatenus admittendas cenſeat abſque Beneplacito Apoſtolico; Hinc quæritur, An, & quæ conditiones in erectione beneficii, de quo agitur, ſint approbandæ in caſu &c.

1 Omnes eſſe approbandas reſpondendum ſentiebam ſtudens apud R. P. D. meum Petra tunc S. Congregationis Concilii à ſecretis in *una Pennen. Beneficii*. Quoniam fundator Beneficii poteſt in limine fundationis apponere conditiones, quas vult de conſenſu Ordinarii juxta *Text. in hoc Can. XXVII.*, *ibique Innoc. Abb. Gonzal. Barboſ.*, *Lotter. de re Benefic. lib. 1. qu. 2. num. 1.*, dummodo non ſint illicitæ, impoſſibiles, turpes, & contra ſubſtantiam Beneficii *Lotter. ubi ſupra num. 19.*, *& ſeqq. Rota deciſ. 530. num. 2. par. 1. recen.*, & alias auctoritates in *Commentario* relatas.

Examinando autem conditiones, quas fundator apponere deſiderat in limine fundationis Beneficii, de quo agitur, clariſſimè reſultat eas non eſſe nec illicitas, nec turpes, nec impoſſibiles, nec contra ſubſtantiam Beneficii.

2 Prima enim conditio, per quam reſervatur Juſpatronatus pro familia maſculina, iſtaque ceſſante pro fœminina, nullas ex dd. qualitatibus à Jure improbatis habet; Dum fundator poteſt apponere conditionem, quòd Juſpatronatus tam activum, quàm paſſivum, ſit alicujus Tertii, qui non fundavit, non conſtruxit, nec dotavit Eccleſiam *Lambertin. de Jurepat. lib. 1. par. 2. quæſt. 2. art. 2. num. 6.*, *& lib. 1. par. 1. quæſt. 9. art. 1. num. 47.* Immo caſu, quo ipſe demandaret erectionem Beneficii, aut Canonicatus pro deſcendentibus de Familia, præſumeretur voluiſſe reſervare Juſpatronatus non ſolùm paſſivum, ſed etiam activum favore eorum de familia; cùm nomine *deſcendentium* veniant etiam Fœminæ, quæ quidem capaces non ſunt Juriſpatronatus paſſivi, ſed ſolum activi, ac proinde perneceſſe intelligendum venit quòd voluerit reſervare, etiam Juſpatronatus activum; maximè ſi concurreret obſervantia, ut reſolutum fuit à *S. Rota in Forolivien. Juriſpatronatus 26. Junii 1716. §. Ac nulla coram R. P. D. Lancetta*.

3 Secunda, & tertia conditio approbandæ veniunt, quia conditio, quod Patronus poſſit præſentare, & inſtitutos mutare, quoties ſibi videbitur valet *Lambertin. lib. 1. par. 1. qu. 9. art. 1. num. 71.*, maximè cùm intentio fundatoris ſit, ut ſic detur occaſio gratificandi conſanguineum *Amoſtaz. de Cauſ. piis lib. 3. cap. 1. num. 3.*

Nec manualitas eſt contr[illegible]antiam Beneficii, quia licèt Beneficia ita conferri debeant, ut ſint perpetuò penès proviſum juxta *Text. in Can. inventum 16. qu. 7. & in Canon. ſatis perverſum 56. diſt.* tamen ex diſpoſitione eorumdem Textuum adhuc proviſus removeri poteſt ex cauſa legitima; Ergo non eſt contra naturam Beneficii ipſa ſimplex remotio, & manualitas, ut argumentatur *Lotter. de re benefi. lib. 1. quæſt. 7. num. 17.*, *& ſeqq.*, nec de ſubſtantia Beneficii eſt, quòd ſit perpetuum actu, ſed ſufficit, quòd ſit perpetuum habitu ex plenè ſuperiùs deductis *Can. XXI.* An autem hujuſmodi conditio manualitatis ex intervallo apponi poſſit in Beneficio, ſeu an fundator valeat de conſenſu Ordinarii Beneficii ſtatum, & naturam intrinſecam mutare ex intervallo, illud efficiendo ex perpetuo manuale magna eſt controverſia, nam aliqui voluerunt id Fundatori licere, ea moti ratione, quòd indè reſultet Eccleſiæ utilitas, quia Poſſeſſores hujuſmodi Beneficii amotionem

tionem timentes meliùs, vivunt meliûsque Ecclesiæ inserviunt *Navar. cons. 9. de offic. ordin. Gonzal. ad Regul. 8. Gloss. 5. §. 6. num. 62.* Alii verò contrarium firmarunt *Card. de Luc. de Jurepat. disc. 15. num. 11. Sac. tamen Cong. Cancilii in Ferentina Cappellaniæ 11. Aprilis 1683.* Definivit in actu Redotationis, aut augmentationis Dotis Beneficii posse ex intervallo apponi conditionem manualitatis.

4 Quarta conditio, qua eximitur Rector Beneficii ab obligatione recitandi dictum officium, & solùm obligatur ad officium parvum B. Virginis, non est contra substantiam Beneficii, quia non est de hujus ratione, quòd detur determinatè propter dictum officium, quod comprehendit onus recitandi horas Canonicas, sed quòd detur propter Divina officia juxta *Text. in cap. concesso 12. quæst. 2., & cap. generaliter 16. quæst. 1. Lambertin. de Jurepat. lib. 2. par. 1. quæst. 9. art. 4. num. 8.*, Unde sufficit ad substantiam Beneficii, quòd habeat annexum aliquod officium, seu aliquod munus spirituale, utì est officium Beatæ Virginis. Quandoquidem sub nomine officii, de quo fit mentio in *Cap. fin. de rescript. in 6.*, non venit recitatio dumtaxat horarum Canonicarum, sed quodcumque munus Spirituale, ut optime *Suarez. de Relig. C. 18. de obligat. recitand. offic. ex vi Beneficii num. 3.*

5 Quinta conditio, qua determinatur, ut Beneficiatus satisfactis oneribus, possit de fructibus exuberantibus Beneficii disponere, ac si essent fructus Patrimoniales, non est contra substantiam Beneficii, sed contra Jus, quo disponitur, quod Beneficiatus de fructibus exuberantibus tradere debeat Pauperibus, nec ex eo, quia fit contra Jus venit improbanda, quia Fundator in fundatione Beneficiorum potest apponere conditiones non solùm extra, sed præter, & etiam contra Jus commune. *Lambertin. de Jurepat. lib. 1. par. 1. qu. 9. art. 3. num. 14., & lib. 2. par. 2. quæst. 1. art. 7. num. 2. Text. in cap. cum Dilectus de consuetud. ibique Gloss. in verb.*

6 *statutum*. Et sicuti fundator in limine fundationis potest apponere conditionem, quòd fructus Beneficii tam sufficientes ad sustentationem, quàm exuberantes cùm vacabit suos faciat *Lambertin. lib. 1. par. 1. quæst. 9. art. 1. num. 53. Text. in cap. Generalis de elect. in 6. ibiq. Gloss. verb. fundatione, & Text. in cap. Eleuterius 18. qu. 2.* Non obstante, quòd post fundatum Beneficium, ejusdem dos unà cum fructibus Deo donata dicatur, fiatque Patrimonium Pauperum, ita etiam hoc non obstante poterit apponere conditionem, de consensu tamen Summi Pontificis, quòd Beneficiatus de fructibus exuberantibus possit disponere, ac si essent fructus Patrimoniales *Gonzal. in cap. Quæ in Ecclesiarum de Constit. num. 15.*

7 Sexta conditio etiam venit approbanda, quia licèt pueris Ecclesiastica Beneficia conferri Jus prohibeat, tamen quia prohibitio est variabilis, veluti à mero Jure positivo dependens, toleranda est lex fundationis, qua mandatur Clericum septem annorum institui in Beneficio, quod procedit in fortioribus terminis, scilicet etiam si fundator aliàs voluisset Beneficium esse Sacerdotale, ut in terminis *Lotter. de re benefic. lib. 1. quæst. 32. num. 34., & seq.*

8 Septima conditio, qua prohibentur affectiones, reservationes, & devolutiones Beneficii est approbanda, quia potest Fundator apponere hujusmodi conditionem, & excludere Reservationes Apostolicas, non solùm expressè, ut tenet *Rota apud Vivian. lib. 4. cap. 9. post. nu. 56. §. Et quod non sit turpe, & decis. 476. n. 1. par. 19. rec., & in Parmen. Beneficii 28. Januar. 1702. §. At quando eorum R.P.D. Ansaldo, & 27. Junii 1703. §. Quoniam coram bo. mem. Molines, & in Tarraconen. Beneficii 11. Aprilis 1712. §. Exclusio coram R.P.D. Lancetta*; verùm etiam tacitè per voluntatem desumptas, ex conjecturis, & præsumptionibus; e. g. si ipse fundator, aut alius Patronus laicus reservaret Juspatronatus Personæ Ecclesiasticæ, eodem modo natura, & qualitate quam habebat ipse Patronus Laicus tunc non intrarent Reservationes Apostolicæ, quia ipse diceretur voluisse, ut in Persona Ecclesiastica substituta Juspatronatus, circa modum illud exercendi, retineret naturam Laicalem, perinde ac si viveret, & præsentaret ipse Patronus Laicus *Rot. in Romana Jurispat. 31. Maji 1613. coram Sacrato impress. apud Vivian. par. 1. lib. 4. cap. 9. sub. num. 56.* Nec obstat,

quòd

quòd ista conditio deroget Jurisdictioni Episcopali, quia in limine fundationis potest apponi conditio, quæ minuit Jura Episcopalia, *Lambertin. lib. 1. par. 1. qu. 9. art. 1. nu. 55.*

9 Octava conditio etiam est approbanda, quia licèt Canones damnent pluralitatem Beneficiorum, tamen quia id non habet perpetuam prohibitionem à Jure naturæ, sed solùm à positivo, & penitùs in hac parte variabili, toleranda erit lex contraria in fundatione apposita, ut docet *Lotter. de re Benefic. lib. 1. quæst. 32. num. 42.*

10 Nona conditio, qua datur facultas Patrono transferendi Beneficium ab uno Altari in aliud non est contra substantiam Beneficii. Quia non est de ratione Beneficii, quod essentialiter sit infixum tali loco, cùm possint plura Beneficia erigi in abstracto ad unum Altare sub diversis etiam invocationibus, ea ratione, quia Spiritualia locum non occupant *Lambertin. lib. 1. par. 1. art. 15. num. 2. in fine, & quæst. 6. art. 1. num. 31. in fine Lotter. de re Benefic. lib. 1. quæst. 2. num. 46. Rot. decis. 206. num. 6. part. 13. recen., & coram Pœnia decis. 1394. num. 6. & in Colonien. Canonicatus 23. Junii 1704. §. Hinc non relevant coram Kaunitz., & 9. Decembris 1707. §. Præcipuè coram Ansald.*

11 Unde cùm Episcopus deneget his legibus sinè causa legitima consentire, justè recurrere potest fundator ad Sacram Congregationem Concilii, quæ cogat Episcopum ad consentiendum, vel ipsamet consentiat *Lotter. de re Benefic. lib. 1. q. 32. num. 18. Innocent. in Cap. in Lateranen. num. 5. de præbend. Ventrigl. in praxi par. 2. annot. 1. sub num. 15.* ea ratione quia cùm ex dispositione legis, vel statuti in aliquo actu requiritur consensus alicujus, si non vult consentire, potest per Superiorem compelli, vel ipse Superior dare licentiam. *Lambertin. lib. 1. par. 1. quæst. 9. art. 1. num. 94. Rot. in Senogallien. Canonic. de Luchis 25. Januar. 1709. §. Nullamq. coram R.P.D. Lancetta.*

12 Sacra autem Congregatio in dicta *Pennen. Beneficii 13. Maji 1713.* respondit ad supradictum dubium -- *Esse approbandas omnes conditiones præter quintam, & quoad nonam esse permittendam translationem cum consensu ordinarii pro tempore, prout de Jure* -- Juxta infrascriptum votum Emi Barberini, de quo antea ipse Eminentissimus fuit ab eadem Sacra Congregatione requisitus.

Votum Eminentiss. Cardinalis Francisci Barberini in Causa Pennen. Approbationis Fundationis.

13 NOnnullas autem ex dd. conditionibus, nempe *quarta, sexta, septima, octava*, credidit Episcopus non esse admittendas tamquam rationi, Jurique, ut ipse ait, contrarias absque Pontificia dispensatione, & proinde oriri injunxit, ut desuper Apostolicum expediret beneplacitum.

Verùm cùm à judicio ordinarii denegantis approbationem alicujus conditionis, quæ venit admittenda, detur appellatio ad Superiorem, qui recognita irrationabilitate denegationis, supplet ejusdem consensum. Ideo Pius fundator humiles huic Sacræ Congregationi preces porrexit, quatenus prædictum consensum (Si EE. VV. irrationabiliter denegatum fuisse videbitur) supplere dignentur, cùmque eædem, antequam quidquam statuerent, meum votum benignè exquisierint, censeo.

Injustè Episcopum denegasse approbationem quartæ conditionis, & sextæ, quæ in idem coincidit, in quibus respectivè disponitur, Beneficiatum teneri solummodo ad recitationem officii Beatæ Mariæ, sub fundamento, quòd recitatio Divini officii sit de substantia Beneficii; cùm hoc, juxta commune Canonistarum axioma; detur propter officium.

Quia licèt de substantia Beneficii sit, ut illud detur propter officium, attamen sub nomine *Officii* non veniunt tantummodo horæ Canonicæ, prout continentur, & dispositæ reperiuntur in Breviario Romano, quas Officium Divinum nuncupamus, sed venit quodcumque spirituale munus circa servitium Ecclesiæ, & Cultum Altaris, ut egregiè explicat *Suarez de Relig. tit. de Relig. Can. cap. 18. de obligat. rect. offic. ex vi benef. num. 3.* ibi -- *Cùm dicimus, Beneficium dari propter officium sub nomine officii comprehenditur, quodlibet spirituale ministerium, seu servitium Ecclesiæ, sub quo officio multa alia includuntur præter recitationem horarum Canoni-*

nonicarum, ut ministratio Sacramentorum; Prædicatio verbi Dei, ministerium Altaris, & spirituale Regimen Ecclesiæ, & similia.. Ideoque nomen illud Officii, propter quod dari dicitur Beneficium, accipi debet in suo sensu proprio, & latino, itaut idem sit, ac dicere Beneficium dari propter munus, & exercitium aliquod, quod proprium sit vitæ Clericalis Professoribus, non verò, ut sub eo nomine intelligantur solummodo horæ Canonicæ, quas vulgariter, & minùs propriè officium vocamus. Et proinde erit quidem contra substantiam Beneficii illud fundare absque ullo onere, seu Censu Ecclesiastico circa modum aliquem orandi, laudesque Deo fundendi, ab Ecclesia approbatum, nil verò obesse videtur, quin à piis Fundatoribus in limine fundationis apponi nequeat solùm onus recitationis Officii Beatæ Virginis ab Ecclesia approbati, & quod recitandum induxit S. Pius Quintus, possidentibus Pensiones Ecclesiasticas, quas non distingui à Beneficiis permulti opinarunt, cùm obligatus ad illud recitandum dici non possit habere Beneficium absque ullo officio, ut supra notavi.

Injustè pariter se gessit, quoad denegationem approbationis secundæ conditionis, in qua disponitur, ut super eo Beneficio nulla reservatio, affectio, aut devolutio cadere possit, asserendo, id derogare juribus Episcoporum ob denegatam devolutionem.

Quia cùm nullus Doctor negare audeat, Fundatorem in limine fundationis posse præjudicare juribus Sanctæ Sedis prohibendo affectiones, & reservationes tam provenientes ex regulis Cancellariæ, quàm ex corpore juris clausas in præjudicium Papæ, & Datariæ Apostolicæ, multò fortius præjudicare poterit juri Episcoporum prohibendo devolutionem.

Ratio autem, ob quam aliqui opinarunt, prohiberi non posse devolutiones, non est præjudicium jurium Episcopalium, prout censet noster Ordinarius, sed præjudicium Divini Cultus ob dictas vacationes Beneficiorum, quæ accidere possent, prohibitis devolutionibus.

Verùm hac ratione non obstante, receptius est licere fundatoribus devolutionem prohibere eo fundamento, quia licèt eadem prohibeatur, non per hoc censetur prohibita termini præfixio, quod facere poterit Ordinarius, quotiescumque prospexerit, Patronum serotinè nimis, & oscitanter differre præsentationem, qua præfixione permissa, cessat præjudicium Divini Cultus, & longævæ vacationis, ut per *Card. de Luca de jurepatronatus disc. 64. num. 14. Piton. discept. Eccles. pag. 143. n. 40.*

Eadem injustitia laborat denegatio approbationis octavæ conditionis, in qua disponitur, ut beneficium fundatum non causet pluralitatem, seu incompatibilitatem, respectu aliorum Beneficiorum, quæ ab ejusdem Possessore etiam sub eodem tecto obtineri possint.

Licèt enim dicta conditio sit contra juris dispositionem, attamen non per hoc erat rejicienda, cùm nil frequentius per ora Canonistarum volitet, quàm fundatores posse conditiones apponere, etiam juri contrarias, & proinde hoc solùm, quòd dicta conditio juri canonico adversetur, non efficit, ut veniat cæco modo rejicienda, nisi etiam sit contra substantiam Beneficii, ut de hujusmodi conditione asserit *Card. Seraphin. decis. 612. n. 4.*

Quinta verò conditio, quam libens admisit Episcopus mihi, prout jacet, admittenda non videtur, aut saltèm declaratione aliqua indigere; In ea enim disponitur, ut Beneficiatus de fructibus præfati Beneficii disponere possit, ac si essent fructus Patrimoniales.

Si enim hujusmodi conditio intelligitur intrà metam fructuum necessariorum pro congrua Beneficiati sustentatione, ultro veniret approbanda, at si etiam intelligeretur de fructibus dictam congruam sustentationem exuberantibus, eadem conditio, tamquam contra substantiam Beneficii non veniret admittenda. Cùm enim post fundatum beneficium, ejusdem dos unà cum fructibus Deo donata dicantur, fiantque Patrimonium Pauperum, non potest Beneficiatus, qui usuario, seu usufructuario æquiparatur de iis ultra mensuram propriæ sustentationis pro libito disponere, sed eos indispensabiliter tradere debet Pauperibus, qui eorumdem sunt Domini: Alias enim repugnaret, quòd Fundator donans Deo, & Pauperibus bona, quæ pro Beneficiis do-

te

te aſſignat, quodve eorumdem fructus in uſus prophanos converti poſſe permitteret. Et ita &c.

Poteſt etiam Fundator Beneficii quamplura alia pacta, & conditiones in limine fundationis apponere, quorum nonnulla ſaltèm principaliora ad materiam hujus *Canonis* hìc enumerare congruum duxi.

14 Poteſt enim apponere legem. Primò ut Præſentatus, & obtinens Beneficium non poſſit in eadem Eccleſia aliud officium retinere, & iſta lex eſt ſervanda, ut reſolvit Sacra Congregatio Concilii *in Cæſarauguſtana Portionum* 22. *Martii* 1687.

15 Secundò, quod ſi Summus Pontifex, vel Ordinarius loci, ſeu quivis alius poteſtatem habens occaſione vacationis in Curia, vel ex alio capite reſervaverit ſibi beneficium, non teneatur Patronus eo caſu ſolvere fructus, utì hujuſmodi lex, ſeu conditio appoſita legitur *in una Fanen. Beneficii*, ubi vacante Beneficio apud Sedem per obitum ultimi Poſſeſſoris, ad inſtantiam Eminentiſſimi Barberini deſtinatum fuit Antonio Joſepho Rotæ Conſanguineo unius ex Compatronis, ſed cum fundationis diſpoſitio opponi videatur prædictæ deſtinationi Beneficii rei examen à Dataria, ad Sacram Congregationem Concilii remiſſum fuit, ubi propoſito dubio -- *An ſupplicatio ſignanda ſit cum derogatione dictæ fundationis, præſertim circa ſuſpenſionem fructuum* -- Reſponſum fuit ab eadem Sacra Congregatione 14. Junii 1681. -- *non eſſe ſignandam* --

16 Tertiò. Fundator in limine fundationis Eccleſiæ Parochialis, aut Cathedralis poteſt ſibi reſervare jus nominandi Prædicatorem in eadem Eccleſia, nec turbari debet à quaſi poſſeſſione illum nominandi. Nec præſentatus debet rigidè examinari cauſa illum rejiciendi, ut reſolutum fuiſſe à Sacra Congregatione Concilii teſtatur *Pignattell. conſult.* 216. *n.*56. *tom.*4.

17 Quartò. Poteſt apponere conditionem, quòd præſentari debeat ad Beneficium Patronale aliquis de familia ipſius, ſed apponendo hanc conditionem non cenſetur voluiſſe ſibi ligare manus, quoad præſentationes ab ipſomet faciendas, itaut non poſſit extraneum præſentare *Rot. dec.*756. *par.* 2. *rec. & in Ilcien. Beneficii* 2. *Julii* 1706. §. *Quia in ordine cor. bo:me:Kaunitz.*

18 Quintò. Fundator Eccleſiæ Collegiatæ poteſt in limine fundationis apponere conditionem retinendi in ſuo ſervitio aliquem ex Canonicis dictæ Eccleſiæ, maximè ſi ſit perſona Illuſtris, & in dignitate conſtituta, quod non poſſet ſi in limine fundationis hujuſmodi conditionem non apponeret, ut fuit reſolutum à Sacra Congregatione Concilii *in Seguntina* 20. *Februarii* 1593. *lib.*7. *pag.*93. *tergo*.

19 Sextò. Fundator Eccleſiæ Collegiatæ in limine fundationis poteſt ſibi reſervare jus concedendi in ea Cappellas, Sepulturas, ac jura ſepeliendi juxta reſolutionem Sacræ Congregationis Concilii in *Seguntina* 3. *Novembris* 1594. *lib.* 8. *decret. pag.*70.

20 Septimò. Fundator poteſt in limine fundationis beneficii apponere conditionem, ut illud ſit exemptum ab omnibus oneribus, quæ conditio ſi ſit approbata ab Ordinario, beneficium non tenetur contribuere Seminario, ut reſolvit Sacra Congregatio Concilii *in Corduben.* 17. . . . . 1653.

21 Octavò. Fundator poteſt apponere in limine fundationis Beneficii conditionem, ut præſentetur ad illud Clericum primæ Tonſuræ; Quo caſu præſentari non poteſt Clericus minor 14. annorum, ſi fundatio fuerit facta poſt Concilium, ſecùs ſi antea, ut fuit reſolutum ab eadem Sacra Congregatione Concilii *in Mutinen. Beneficiorum* 19. *Septembris* 1682. *& in Faretrana* 18. *Decembris* 1659. *& in Salernitana* 24. *Martii* 1604. *lib.* 10. *decret. pag.* 81. *& in Ualentina* 6. *Aprilis* 1606. *lib.*10. *decret. pag.*149. Quia præſumitur, Teſtatorem, quoad ætatem ſe conformare voluiſſe Concilio Tridentino; Doctores verò, qui firmant ad Beneficium juriſpatronatus præſentari poſſe Clericum ſeptennem loquuntur in terminis quando Fundator expreſſit minorem ætatem, vel quando Beneficium erectum fuit ante Concilium.

22 Nonò. Fundator in limine fundationis beneficii poteſt apponere conditionem, quòd præſentatus ad illud examinari non debeat, quo caſu dicta conditio intelligenda venit, quatenus aliunde conſtet præſentatum eſſe alias idoneum, ut reſolvit Sacra Congregatio Concilii *in Sarſinaten.* 17. *Novembris* 1649. relat.

per *Monacell. formul. for. Eccles. par. 2. tit. 15. formul. 1. num. 13. vers. Et si disponeret.*

23 Decimò. Fundator potest in limine fundationis apponere conditionem, ut Patronus præsentet vicinum seniorem tali Ecclesiæ, aut tali Domui, quo casu id intelligitur de vicinis, qui majori tempore habitarunt prope dictam Ecclesiam, aut dictam Domum. Et non de ætate senioribus; *Rot. decis. 5. num. 4. par. 9. tom. 1. recent.*

24 Undecimò. Potest Fundator in limine fundationis apponere legem, quòd quando derogatur juripatronatus, Provisus Apostolicus non obtineat aliquos fructus *Card. de Luca de jurepat. disc. 74. n. 8.*

25 Duodecimo. Potest Fundator in limine fundationis apponere conditionem habendi sedem intrà Presbyterium, & Chorum, necnon sibi reservare jus sepulturæ in Ecclesia, ut dixi *Part. I. Can. I. & II. Cas. I. num. 5. & seq. & Cas. II. num. 8.*

26 Decimo tertiò. Fundator in limine fundationis potest apponere pactum, ut juspatronatus non transmittatur ad hæredes extraneos. *Lambertin. de jurepat. lib. 1. par. 1. quæst. 9. art. 1. num. 4. Rot. decis. 73. num. 3. coram Pæn.*

23 Decimo quartò. Fundator juripatronatus potest in limine fundationis apponere conditionem, ut prædecessor eligat sibi successorem in Beneficio, etiam nulla sequuta Ordinarii institutione, dummodo electio, seu præsentatio sit facienda per personam Ecclesiasticam, *Lambertin. de jurepat. lib. 1. par. 1. quæst. 9. art. 1. nu. 70. & art. 3. in princip. Rot. decis. 530. num. 3. par. 1. rec.*

28 Decimo quintò. Fundator post Concilium non potest reservare institutionem, seu collationem Beneficiorum inferiori Collatori etiam de consensu Episcopi, ut cavetur in Concilio Tridentino *sess. 14. cap. 12. de reform.* Auctoritates verò, quæ exaduerso allegari possunt, scilicet, quòd reservatio collationis inferiori Collatori, excluso Episcopo valeat, si Episcopus consentit, juxta *Barbos. de offic. Episcopi allegat. 72. num. 187.* procedunt pro beneficiis erectis ante Concilium, ut docet *Corrad. prax. benefic. cap. 3. num. 26. §. Unde*, & resolvit Sacra Coneregatio Concilii *in Burgen. juris instituendi 20. Decembris 1687.*

29 Decimo sextò. Fundator in limine fundationis Beneficii potest apponere conditionem præsentandi, aut constituendi Procuratorem ad præsentandum ad Beneficium vacaturum, *Garz. de Benefic. par. 10. cap. 1. Card. de Luca de jurepatronat. discurs. 64. Vivian. eod. tract. lib. 5. par. 2. cap. 6. num. 13. Rot. decis. 530. nu. 2. par. 1. recen. & in Ilcinèn. Beneficii 2. Julii 1706. §. Nec obstitit coram R. P. D. Kaunitz.* Clausulam tamen de constituendo Procuratorem, ut Patronum præsentet, existimavit Sacra Congregatio Concilii *in Pistorien. 6. Junii 1600. & 17. Julii ejusdem anni lib. 9. decret. pag. 90. & 94. ter.* esse omnino delendam, & loco illius subrogari hanc posse, quod liceat Patrono una vice tantùm cedere juspatronatus, ut ipse præsentari possit.

30 Decimo septimò. Cappellania primo loco fundata in una Ecclesia à Fundatore, non potest per eum in testamento relinqui, ut transferatur ad aliam Ecclesiam, ut resolvit Sacra Congregatio Concilii *in Militen. Cappellaniæ 1. Decembris 1696.* ubi concessa à Fundatrice PP. S. Dominici facultate transferendi Cappellaniam ad propriam eorum Ecclesiam fuit disputatum-- *An liceat eisdem PP. transferre dictam Cappellaniam ad eorum Ecclesiam in casu &c.* Responsum fuit -- *negativè*.

31 Decimo octauò. Fundator in limine fundationis Canonicatus in Cathedrali potest apponere conditionem, ut ad eum præsentetur sibi proximior, etiamsi sit infans; dummodo interveniat consensus Episcopi; quia licèt prædicta conditio repugnet Sacris Canonibus, & Tridentinæ Synodi decretis, tamen potest illam apponere, cùm ei permittatur à jure in limine erectionis adjicere leges sibi bene visas, etiam dispositioni juris contrarias, juxta *Lotter. de re benef. lib. 1. q. 32. n. 17. Rot. in Alexandrina juripatronatus 4. Decembris 1699. §. Verumtamen, & §. Quapropter coram Emo de la Tremoille*, & dixi superiùs *nu. 1.*; secus si non interveniret consensus Episcopi, ut fuit resolutum à Sac. Rota *in Senogallien. Canonicatus de Luchis 25. Januar. 1709. coram R. P. D. Lancetta §. Non attenta, confirmata 23. Junii 1710. coram R. P. D. Aldrovando.*

32 Decimo nonò. Fundator potest apponere conditionem, ut vacante beneficio præ-

præſentetur ad illud Sacerdos, aut Clericus alicujus familiæ. *Rot. in Barchinonen. Beneficii 2. Decembris 1701. coram clar. me. Emo Caprara.*

33 Vigeſimò. Fundator in limine fundationis poteſt apponere conditionem, ut Rector Beneficii faciat oblationem ipſi, aut ejus ſucceſſoribus. *Amoſtaz. de cauſ. piis lib. 5. cap. 7. num. 45.*

34 Vigeſimo primò. poteſt in limine fundationis adjicere conditionem, ut circa alienationem bonorum in utilitatem beneficii non requiratur conſenſus Epiſcopi. *Rot. in Aſten. Prioratus ſuper pertinentia 20. Martii 1709. §. Siquidem coram R.P.D. Aldrovando.*

35 Vigeſimo ſecundò. Poteſt etiam apponere conditionem, ut habens duo beneficia ſimplicia præſentari poſſit ad tertium. *Barboſ. ad Concil. ſeſſ. 24. de reform. cap. 17. num. 8.*

36 Vigeſimo tertiò. Fundator in limine fundationis reſervando juſpatronatus favore alicujus non poteſt apponere conditionem, ut ſi ille fiat Religioſus, nominet invito Prælato. *Lezzan. in Summ. quæſt. Regul. tom. 1. par. 2. cap. 11. num. 10.*

37 Vigeſimo quartò. Fundator in limine fundationis de conſenſu Epiſcopi poteſt reſervare ſervitutem proſpectus, ſeu quòd Eccleſia habeat portam, qua tranſitus habeatur in domum contiguam Patroni, & quod ex ejus domo in eam proſpectus, ſeu feneſtra aperiatur. *Card. de Luc. de ſervitut. diſc. 16. num. 5. Monacell. formul. legal. formul. 10. tit. 6. num. 18. tom. 1. Paulut. diſſert. 23. art. 2. num. 102.*

38 Vigeſimo quintò. Fundator in limine fundationis, aut dotationis beneficii non poteſt apponere pactum, & conditionem de conſenſu Epiſcopi, ut beneficium ſibi conferatur, aut cum reſervatione præſentandi ſeipſum; quia fundare, & dotare beneficium cum hoc pacto eſt ſimoniacum, juxta *Text. in cap. Tua nos de ſimon. ibique Fagnan. num. 3. & ſeqq.*

39 Vigeſimo ſextò. Poteſt Fundator in limine fundationis ſibi reſervare facultatem variandi Inſtrumentum fundationis in totum, vel in parte, unum, aut plures Patronos ſuſtituendo; qua ſtante facultate ſibi reſervata permiſſum eſt ei ex intervallo tollere, & adjicere quaſcumque ſubſtitutiones ſibi beneviſas, & de Patronatu aliter diſponere, cùm ſimilis reſervatio perinde habeatur ac quædam prorogatio perfectionis fundationis, & conditio actus ſuſpenſiva uſque ad novam declarationem, quæ ubicumque poſtea emanavit ad primum actum fundationis retrotrahitur, & cum ipſa fundatione ſubſtantiatur. *Corrad. in prax. benef. lib. 2. cap. 10. num. 150. & ſeq. Rot. in Vaden. Canonicatus 30. Junii 1704. §. final. coram bo.me. Molines*, & optimè *in Vicen. juriſpatronatus 28. Februar. 1715. §. Sed quatenus etiam de hac effectiva deſcendentia, coram R.P.D. Criſpo.*

40 Vigeſimo ſeptimo. Poteſt Fundator in limine fundationis Canonicatus, aut Beneficii apponere conditionem, ut ad illud præſentari poſſit etiam infans, & hujuſmodi conditio eſt ab Ordinario approbanda, quia non eſt illicita, aut turpis, aut impoſſibilis, aut contra ſubſtantiam beneficii, ſed eſt omnino licita, & per Sacros Canones permiſſa in limine fundationis. *Lotter. de re benef. lib. 1. q. 32. n. 19. 34. & ſeqq. Adden. ad Pamphil. deciſ. 54. num. 8. Rot. deciſ. 194. per tot. par. 2. & in Montis Regalis juriſpatronatus 7. Maji 1708. §. Progrediendo coram R. P. D. Anſaldo.* Nec eſt contra diſpoſitionem Sac. Concilii Tridentini; quia hoc non ſe intromittit ubi reſiſtit lex fundationis. *Barboſ. ad Concil. ſeſs. 25. cap. 6. num. 7. de reform. Rot. deciſ. 399. nu. 5. & ſeq. par. 13. recent.*

41 Vigeſimo octavò. Poteſt apponere conditionem, quòd Patronus præſentet cum conſilio alicujus, quo caſu Patronus tenetur requirere illius conſilium, illudque debito tempore expectare, aliàs ſi præſentaret, dicto conſilio non requiſito, præſentatio eſſet nulla, non tenetur tamen Patronus illud ſequi, *Abb. in cap. cùm veteri de elect. num. 12.* ibi-- *Prout regulariter in actibus, qui debent expediri cum conſilio alicujus, ille eſt requirendus, & debito tempore expectandus, itaut actus ſit nullus eodem conſilio non petito -- Gratian diſcept. Eccleſ. cap. 122. num. 27.* ibi-- *Quod Executor, qui debet exequi cum conſilio Guardiani, non tenetur ſequi conſilium illius, quod eſt veriſſimum, quamvis teneatur ipſum requirere.*

42 Vigeſimo nonò. In limine redotationis, aut reſtaurationis Eccleſiæ Parochialis

lis apponi non possunt conditiones, quòd redditus assignati revertantur ad Patronum, casu quo recuperentur bona ad Ecclesiam spectantia: & quod Patronus possit augere, & minuere stipendium, & numerum Vicecuratorum, ut fuit resolutum à Sac. Congregatione Concilii *in Taurinen. reservationis juris patronatus* 12. *Aprilis* 1687.

43 Trigesimo. Potest apponere Fundator conditionem, quod beneficium patronale conferri non possit habenti alterum beneficium; & hoc casu si præsentetur ad illud habens alterum beneficium, præsentatio est nulla. *Barbos. lib.3.vot.decis.*132. *num.*1. *& seqq. Rot. in Gerunden. Beneficii* 3. *Junii* 1712. §. *Minimè coram R. P. D. Falconerio*.

44 Trigesimo primò. Potest in limine erectionis Collegiatæ apponere conditionem, ut Primæ Dignitati concedatur indultum utendi Insigniis Pontificalibus; Quod indultum ad preces Fundatoris est concedendum. *Corrad. in prax.benef.lib.*2. *cap.*14. *à num.*1. *ad* 36. *R.P.D.meus Petra in Comment. ad Constit. Apost.* 6. *Vrbani IV. n.*7. *tom.*3. *pag. mihi* 328.

45 Trigesimo secundò. Potest apponere in limine fundationis Canonicatus in Ecclesia Cathedrali, aut Collegiata pacta, & conditiones, quòd illius Possessor vocetur supranumerarius, quòd vocem in Capitulo, præcedentiam super Canonicos primæ erectionis, atque participationem emolumentorum, quæ à piis Christi fidelibus Capitulo relinqui contigissent, necnon mortuariorum, ac processionum ullo tempore prætendere non valeat, & quòd teneatur pro ejus rata ad expensas concurrere, quæ conditiones, & pacta si fuerint admissa per antiquos Canonicos, & per longum tempus observata; sunt etiam in posterum servanda, non obstante, quòd Ordinarium testetur, quòd erectio, & collatio prædicti Canonicatus facta fuerit à suis Prædecessoribus absque ulla ex præfatis conditionibus; & consequenter, quòd istæ subsistere non possint, maximè quia Ecclesiæ cultum diminuerent, dum Canonicus nulla distributionum spe allectus illius servitium negligeret; ut in simili casu resolutum fuit à Sac. Congregatione Concilii *in Nepesina Canonicatuum* 1. *Decembris* 1703.

46 Trigesimo tertiò. Fundans Cappellam in Ecclesia Cathedrali potest apponere conditionem, quod singulis diebus etiam solemnibus recitetur in dicta Cappella à Presbyteris, seu Mansionariis parvum Officium S. Crucis, & Canonici, dummodo recitatio fiat post expleta Divina in Choro Ecclesiæ; impedire non possunt appositionem hujus conditionis; seu recitationem hujusmodi Officii, juxta resolutionem Sac. Congregationis Concilii in *Januen. pii oneris* 16. *Novembris* 1715. ubi proposito dubio -- *An Canonici Collegiatæ Ecclesiæ S. Mariæ Vinearum Januen. Diœcesis possint prohibere Presbyteris de Massa ejusdem Ecclesiæ recitationem Officii parvi S. Crucis in Cappella Sanctissimi Crucifixi dictæ Ecclesiæ?* -- Responsum fuit -- *Negativè dummodo recitatio fiat post expleta Divina in Choro Ecclesiæ* --

47 Trigesimo quartò. Potest etiam in limine fundationis adjicere Canonicatui, onus Organistæ; Licèt enim Episcopus etiam per viam Statuti perpetui, & cum consensu Capituli non possit post fundationem Canonicatus adjicere ei onus Organistæ; potest tamen id fieri per Fundatorem in limine fundationis, ut tuetur *Tondut. quæst.benef. par.*2. *cap.*3.§.7.*n.*10. *& seqq.*

ARGUMENTUM.

An Patronus in actu nominationis possit imponere Cappellano nova onera, & conditiones?

SUMMARIUM.

1 *Patronus in actu nominationis non potest imponere Cappellano nova onera, & conditiones: Nec Cappellanus tenetur ista adimplere*. Amplia, ut num.2., & 3.

4 *Antecessor præjudicare non potest Successori*.

CASUS IV.

CAsum hìc expono in Sac. Congregatione Concilii disputatum *in Tudertina Cappellaniæ* 12. *Martii* 1718. dum studebam apud R. P. D. Prosperum de Lambertinis, Virum quidem ingenii claritate perspicuum, loquendi gratia copiosè dotatum de sanguine Cæsaris Lambertini Episcopi Insulani omnium in materia juris pa-

riſpatronatus ſcribentium Magiſtri, qui tractatum illum de jurepatronatus nunquam ſatìs commendabilem edidit, & nunc meritiſſimum ejuſdem Sac. Congregationis Secretarium, & R.P.D. mei Anſidei Succeſſorem. Caſus igitur ita ſe habebat.

Anno 1686. Confratres Societatis Beatiſſimæ Virginis de Lilio Terræ Aquaſpartæ diœceſis Tudertinæ poſt factam nonnullorum bonorum aſſignationem, Cappellaniam perpetuam inſtituerunt, reſervando ſibi metipſis jus nominandi, ſive præſentandi, & onere Cappellano impoſito celebrandi certum numerum Miſſarum, & alias quaſdam ſacras functiones pro Confraternitate peragendi, & pro prima vice in Cappellanum perpetuum nominaverunt Clericum Stephanum Gentilem, qui cùm dictam Cappellaniam liberè reſignaverit in ea ad præſentationem eorumdem Confratrum *die* 18. *Julii* 1701. inſtitutus fuit ab Epiſcopo Clericus Lucius Antonius Moſcatellus, qui pariter poſt lapſum non ullorum annorum Cappellaniæ renuntiavit. Facta autem nova nominatione à Confratribus in Perſona Clerici Cajetani Corſetti in actu hujus nominationis ſuperaddiderunt Cappellano non nulla alia onera, & ſignanter audiendi Confeſſiones Confratruum, & ſororum, adepta per ſupradictum Clericum Corſetti poſſeſſione Cappellaniæ fuit ab eodem excitata prætenſio, ſe videlicet non teneri niſi ad onera in fundatione expreſſa; Unde inter cætera propoſitum fuit dubium -- *An Clericus Cajetanus Corſetti teneatur ad onera de novo appoſita in nominatione de ſe facta à Confratribus, & non memorata in Fundatione.*

1 Cui reſpondendum ſentiebam *negativè*. Etenim Patronus poſt fundationem Beneficii non poteſt apponere, & ſuperaddere Beneficiato, aut Cappellano nova onera, nec iſte tenetur illa adimplere, juxta *Gloſ. in cap. Cùm dilectus verb. conſtitutio de conſuetud.*, *Lambertin. de jurepatr. lib.1. par.2. qu.4. art.4. n.2. Corrad. in prax. benef. lib.2. cap.10. num.150.*, & 160. Et ita reſolutum fuit ab eadem Sac. Congregatione in dicta *Tudertina Cappellaniæ ubi ſupra ad primum.*

2 Quod procedit etiam ſi eadem nominatio cum dictis novis oneribus, aut conditionibus fuiſſet admiſſa, & approbata ab Ordinario; adhuc Cappellanus, aut Beneficiatus non teneretur hujuſmodi onera, & conditiones adimpleri. Siquidem & ſi cauſa efficiens juriſpatronatus ſit ipſa approbatio Ordinarii, quando tamen Cappellania, aut Beneficium eſt jam in eſſe deductum, & Ordinarii aſſenſu auctorizatum, à littera fundationis amplius recedi non permittitur, nec novas qualitates ab eodem Ordinario, vel ab ejus Vicario Generali denuò ſuper imponi nè Fideles à Beneficiorum fundatione retrahantur, *Fagnan. in cap. conquerente n.24.*, *& ſeqq. de Cleric. non reſid.*, *Vivian. de jurepatron. par.1. lib.3. cap.8. n.6.*, *Card. de Luc. de benefic. diſc.96. n.7.*; *Pignatell. conſultation. 111. n.17. to.9. Rot. in Farfen. Canonicatus 11. Decembris 1711. §. Ad effectum & §. Cujus quidem coram R.P.D. Criſpo*, & pluries reſolutum fuit à Sac. Congregatione Concilii, ſignanter *in Sarnen. 3. Julii 1690. lib.40. decret. pag.340.*, *& in Aſten. Cappellaniæ 14. Februarii 1699. fol.57. lib.59. decret.*

3 Immo idem Cappellanus, aut Beneficiatus non teneretur hujuſmodi oneribus & conditionibus de novo ſuper impoſitis ſatisfacere, etiam ſi hæc in antecedentibus vacationibus fuiſſent ab ejus Anteceſſoribus acceptata, quia iſti non habe-
4 bant jus obligandi ſe, ſuoſque Succeſſores, eiſque irrogandi ullum præjudicium *Oldrad. conſ.226. n.1. Rot. dec.452. n.35. coram Bich.*, ac proinde unuſquiſque horum non tenetur ad relevationem promiſſionis facti Anteceſſoris, qualiſcumque fuerit, *Ancharan. conſ.34. nu.11. Rota deciſ.494. n.13. p.18. to.2. rec.*

Et ita reſolutum fuit à ſæpedicta Sac. Congregatione Concilii in *Florentina 12. Martii* 1718. ubi non obſtante, quòd Rector cujuſdam Cappellaniæ ſe ſubjecerit oneribus celebrandi bis Miſſas in hebdomada, faciendi quolibet anno Feſtivitatem Sanctorum Franciſci, & Hieronymi cùm impenſa ſcutorum trium, & faciendi unum Officium Defunctorum, à Vicario Generali impoſitis, tamen quia repertum fuit hæc onera non fuiſſe appoſita in limine fundationis dictum fuit, ſucceſſorem in dicta Cappellania non teneri adimplere eadem onera.

ARGU-

ARGUMENTUM.

Legato Dotium jam instituto an Episcopus possit adjicere conditionem quod Personæ nominandæ frequentaverint Doctrinam Christianam, & an possit prohibere habentibus jus nominandi, nè nominent Personas sibi dependentes, & Familiares ?

SUMMARIUM.

1 *Ad Episcopum ex officio spectat curare ut omnes Fidei rudimenta sciant.*

2 *Episcopus an possit imponere Legato pio novas conditiones ; & onera, quæ non sint ei præjudicialia ?* & num. 5.

3 *Episcopus Legato Dotium imponere non potest de novo conditionem ; ut Personæ nominandæ frequentarerint Doctrinam Christianam, & quare ?* vide ibi.

4 *Papa nunquam intendit præjudicare Patronis, aut passivè vocatis ad Beneficia, & ad alia opera pia.*

6 *Episcopus hortari potest habentes jus nominandi puellas, ad Legatum Dotium, ut potius nominent puellas, quæ frequentaverint Doctrinam Christianam, quam illas, quæ talem Doctrinam non frequentaverint.*

7 *Episcopus proibere non potest habentibus jus nominandi ad Dotes nè nominent puellas sibi dependentes, & familiares.*

CASUS V.

QVidam Testator in ultimo, quo decessit elogio reliquit omnia ejus bona cuidam Congregationi Nobilium, ut ex eorum fructibus distribuerentur quolibet anno quatuor dotes favore quatuor puellarum propriæ Patriæ, quæ sint pauperes, honestæ, & bonæ famæ, reservando jus nominandi puellas ad hujusmodi Dotes, eidem Congregationi, Episcopus autem in actu visitationis in distribuendis hisce Dotibus duas voluit apponere conditiones nimirum quòd Personæ nominandæ frequentaverint Doctrinam Christianam; & quòd concurrentibus puellis existentibus, & quæ extiterunt in actuali, servitio illarum Personarum habentium votum in distributione dotium, hujusmodi Personæ abstineri debeant pro ea vice à præstatione suffragii sub pœna nullitatis actus. Sed cùm has conditiones observare recuset præfata Congregatio in distributione dd. Dotium, hinc duo quæruntur.

Primo : *An Episcopus in distributione Dotium per Congregationem facienda, possit adjicere conditionem, quòd puellæ nominandæ frequentaverint Doctrinam Christianam ?*

Secundo : *An idem Episcopus possit prohibere Personis ejusdem Congregationis habentibus jus votandi in distributione dotium nè præstent votum, casu quo concurrant puellæ ab ipsis dependentes, aut quæ sunt, & fuerunt in eorum actuali servitio sub pœna nullitatis actus.*

1 Et prima facie respondendum videtur ad primum dubium affirmativè, quia spectat ad Episcopum ex officio curare, ut omnes Fidei rudimenta sciant, ut ea rite doceantur, ac explicentur, & ad hoc exequendum Curatos Animarum specialiter compellere unde ex officio poterat Episcopus requirere in puellis nominandis ad supradictas Dotes qualitatem frequentationis Doctrinæ Christianæ juxta *Text. in cap. Ante Baptismum de consecrat. dist. 3. concil. Trident. cap. 4. sess. 24. de reform. Barbos. de offic., & potest. Episcopi alleg. 76. num. 37.*

Nec adversatur quòd versemur in casu Legati Dotium jam fundati, & instituti à Testatore absque requisito frequentationis Doctrinæ Christianæ, ac proinde non posse videtur Episcopus post fundationem præfati Legati jam factam, appo-
2 nere hujusmodi conditionem ; Quoniam distinguendum est inter novas conditiones, & pacta præjudicialia, & onerosa Ecclesiæ, & Legato pio, & inter novas conditiones, & pacta non præjudicialia, sed utilia Ecclesiæ, aut Legato pio. Licèt enim prima apponi non possint à Fundatore, tamen secunda apponi valet post fundationem ; adeôque cum supradicta conditio frequentationis Doctrinæ Christianæ non sit præjudicialis, imò utilis Legato Dotium, sequitur quòd potuerit Episcopus illam apponere post ejusdem Legati fundationem. *Roc. de curt. de Jurepat. verb. Pro eo q. 13. num. 29.* ibi -- *Ego in hoc puncto credo dicendum quòd si novæ conditiones, vel nova pacta sint præjudicialia Ecclesiæ Patronatæ, & illi onerosa,*

sa, tunc non possint apponi post fundationem si autem sint utilia Ecclesiæ, vel non præjudicialia, & tunc fieri possint, quia nihil est, quòd repugnet --

3 Verùm hoc non obstante censeo dicendum, non posse Episcopum imponere huic legato dotium prædictam conditionem; hæc enim est præjudicialis tum habenti jus nominandi activum, tum habenti jus nominandi passivum ad has dotes. Et quidem est præjudicialis habenti jus nominandi activum; quia ejus vigore Congregatio non haberet amplius amplam, & liberam facultatem sibi tributam à Testatore nominandi quascumque Puellas de ejus Patria: Dummodo sint Pauperes, honestæ, & bonæ famæ; Sed esset adstricta nominare solùm illas Puellas, quæ frequentaverint Doctrinam Christianam; Esset etiam præjudicialis habenti jus nominandi passivum, quia Puellæ illæ cæteroquin honestæ, pauperes, & integræ famæ, & capaces juxta voluntatem testatoris consequendi dotes; si non frequentaverint Doctrinam Christianam, ratione hujus conditionis arcerentur à consecutione hujusmodi legati; adeoque dicta conditio, huic legato jam instituto, adjici, & apponi non potest ab Episcopo nè fideles retrahantur ab operibus piis; ob

4 quam rationem: si ipse met Summus Pontifex nunquam intendit præjudicare Patronis, aut passivè vocatis ad beneficia, aut alia opera pia ad tradita per *Lotter. de re benef. lib. 2. quæst. 51. num. 38. & seq. Ros. de execut. liter. Apostolic. cap. 5. n. 177.* & aliàs penès *Rot. in Urgellen. Beneficii, seu Canonicatus 22. Junii 1716. §. Subreptionis coram R.P.D. Herrera*. Multo minùs Episcopus, & alius inferior poterit præjudicare eisdem Patronis, aut passivè vocatis, & adjicere legatis jam institutis nova onera, & conditiones juxta *Bald. in l. unica §. Accedit in fin. cod. de rei ux. act.* ibi -- *qui non apponit alia pacta in initio, in conventione, non potest postea illa apponere ex post -- Lambertin. de jurepat. lib. 1. par. 1. quæst. 9. art. 1. num. 51.*

5 Non obstat, quòd sæpedicta conditio frequentationis Doctrinæ Christianæ non sit præjudicialis, immò sit utilis Legato Dotium, & consequenter capax ut de novo apponi possit ab Episcopo; juxta auctoritatem *Rocch. de Curt.* in contrarium relat., qui Doctrina hujus Auctoris, quod apponi possit post fundationem Ecclesiæ, institutionem legati, nova onera, & conditiones, quando ista non sunt præjudicialia Ecclesiæ, aut legato; procedit accedente consensu Fundatoris, aut Patroni; aut his instantibus, ut legenti patet; Non verò dissentientibus Patronis.

6 Poterit tamen Episcopus hortari habentes jus nominandi ad Dotes, ut potius nominent Puellas illas, quæ frequentaverint Doctrinam Christianam, quam illas, quæ talem Doctrinam non frequentaverint; quæ quidem exhortatio esset uniformi Epistolæ Pastorali Summi nostri Pontificis Clementis XI. fœliciter Regnantis *die 16. Martii 1703.* edita relat. per *Gennettum to. 7. suæ Theologiæ fol. 377. & 381. vers. quarto*; Non verò illos, aut Puellas ab ipsis nominandas cogere mulctis, & pœnis ad audiendam Doctrinam, ut docet *Bullar. min. in Concil. cap. 4 sess. 24. de reform. in observat. verb. teneri*.

7 Quoad secundum dubium existimo non posse Episcopum prohibere personis ejusdem Congregationis habentibus jus votandi in distributione dotium, nè præstent votum, casu quo concurrant Puellæ ab ipsis dependentes, aut quæ sunt, & fuerunt in earum actuali servitio, sub pœna nullitatis actus. Etenim Episcopus non potest privare aliquem proprio jure ei competente ex dispositione Testatoris, nisi concurrente justa, & rationabili causa; Nec familiaritas, & dependentia Puellarum ab ipsis potest esse rationabilis causa privandi dictas personas exercitio juris votandi pro ea vice, ex eo, quòd hujusmodi familiaritas, & dependentia possit esse causa suspicionis fraudis, & murmurationis. Nam licèt filius sit familiaris, & dependens à Patre, tamen Pater potest votare pro filio juxta *Text. in l. item eorum ff. quod cujusque Universitatis nomine*; Ita licèt Puellæ concurrentes sint familiares, & dependentes à Patronis dictæ Congregationis non video, qua causa istæ non possint votare pro illis. Ratio autem est, quia nè præsumatur delictum, potius præsumitur elector habere præ oculis jus; & interesse publicum, quam privatum sanguinis, & amicitiæ, ut expressè docet *Matta post Cocchier. de cauf. Concistor. sect. 22. num. 67. Rot. in Giennen.*

juris

juris votandi 9. Febr. 1705. §. Et hinc cor. Emo Scotto.

ARGUMENTUM.

Pactum appositum in limine fundationis, quòd Cappellania remaneat semper vacans, usquequo habilis ex descendentibus adveniret ad illam obtinendam, & in tali casu interim bona assignata in dotem eidem Cappellaniæ possiderentur à Patrono, approbatum ab Ordinario cum clausula -- *Quæ tamen à dispositione SS. Canonum discreparent, approbare non intendit* -- non sustinetur.

SUMMARIUM.

1 *Pactum appositum in limine fundationis, quòd Cappellania remaneat semper vacans, usquequo habilis ex descendentibus adveniret ad illam obtinendam, & in tali casu interim bona in dotem assignata possiderentur à Patrono, non sustinetur.*

2 *Pactum contrarium juri approbatum ab Episcopo cum clausula* -- Dummodo non sit juri contrarium -- *non dicitur approbatum, sed expressè rejectum.*

3 *Ordinarius tempore non habili cogi non potest ad approbandas conditiones in limine fundationis.*

4 *Suspensio provisionis Beneficii longæva est contra naturam illius, ut sit perpetuum, quidquid sit de aliqua suspensione parvi temporis.*

5 *Pactum, quod Patronus recipiat fructus Beneficii, permissa diuturna vacatione, non potest approbari ab Episcopo, sed requiritur approbatio Papæ.*

CASUS VI.

TItius demandavit suis hæredibus fundationem, & dotationem unius Cappellæ auctoritate Ordinarii erigendæ in titulum perpetui Beneficii Ecclesiastici cum reservatione juris patronatus tam activi, quàm passivi favore descendentium, demandans ulterius Patronis pro tempore, ut semper tenerentur præsentare Ordinario in Rectorem unum ex dd. descendentibus, si existeret, qui esset habilis, seu dispositus ad Clericatum, etiam minor 14. annis, hoc insuper addito -- *quòd non existente aliquo ex dd. descendentibus habili, seu disposito ad Clericatum, tunc dicta Cappellania remaneret semper vacans, nullo facto loco devolutioni, usquequo habilis ex eis adveniret ad illam obtinendam. Et in tali casu interim bona in dotem assignata eidem Cappellaniæ possiderentur ab ejusdem Patronis, etiamsi per plures annos vacatura esset. Dummodo tamen fideliter satisfierit oneribus sæpè dictæ Cappellaniæ, & reliquum ex fructibus spectet, & apprietur eisdem Patronis prorata singulis, perindè ac si vocati essent per viam fideicommissi* -- Post fundatam præmisso modo dictam Cappellaniam, Ordinarius in decreto approbationis juris patronatus, & conditionum à fundatore adjectarum hanc clausulam addidit -- *quæ tamen a dispositione Sacrorum Canonum discreparent, approbare non intendit.*

Per obitum ultimi Cappellani factus est casus à Fundatore provisus, dum unus ex compatronis unicum habet filium in ætate triennali, & sic insufficiente ad obtinendum Clericatum. Unde insurrexit difficultas, an debeat fieri locus vacationi, & perceptioni fructuum Cappellaniæ per Patronos juxta pactum à Testatore impositum, ac proinde quæritur, an sit suspendenda provisio dicti Beneficii, seu Cappellaniæ, donec infans vocatus à Testatore perveniat ad legitimam ætatem, concessa interim administratione bonorum, & perceptione fructuum ad formam præfatæ dispositionis.

1 Studens apud R.P.D. meum Petra in una *Florentina juris patronatus*, ubi similis casus agitabatur, respondendum sentiebam negativè, quia pactum prædictum est contra jus, tum quia importat vacationem Beneficii per longum tempus, tum etiam quia Laici Patroni obtinerent fructus spirituales Beneficii; sibi appropriantes, quod reliquum erit, celebratis Missis, quòd neutiquam à Sacris Canonibus est permissum, Concilio Tridentino præsertim contrarium disponente *sess. 22. cap. 11. de reform. Card. de Luca de jurepat. disc. 20. n. 12., & disc. 93. n. 2.*, Et Ordinarius

2 in limine fundationis expressè cavit non inten-

intendere ſe approbare pacta contra Sacros Canones, & ſic quoad dicta pacta deficit expreſſus Epiſcopi conſenſus, quem reſtrinxit ad limites juris, ut in his præciſis terminis pacti contra jus in limine fundationis adjecti per Patronum non cenſeri approbatum, ſed expreſſè rejectum ſtante clauſula conſimili appoſita ab Epiſcopo, reſolvit *Rota in Senogallien. Canonicatus de Luchis* 25. *Junii* 1709. §. *Et ſanè coram Lancetta*.

3 Non obſtat, quod Ordinarius cogi potuerit ad approbandam in limine fundationis conditionem prædictam, quia hoc forſan obtinere potuiſſet tempore habili ſed cum non fuerit effectivè coactus, quin Patroni permiſſerit ipſam fundationem, & deinde inſtitutionem fieri juxta formam præſcriptam; Ideo non eſt amplius locus pœnitentiæ, & non eſt attendendum, quod fieri potuerit, ſed quid factum fuit, ut dixit, *Rota in Aſten. Prioratus* 7. *Decembris* 1708. §. *Nihilque coram Aldrovando*.

Verum rationabile non videtur dictum pactum, quòd induceret vacabilitatem Beneficii per plures annos, qui poſſent eſſe etiam 40., quia deberet remanere vacans Beneficium, donec eſſet ſpes, ut ad-
4 veniret, aliquis deſcendens habilis, quæ ſuſpenſio tam longæva eſt contra naturam Beneficii, & deſtruit ſubſtantiam ejus, ut ſit perpetuum *Card. de Luca diſc.* 93. *n.* 2. *de jurepat.*, & quidquid ſit de aliqua ſuſpenſione parvi temporis, idem denegat in diuturna vacatione *Piton. meus Præceptor. diſcept.* 62. *n.* 40. *verſic. Ego tamen*. Et quòd recipiant Patroni
5 fructus Beneficii permiſſa diuturna vacatione, non videtur pactum rationabile ſaltèm ut poſſit approbari ab Epiſcopo, ſed requiritur approbatio Papæ, *Rot. deciſ.* 194. *p.* 2. *rec.*

Ut etiam reſolutum fuit à Sac. Congregatione Concilii *in Pennen. Beneficii ſuperius relata Caſ. I.*

Eadem verò Sac. Congregatio *in dicta Florentina juriſpatronatus die* 24. *Januarii* 1711. diſtulit reſolutionem hujus dubii.

ARGUMENTUM.

Appoſita lege in fundatione Archipresbyteratus in Eccleſia Cathedrali erecti, ut Archipresbyter teneatur exercere Curam Animarum, an ipſe Archipresbyter vigore hujus legis teneatur etiam ad explicationem Verbi Dei in diebus Dominicis?

SUMMARIUM.

1 *Formalis prædicatio in Cathedrali, licèt non ſpectet ad Parochum, ſed ad Epiſcopum; Ad Parochum tamen ſpectat explicatio verbi Dei?* & num. 3.

2 *Archipreſbyter Eccleſiæ Cathedralis habens annexam curam Animarum tenetur inter Miſſarum Solemnia ad explicationem Uerbi Dei, diebus Dominicis, & alii feſtivis.*

CASUS VII.

Titius fundavit, ac dotavit in Eccleſia Cathedrali Archipresbyteratum cùm reſervatione Juris patronatus favore ſuorum deſcendentium, ea lege, & pacto appoſito, ut Archipresbyter teneatur exercere curam Animarum; quæritur an Archipresbyter ſtante hujuſmodi lege teneatur in Cathedrali inter Miſſarum ſolemnia diebus Dominicis ad explicationem Verbi Dei?

1 Reſpondeo affirmative, quia cùm dictus Archipreſbyter vigore præfatæ legis fundationis habeat annexam in Cathedrali curam Animarum dicitur Parochus, ac proinde licèt ad ipſum non ſpectet formalis prædicatio in Cathedrali, cùm hæc pertineat ad Epiſcopum, ſpectat tamen explicatio Verbi Dei, juxta diſpoſitionem *Text. in Clementin. Dudum de ſepultur.*, ibique *Vitalin. num.* 7.

Et ita reſolutum fuit à Sacra Congregatione Concilii in *Tuſculana explicationis Verbi Dei* 29. *Julii* 1713., ubi expoſitum fuit, quòd Provicarius Generalis Tuſculi ſub pecuniaria mulcta locis Piis applicanda, ſedulo monuit Andream Breſcianum Archipresbyterum Cathedralis Eccleſiæ, ut memor Parochialis officii, rationiſque, qua Deo obſtringitur, die-

bus Festivis, vel saltèm Dominicis minimè prætermitteret pabulum Verbi Dei, ovibus suis exhibere juxta præscriptum Apostolicæ visitationis, & Synodalium constitutionum. Verùm enim verò præfatus Archipresbyter ab hujusmodi præcepto appellationem interposuit ad Sacram Congregationem Visitationis, remissaque subinde hujusmodi causa in EE. PP. consessu decidenda, in præsentiarum Promotor Fiscalis contendit, quòd sibi tantùm blandiatur Archipresbyter, qui explicationem Divini Verbi subire recusat; Eodem tamen pro hujusmodi libertate declamante, & præsertim sub obtentu, quòd licèt in cæteris Ecclesiis tam Urbicis, quam Dœcesis, Parochi teneantur plebem in lege Domini erudire, in Cathedrali tamen Ecclesia id munus obire debeat Episcopus, vel per se, vel per alios idoneos substitutos, quatenus legitimo detineatur impedimento. Unde proposito Dubio -- *An Archipresbyter Cathedralis Ecclesiæ Tuscoli teneatur inter Missarum solemnia ad explicationem Verbi Dei diebus Dominicis, & aliis Festivis* -- Respondit -- *Affirmativè, & amplius* --

2 Et ita ego etiam sentiebam studens in in hac causa tum attenta dispositione Synodali id expressè sanciente, tum attentâ dispositione Juris communis, juxta quam prædicandi officium spectat ad Rectores Parochiarum, & Curatos in eorum Ecclesiis, in quibus curam habent Animarum juxta *Clementinam Dudum* §. *Hujusmodi de Sepult.*, ibique *Vitalin. num.* 7. *Abbas in cap. Quod. Dei timorem de Stat. Monachorum Surd. cons.* 25. *num.* 10. *Rot. decis.* 234. *num.* 41. *part.* 6. *recen.*, & juxta Tridentinum *Cap.* 2. *sess.* 5. *de reformat.*, *cap.* 8. *sess.* 22. *de Sacrific. Missar. Barbos. ad Concil. cap.* 7. *sess.* 24. *de reformat. num.* 2.

3 Non obstat, quòd munus prædicandi propriè, & præcipuè ad Episcopum pertineat juxta Tridentinum *Sess.* 5. *de Reformat. cap.* 2., *& sess.* 24. *cap.* 4., *Monacell. form.* 8. *tit.* 13. *num.* 2. *tom.* 2.; Adeôque ipse in Cathedrali, & non Archipresbyter inter Missarum solemnia tenetur ad explicationem Verbi Dei; Quia onus prædicandi, quod incumbit Episcopo, non restringitur ad Cathedralem à Concilio Tridentino, sed est respectu totius Diœcesis, *Fælin. in cap. Excommunicamus de hæretic. num.* 4. *tom.* 3. Unde cùm in Ecclesia Cathedrali Tuscoli adsit cura Animarum specialiter annexa Archipresbytero, hic in dicta Ecclesia debet prædicare *Abb. in cap. inter cætera num.* 1. *de offic. Judic. Ordin. Pignattell. consult.* 151. *num.* 11. *tom.* 10.; Et Episcopus non nisi post illum, & in defectum illius; Exemplo Gubernatoris Navis, qui post aliorum sermones, ac sententias de eo, quid orta tempestate faciendum esse videatur in Navi, postremus sententiam suam dicit approbando, aut reprobando aliorum Judicia, cui tandem parere oportet, nec aliter Episcopus, qui Gubernator est Ecclesiæ, loqui debet, non quasi obtinens postremas partes, sed quasi omnium primus, post quam Presbyteri dixerint, ipse approbare, aut reprobare, illorum dicta, quasi superior debet juxta documentum S. Clementis *lib.* 2. *const. Apostol. C.* 57., ubi dum Sanctus agit de Episcopis, & Presbyteris ait -- *Deinde hortentur Populum Presbyteri non omnes simul, sed singulariter, & prostremus eorum Episcopus* -- Ut refert, *Gonzal. in cap. Inter cætera de offic. Judic. ordin. num.* 12.

ARGUMENTUM.

Quando in dispositione Testatoris fit mentio de pluribus oneribus Missarum; An omnia Bona ibi relicta habeant annexa dicta onera?

SUMMARIUM.

1 *Bona stabilia, de quibus fit mentio in Testamento si non habent annexum onus Missarum, nec Loca Montium, quæ veniunt sub nomine stabilium, habebunt annexum hujusmodi onus.*

CASUS VIII.

QVidam instituit hæredem Monasterium PP. Theatinorum S. Andreæ de Valle in Urbe sequentibus verbis: *Instituisco mio Erede universale, e particolare sopra tutti li miei Beni stabili, & annue entrate, che possiedo, il Monastero de PP. Teatini di S. Andrea della Valle di detta Città di Roma &c. e specialmente stanno sottoposti dd. Beni alla sodisfazione di scudi ot-*

to

to l'anno per la celebrazione di Messe &c. E perche detti Beni stabili l' hò posseduti con qualche scrupolo, lascio al detto Monastero tutte l'altre consistenti in cinque, ò sei Luoghi di Monti &c. siccome ogn'altra cosa, che egli terrà nel mio &c. di tutte l'altre robbe, che io lascio à detti PP. prego li medesimi a farmi la Carità di riceversele per Sacrificii destinati alla Cappella dell' Anime del Purgatorio situata nella Chiesa di detto loro Monastero in suffraggio delle dette Anime del Purgatorio, e mia.

Quo casu quæritur: *An loca Montium relicta dd. Patribus Theatinis subjaceant oneri Missarum celebrandarum in Cappella Animarum Purgantium eorum Ecclesia?*

1 Respondeo: Negativè, quia dd. loca Montium comprenduntur in prima Institutione omnium stabilium, & introitum annorum, dum ipsa veniunt sub nomine stabilium, & annui redditus *Card. de Luca de Regal. disc. 43. num. 12., Rot. decis. 66. num. 10. coram Royas.* Unde sicuti Bona stabilia, de quibus fit mentio in prima institutione non habet annexum onus Missarum in Cappella Aniàarum Purgantium dictæ Ecclesiæ, sed solùm habent annexum onus scutorum octo pro tot Missis, ita nec dd. Loca Montium; Solùm hujusmodi onus Missarum in dicta Cappella habent aliæ res, quæ relinquuntur dd. Patribus in secunda Institutione ibi -- *Di tutte l'altre robbe, che io lascio &c.*

Et ita fuit resolutum à Sacra Congregatione in *Romana oneris Missarum* 20. *Februarii* 1712., per quam resolutionem fuerunt revocatæ resolutiones prius habitæ in eadem causa 24. *Maji* 1710., & 18. *Julii* 1711.

ARGUMENTUM.

Erecto Beneficio in Ecclesia Cathedrali, & apposito onere Beneficiato celebrandi Missas, & Divina Officia, ac inserviendi, & residendi in Ecclesia, an Beneficium sit residentiale?

SUMMARIUM.

1 *Residentia est triplex.*

2 *Promotus ad Canonicatum, aut ad Parochiam tenetur per se ipsum, & non per substitutum inservire*; & num. 3.

4 *Beneficium simplex de jure communi residentiam requirit.*

5 *Beneficium simplex ex generali consuetudine non est residentiale*; Sed limita, ut num. 14.

6 *Onus celebrationis Missarum injunctum beneficio non reddit illud residentiale.*

7 *Per se facere quis dicitur, qui per alium facit*; Intellige, ut num. 15.

8 *Verbum* inservire, *an inferat per necessè residentiam?*

9 *Residentia an, & quando differat ab interessentia; & quid sit residere, & quid interesse.* Vide ibi, & num. 16.

10 *Beneficium ex quibus conjecturis, & circumstantiis probetur, quod sit residentiale.* Vide ibi, & num. 11. 12. & 13.

CASUS IX.

FUndatum fuit à quodam pio Testatore auctoritate Ordinarii Beneficium A. in quadam Ecclesia Cathedrali cum reservatione jurispatronatus favore sui Fratris ejusque descendentium, & cum onere, quod Beneficiatus, sive Capellanus præsentandus, & instituendus sit Sacerdos jam ordinatus, qui singulis diebus, justo impedimento cessante celebrare teneatur, & debeat Missas, & Divina Officia, ac inservire, & residere in dicta Ecclesia Cathedrali. Quæritur an hujusmodi Beneficium sit formaliter, & cum effectu residentiale?

1 Triplex est species residentiæ; Alia enim est continua, & præcisa sub privatione Tituli, si Beneficiatus continuò non resideat; Alia non continua, sed in certis temporibus; Alia continua, sed tantùm causativa, sub sola privatione fructuum, casu quo Beneficiatus negligat residere, juxta *Innocen. Joan. Andr. Butr. Imol. in cap. final. de Cleric. non resid.* quos sequitur *Gonzal. ad Regul. 8. Cancell. Gloss. 15. num. 20. Rot. decis. 483. num. 1. par. 1. recent. & in Pampilonen. Beneficii de Allo 13. Febr. 1705. §. Ad effectum coram bo. me. R. P. D. Caffarello, & in Augustana Canonicatus Provinciæ Moguntinæ 14. Martii 1710. §. Præmisso coram bon. me. Molines.* Hinc Beneficium de quo agitur videtur nulla ex his residentiæ speciebus qualificatum; Etenim ipsum non est aliqua Dignitas, Personatus, aut Præbenda in Cathedrali, vel Collegiata erecta, quæ est

residentialis saltèm causativè ; & cui pro-
2 motus ad illam tenetur per se ipsum , & non per substitutum inservire, juxta Concilium Tridentinum *sess.* 24. *de reform. cap.* 12. Neque est aliqua Ecclesia Parochialis ; quæ est præcisè residentialis, & cui Parochus ; nisi sit annexa Dignitati ,
3 aut præbendæ ; per se ipsum , non autem per Vicarium tenetur deservire , juxta *Text. in cap. Extirpandæ* §. *Qui verò de Præben. & Dignit.* ibi -- *Qui verò Parochialem habet Ecclesiam non per Vicarium , sed per ipsum illi deserviat in ordine , quem ipsius Ecclesiæ cura requirit* -- sed est purum simplex Beneficium , quòd licèt de
4 jure communi residentiam requirat juxta *Text. in cap. quia nonnulli de Cleric. non resid.* , ubi statuitur conferri Ecclesiam , aut ministerium Ecclesiasticum illi soli personæ, quæ possit residere in loco , & per se ipsam , & non per sustitutum proprium officium adimplere,ibi -- *Cùm igitur Ecclesia , vel Ecclesiasticum Ministerium committi debuerit, talis ad hoc persona quæratur , quæ residere in loco , & curam ejus per se ipsam valeat exercere -- Gonzal. in cap. relatum de Cleric. non residen. num.* 12. *Fagnan. in cap. conquerente de Cleric. non resid. num.* 2. *Navar. cons.*7. *de Cleric. non resid. num.*2. *Lotter. de re benef.lib.*3.*q.*27. *num.*8. *Garz. de benef. par.*3. *cap.*2. *num.*1.
5 tamen ex generali , & communi consuetudine non est residentiale ; *Garz. ubi supra num.* 3. *Fagnan. ubi supra num.* 4. *de Marin. resol. lib.*1. *cap.* 107. *num.* 3. *Card. de Luc. de benef. disc.* 47. *num.*14. *Rot. decis.*639. *num.*5. *coram Seraph. & dec.* 825. *num.*2. *coram Merlin.*

Nec hujusmodi residentia in hoc Beneficio deduci valet , ex eo quòd Fundator imposuerit onus Beneficiato cele-
6 brandi Missas , & Divina Officia; celebratio namque Missarum apta non est concludere hanc residentiam , ut expressè tuentur *Barbos.de offic. & potest. Episcopi par.*2. *alleg.*24. *num.* 44. *Card. de Luc. de benef. disc.* 58. *num.*2. *Rot. in Augustana Canonicatus Provinciæ Moguntinæ* 14. *Martii* 1710. §. *Quo verò coram bon.mem. Molines Decano* . Ea ratione, quia cùm idem Fundator non adstrinxerit dictum Beneficiatum ad obeunda præfata munia per se ipsum,ille poterit per alium ea adimplere
7 dum propriè , & verè per se facere quis dicatur , qui per alium facit juxta regulam *qui per alium de regul. jur. in* 6. Sicuti eadem residentia argui minimè potest ex quo Fundator voluerit , quòd Beneficia-
8 tus inserviat Ecclesiæ ; quia cùm verbum *inservire* sit referibile ad servitium celebrationis Missarum,non infert perneccssè residentiam, maximè si concurreret tenuitas reddituum beneficii , ut optimè animadvertit *Card. de Luc.de benef.d.disc.*58. *num.*7. *& seqq.*

Neque eamdem residentiam formalem importare videntur alia verba Fundatoris nimirum , quòd Beneficiatus resideat in dicta Ecclesia Cathedrali ; Siquidem verbum *Residere* non importat residentiam formalem , & cum effectu , seu interessen-
9 tiam , cùm aliud sit residere , & aliud interesse ; residere namque est habitare in loco, ubi adest Ecclesia; interesse verò est esse præsentem in Ecclesia , quando Divina celebrantur, & simul exhibere ministerium celebrationi . *Cassador. decis. unic. de Cleric. non resid. num.* 5. *Piton. discept. Eccles.*1. *num.*7. *Rub. in annot. ad dec.*576. *n.*139. *par.*4. *tom.*3. *rec.*

10 Sed re melius perpensa, & verbis fundationis seriò consideratis contrarium verius de jure existimo . Quamplures namque concurrunt circumstantiæ , & conjecturæ suadentes Beneficium hoc esse residentiale, & quidem residentia formali , & cum effectu . Prima siquidem est illa, quòd Beneficium sit à Testatore fundatum in Ecclesia Cathedrali; ex quo arguitur illud esse residentiale , & quòd Beneficiatus teneatur inservire per se ipsum, & non per substitutum Ecclesiæ . Ratio est , quia cùm omnia Beneficia , Canonicatus, & Præbendæ in Cathedralibus sint residentialia , Fundator erigendo Benecium in Ecclesia Cathedrali præsumitur voluisse illud esse uniforme aliis Beneficiis ejusdem Cathedralis,juxta *Fagnan.in cap. ut Abbates num.* 105. *vers. sin autem , Card. de Luc. de Benef. disc.*58. *num.*3. *& seqq. Rot. in Monasterien. Canonicatus* 6. *Decembris* 1706. §. *Quibus coram R.P.D. Lancetta* .

11 Secunda circumstantia est , quia idem Testator dispposuit ,quòd Beneficiatus debeat celebrare Divina Officia, celebrare autem Divina Officia in Ecclesia Cathedrali, idem est ac inservire choro;ac proinde

inde voluit Beneficium esse residentiale, dum quando Beneficiatus, aut Cappellanus habet annexum servitium chori in Cathedrali, vel Collegiata, tunc Beneficium, sive Cappellania dicitur residentialis; ut resolutum fuisse à Sac. Congregatione Concilii *in Ferrarien. 4. Decembris* 1627. testatur *Barbos. ad Concil. sess. 7. de reform. cap. 4. num. 10.* ibi-- *Cappellanus in Ecclesia Cathedrali tenetur ad residentiam, stante fundatione suæ Cappellæ cum onere quarumdam Missarum, & inserviendi in choro.*

12 Tertia circumstantia est, quia voluit, quòd Beneficiatus inserviat Ecclesiæ; hæc namque circumstantia requirens servitium Ecclesiæ Cathedralis, reddit Beneficium residentiale, ut docent *Fagnan. in cap. ut Abbates num. 89. 91. & seqq. Rot. decis. 399. num. 2. & 5. coram Merlin.*, & resolutum fuisse ab eadem Sac. Congregatione Concilii *in Viterbien. 11. Januarii* 1620. affirmat *idem met Barbos. in Summ. Apostolic. decis. in verb. Cappellanus n. 13.* ibi -- *Cappellanus per se ipsum tenetur inservire Divinis, posita institutione Cappellæ infrascripti tenoris-- Qui quidem Cappellanus teneatur, & obligatus sit qualibet hebdomada dicere in ipsa Ecclesia pro remissione peccatorum Testatoris duas Missas, & deservire Ecclesiæ in Divinis.*

13 Quarta denique circumstantia est, quòd ipse Testator ultra prædicta demandavit etiam, quòd Beneficiatus resideat in dicta Ecclesia Cathedrali. Fundatores autem secundùm vulgarem modum loquendi nomine residentiæ intelligunt residentiam personalem, seu quòd Beneficiatus perseipsum, & non per substitutum celebret Divina Officia; ut testantur *Navar. cons. 7. de Cleric. non resid. num. 1. Fagnan. in cap. conquerente de Cleric. non resid. num. 21. & in cap. Ut Abbates de ætat., & qualit. num. 101.*

14 His positis respondendo ad ea, quæ in contrarium objiciebantur, non obstat, quòd ex generali consuetudine Beneficia simplicia residentiam non requirant, quia non procedit nisi aliud sit inductum jure speciali, seu nisi voluntas Fundatoris, aliter expressè, vel tacitè disponat. *Fagnan. in cap. Conquerente de Cleric. non resid. num. 4. Card. de Luc. de Benef. disc. 58. num. 2.*

Contrariæ vero animadversiones evertere nequaquam valent præfatas circumstantias suadentes residentialitatem personalem Beneficii; Quoniam, quòd Fundator in actu, quo injunxit Beneficiato onus celebrationis Divinorum Officiorum, & servitii Ecclesiæ, eum non adstrinxerit ad illud obeundum per se ipsum; non proinde sequitur, quòd idem Beneficiatus possit dictum onus adimplere per alium,

15 juxta Regulam: *Qui per alium &c.* etenim Regula hæc in casu præsenti, ubi requisitum fuit servitium personale actu, & electa fuit industria Personæ, limitatur, & non habet locum, ut optimè considerat *Gonzal. in cap. Relatum de Cleric. non resid. num. 14.*

16 Quod autem aliud sit residere, & aliud interesse, adeôque ex quo Fundator voluerit Beneficiatum residere in Ecclesia Cathedrali, inferri non possit, quòd voluerit etiam ei interesse absolutè, & absque ulla distinctione non subsistit; Distinguendum est igitur inter verbum *Residere* simpliciter prolatum, & verbum *Residere* ploratum cùm addito, nimirum *in Ecclesia*. Ac insuper distinguendum est, inter Verbum *Residere in Ecclesia* secundùm se sumptum; & Verbum *Residere in Ecclesia* unitum cùm altero Verbo, *& Divina Officia celebrare*; Licèt aliud sit *Residere* simpliciter sumptum, & aliud *interesse*, ex auctoritatibus superiùs in contrarium relatis §. *Neque*; ac etiam licèt aliud sit *Residere in Ecclesia*, & aliud *interesse*; cùm dari possit casus, quòd quis resideat in Ecclesia, & tamen quòd non interfit Divinis Officiis, ut esset e. g. Si quis permaneret in Ecclesia confabulando cum Amicis; aut audiendo Confessiones, docendo Doctrinam Christianam, aut celebrando Missam privatam tempore Divinorum, juxta *Joan. Andr. in cap. Ad liberandam de Judæis. num. 2. Ventrig. in prax. annot. 19. §. 1. num. 8. Piton. discept. Eccles. 1. num. 26.* Tamen *Residere in Ecclesia* unitum cum altero Verbo; *Et Divina Officia celebrare*; prout est casus noster, ubi Fundator jussit Beneficiatum non solum residere in Ecclesia Cathedrali, sed etiam ibidem Divina Officia celebrare; idem est *ac interesse Divinis Officiis*; & talis residentia non differt ab interessentia, sed intelligitur cum effectu, videlicet

quòd

quòd Beneficiatus per se obeat Divina Officia juxta Doctrinam *Hostien. in cap. Ad Liberandam de Judæis sub. num.* 1. *Ego etiam*, quem sequuntur ibidem *Anan. num.* 13. *Felin. num.* 6. *Fagnan. in cap. conquerente de Cleric. non resid. num.* 14. *Antonell. de loco legal. cap.* 13. *q.* 5. *num.* 37.

Et ita me studente apud R. P. D. meum Petra in similibus terminis resolutum fuit à S. Congregatione Concilii in *Bononien. celebrationis Missarum* 1. *Junii* 1709. in responsione *ad Primum*.

ARGUMENTUM.

An Beneficium, cujus oneribus satisfieri non potest per alium, nisi in casu infirmitatis, & quod conferri potest Clerico, sit residentiale?

SUMMARIUM.

1 *Beneficium, cujus oneribus satisfieri non potest per alium, nisi in casu infirmitatis est residentiale.*

2 *Exceptio celebrandi per alium in casu necessitatis firmat regulam incontrarium, ut nempe secluso casu necessitatis, Fundator voluerit celebrationem Missarum per se ipsum.*

3 *Cappellaniæ de jure communi residentiam requirunt.*

4 *Beneficium est residentiale, si Beneficiatus in casu absentiæ teneatur reportare licentiam à Superiore, & si redditus Beneficii sint valde pingues* n. 5.

CASUS X.

PEnè neglectum remanserat Beneficium sub invocatione S. Leonardi in loco Puechach, adeout nulla ejusdem fundationis custodiretur memoria, nullumque onerum, ac proventuum documentum supereresset, propterea jam de anno 1653. Archiepiscopus Salisburgensis pro sui munere idem Beneficium restauravit, ac iterum erexit, sibi, ejusque Successoribus, reservato jure præsentandi Clericum sæcularem pro tempote, qui adstrictus foret ter Missæ Sacrificium celebrare in qualibet hebdomada, & festivis diebus, ac insuper quolibet Sabbato in arce Clingensi: Adeout Beneficiatus (quemadmodum legitur in fundatione) si impositerum ob indispositionem corporis, aut aliis de causis prætactas Missas ipsemet celebrare non posset, is tamen easdem sinè defectu ex proprio suo marupio per alios supplere, & legi faciat. Pro dote verò hujusce Beneficii præter domum Beneficialem, & hortulum, jam dictus Archiepiscopus assignavit annuam summam florenorum supra 300. ex Ecclesia Sancti Leonardi redditus, qui pia fidelium liberalitate sensim adaucti fuere. Profectò septemdecim ab hinc annis Beneficium hujusmodi obtinuit Benardinus Pancherius, qui satìs ejusdem oneribus perfungi pro certo habet per alium substitutum, sibi persuadens, quod nullo residentiæ onere sit gravatus. Hinc Promotor Fiscalis Curiæ Archiepiscopalis Salisburgensis recursum habuit ad Sacram Congregationem Concilii, quatenus ipsa decernere dignaretur, jam dictum Beneficium personalis residentiæ onere esse affectum, tum quia ex lege fundationis domus Beneficialis assignatur, tum ex eo, quod in casu dumtaxat infirmitatis per alium supplere indulgeatur, ac tandem perspecta opimi ejusdem Beneficii dote, & quidem idem Promotor subtexuit hujusmodi onus satìs compertum jamdudum fuisse prælibato Pancherio, qui in actu collationis præ cæteris hanc declarationem emisit -- *Bernardinus Pancherius comparet, & ad factam eidem propositionem se judicialiter declaravit, primo apud collatum sibi Beneficium S. Leonardi in Puechach personaliter residere, & eidem annexas functiones ipsemet peragere, secundo absque habita Superiorum licentia ab eodem nequaquam abesse, neque se absentare* -- Reportata itaque Consistorii Archiepiscopasli informatione, ac in dicto competenti termino ipsi Pancherio, ut judicio Sacræ Congregationis sisteret, sub die 11. Junii 1713., relatæ fuerunt preces per Summarium, exindeque in ejusdem contumacia rescriptum prodiit -- *Beneficium esse residentiale, & Ordinarius procedat ser. ser. contra Beneficiatum* -- Hinc sanè excitatus sæpedictus Bernardinus Pancherius enixè contendebat, quod nullo residendi onere prægravari possit, inspecto tenore erectionis Beneficii, ex qua Clericum instituti posse elicitur, cæteroquin verò subdit

dit, fundatorem nil aliud caviſſe, niſi quod Sacrificia omninò offerantur per Subſtitutum, etiam ſi Rector morbo vexaretur, quodve nullius momenti haberi debeat aſſerta declaratio ex ſuppoſita cauſa ab ipſo in actu collationis extorta; Tandem proſequitur, quòd alterius opera procul dubio uti poteſt in Beneficii oneribus explendis juxta expreſſam fundationis Indulgentiam, cùm adverſa prematur valetudine; Quapropter diſputata fuerunt ſequentia dubia:

Primò -- *An ſit ſtandum, vel recedendum à deciſis ſub die* 11. *Junii* 1713., *& quatenus in deciſis*?

Secundò -- *An modernus Beneficiatus poſſit per alium ſupplere*?

1 Studens in hac Cauſa ad primum reſpondendum ſentiebam -- *In deciſis* -- Quoniam Archiepiſcopus Salisburgen. in nova fundatione, ſeu erectione Beneficii Eccleſiæ Sancti Leonardi, poſtquam gravavit Beneficiatum diverſis oneribus Miſſarum ibidem celebrandarum; diſpoſuit, quòd ob indiſpoſitionem corporis, aut aliis de cauſis, ex quibus non valeat Beneficiatus per ſe ipſum prædictas Miſſas celebrare, poſſit per alium Sacerdotem ſupplere, & dictas Miſſas legi facere, ut in Inſtrumento fundationis ibi: *Quamvis Beneficiatus in poſterum ob indiſpoſitionem corporis, vel aliis de cauſis prædictas Miſſas ipſe met celebrare non poſſit, is tamen ſinè defectu eaſdem ex proprio ſuo marſupio, per alios ſuppleri, & legi faciat.*

2 Quæ exceptio celebrandi per alium in caſu neceſſitatis, & infirmitatis firmat regulam in contrarium, ut nempe ſecluſo caſu infirmitatis, vel alterius impedimenti voluerit Fundator celebrationem Miſſarum per ſe ipſum, ut in individuo firmavit *Rota deciſ.* 403. *nu.* 3. *&* 4. *par.* 12. *recent.*

Et quamvis contrariam opinionem tenuiſſe videatur Sacra Congregatio 29. Maji 1649., ut in caſu relato apud *Pignattell. conſult.* 2. *num.* 10. *tom.* 2. Attamen in poſterioribus decretis devenit in ſententiam Sac. Rotæ, ubi ſupra, quòd per licentiam celebrandi per alium attributam in caſu impedimenti, Cappellanus ſit adſtrictus celebrare per ſe ipſum extra caſum infirmitatis, vel impedimenti, ut ex reſolutione 18. Decembris 1688. relata apud *Monacell. Inform. for. Eccleſ. par.* 2. *tit.* 13. *formul.* 2. *num.* 55. In qua opinione perſeveravit *in Romana Cappellaniarum* 16. *Martii* 1709. ubi agebatur de caſu, quo Fundator dixerat -- *Quali Cappellani voglio che ſiano tenuti a celebrare ogni giorno in detta Cappella la Meſſa, ed eſſendo impediti detti Cappellani di non potere celebrare dette Meſſe quotidiane, voglio, e mi contento, che poſſino farle celebrare da altri Sacerdoti à loro arbitrio* -- Et Sacra Congregatio reſolvit -- *Cappellanias eſſe reſidentiales.*

3 Et hæc fuiſſe videtur voluntas prædicti Archiepiſcopi fundatoris, quia conformatur cum aſſiſtentia juris communis, juxta quam etiam ſimplices Cappellaniæ reſidentiam requirunt, ut tradunt *Lotter. de re benefic. lib.* 3. *quæſt.* 27. *num.* 8. *Amoſtaz. de cauſ. piis lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 1. *Panimoll. deciſ.* 130. *num.* 15. *Garz. de benef. par.* 3. *cap.* 2. *num.* 1. Ideoque facienda eſt interpretatio, per quam fiat reditus ad jus commune, dum Beneficia ſimplicia ex conſuetudine tantùm reſidentiam non requirunt, *Lotter. ubi proximè num.* 9. *Garz. ubi ſupra num.* 3. *Piton. diſcept. Eccleſ.* 4. *num.* 3.

4 Eoque magìs prædictum Beneficium videtur eſſe reſidentiale, quia Beneficiatus juxta ejus obligationem, ſi cogeretur abeſſe propter urgentiam alicujus negotii, reportare tenetur licentiam à Superiore; Cùm in reſidentia ſolùm præciſa requiratur hujuſmodi licentia, juxta Tridentin. *ſeſs.* 23. *cap.* 1. *de reformat. ibique Barboſ. num.* 66. *& ſeqq. Garz. de Benefic. par.* 3. *cap.* 2. *n.* 34.

5 Reflectendo inſuper, quòd redditus prædicti Beneficii ſunt valde pingues, quod eſt potiſſimum argumentum arguendi reſidentialitatem Cappellaniæ, ut in puncto *Gonzal. in cap. conquerente num.* 2. *de Cleric. non reſid.*

Ad ſecundum *Affirmativè*, quia ex ipſa lege fundationis expreſsè habetur, quòd Beneficiatus ob indiſpoſitionem corporis, vel aliis de cauſis poteſt per alium ſupplere; Unde cùm modernus Beneficiatus pluribus afficiatur corporis indiſpoſitionibus, & attentis præſentibus bellis ſit ſubjectus continuis incommodis militum, ſeu aliorum malorum hominum, ut ex depoſitionibus Medici, & alterius Teſtis,

stis, sequitur, quòd possit per Substitutum supplere.

Et ita resolutum fuit à Sacra Congregatione Concilii *in Salisburgen. Residentiæ* 4. *Februarii* 1713.

ARGUMENTUM.

Appositio pacto in limine fundationis Canonicatus, quòd Canonicus teneatur residere, & interesse Divinis Officiis, si non resideat an, & quando amittat distributiones?

SUMMARIUM.

1 *Canonici Beneficiati, aut Portionarii in Cathedralibus, aut Ecclesiis Collegiatis debent residere, nec possunt abesse à residentia ultra tres menses.*

2 *Fructus Præbendarum Canonicalium consistunt in duobus, scilicet in corpore ipsius præbendæ, & in distributionibus quotidianis.*

3 *Canonicus si non resideat, nec interfit Divinis Officiis, eo quia est in servitio Episcopi non amittit distributiones quotidianas*, Amplia, ut ibi, & limita, ut ibi.

4 *Episcopus potest assumere Canonicum ad sui famulatum, qui ei inserviat.*

5 *Canonico inservienti Episcopo, an, & quando debeantur duæ ex tribus partibus distributionum, reservata tertia parte favore Canonicorum actu inservientium.*

6 *Indultum concessum Episcopo Leodienst, an comprehendat non solùm illos Canonicos, quorum opera utitur in usu Regiminis suæ Diœcesis, sed etiam illos, quorum opera utitur in quacumque functione*, & num. 8.

7 *Dictio* -- Quocumque -- *est tam lata, ut suum effectum operetur necesse est, ut comprehendat omnia.*

9 *Indultum concessum Episcopo Leodienst suffragatur Canonicis pro illius Ecclesiæ, & Principatus assumptis ad effectum consequendi distributiones quotidianas, anniversaria, omniaque emolumenta debita ratione residentiæ, & interessentiæ in Choro, nisi aliter dispositum non fuerit à Testatoribus.*

10 *Dispositionibus Testatorum Summus Pontifex derogare non solet.*

11 *Privilegium Principis decet esse mansurum.*

12 *Depositiones ad proprium Commendum exaratæ nihil probant.*

13 *Ex in observantia præcedentis Indulti fieri non potest illatio adinobservantiam consimilis Indulti posterioris.*

14 *Canonici, qui non expleverunt annalem, & strictam residentiam ad formam Statutorum propriæ Ecclesiæ, & assumpti ab Episcopo Leodienst pro servitio Diœcesis non gaudent præfato Indulto, nec quoad massam grossam, nec quoad alia emolumenta.*

15 *Canonicus si non resideat, nec interfit Divinis Officiis eo, quia sit Infirmus non amittit distributiones quotidianas*, & n. 18., & 19.

16 *An, & quæ infirmitas sit causa sufficiens ad lucrandas distributiones*, & n. 17.

17 *Distributiones quotidianæ non debentur Canonico infirmo, si aliàs sanus non esset solus residere.*

19 *Infirmitas Canonici non residentis ex quibus probetur.*

20 *Episcopus an possit restringere Indultum eximens Canonicum infirmum à residentia durante infirmitate?*

21 *Ex eo, quod Canonicus infirmus transeat ad domum vicinam, descendat, quandoque in suum viridarium, desumi non potest argumentum ad possibilitatem accedendi ad Chorum.*

22 *Statutum, quod non est in observantia, non est attendendum.*

23 *Indultum vacandi à Choro ex causa infirmitatis obtentum à Canonico infirmo, suffragatur pro laudemiis quindenniis, exceptis anniversariis.*

24 *Canonico coadjuto infirmo non debentur distributiones, si coadjutor sanus non interfit Divinis Officiis.*

25 *Canonicus jubilatus percipit omnes distributiones.*

26 *Canonicus obtinere non potest Indultum jubilationis, nisi post* 40. *annorum servitium continuò Ecclesiæ præstitum.*

27 *Jubilatio conceditur Canonico non solùm in præmium continui laboris præstiti Ecclesiæ spatio* 40. *annorum, sed etiam constito de aliqua alia causa commiserationis una cum laudabili servitio*, ut n. 22.

Tem-

28 *Tempus, quo Canonicus fuit absens à Choro ex indulto, an computari possit ad effectum obtinendi jubilationem?*

29 *Jubilatio conceditur Canonico, qui præstitit Ecclesiæ continuum 40. annorum servitium*, & n.30.

31 *Anni Coadjutoriæ, an computari possint in servitio quadragenario ad effectum obtinendi Indultum jubilationis.*

32 *Indultum jubilationis suffragatur indistinctè, quoad omnes distributiones.*

33 *Canonicus si non resideat, nec interfit Divinis Officiis, eo quia sit carceratus, exulatus, excommunicatus, aut suspensus injustè, aut detentus per vim ab aliquo non amittit distributiones quotidianas, sed intellige*, ut ibi.

34 *Canonico impedito, aut violenter à Capitulo expulso à possessione Canonicatus debentur distributiones; Et quare?* Vide n.35.

36 *Canonicus absens ex Privilegio, vel pro evidenti Ecclesiæ utilitate, vel quia adsit necessitas non interessendi, lucratur distributiones.*

27 *Canonicus absens ex causa Terræmotus lucratur distributiones.*

38 *Canonicus, si non resideat, nec interfit Divinis Officiis, eo quia nolit residere, amittit distributiones quotidianas, quæ accrescunt præsentibus, & interessentibus.*

39 *Canonicus non residens primo anno privatur dimidia parte fructuum, secundo anno omnibus fructibus, crescente autem contumacia potest cogi ad residendum per Censuras, vel privari Beneficio.* Limita, ut n.40.

41 *Canonicus non residens ad hoc ut privari possit dimidia parte fructuum, aut omnibus fructibus, aut Canonicatu, quid requiritur?*

42 *In personaliter citato non requiritur trina monitio.*

43 *Canonicus absens, si personaliter citari non possit, quid sit agendum?*

CASUS XI.

TItius fundavit Canonicatum in primæva erectione Ecclesiæ Cathedrali cum reservatione jurispatronatus favore suorum descendentium apposita lege, ut Canonicus teneatur residere, & interesse Divinis Officiis juxta morem, & consuetudinem aliorum Canonicorum. Quæritur an si Canonicus non resideat, nec interfit Divinis Officiis amittat distributiones quotidianas.

1 Pro cujus resolutione sciendum est, quòd Canonici Beneficiati, aut Portionarii in Cathedralibus, aut Ecclesiis Collegiatis Insignibus debent residere, & interesse statutis horis Divinis officiis, nec possunt abesse à residentia ultra tres menses, itaut distributiones debeantur solis interessentibus; ii verò, qui non residunt, nec intersunt ultra tres menses; non obstante quocumque statuto, & consuetudine primo anno priventur dimidia parte fructuum; secundo anno omnibus fructibus; crescente autem contumacia procedendum est ad privationem tituli juxta dispositionem Concili Tridentini *sess. 24. de reformat. cap. 12.* Quæ conciliaris dispositio conformatur dispositioni *Text. in cap. consuetudinem de Cleric. non residen. in Ecclesia, vel præbenda in 6., ibique Gemin. & Monach. num. 6.*

2 Sciendum est etiam, quòd fructus Præbendarum Canonicalium consistunt in duobus, scilicet in corpore ipsius Præbendæ, ut quando quilibet Canonicus habet certas possessiones pro sua Præbenda, & in distributionibus quotidianis, quæ dantur, vel in pecuniis, vel in Cibariis, puta pane, & vino juxta *Gloss. in dicto cap. consuetudinem verb. consuetudinem ibique Gemin. num. 1. §. Statuimus Abb. in cap. de cætero de Cleric. non residen.* quæ quotidianæ distributiones introductæ fuerunt, ut Canonici meliùs vacarent horis Divinis, videlicet, ut si non amore Dei, saltèm cupiditate pecuniæ interessent Divinis servitiis juxta suprà dictam *Glossam*, *ibique Monach. num. 5.* Quibus præsuppositis.

3 Respondeo ad quæstionem Primò: si Canonicus non resideat, nec interfit Divinis Officiis juxta morem, & consuetudinem aliorum Canonicorum, eo quia sit in servitio Episcopi, non amittit omnes distributiones quotidianas, si in istis consistant fructus Canonicatus, sed solùm tertiam partem illarum juxta *Text. in cap. de cætero de Cleric. non residen., ibique Abb. nu. 1., Butr. num. 1., & 2. Anan. num. 1.*, dummodo Canonicus inserviens Episcopo hoc non affectaverit *Anan. ubi supra num. 1.*

Et ita etiam resolutum fuit à Sacra Congregatione Concilii in Anagnina distributionum 27. Maji 1713., ubi expositum fuit, quòd Episcopus Anagninus,

suæ conscientiæ moderatorem, ac Theologum selegit Sacerdotem Camillum Pascuccium, cui subinde Cathedralis Ecclesiæ Canonicalem præbendam contulit. Quoniam verò sub anno 1710. mox dictus Pascuccius per trimestre Episcopi Lateri adhæsit in oppido Acuti, plerique ex Cunonicis in dubium revocare cœperunt, num hujusce absentiæ tempore lucrifacere ipse possit ejusmodi præbendæ proventus, qui ex quotidianis distributionibus integre constituuntur; Quare prælaudato Pascuccio ad AC. provocante super executione decreti emanati in Anagnina diei 17. Aprilis 1706., quo jam decisum perhibetur, Canonicum familiarem Episcopi in sui absentia percipere posse distributiones, amissa dumtaxat tertia parte, Capitulum, & Canonici exagerantes, resolutionem præindicatam, unica tantùm Parte informante, tunc emanasse, controversiam hujusmodi ad Sacram Congregationem remiserunt.

Unde proposito dubio: *An Canonico Camillo Pascuccio Familiari, & commensali Episcopi, & per eumdem in sui Theologum assumpto, & apud eumdem Episcopum tempore æstivo degentem in Terra Acuti debeantur distributiones quotidianæ, & pro qua parte?* Responsum fuit: *Affirmative amissa tertia Parte.*

In quam sententiam Ego quoque inclinabam studens in hac causa, apud R.P.D.
4 meum Petra. Etenim Episcopus potuit assumere Canonicum Pascuccium ad sui famulatum, qui eidem inserviat juxta *Text. in cap. de cætero, & in cap. ad Audientiam* 15. *de Cleric. non resid.*, Et cùm omnes
5 fructus, sive redditus Ecclesiæ Cathedralis Anagninæ consistant in distributionibus quotidianis eidem Canonico debentur duæ ex tribus partibus dd. distributionum, reservata tertia parte favore Canonicorum actu dictæ Ecclesiæ inservientium; *Fagnan. in d. cap. de cætero nu. 3. & seqq. Barbos. de offic., & potest. Episcopi alleg. 53. num. 143.*, ubi refert resolutionem ejusdem Sacræ Congregationis in una *Compostellana 2. Julii 1633.* favore familiaris, ac Magistri cubiculi illius Episcopi. *Garz. de Benefic. part. 3. cap. 2. tit. de resid. Dignit. Canon. num. 351. Pignatell. consult. 49. tom. 5., & consult. 115. num. 27. tom. 9.*

Idem etiam sentiebam in una *Leodien. fructuum, & distributionum 2. Decembris* 1713., ubi suppliciter exponente Josepho Clemente ex Ducibus Bavariæ Episcopo, & Principe Leodiensi, quòd pro impiorum dogmatum extirpatione, ac pro bono, felicique regimine Diœcesis tum locorum numero, tum Cleri Sæculari, & Regularis copia undique amplissimæ, quamplurium Ecclesiasticarum Personarum opera admodum indigeret, SS. D. N. ex voto, Sacræ Congregationis Concilii cum hujuscemodi Indulto cohonestare est dignatus: *Tibi ad quinquennium à data præsentium computandum dictæ Diœcesis Leodiensis opera in usu Regiminis ejusdem Diœcesis, nec non in quocumque functione, seu munere, quòd te, sive ut prædictæ Ecclesiæ Leodien., quoad temporalia solum, quò verò ad Spiritualia, & ab eis dependentia unà cum coadministratore, ut præfertur, deputato, & pro tempore auctoritate Apostolica deputando Administratorem, sive ut Principem in temporalibus ratione ejusdem Ecclesiæ concernat, ubicumque etiam extra Diœcesim præfatam degas, uti liberè, & licitè possis, ita tamen ut ex quacumque Ecclesia, sive Leodien., sive alia Civitatis, & Diœcesis hujusmodi non plures, quàm duos assumas, & dummodo ipsi Canonici se criminalibus negotiis non immisceant, licentiam, & facultatem auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & impartimur, ac insuper Canonicis præfatis, quòd donec in muneribus sibi per se, quoad temporalia solùm, quò verò ad Spiritualia, & ab eis dependentia unà cum Coadministratore præfato vigore præsentium impositis, fuerint occupati ab eorum respectivè Ecclesiis abesse, ac interim omnia, & singula, fructus, redditus, proventus, Jura, obventiones, ac emolumenta quæcumque ac distributiones etiam quotidianas ordinarias, & extra ordinarias, & ad eos ratione suorum Canonicatuum, & Præbendarum, si in dd. Ecclesiis respective personaliter residerent, ac Divinis Officiis assiduè interessent, auctoritate præsentis, ac tenore concedimus, & indulgemus*: Quoniam verò prælaudatus Episcopus, & Princeps, qui in his temporum perturbationibus extra Leodiensem Diœcesim moram trahit, jam sub die 19. Novembris 1704. Pastoris turmarum ad sui Corporis custo-

diam

diam Excubantium munus contulit Jo. Renero Berto Canonico Collegiatæ Foſſenſis ejuſdem Diœceſis cùm communicatione Privilegiorum præmemorati Indulti, contingit, quòd ejuſdem Collegiatæ Capitulum in dubium revocet, numquid prælibatus Canonicus in ſui abſentia percipere valeat fructus, & diſtributiones non ſecus, ac ſi Choro intereſſet. Quare juxta morem deſuper informare requiſitus, Eminentiſſimus Buſſius tunc Nuncius ad tractum Rheni, veritatem expoſitorum comprobavit, propitiumque oratori votum aperuit, eo ſub obtentu, quòd jam dictum Indultum Canonicis faveat in quacumque functione, vel munere prælaudato Epiſcopo morem gerentibus; Cæterum idem Eminentis. Relator quædam Jura ſibi ex parte Capituli exhibita tranſmiſit, quibus idem commonſtrare nititur ejuſdem Indulti participes tantùm fieri poſſe Canonicos, quorum opera in negotiis, & Gubernio Leodienſis Diœceſis ſæpedictus Epiſcopus, & Princeps utitur, nequidem verò id allegari poſſe ab oratore, qui Paſtorale munus inter militares turmas ejuſdem Principis cuſtodiæ addictas exequitur extra præli batam Diœceſim. Unde propoſito dubio: *An Indultum conceſſum Epiſcopo Leodienſi ſuffragetur Canonico Joanni Renero Berto in caſu, & ad effectum, de quo agitur.*

6 Affirmativè reſolvendum dicebam quoniam hujuſmodi Indultum comprehendit non ſolùm illos Cannoicos, quorum opera utitur Epiſcopus Leodien. in uſu Regiminis ſuæ Diœceſis, ſed etiam illos, quorum opera utitur in quacumque functione ſeu munere, & ubicumque etiam extra Diœceſim præfatam ipſe degat ibi: *Tibi ad quinquennium à data præſentium computandum, octo Canonicorum dictæ Diœceſis Leodienſis opera in uſu Regiminis ejuſdem Diœceſis, nec non in quacumque functione, ſeu munere, quòd te ſive utì prædictæ Eccleſiæ Leodien. &c. ſive utì Principem in temporalibus ratione ejuſdem Eccleſiæ concernant, ubicumque etiam extra Diœceſim præfatam degas, uti libere, & licite poſſis.* Unde cùm Pontifex Indultum non reſtrinxerit ad ſolum caſum utendi opera Canonicorum eligendorum in negociis Eccleſiaſticis reſpicientibus gubernium Eccleſiæ, ſed in quocumque munere, &

7 functione, quæ dicto *Quocumque*, eſt tam lata, ut ſuum effectum operetur neceſſe eſt, ut comprehendat omne munus, omnemque functionem. *Tuſc. litt. D. verb. Dictio concluſ. 351. num. 1., & ſeqq., Rot. deciſ. 265. num. 26. coram Otthobon.*, & cùm dictum munus, ſeu functionem non coarctaverit ad qualitatem Principis Eccleſiaſtici, ſed illam expreſſè ampliaverit ad qualitatem Principis Sæcularis. Quod etiam deſumitur ex limitatione facta à Pontifice non præſtandi ſervitium in negotiis criminalibus, ibi: *Dummodo ipſi Canonici ſe criminalibus negociis non immiſceant.* Quæ limitatio firmat Regulam, quòd in cæteris aliis officiis, & functionibus permiſſum fuerit Indultario uti opera Canonicorum, ob vulgaria principia, quòd exceptio firmat Regulam, quodque cenſetur permiſſum, quòd non reperitur prohibitum, *Rot. deciſ. 606. num. 16. par. 19. tom. 2. Barboſ. axiom. 178. nu. 1.* Sequitur, quòd Epiſcopus Leodien poterant uti opera Canonici Joannis Reneri Berti in munere Paſtoris Turmarum ad ſui Corporis cuſtodiam excubantium, ac proinde vigore præfati Indulti ei debentur fructus, & diſtributiones pro tempore in eo contento abeſſendi pro ſervitio Epiſcopi, non ſecus ac ſi Choro intereſſet, ut reſolvit Sacra Congregatio in *Nolana Diſtributionum 6. Februarii 1700. tom. 5. pag. 687. num. 4.*

Præſertim quia Canonicus prædictus inſerviens pro turmis deſtinatis pro cuſtodia ipſius Epiſcopi cenſetur inſervire ipſi Diœceſi, cui præſident, cùm Diœceſis ſit in Epiſcopo, & cenſeatur inſervire Diœceſi, *Fagnan. in cap. de cætero num. 12. de Cleric. non reſid.*

Nec agitur de præjudicio Capituli, quia cùm Epiſcopus Leodien habear facultatem utendi opera octo Canonicorum in uſu Regiminis Diœceſis, nec non in quacumque functione, ſeu munere; poterat uti opera Canonici Reneri Berti in aliqua alia functione, & ſic adhuc ei deberentur fructus, & diſtributiones pro tempore abſentiæ. Placuit tamen Sacræ 8 Congregationi contrarium definire, & reſpondere propoſito dubio *Negative*; quam reſolutionem confirmavit etiam die 10. *Julii* 1717. Eo ſub motivo quòd orator non fuit aſſumptus ab Epiſcopo Leodien-

si ad ea munera, de quibus loquitur Indultum.

Sed ponamus, quòd Episcopus Leodiensis assumat octo Canonicos Diœcesis ad formam præfati Indulti. Quæro

Primò: *An hoc Indultum suffragetur eisdem Canonicis pro servitio illius Diœcesis, & Principatus assumptis ad effectum consequendi distributiones quotidianas, Anniversaria, omniaque emolumenta, quæ debentur ratione personalis residentiæ, & interessentiæ in choro, in casu &c.*

Secundò: *An Canonici assumpti pro servitio ut supra, & qui non expleverunt annalem, & strictam residentiam ad formam Statutorum propriæ Ecclesiæ gaudeant Indulto prædicto tam quoad massam grossam, quàm quoad alia emolumenta in casu &c.*

Hujusmodi dubia disputata fuerunt in Sac. Congregatione Concilii, me studente apud R. P. D. meum Ansidæum *in Leodien. Indulti* 10. *Julii* 1717. Eis igitur respondendum sentiebam, prout infra

Ad primum quidem *affirmativè, quando aliter dispositum non fuerit à Testatoribus*. 9 Ita enim apertè suadere videtur litera Pontificii Indulti concedentis Canonicis assumptis, & abessentibus pro servitio Diœcesis, & Principatus Episcopi Leodiensis facultatem non solùm percipiendi fructus Massæ Capitularis, verùm etiam distributiones quotidianas, anniversaria, omniaque emolumenta, quæ debentur ratione personalis residentiæ, & interessentiæ in choro ibi -- *Ac insuper donec in muneribus vigore præsentium occupati fuerint ab eorum Ecclesiis abesse, ac interim fructus omnes &c. obventiones, & emolumenta quæcumque, ac distributiones etiam quotidianas ordinarias, & extraordinarias &c. cum ea integritate percipere valeant, cum qua percipere possent, si personaliter residerent, ac Divinis Officiis assiduè interessent*. Unde, nisi obstent dispo- 10 sitiones Testatorum, quibus derogari non solet à Summo Pontifice, sed omnino veniunt servandæ, nè retrahantur fideles à piis operibus, *Fagnan. in cap. tua nobis de testam. num.* 14. *Card. de Luc. de benef. disc.* 95. *n.* 8. Præfatum Indultum suffragari debet eisdem Canonicis ad effectum consequendi distributiones quotidianas, anniversaria, omniaque alia emo- 11 lumenta, quæ debentur ratione personalis residentiæ, & interessentiæ in choro, cùm deceat privilegium Principis, in eis, quæ ibi determinantur, esse mansurum. *Glos. in Clement. Cùm sit de censib. verb. volumus*, & in similibus terminis resolutum fuit ab eadem Sac. Congregatione *in Colonien. distributionum* 8. *Maji* 1671.

Non obstare dicebam documenta, quæ in contrarium allegabantur, ex quibus probare contendebatur inobservantia Indulti de quo agitur, respectu distributionum, & anniversariorum in Ecclesia Leodien. quia in primis observabam ex nonnullis eorum deduci non posse hujusmo- 12 di inobservantia, utì erant depositiones Cleri Leodiensis, quæ cùm essent ab eo exaratæ ad proprium commodum nihil probant, *Card. de Luc. de donat. disc.* 16. *n.* 3. *Adden. ad Buratt. decis.* 314. *nu.* 8. Et licèt admittatur aliquo modo probari inobservantia similium Indultorum antecedenter ad præsens Indultum, de quo agitur, Episcopo Leodien. concessorum ex exemplis nonnullorum Canonicorum Indultariorum, qui non receperunt distributiones, & anniversaria; non obstante, quòd illa vigore Indulti à propriis Capitulis petierint. Tamen hæc inobservantia antecedentium Indultorum obscurare non potest claram dispositionem præsentis Indulti, & efficere, quòd illud non sit com- 13 prehensivum etiam distributionum, & & anniversariorum; cùm ex inobservantia, & non usu præcedentis Indulti fieri non possit illatio ad inobservantiam consimilis Indulti posterioris, cui innituntur hodierni Canonici Indultarii, ad *Text. in cap. porrò, & cap. recepimus, & cap. sanè de privil.* Attento præcipuè, quòd huic inobservantiæ derogatum fuit per controversum Indultum, utpote munitum clausula derogatoria cujuscumque contrariæ consuetudinis ibi -- *Non obstantibus &c. statutis, & consuetudinibus* -- quæ clausula tollit omnia, quæ dispositioni, in qua est apposita, obstare possunt, *Barbos. de clauss. clauss.* 82. *n.* 4.

14 Ad secundum verò *negativè*; quia Indultum comprehendit illos Canonicos, qui sunt capaces percipiendi fructus, & alia emolumenta Canonicatus, ut patet ex tenore ejusdem Indulti, in quo conceditur Canonicis facultas percipiendi

in

in abſentia fructus,& diſtributiones,quas reſidendo perciperent; Ergo loquitur de illis Canonicis, qui reſidendo ſunt capaces fructus percipere; Canonici autem, qui non expleverunt annalem, & ſtrictam reſidentiam ſunt incapaces percipiendi fructus Canonicatus, juxta Statuta propriæ Eccleſiæ, adeôque Indultum ipſos non comprehendit, nec cùm ſit odioſum, & contra jus commune, eſt ad eos extendendum in præjudicium aliorum Canonicorum. *Mantic. deciſ.163. num.5. Fagnan. in cap. olim de verb. ſignif. n.18. & n.26.*

Non adverſatur clauſula -- *non obſtantibus Statutis* -- in eodem Indulto appoſita, quia cùm non fuerit facta de illis ſpecialis mentio Summo Pontifici, per ipſam non dicitur eis derogatum. *Barboſ. de clauſ. clauſ.84. nu. 1. & 2. Fagnan. in cap. Nonnulli num. 39. de reſcript.* Nec fuit neceſſarium eis derogare, quia ſunt quamplurimi Canonici capaces in tot Eccleſiis Diœceſis, ex quibus valet Epiſcopus ſeligere octo Canonicos ad formam Indulti.

Et ita reſolutum fuit ab eadem Sacra Congregatione ubi ſupra *in dicta Leodien. Indulti*.

15 Reſpondeo ſecundò. Si Canonicus non reſideat, nec interſit Divinis Officiis, eo quia ſit infirmus, non amittit diſtributiones quotidianas, quamvis propria culpa in infirmitatem inciderit. *Gemin. in cap.conſuetudinem de Cleric.non reſiden.in 6. §. Qui verò n.1. Barboſ. ad Concil. cap.12. ſeſſ.24. de reformat. num.88. & 95.* Ratio eſt, quia infirmus intelligitur, & fingitur Eccleſiæ deſervire. Ergo ſi fingitur deſervire Eccleſiæ, debet conſequi omnes fructus, quos conſequeretur, ſi continuò in Eccleſia reſideret, dum fictio ſuper aliquo principali trahitur ad id, quod venit in conſequentiam fictionis. Et ratio ulterior eſt, nè duplici damno afficiatur, juxta communem regulam: *Afflicto non eſt addenda afflictio. Monach. in dicto cap. conſuetudinem num.16. & ſeqq.*

16 Sic qui ad Eccleſiam ſe conferre non poteſt, quia eſt debilis in cruribus, ſeu tibiis, qui eſt cæcus effectus, & propterea Miſſas, & Divina Officia celebrare non poteſt, qui podagra laborat, vel ſumit medicinam, aut ſanguine minuitur, qui ſanitat is cauſa, ſeu alium locum petit, qui lepra, aut alio morbo contagioſo cogitur ab Urbe diſcedere, poteſt diſtributiones quotidianas, & cætera emolumenta lucrari perinde ac ſi Divinis intereſſet. *Gemin. in dicto cap. Conſuetudinem §. Quin verò, ibique Monach. Barboſ. ubi ſupra n.89. & ſeqq.*

17 Sed non omnis infirmitas eſt cauſa ſufficiens ad lucrandas diſtributiones,ſed illa, quæ eſt cauſa, propter quam non intereſt Divinis; Illa verò, quæ non eſt cauſa, propter quam non intereſt, ut quando etiam ſi non fuiſſet infirmus, non interfuiſſet Divinis, non eſt cauſa ſufficiens ad lucrandas diſtributiones. *Gemin. in d. cap. Conſuetudinem §. Qui verò nu. 4., ibique Monach. num. 18. Barboſ. ad Concil. d. cap.12. ſeſſ.24.num.96.* Et juxta reſolutionem Sacræ Congregationis Concilii *in Aſculana 5. Junii 1706.* ubi inter alia dubia propoſito illo, nempe-- *An diſtributiones quotidianæ debeantur Canonico infirmo, ſi aliàs ſanus non eſſet ſolitus reſidere?* Reſponſum fuit-- *negativè*.

Et ita reſolutum fuit ab eadem Sacra Congregatione Concilii *in Mediolanen. Diſtributionum 4. Februarii 1713.* ubi expoſitum fuit, quòd quampluribus preſſus infirmitatibus Joſeph Sirtorus Canonicus Sanctæ Mariæ Scalenſis ſexagenario major jam ſub die 15. Januarii 1707. ex benignitate Sacræ Congregationis annale indultum vacandi à ſervitio chori reportavit cum ſolitis clauſulis, *quod interim fructibus, & diſtributionibus frui poſſit, perinde ac ſi Divinis perſonaliter intereſſet.* Hujuſce ſanè Indulti prorogationem multoties idem Canonicus obtinuit, atque poſtremò ſub *die 10.Decembris 1709.* ſub his verbis--*Sacra Congregatio &c.petitam prorogationem ad triennium ab ultima die præcedentis Indulti computandum pro arbitrio, & prudentia Eminentiſſimi Archiepiſcopi ex cauſa præmiſſa benignè Oratori impertita eſt*. Verùm mox laudatus Præſul ſub die 5. *Martii* ſubſequentis, annalem tantùm prorogationem jam dicto Oratori impertitus fuit, ſibi reſervato jure hujuſmodi Indultum protrahendi ad tempus in eo præſtitum, ſi tamdiu infirmitates invaluiſſent; Cùm itaque eodem anno effluxo Capitulum autumet eumdem Oratorem Divinis non intereſſentem,nullis ſubinde frui poſſe diſtributionibus, idem

idem adhuc suis habitualibus languoribus affectus benignitatem EE. PP. imploravit, quatenus tam pro præterito Indulti obtenti effectu non frustretur, quàm jmposterum eadem perseverante causa novam prorogationem ipsi indulgeant. Requisitus itaque desuper informare Vicarius Capitularis suprascriptorum veritatem enunciat, atque indagasse subdit, quòd prælaudatus Cardinalis Archiepiscopus ideo postremam prorogationem pro uuius anni curriculo dumtaxat executus fuit, ut obsequeretur enixis contradictionibus Capituli, quod adhuc etiam perseverat, exagerando Oratoris infirmitates non adeò continuas, & graves esse, ut eum præpediant à civili amicorum consuetudine, & quin auram captare possit in quodam ipsius viridario, proindeque nec idoneam excusationem à chori servitio præbere eò certius, cùm ex Statuti dispositione nemo ex Canonicis admitti debeat ad participationem distributionum, nisi in canonica pro majori anni parte residentiam fecerit; Cæterùm idem ipse Relator subdit, ejusmodi Statutum exuleviſse. Perspectis itaque præ cæteris iteratis Physicorum attestationibus super malè affecta Oratoris valetudine, humiliter idem expetiit resolutionem infrascripti dubii -- *An, & à qua die debeantur distributiones?*

18 Quod *affirmativè*, & à die 22. Februarii 1711. per totum residuum triennii studens in hac causa respondendum sentiebam; infirmitas enim est una ex causis litteraliter expressis in *cap. vnico de Cleric. non residen. in 6. confirmat. à Sac. Concilio Tridentino cap.* 12. *sess.* 24. *de reform. ibique Barbos. num.* 88. qua stante Canonici absentes lucrantur distributiones.

19 Quod autem Canonicum Josephum Sirturum detineat infirmitas plenè probatur tum ex attestationibus Physicorum, tum ex relatione Vicarii Capitularis asserentis morbum, scilicet difficilem respirationem, febrium frequentiam, dolores hypocondriacos, ac colicis, necnon etiam paralysim, nedum perseverare, sed nullam desinendi spem ostendere; quibus attestationibus multum defert Sacra Congregatio, ut in *Lauretana distributionum* 8. *Augusti* 1711. Et attenta continuatione indispositionum ejusdem Canonici, distributiones ei debentur integre de jure communi in vim dicti *Textus in cap. unic. de Cleric. non residen.*, & resolvit hæc Sacra Congregatio *in Romana distributionum* 14. *Novembris* 1699. *tom.* 5. *pag.* 659. *num.* 6. multoque magis ei debentur distributiones à *die* 22. *Februarii* 1711. cùm indultum obtinuerit ab eadem Sac. Congregatione die 7. Decembris 1709. ad triennium scilicet usque ad 7. Decembris 1712. quo stante denegari non possunt distributiones, ut resolvit Sacra Congregatio.

20 Nec Eminentissimus Archiepiscopus potetat illud restringere tantummodo ad annum, quia licèt executio ejusdem Indulti fuerit commissa eidem Archiepiscopo pro ejus arbitrio, & prudentia, tamen non poterat uti hujusmodi arbitrio contra dispositionem legis eximentis à residentia Canonicum infirmum, eique concedentis distributiones, cùm arbitrium à jure regulari debeat, *Rota coram Cavaler. decis.* 11. *num.* 1. adeôque durante infirmitate præfati Canonici, non poterat restringere Indultum tantummodo ad annum.

21 Non obstat, quòd præfatus Canonicus à propriis mansionibus transeat ad domum vicinam, descendat quandoque in suum viridarium, quasi quod si infirmitas non impedit, quo minus valeat hæc omnia agere, neque illi per consequens accessum ad Chorum impedire possit; Quoniam cùm hujusmodi actiones fieri soleat, ut ægrotus tot, tantisque indispositionibus afflictus, aliquod sublevamen quandoque sentiat, desumi non potest ab illis argumentum ad possibilitatem accedendi ad Chorum, ut in puncto respondit *Rota in una Januen. juris patronatus impress. penes Marchesan. de Commiss. par.* 1. *fol. mihi* 520. immò ab onere residendi excusaretur, si sanitatis causa balnea, seu alium locum peteret, et si egrederetur à Civitate, ut aura salubriori uti valeat juxta *Barbos. ad Concil. sess.* 24. *cap.* 12. *nu.* 93. *& de offic. & potest. Episcop. alleg.* 53. *num.* 169. *& de jur. Eccles. univers. lib* 3. *cap.* 18. *num.* 6.

Minusque officit certum statutum Collegiatæ statuens neminem ex Canonicis admitti ad distributiones, nisi pro majori parte anni in Canonica ipsius Ecclesiæ

22 residentiam fecerit; Etenim statutum hujusmo-

juſmodi non eſt hodie in obſervantia, prout ex confeſſione Canonicorum refert ipſe Vicarius Capitularis; Adeôque de illo nulla conſideratio habenda eſt. *Surd. conſ.* 58. *num.* 9. *Gratian. diſcept.* 865. *num.* 10.

Sicuti de facto in nulla conſideratione habitum fuit à Canonicis dictæ Collegiatæ, quando per decennium liberè conſenſerunt, ut præfatus Canonicus Sirturus infirmus, lucraretur ſuas diſtributiones etiam ſi non reſideret in dicta Canonica.

23 Et ſi Canonicus infirmus obtineat indultum vacandi à Choro ex cauſa infirmitatis, illud ſuffragari valet pro laudemiis, quindenniis, aliiſque functionibus in Eccleſia peragendis, exceptis anniverſariis, & in quibus diverſimodè fuerit à Teſtatoribus diſpoſitum, itaut in ejus abſentia ex dicta cauſa infirmitatis lucrari debeat omnia emolumenta cujuſvis generis, & ſpeciei, ut reſolutum fuit à Sacra Congregatione Concilii *in Romana jurium Canonicalium* 5. *Maji* 1703. ubi expoſitum fuit, quod obtinuit die 30. Septembris anni præteriti Joannes Petrus Strada Canonicus Collegiatæ Eccleſiæ SS. Celſi, & Juliani à Sacra Congregatione Indultum vacandi à ſervitio Chori ad biennium attento quodam incurabili morbo, quod patitur, necnon doloribus, & aſſiduis incommodis ab eodem provenientibus cum ſolitis clauſulis, quod ſcilicèt -- *Interim omnes fructus, & diſtributiones quotidianas ſui Canonicatus perciperet, non ſecus ac ſi Choro, & Divinis Officiis perſonaliter intereſſet* -- Renuit autem Capitulum, & Canonici ejuſdem Eccleſiæ nonnulla emolumenta præfato Canonico perſolvere eo ſub fundamento, quòd in dicto Indulto non ſint comprehenſa, & ſignanter illa ex actibus Capitularibus provenientia, ac portionem communium, laudemii, & ſimilium; Unde propoſitis dubiis.

Primò -- *An Canonico Strada, cui ex cauſa infirmitatis fuit conceſſum indultum vacandi à Choro, aliiſque Officiis Divinis, illud etiam ſuffragari valeat pro laudemiis, quindemniis, Capitulis, actibuſque Capitularibus, Anniverſariis, Feſtivitatibus, Proceſſionibus, ac pro quibuſvis functionibus in Eccleſia peragen., itaut lucrari debeat omnia emolumenta cujuſvis generis, & ſpeciei, communia nuncupata, ac etiam victualia, & candelas, & quatenus affirmativè.*

Secundò -- *An eidem Canonico competat pro ſua rata parte etiam jus accreſcendi earum diſtributionum, & communium, quæ ob abſentiam, vel vacationem Canonicorum intereſſentibus accreſcunt, & à qua die ſupradicta omnia debeantur.*

Reſponſum fuit ad primum -- *Affirmativè etiam quoad laudemia, exceptis Anniverſariis, aliiſque conventionibus non fixis, & in quibus diverſimodè fuerit à Teſtatoribus diſpoſitum* -- Ad ſecundum -- *Affirmativè à die præſentationis Indulti.*

24 Sed ſi Coadjutor ſanus non interſit Divinis Officiis, diſtributiones non debentur Canonico Coadjuto infirmo, juxta reſolutionem Sac. Congregationis Concilii *in dicta Aſculana* 5. *Junii* 1706. ubi propoſito dubio -- *An debeantur Canonicis Coadiutis infirmis diſtributiones, ſi Coadjutores ſani non interveniunt* -- reſponſum fuit -- *Negativè, & ampliùs.*

25 Reſpondeo tertiò. Si Canonicus non reſideat, nec interſit Divinis Officiis, eo quia ſit jubilatus, non amittit, ſed percipit omnes diſtributiones, ac ſi perſonaliter reſideret.

26 Sed Canonicus obtinere non poteſt Indultum jubilationis, niſi poſt 40. annorum ſervitium continuò Eccleſia præſtitum, ut pluries reſolvit Sacra Congregatio Concilii *in Averſana* 20. *Martii* 1700. *& in Tranen. jubilationis* 13. *Januarii* 1703. *& in Ripana jubilationis* 29. *Novembris* 1710. *in Romana jubilationis* 6. *Auguſti* 1712., ubi expoſitum fuit, quod ab anno uſque 1669. Præbendam Canonicalem in Eccleſia SS. Celſi, & Juliani obtinuit Joannes Petrus Strada, eique exactiſſimum impendiſſe ſervitium aſſerit ad annum uſque 1702., quo exinde tempore, cum inciſionem paſſus Choro ſiſtere nequiret, ab EE. PP. benignitate reportavit biennale Indultum vacationis cum clauſula -- *Et interim omnes fructus, & diſtributiones quotidianas ſui Canonicatus percipere, non ſecus, ac ſi Choro, & Divinis Officiis perſonaliter intereſſet* -- quod ſanè eadem perſeverante, quinimo in dies exacerbante infirmitatis cauſa dictus Canonicus jubilationis Indultum demiſſè expoſcit, autumans quadragenarium curriculum jam abſolviſſe, computatis triginta

ginta tribus annis, quibus assiduum Ecclesiæ servitium persolvit cum aliis post reportatum sæpedictum Indultum effluxis. Super quibus Oratoris precibus requisitus Eminentissimus Urbis Vicarius animadvertit quadraginta plusquam annos exactos esse, quo Orator Canonicalem præbendam obtinuit, cæterùm de servitii assiduitate sibi nequaquam constare subdit.

Unde proposito dubio -- *An Oratoris precibus sit annuendum* -- responsum fuit -- *Negativè, & ampliùs* --

27 Et ita Ego etiam sentiebam studens in hac Causa, quoniam jubilatio conceditur Canonico in præmium continui laboris præstiti Ecclesiæ spatio 40. annorum -- *Ad instar militis Veterani, qui tamdiu inservit, nullo munere personali detentus post labores suos perenni quiete perfruatur* -- sunt verba *Text. in l. 1. C. de Veter. lib. 12.* juxta supradictas resolutiones Congregationis Concilii.

Canonicus autem Strada servierit Ecclesiæ S. Celsi solùm spatio 33. annorum, nec constat de laudabili, & continuo servitio toto hoc tempore ex libris Ecclesiæ juxta relationem Eminentissimi Vicarii.

Non obstat, quod ab anno 1695. usque ad 1702. & sic spatio septem annorum obtinuerit Indultum, per quod dispensatus fuit à Choro, aliisque Divinis Officiis, & interim omnes fructus, & distributiones quotidianas sui Canonicatus percipere valeret non secus, ac si eis verè, & personaliter interesset; Quia tempus il-

28 lud septem annorum, quo idem Canonicus Strada fuit absens à Choro ex Indulto, computari non potest ad effectum obtinendi jubilationem. Ratio est, quia Indultum prædictum concessum à Papa Canonico solùm ad effectum percipiendi distributiones, non potest extendi ad alium effectum scilicet computandi annos absentiæ pro obtinenda jubilatione. *Sabell. summ. diverf. §. Privilegium tom. 3. n. 1. §. Et quod Tusch. concluf. 734. litt. P. num. 7.*

29 Si verò Canonicus continuum 40. annorum Ecclesiæ præstiterit servitium conceditur ipsi Indultum jubilationis, ut fuit concessum à Sac. Congregatione Concilii *in Bergomen. jubilationis* 8. *Augusti* 1716. cuidam Martino Antonio Guerrini Canonico Subdiaconali Cathedralis Ecclesiæ, qui de consensu Capituli petiit Indultum jubilationis exponens, quod ipse inchoaverit servitium dictæ Ecclesiæ utì Coadjutor Canonici Antonii ejus Patrui die 4. Novembris 1675. defuncto verò Coadjuto die 19. Januar. 1684. utì Principalis à dicta die continuaverit integrum servitium usque ad mensem Octobris 1705., à quo tempore ob habituales infirmitates ab Ordinario approbatas singulis annis à Sac. Congregatione Indultum obtinuerit vacandi à servitio Chori pro horis Matutini, & Primæ; Unde proposito dubio -- *An Indultum jubilationis sit concedendum in casu &c.* -- Responsum fuit -- *Affirmativè ad formam consensus* --

Et quidem optima ratione, quia utì dicebam meum aperiendo votum.

30 Constat Canonicum Martinum Guerrinum laudabiliter inserviisse Ecclesiæ Cathedrali spatio 40. annorum ab anno scilicet 1675. usque in præsens, adeôque dignus & Indulto Jubilationis, quòd Sac. Congregatione concedi solet Canonico, qui continuum 40. annorum servitium Ecclesiæ præstitit ad instar Militis Veterani Armatæ Militiæ, qui ob diuturnum, & continuum servitium eximitur à Lege ab ulteriori onere. A. *Text. in l. 1. cod. de veter. lib. 12. & l. à muneribus ff. de muner. & honor. Pignattell. consult. 224. num. 12. tom. 4. Monacell. formul. for. Eccles. tit. 2. formul. 4. num. 13. tom. 1.* Maximè cùm concurrat unà cum laudabili servitio quadragenario, Infirmitas habitualis ejusdem Canonici; quo casu adesse dicitur aliud fundamentum, cui innititur hoc Indultum. *B. Pignattell., ubi supra num. 19. Monacell., ubi supra*, & concurrat etiam consensus Capituli; & gratia hujusmodi non afferat ullum præjudicium Ecclesiæ, & Capitulo, quod constituitur ex tribus dignitatibus 41. Canonicis, ultra Cappellanos, & Sacerdotes inferiorum ordinum.

Non obstat, quòd Canonicus orator ab anno 1675. usque ad annum 1684., & sic spatio novem annorum, servitium Ecclesiæ præstiterit utì coadjutor Canonici sui Patrui, ita ut in servitio quadragenario connumerari non debeat tempus præstiti servitii, ex titulo coadjutoriæ;

31 Quoniam hæc Sac. Cong. in servitio quadragenario, alius computavit tempus ser-

ſervitii præſtiti à Canonico etiam nomine coadjutorio, ut in *Bergomen. die* 11. *Februarii* 1696., *& in Brixien.* 27. *Martii* 1683., ubi ponuntur in calculo anni duo coadjutoriæ, *& in Novarien.* 4. *Auguſti* 1691., ubi anni quinque.

Minuſque adverſatur quòd ab an. 1705. uſque in præſens obtinuerit Gratiam ab hac Sac. Congregatione abeſſendi à Matutino, & Prima, adeóque dici non poſſit quòd integraliter per annos 40. inſervierint Eccleſiæ. Etenim, hujuſmodi Gratia fuit ei conceſſa ex cauſa habitualis infirmitatis; & in cæteris horis ſemper aſſiduam præſtitit aſſiſtentiam.

32 Et hic nota, quòd Indultum Iubilationis obtentum à Canonico ſuffragatur indiſtinctè, quoad omnes diſtributiones, ut reſolutum fuit à Sacra Congregatione Concilii in *Burgi S. Donnini Jubilationis* 19. *Aprilis* 1704., ubicum conſuetum Jubilationis Indultum obtinuerit à Sac. Congregatione Joannes Jacobus Razzinus Canonicus Eccleſiæ Cathedralis poſt quadragenarium ſervitium continuò, ac laudabiliter expletum, Capitulum tamen, & Canonici illud impugnarunt putantes eidem Razzino ſuffragari non debere indiſtinctè, quòd omnes diſtributiones, ſed dumtaxat quoad ordinarias, non autem extraordinarias, quas intelligunt eas eſſe quæ per decretum bon. mem. Epiſcopi Pallavicini de anno 1666. aſſignatæ reperiuntur pro qualibet hora Canonica, & Intereſſentibus tantùm debentur. Habito igitur ad Sacram Congregationem recurſu per Canonicum Razzinum ſupplicando declarari omnes indiſtinctè diſtributiones ſibi deberi, cùm virtute præfati Indulti jubilationis in omnibus cenſeri debeat, ac ſi verè præſens eſſet, ac proinde propoſitis dubiis.

Primo: *An Indultum Jubilationis conceſſum Razzino ſub die* 29. *Aprilis* 1702. *ſuffragetur pro participatione omnium fructuum, & diſtributionum etiam extraordinariarum, & contentarum in decreto bon. mem. Epiſcopi Pallavicini; & quatenus affirmativè.*

Secundo: *An dd. diſtributiones veniant per Canonicos reſtituendæ à die intimati Indulti.* Reſponſum fuit: *Affirmative ad utrumque.*

33 Reſpondeo quartò. Si Canonicus non reſideat, nec interſit Divinis Officiis, eò quia ſit carceratus injuſtè, exulatus injuſtè, excommunicatus, aut ſuſpenſus injuſtè, detentus per vim ab aliquo, ut propterea non poſſit in Eccleſia Divinis intereſſe officiis, non amittit diſtributiones quotidianas, ſed dum pendet quæſtio ſuper juſtitia, vel injuſtitia carcerationis, exilii &c. debet petere fructus, & redditus conſervari, ut conſtito de injuſtitia, reſtituantur ipſi abſoluto; Cùm hoc difficiliùs fieri poſſit fructibus jam conſumptis. Intellige tamen, ſi antea hujuſmodi Canonicus ſolitus erat frequentare chorum, & Divinis intereſſe. *Monach. in d. cap. conſuetud. de Cleric. non reſiden. in 6. nnm.* 22. *Barboſ. ad Concil. ubi ſupra n.* 101.

34 *& ſeqq.* Inſuper nec amittit diſtributiones ſi ſit injuſtè impeditus, & ſit violenter à Capitulo expulſus à poſſeſſione Canonicatus, ſed Capitulum tenetur reintegrari, & reſtituere Canonico taliter impedito omnes fructus, & diſtributiones perceptas à die expulſionis à poſſeſſione, aut præſtiti impedimenti in adipiſcenda poſſeſſione, quæ in odium impedientis habetur pro capta. *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancell.* §. 7. *proœm. verſ. & hæc quinta, Rot. dec.* 173. *n.* 1. *coram Royas.*

35 Quia cùm cauſa non reſidendi fuerit impedimentum injuſtè præſtitum à Capitulo; hinc Capitulum non poterat diſtributiones ſibi met ipſi adjudicare, vel in cauſas ſibi bene viſas erogare, ſed illæ ſpectare debent ad Canonicum rationem talis impedimenti abſentem, qui ſicut jacturam diſtributionum paſſus fuit ex facto Capituli, ita æquitati conſentaneum eſt, ut ab eodem Capitulo damni reparationem aſſequatur. *Rot. in Bovinen. Archidiaconatus ſuper fructibus* 29. *Martii* 1715. §. *Reſolutioni coram Eminentiſſimo Scotto*, & in his præciſis terminis *eadem Rot. in Vvormatien. Decanatus ſuper fructibus* 26. *Febr.* 1717. §. *Abſque eo quod coram R.P.D. Criſpo.*

36 Reſpondeo quintò. Si Canonicus non reſideat, nec interſit Divinis Officiis, eò quia ſit abſens ex privilegio, vel pro evidenti Eccleſiæ utilitate, vel eò quia adſit neceſſitas recedendi, ſeu non intereſſendi Divinis Officiis, nimirum ex cauſa peſtis, aut hoſtilitatis, aut etiam ex cauſa
37 terræmotus non amittit, ſed lucratur di-

stributiones. *Gemin. in d. cap. Consuetudinem de Cleric. non residen. in 6. §. Statuimus num. 5. ibique Monach. nu. 13. & n. 26. & 28. Barbos. ad Concil. d. cap. 12. sess. 24. de reform. n. 75. 97. & 99.*

Et ita quoad absentiam ex causa terræmotus resolutum fuit à Sacra Congregatione Concilii *in Reatina Distributionum 19. Aprilis* 1704. ubi expositum fuit, quòd reportata à Sacra Congregatione facultate per Capitulum, & Canonicos Cathedralis Reatis celebrandi Divina Officia sub Tentorio, tempore quo notissimæ terræ concussiones etiam in dicta Civitate sæviebant, attenta ruina, quam Ecclesia Cathedralis minabatur, nonnulli ex ipsis Canonicis, minorem tamen Capituli partem constituentes, renuerunt in dicto Tentorio assistentiam Divinis Officiis præstare; Unde ad instantiam cæterorum Canonicorum ibidem interessentium in vim supradictæ facultatis Sacræ Congregationis, EE. PP. per plura, ac reiterata decreta, Sanctissimo etiam postremo loco approbante, demandarunt Vicario Apostolico, ut præfatos Canonicos reluctantes omnino cogeret ad interveniendum unà cum aliis in dicto Tentorio sub pœnis amissionis distributionum, aliisque à Sacro Concilio Tridentino, & Constitutionibus Capitularibus contra non interessentes præscriptis, prout tandem post demandatam quoque executionem dictorum decretorum à R. P. D. Auditore Sanctissimi, obtemperarunt; Cessato autem exinde timore præfatarum concussionum, factoque regressu per Canonicos ad officiandum in Ecclesia Cathedrali, exorta fuit controversia super participatione distributionum inter Canonicos, qui in Tentorio Divina Officia ab initio persolverunt, & alios, qui ibidem persolvere recusarunt. Unde propositis dubiis.

Primò, *An Canonici Beneficiati, & Clerici Cathedralis à die intermissi seruitii in Ecclesia ex causa terræmotus sint admittendi ad distributiones quotidianas, anniversaria, & nocturna, usque ad dies completi Tentorii, seu potiùs illæ adauctæ censeantur aliis, qui in Ecclesia Divina Officia persolverunt?*

Secundò, *An Canonici Beneficiati, & Clerici ejusdem Cathedralis, qui completo Tentorio sub eadem Ecclesia Divina Officia continuarunt, sint admittendi ad distributiones quotidianas, nocturna, & anniversaria, seu potiùs ista adaugenda sint aliis, qui sub Tentorio Divina Officia persolverunt?*

Responsum fuit: *Ad primum, quoad primam Affirmativè, & quoad secundam partem Negativè. Ad secundum, Affirmativè ex gratia.*

38 Respondeo sextò, si Canonicus non resideat, nec interfit Divinis Officiis, eò quia nolit residere, amittit distributiones quotidianas, quæ accrescunt præsentibus, & interessentibus in officiis. *Anan. in cap. licèt de præben. & dignit. num. 2.*, & resolutum fuit à Sacra Congregatione Concilii *in Asculana 5. Junii* 1709. *Ad quartum*, qui Interessentes possunt dicto Canonico absenti remittere, & donare amissas distributiones ob non residentiam, secus si non accrescerent Interessentibus, sed deberent converti in utilitatem Ecclesiæ. *Gemin. in cap. consuetudinem de Cleric. non resid. in 6. num. 10. in fine, Barbos. ad Concil. d. cap. 12. sess. 24. num. 108.*

39 Immo, ut superiùs dixi *num. 1.*, primo anno privatur dimidia parte fructuum, secundo anno omnibus fructibus, crescente autem contumacia potest Superior illum cogere ad residendum per censuras, vel ipsum privare Beneficio, juxta *Textum expressum in cap. Relatum de Cleric. non residen.* ibi -- *Relatum est nobis, quod cùm in Lateranen. Concilio statutum sit, ut personæ tali Ecclesia, vel Beneficium Ecclesiasticum conferatur, quæ residere in loco, & curam ejus per se valeat exercere, nonnulli ad Ecclesias præsentati hoc se posse affirmant, sed efficere contradicunt. Et infrà: Cùm igitur verba accipienda sint cum effectu, tales si præsentati fuerint non debent admitti, & admissi poterunt amoveri: nisi fortè de licentia suorum Prælatorum, vel studio literarum, vel pro aliis honestis causis contigerit eos abesse.* Et dispositum fuit à Sac. Conc. Trident. *cap. 12. sess. 24. de reform. Anan. in cap. ex parte de Cleric. non resid. n. 4. ibique Gonzal. n. 5.*

40 Quod tamen procedit, nisi aliter fuerit dispositum à Fundatore Canonicatus; quia si in fundatione vel nullum fuit injunctum onus residentiæ nec expressè nec tacitè, vel solùm præscripta fuit residen-

tia

tia temporalis, & non continua; vel quatenus continua, ſi ea demandata fuit ſub pœna amiſſionis fructuum tantùm, & non tituli; tunc non habet locum Concilium Tridentinum *ubi ſupra*; quia hoc ibi non induxit novum onus, ſed fundationes Canonicatuum reliquit, prout Fundatores demandaverant. *Fagnan. in cap. Licet de præben. num.* 58. *Garz. de benef. par.* 3. *c.* 2. *nu.* 312. *Barboſ. ad Concil. Trident. ſeſſ.* 24. *cap.* 12. *num.* 64. *Card. de Luc. in annot. ad idem Concil. diſc.* 4. *ſub nu.* 12. & alii, quos refert, & ſequitur *Rot. in Auguſtana Canonicatus Provinciæ Moguntinæ* 14. *Martii* 1710. §. *Pro talis coram Reverendiſſimo bo.me. Molines*.

41 Sed ad hoc ut Canonicus non reſidens privari poſſit dimidia parte fructuum, aut omnibus fructibus, aut Canonicatu, aut Præbenda ob contumaciam in non reſidendo requiritur, quod præcedat citatio perſonalis, alias ſententia privationis, aut privatio ipſa Canonicatus non ſuſtinetur, & Canonicus privatus eſt reintegrandus etiam quoad fructus præteritos, & diſtributiones juxta *Gloſſ. in dicto cap. relatum verb. amoveri*, ut reſolutum fuit à Sacra Congregatione Concilii in *Iſerien. Canonicatus* 22. *Februarii* 1710., ubi expoſitum fuit, quod Abſente Martino de Marco Canonico à reſidentia ſui Canonicatus, Promotor Fiſcalis illius Curiæ Epiſcopalis ſub die 8. Januarii 1703. inſtitit coram Epiſcopo, ut procederetur contra dictum Canonicum non reſidentem ad formam Sacrorum Canonum, & Sacri Concilii Tridentini *cap.* 12. *ſeſſ.* 24. *de reform.* Unde pluribus deſuper examinatis teſtibus deponentibus de abſentia dicti Canonici uſque de menſe Septembris 1702., eoſque neſcire fatentibus, ubi nam is tunc reperiretur, & pariter aſſeverantibus præbendas illorum Canonicatuum tenuiſſimi redditus eſſe, quin, & illam Canonici de Marco vix attingere carolenos quatuor, reliquis omnibus redditibus conſiſtentibus in quotidianis diſtributionibus nonniſi præſentibus acquiri ſolitis, Epiſcopus ad reiteratam inſtantiam ejuſdem Promotoris Fiſcalis decrevit citationem hujuſmodi *Rev. Dominum Martinum de Marco Canonicum Cathedralis d. Civitatis per trinas citationes ad valvas prædictæ Cathedralis monendum fore ad reſidendum aſſignatio eidem termino dierum quindecim in qualibet citatione. Et ita &c.* Ad tenorem hujus decreti expeditæ fuerunt contra eumdem litteræ citatoriales, ſeu Monitoriales per diverſas dilationes quindecim dierum pro qualibet cum termino peremptorio -- *Ad perſonaliter redeundum ad reſidentiam ſui Canonicatus, alias termino prædicto elapſo compareat ad videndum ſe Canonicatu prædicto, ejuſque Præbenda ad formam Sacri Concilii Tridentini privari, attenta fructuum Præbendæ tenuitate, & ex quo obventiones omnes Canonicatus prædicti in diſtributionibus quotidianis conſiſtentes intereſſentibus accreſcunt &c.* iiſque Monitorialibus per Curſorem executis per affixionem ad valvas Eccleſiæ Cathedralis, ſub diebus nempe 18. *Aprilis* 7., & 28. *Maji* prælibati anni 1704., incuſatiſque in ſingulis earum terminis, contumaciis adversùs ſæpedictum Canonicum non comparentem, antedictus Epiſcopus prævia monitione ad ſententiam pro die craſtina, executa etiam ad valvas Cathedrales diffinitivè ſententiavit ſub die 17. ſubſequentis menſis Decembris 1704. dictum Canonicum de Marco fore privandum, prout privavit Canonicatu, & Præbenda, quam in ea Cathedrali obtinebat; Cùmque exinde dictus Canonicatus ſic vacans fuerit primo proviſus in perſonam Petri de Auguſtino, qui dicitur illum reſignaſſe, ac poſtmodum in perſonam Joſephi Græci, recurſum propterea habuit tanquam gravatus dictus de Marco ad Sac. Congregationem, tum quia in dicto Proceſſu non fuit ſervata forma Sacri Concilii loco prælegato; tum pariter ex defectu citationis Perſonalis. Unde quæſitum fuit.

Primò: *An privatio Canonicatus poſſeſſi à Rev. Martino de Marco facta ab Epiſcopo ſuſtineatur? Et quatenus negativè.*

Secundò: *An dictus Rev. Martinus ſit ad illum reintegrandus, etiam quoad fructus præteritos?*

Et Sacra Congregatio reſpondit: *Ad primam negativè: Ad ſecundum affirmativè.*

42 Et in perſonaliter citato non requiritur trina monitio, ſed ſufficit una etiam extrajudicialis. *Text. in cap. ex parte de Cleric. non reſid.* ibique *Gloſſ. Abb. num.* 3.

Anan. n.1., Butr. n.4., Fagnan. n.1., Gonzal. in cap. ex tuæ de Cleric. non resid. n.2. Barbos. ad concil. dicto cap. 12. sess. 24. n.70., & 71.

43 Sed si personaliter citari non possit, quia ignoratur, ubi sit, vel longè absit, itaut commodè non valeat citatio ad ipsum pervenire, debet in ejus Ecclesia trinæ citationis edictum publicari (non sufficit enim una citatio pro tribus) & post ultimum edictum per sex menses expectari, itaut privatio aliter facta est nulla, juxta *Text. in dicto cap. ex tuæ de Cleric. non resid. ibique, Abb. n.1., Anan. n.1., Butr. n.1., Fagnan. n.1., Gonzal. n.4. Barbos. ad Concil. ubi supra n.70.*

ARGUMENTUM.

Appositò à Fundatore Collegiatæ de Jurepatronatus onere Missæ Conventualis in limine fundationis, An, & quando Canonici teneantur ad illius applicationem pro anima ejusdem Fundatoris?

SUMMARIUM.

1 *Aliud est canere, & aliud celebrare Missam Conventualem.*

2 *Quis videtur habere voluntatem, prout verba sonant.*

3 *Quod Fundator noluerit applicationem Missæ Conventualis pro ejus Anima, ex quibus præsumatur?* & n.4., & 5.

6 *Capitulum de jure non solum tenetur celebrare, sed etiam applicare Missam Conventualem per Benefactores.*

7 *Missa Conventualis est pars Divini Officii.*

8 *Referuntur quam plures resolutiones Sac. Congregationis Concilii, in quibus resolutum fuit Canonicus teneri ad applicationem Missæ Conventualis.* & n.9. 10. 18., & 22.

11 *Onus celebrandi Missam Conventualem, an spectet ad solos Canonicos, vel etiam spectet ad Beneficiatos Choro addictos?* & n.23.

12 *Cessante legitimo impedimento, non per substitutum, sed per seipsos tenentur canere Missam Conventualem.*

13 *Capitulares, an teneantur reddere rationem Presbyteris participantibus?* & num.4.

15 *Administratio Communeriæ de jure spectat ad Canonicos, privativè, quoad Presbyteros.*

16 *Presbyteri participantes de Massa Communeriæ, an possint ad nutum Canonicorum amoveri?*

17 *Beneficia, an, & quando reduci possunt?*

19 *Canonici à die adepti Canonicatus, an teneantur satisfacere Missas Conventuales usque adhuc non applicatas?*

20 *Missa de Anniversario, an cedere possit loco Missæ Conventualis.*

21 *Habentes curam animarum tenentur diebus festivis Missam Parochialem applicare pro Populo.*

24 *Quando injungitur celebratio Missarum, de jure intelligitur cum applicatione.* Limita ut ibi.

25 *Pro debito capituli mandatum exequi debet contra bona ipsius Capituli non verò contra unum ex Canonicis.*

26 *Canonici tenentur applicare Missam Conventualem, non obstante consuetudine immemorabili in contrarium, ac tenuitate præbendarum, & non obstante, quod in impositione oneris Missæ Conventualis Fundator usus fuerit solo termino* cantent.

27 *Canonici tenentur ad applicationem Missæ Conventualis, etiam si Fundator, eam non expresserit, & quare?* Vide ibi.

CASUS XII.

AUctoritate Apostolica quidam pius Fundator erexit, ac dotavit de propriis bonis Ecclesiam Collegiatam A, constituendo ibi unam Dignitatem Archidiaconalem, duodecim Præbendas Canonicales non satis pingues, & totidem Beneficia simplicia; & in limine fundationis apposuit varia onera, & conditiones, nimirum, quòd Archidiaconus, Canonici, & Beneficiati Horas canonicas, Missas, ac alia Divina Officia tam diurna, quàm nocturna celebrent; Quòd Archidiaconus cantare debeat Missas Conventuales in quibusdam solemnioribus diebus, Canonici in singulis diebus festis, Beneficiati verò in cæteris diebus ferialibus; & quòd quolibet anno celebrent duo Anniversaria tantùm pro ipsius anima,

ma, parentum, & consanguineorum; Episcopus autem visitando hanc Collegiatam invenit Archidiaconum, Canonicos, & Beneficiatos prædictos celebrasse quidem quolibet anno dicta anniversaria pro anima Fundatoris, ejusque consanguineorum, ac etiam Missas Conventuales; sed has nunquam applicasse, proinde demandavit eis, ut applicarent Missas Conventuales pro Fundatore, & Benefactoribus. Quæritur, an præfati Archidiaconus, Canonici, & Beneficiati teneantur in hoc casu ad applicationem Missæ Conventualis.

Et prima consideratione videtur dicendum non teneri; Reflectendo namque ad formam, & modum, quo Fundator præscripsit onus celebrandi Missam Conventualem Archidiacono, Canonicis, & Beneficiatis, clarè dignoscitur ejus mens, & voluntas non fuisse, ut dicta Missa pro ejus anima, & Benefactoribus applicaretur; Quoniam in limine fundationis Collegiatæ injungendo onus Missæ Conventualis usus fuit termino *cantent*, ibi- *Quòd Archidiaconus cantare debeat Missas Conventuales*. Onus verò anniversariorum pro ejus, suorumque animabus imponendo, usus fuit termino *celebrent*, ibi -- *quòd quolibet anno celebrent duo Anniversaria*.

1 Unde cùm aliud sit cantare Missam Conventualem, aliud verò illam celebrare; dum hoc secundum regulariter tendit in suffragium animarum, Cantus verò in decorem Ecclesiæ, & ad mores instruendos, ac animos exultatione virtutis trajiciendos in cultum Domini, & ut per oblectamenta aurium infirmior animus in affectum pietatis exurgat, juxta Augustinum, quem refert *Pignattell. consult.* 41. *num.* 3. & 5. *tom.* 3. sequitur, quòd respectu utriusque oneris diversa sit voluntas, Fundatoris, nempe, quòd respectu anniversariorum voluerit applicationem; respectu verò Missæ Conventualis ad dictam applicationem non respexerit, sed solùm ad decorem Ecclesiæ, cultum Dei,

2 & ad fovendam pietatem fidelium, quis enim videtur habere voluntatem, prout verba sonant, ad *Text. in l. Labeo* §. *idem ff. de supellect. legat. l. Nepos Proculoff. de verb. signif. Mascard. de probat. conclus.* 1422. *n.* 24.

3 Insuper assignavit Fundator supradictis Canonicis præbendas tentes, & insufficientes ad sustinendum onus applicationis Missarum Conventualium; qua stante circumstantia, licèt idem Fundator voluerit ut cantaretur Missa Conventualis, non proinde sequitur, quòd voluerit etiam ejusdem applicationem, ad tradita per *Sanchez tom.* 3. *par.* 3. *disp.* 86. *sect.* 3. *Tamburin. de Sacrif. Missæ lib.* 3. *cap.* 1. §. 3. *n.* 14. *Bordon. cons. reg. tom.* 1. *resol.* 25. *num.* 6. *Frascinell. sect.* 4. *conclus.* 4. §. 15.

4 Quod etiam eruitur ex discretivo modo loquendi, quem adhibuit idem Fundator, nam pro Anniversariis expressit applicationem pro ejus, suorumque animabus, quam non expressit pro Missa Conventuali, qui modus in eadem oratione valde conducit ad interpretationem, & præsumptionem diversæ voluntatis respectu utriusque oneris, nimirum quòd respectu Missæ Conventualis non voluerit applicationem, quam voluerit respectu Anniversarii ex regula pro non dispositio habetur, quòd Testator sciens non expressit, *Rot. decis.* 102. *num.* 11. *par.* 18. *rec. & in Maceraten. Fideicommissi* 23. *Januar.* 1693. §. *Accedit. in fin. coram bo. me. Muto*. Ac etiam resultat ex aliis verbis ejusdem Fundatoris, quibus injunxit onus Canonicis celebrandi duo Anniversaria tantùm, ibi -- *Et quod quolibet anno celebrent duo Anniversaria tantùm* -- Unde se restrinxit, & limitavit ad certum onus, & exclusit onus applicationis Missæ Conventualis, dum dictio *Tantùm*, est exceptiva, limitat, restringit, & excludit; *ut in l. Julianus, & in l. & non tantùm ff. de petit. hæred. Paris. cons.* 7. *num.* 13. *lib.* 2. & alii quos refert *Barbos. de diction. dict.* 401. *num.* 5., adeôque cessat hæc duplicata obligatio applicandi tum Anniversarium prædictum, tum Missam Conventualem per *Text. in cap. cum creatura de celebr. Miss.*

5 Quæ omnia comprobat subsecuta observantia, quæ est optima voluntatis interpres, dum à die erectionis Collegiatæ usque nunc Archidiaconus, & Canonici præfati nunquam applicarunt Missam Conventualem pro Fundatore, & Benefactoribus, ex quo arguitur, ut non pro applicatione, sed pro debito cultu, decore, & officiatura Collegiatæ, Missa Conventualis fuerit imposita, ut docent *Bordon. oper. moral. tom.* 4. *par.* 3. *de anniver-*

sf.

vers. & Cappell. resol. 140. *sub n.* 5. *versic. demum*, *Pasqualig. de Sacrif. Missæ tom.* 2. *q.* 955. *num.*7.

Prædictis tamen non obstantibus arbitror Archidiaconum, Canonicos, & Beneficiatos præfatos teneri ad applicationem Missæ Conventualis pro Fundatore. Etenim onus celebrationis, & applicationis Missæ Conventualis, est de jure intrinsecum Cathedralitati, seu Collegialitati Ecclesiæ, itaut Capitulum non solùm teneatur celebrare quotidie Missam Conventualem juxta *Text. in cap. cum Creatura de celebrat. Missar.*, *ibique Fagnan. num.*21. *Pignattell. consult.* 61. *nu.*9. *tom.* 3. Sed etiam illam applicare pro Be-
7 nefactoribus, & Fundatoribus; Ea ratione quia Missa Conventualis est pars, & quidem præcipua Divini Officii. *Gloss. in Clement.* 1. *de celebrat. Missar. Pasqualig. de Sacrif. nov. leg. quæst.* 899. *num.* 3. *Pignattell. consult.* 322. *num.* 1. *circa med. tom.* 1. *& consult.*61. *num.*9. *& seqq. tom.*3. *Monacell. in formul. legal. tom.* 1. *par.* 1. *tit.* 2. *form.* 4. *num.*27. *Monet. de distribut. quotid. par.*2. *quæst.* 3. Capitulum autem tenetur ad celebrationem Divini Officii juxta dispositionem Tridentini *sess.* 24. *de reform. cap.* 12. §. *Omnes Pignattell. dicta consult.*322. *num.*1. & consequenter tenetur etiam ad celebrationem, & applicationem Missæ Conventualis; ut præter resolutiones Sacræ Congregationis relat. per *Crispin. visit. Pastoral. par.* 2. §. 20. *num.*31.; novissimè resolutum fuit ab eadem Sac. Congregatione in quampluribus causis.

8 Et in primis *in Camerinen. applicationis Missæ Conventualis* 28. *Junii* 1704., ubi detrectantibus Præposito, Canonicis, & Beneficiatis Ecclesiæ S. Martini Terræ Calderolæ Auctoritate Apostolica in Collegiatam erectæ à clar. mem. Cardinali Pallotta, applicare Missam Conventualem pro Fundatore, & Benefactoribus, & sub motivo, quia Collegiata erecta fuit à particulari Benefactore, qui nullum aliud onus eisdem imponere voluit præter duo Anniversaria celebranda quolibet anno pro ipsius Anima, & suorum parentum, & consanguineorum; & quia aderat consuetudo non applicandi; hoc tamen non obstante rescripsit -- *Præpositum, Canonicos, & Beneficiatos teneri ad applicationem Missæ Parochialis, & Conventualis pro Populo, & Benefactoribus respectivè* --

9 Et in *Tusculana Missæ Conventualis* 21. *Aprilis* 1708. ubi negligentibus Canonicis Cathedralis canere, & applicare Missam Conventualem opportunis diebus, & prætendente Archipresbytero sese uti Curæ Animarum addicto ad eam non teneri, vel si quando teneatur, ut ipsi met canenti præfatam Missam assistere debeant Diaconus, & Subdiaconus; ad depellendam hanc pravam corruptelam Eminentissimus Ursinus Zelantissimus Pastor inhærens cuidam decreto Visitatoris Apostolici lato de anno 1660. Edictum proferri jussit anno 1701. in quo sub pœna pecuniaria omnes ad illorum obligatos devinxit ad celebrandam cunctis diebus etiam ferialibus Missam Conventualem juxta tenorem ejusdem decreti; Unde propositis sequentibus dubiis.

I. *An singulis diebus sit celebranda Missa Conventualis*: Et quatenus affirmativè?

II. *An dicta Missa diebus feriatis sit celebranda per Turnum per Canonicos tantùm, vel per solos Beneficiatos, vel per utrosque*?

III. *An dictis diebus feriatis sit celebranda dicta Missa cum cantu, vel sinè*?

IV. *An Archipresbyter teneatur celebrare Missam Conventualem juxta Turnum, vel potius sit exemptus*, & quatenus teneatur?

V. *An dictus Archipresbyter possit cogere Canonicos, & Beneficiatos ad sibi assistendum pro Diacono, & Subdiacono*?

VI. *An itidem Canonici possint dictis diebus feriatis cogere reliquos Canonicos, Beneficiatos ad sibi assistendum pro Diacono, & Subdiacono, sicut potest cogere Archipresbyter*?

VII. *An, & à quibus dicta Missa Conventualis sit applicanda pro Benefactoribus in casu &c.*

Sacra Congregatio respondit; Ad I. *Affirmativè*; Ad II. *Per utrosque*; Ad III. *Affirmativè quoad primam, & negativè quoad secundam partem*. Et ita etiam in simili dubio resolutum fuit *in Camerinen. Missæ Conventualis* 7. *Decembris* 1709., ubi in responsione ad secundum, & tertium dubium dictum fuit Missam Conventualem esse celebrandam cum cantu, &

ante

ante concionem tempore Quadrageſimæ ſi adſit conſuetudo illum ita celebrandi. Ad IV. *Dilata*; Ad V. *Affirmativè*. Ad VI. *Servetur Decretum Viſitatoris Apoſtolici anni* 1703. Ad VII. *Affirmativè, & ab omnibus Celebrantibus?*

10 Et in *Squillacen. Miſſæ Conventualis, & Communeriæ* 24. *Septembris* 1712. ubi contendentibus Canonicis Cathedralis onus Miſſæ Conventualis, ſpectare non ad ſe ſolos, verùm etiam ad Presbyteros participantes de quadam Maſſa, quæ *Communeria* nuncupatur proveniente ex piis legatis cum Miſſarum onere, & Anniverſariorum, quorum celebratio inter Canonicos, & Presbyteros participantes per ſingulas hebdomadas, æqualiter dividebatur; Diſputata fuerunt infraſcripta dubia.

I. *An onus celebrandi Miſſam Conventualem ſpectet ad ſolos Canonicos in caſu &c.*

II. *An redditus Maſſæ Communeriæ compoſitæ ex legatis piis, debeant dividi in tres partes, itaut duæ dividantur inter Canonicos tantùm, & tertia pars inter alios Presbyteros, vel potius debeat æqualiter dividi inter ſingulos Canonicos, & Presbyteros in caſu &c.*

III. *An Capitulares teneantur reddere rationem Presbyteris participantibus in caſu &c.*

IV. *An adminiſtratio Communeriæ ſpectet ad ſolos Canonicos privativè, quoad Presbyteros in caſu &c.*

V. *An Presbyteri participantes de dicta Maſſa Communeriæ poſſint ad nutum Canonicorum amoveri in caſu &c.*

VI. *An, & quomodo ſit numerus Presbyterorum reducendus in caſu &c.*

VII. *An dicti Presbyteri participantes teneantur intervenire Choro, cæteriſque Sacris Functionibus ſicuti Canonici, ſeu quomodo in caſu &c.*

Quibus Sac. Congregatio reſponſum dedit. Ad I. *Affirmativè*. Ad II. *Affirmativè quoad primam, & negativè quoad ſecundam partem, itaut quilibet Canonicus habeat duplicem portionem, & quilibet Presbyter ſimplicem exceptis legatis, in quibus aliàs per Teſtatores diſpoſitum fuerit*; Ad III. *Negativè, ſed eſſe reddendam rationem Epiſcopo cum aſſiſtentia deputatorum eligen. à Presbyteris Communeriæ, communicatis computis, quatenus per iſtos petantur*. Ad IV. *Affirmativè*. Ad V. *Negativè*. Ad VI. *Negativè*. Ad VII. *Servetur ſolitum*.

11 Et ita Ego etiam ſentiebam ſtudens in hac Cauſa apud R. P. D. meum Petra; Et quidem in ordine ad primum dubium, *Affirmativè*, quia onus aſſiſtendi Choro, ac recitandi Divinum Officium ſpectat ad ſolos Canonicos, & conſequenter ad ipſos quoque pertinere debet quotidiana celebratio Miſſæ Conventualis tanquam præcipua pars Divini Officii juxta auctoritates ſuperiùs relatas *nu.* 16. quibus addo *Criſpin. de viſit. par.* 2. §. 20. *num.* 21. ubi per extenſum refert decretum ab eadem Sacra Congregatione editum in *Tuſculana* 16. *Novembris* 1652. per hæc verba -- *Congregatio Concilii cenſuit Canonicos Cathedralis teneri quotidiè ad celebrationem Miſſæ Conventualis, non obſtante quacum-*

12 *que conſuetudine contraria* -- adeout ceſſante legitimo impedimento nequeunt illi ſatisfacere per ſubſtitutum, ſed debent per ſe ipſos canere Miſſam Conventualem. *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcopi par.* 3. *alleg.* 53. *num.* 137. *Hurtad. reſol. moral. tom.* 1. *tract.* 2. *cap.* 5. *num.* 205. *Criſpin. dicto* §. 20. *num.* 34.

Ad Secundum: *Affirmative quoad primam, & Negative quoad Secundam partem*, itaut quilibet Canonicus habeat duplicatam portionem, & quilibet Presbyter ſimplicem exceptis legatis, in quibus aliàs per teſtatores diſpoſitum fuerit. Quia ita fuit Conventum in Inſtrumento ſtipulato anno 1491. inter Canonicos, & Presbyteros.

13 Ad Tertium: *Negativè*, quia de Jure communi adminiſtratio Maſſæ communis, ſeu Bonorum Eccleſiæ ſpectat ad Canonicos, qui habent plenam facultatem illa adminiſtrandi, & de illis diſponendi abſque eo, quòd ullam rationem reddere teneantur Beneficiatis Portionariis, ſeu aliis quibuſcumque Presbyteris, cùm iſti debeant tantùm ſervire Eccleſiæ, non autem ſe ingerere in adminiſtratione introituum Eccleſiæ, ut tenent *Gloſſ. in cap. penult. in verb. Aſſiſios de Cleric. non reſiden, ibique Butr. num.* 8., *& Abb. num.* 9. *Rot. coram Cæſar. de Graſſ. deciſ.* 4. *per tot., de his, quæ fiunt à maiori parte Capituli, & coram Verall. deciſ.* 84. *num.* 2. *par.* 1, *& coram Cavaler. deciſ.* 57. *num.* 1., *& ſeqq. & deciſ.* 183., *& 189. per tot. par.* 7. *recen.*

Et

Et ratio ea est, quia administratio Bonorum Ecclesiæ juxta dispositionem Juris communis spectat ad Capitulum, ut ait *Fælin. in cap. edoceri num. 3., & seq. de rescript. Cavaler. decis. 57. num. 2.* Nomine autem Capituli non veniunt nec Beneficiati, nec Portionatii, nec alii Presbyteri, prout in hisce præcisis terminis dixit, *Rota d. decis. 4. coram. Cæsar. de. Grass.,& decis. 76. num. 4. par. 7. recen.*

14 In nihilo obstante, quòd cùm Presbyteri participent de Introitibus Communeriæ, & habeant Interesse in illis, sequitur eis competere Jus administrandi, & exigendi redditionem rationis à Canonicis juxta tradita per *Vitalin. in Clement. 11. Qui num. 13., & seqq. de æt., & qualitat.* per regulam; Quod omnes tangit, de *Regul. Jur. in. 6. Cavaler. d. decis. 57. num. 6.* Quandoquidem prædicta procederent, quando Massa Communeriæ constituta esset de bonis propriis, & redditibus ipsorum Presbyterorum, quo casu ipsis competeret Jure proprio, sed cùm in nostro casu hæc Massa fiat ex redditibus relictis Ecclesiæ, seu communeriæ, sequitur, quòd Presbyteri percipiant tertiam partem non Jure proprio, sed Jure Ecclesiæ, adeôque audiendi non sunt dd. Presbyteri, prout respondit, *Rota decis. 4. coram Cæsar. de Grass. num. 13.* Unde credebam esse reddendam rationem Episcopo cum assistentia Deputatorum eligendum à Presbyteris Communeriæ, communicatis computis, quatenus peristos petantur.

15 Ad quartum: *Affirmativè*. Quia Canonicis assistit dispositio Juris communis, ut superius dixi; Nec non observantia duorum Sæculorum, quia semper soli Canonici Bona Communeriæ administrarunt.

16 Ad quintum: *Negativè*. Quia iidem Presbyteri Jure proprio, & independenter ab assensu Canonicorum ordinantur ad titulum ipsius Communeriæ, & non sunt meri Cappellani mercenariè conducti pro adimplendis oneribus Communeriæ.

17 Ad Sextum: *Negativè*. Quia non constat de tenuitate reddituum, tunc enim Beneficia, etiam quæ dantur in titulum collativum reduci possunt, quando concurrit tenuitas reddituum. *Lotter. de re Benefic. lib. 1. quæst. 14. num. 19., & 21. Card. de Luca de Canonic. disc. 19. num. 9., & 11., Mantic. decis. 114. num. 2., & decis. 229. num. 3.*

Ad Septimum: *Servetur solitum*. Respondendum dicebam; Quia repugnat cuicumque Convenientiæ, sive legali, sive politicæ, quòd ea, quæ diuturnum rerum Statum, cùm Felici Gubernio habuerunt, subvertantur mutationibus, & novitatibus contra *Text. in L. minime ff. de Legibus Gonzal. in cap. cùm consuetudinis 9. num. 2., & 3. de consuetudin.*

18 Et *in Balneoregien. Missæ Parochialis, & Conventualis 19. Augusti 1713.*, ubi cùm in Diœcesana Synodo Balneoregien. sub anno 1710. coacta, præceteris laudabiliter statutis pro Ecclesiastica disciplina custodiendis, sedulo injunctum fuerit, quòd in Tabella onerum Missarum, primum describatur Missa Conventualis pro Benefactoribus, & Fundatoribus applicanda, non obstantibus tenuitate reddituum, atque consuetudine non applicandi, Parochialium verò Ecclesiarum Rectores quibuscumque Dominicis, aliisque festivis diebus, Sacrificium pro ovibus sibi ipsis creditis offerre debeant, etiam si congrua destituantur, quòd si uberes fructus percipiant, singulis diebus Missam Parochialem applicare teneantur, Canonici Missas Parochiales, & Conventuales unanimi consensu offere recusarunt, tum innixi assertæ consuetudini, tum prætensæ tenuitati reddituum, tum quia onera hujusmodi in erectione minimè fuerunt imposita; Unde examinatis sequentibus dubiis in Sacra Congregatione.

I. *An Canonici Ecclesiæ Cathedralis, & Parochialis Balneoregii teneantur applicare quotidie Missam Conventualem pro Fundatoribus, & Benefactoribus in casu &c.* Et quatenus affirmativè.

II. *An singuli Canonici teneantur à die adepti Canonicatus satisfacere Missas Conventuales usque adhuc non applicatas, in casu &c.*

III. *An Missæ de Anniversario, quæ cantantur in Choro in quatuor mensibus anni, diebus non impeditis, cedere debeant loco Missæ Conventualis, in casu &c.* & quatenus negativè.

IV. *An Canonici teneantur celebrare, & applicare tam dictam Missam de Anniversario, quàm Conventuales in casu &c.*

V. *An ultra Missam Conventualem sit celebranda, & applicanda diebus Festivis Missa Paro-*

Parochialis, à Canonicis per Turnum, sive potius à Canonicis Curatis in casu &c. Et quatenus affirmativè, vel à Curatis, vel à Canonicis singulis per Turnum.

VI. *An occurrente quòd prædicti duo Canonici Curati, vel alii Canonici celebrent Missam Conventualem per Turnum diebus Dominicis, ac Festivis de Præcepto, tunc teneatur per alium celebrari facere Missam Parochialem, in casu &c.*

VII. *An quatenus Missa Parochialis sit celebranda in diebus Festivis à Canonicis Curatis in Parochia contradæ Rhotæ sufficiat celebratio, & applicatio unius Missæ pro Populo, seu potius ambo Canonici Curati teneantur ad applicationem supradictæ Missæ.*

VIII. *An Canonicus Curatus Ecclesiæ Parochialis contradæ Civitæ, ubi residere tenetur exemptus à servitio Chori teneatur per Turnum cantare, & applicare in Cathedrali Missam Conventualem, & celebrare aliam Missam in Aurora, quæ celebratur per Turnum in dicta Ecclesia ab omnibus Canonicis, tam diebus Festivis, quàm Ferialibus in casu &c.* Et quatenus affirmativè in omnibus.

IX. *An occurrente, quòd celebret per Turnum Missam Conventualem, sive aliam in Aurora diebus Festivis, de Præcepto, tunc teneatur per alium celebrari facere Missam Parochialem in Ecclesia Parochiali Civitæ, in casu &c.*

Prodiit responsum; Ad I. & II. *Affirmativè*. Ad III. *Negativè*. Ad IV. *Affirmativè*; Ad V. *Negativè quoad primam, & affirmativè quoad secundam partem*; Ad VI. *Affirmativè*; Ad VII. *Sufficere unicam celebrationem, & applicationem*. Ad VIII. *Negativè*. Ad IX. *Provisum in octavo*. Et quidem optima ratione præcæteris ad primum *Affirmativè*, responsum fuisse dicebam, studens in hac causa apud eumdem R. P. D. meum Petra, ex auctoritatibus, & rationibus superius allegatis *num.*

19 Ad Secundum *Affirmativè*, quia stante supradicta obligatione celebrandi, & applicandi quotidie Missas Conventualem oritur onus singulis Canonicis, ut quilibet teneatur à die adepti Canonicatus satisfacere Missas Conventuales, usque adhuc non applicatas, dum enim non satisfecerunt eorum propriæ obligationi, tenentur ex justitia resarcire, quòd omiserunt *Pignattell. consult. 61. nu. 19. tom. 3.*

20 Ad Tertium *Negativè*, quia suntonera distincta, & diversa.

Ad Quartum *Affirmativè*; quia cùm sint onera distincta, non valent cum unica Missa, utrique obligationi satisfacere; *Passerin. de stat. Homin. tom. 2. quæst. 187. art. 4. num. 991. Monacell. tom. 2. tit. 16. formul. 2. num. 20.* Etsi Canonicus habeat annexam curam Animarum, ultra Missam Conventualem, celebrare, & applicare debet diebus Festivis Missam Parochialem.

21 Ad Quintum; *Negativè quoad primam, & affirmativè quoad secundam partem*. Quia habentes curam Animarum tenentur prosuis ovibus sacrificium offerre juxta Tridentinum *sess. 23. cap. 1. de reform.* saltèm diebus Festis de Præcepto, sive Curati habeant integram congruam, sive illam non habeant obtenuitatem redditum Parochialium. *Monacell. tom. 1. p. 1. tit. 2. form. 2. num. 4.*

Ad Sextum; *Affirmativè*; Quia si nequeant perseipsos Missam Parochialem celebrare, & ap plicare ob impedimentum celebrationis Missæ Conventualis; utique teneretur per aliam hujusmodi obligationi Missæ Parochialis satisfacere ad tradita per *Pasqualig. de Sacrific. nov. leg. quæst. 854. num. 1.*

22 Denique, & in *Burgi Sancti Donini Missæ Conventualis 16. Maji 1716.*; Ubi cùm Clemens VIII. in ejus Bulla Erectionis Cathedralis Sancti Donini inter alias præscripserit legem, ut Vicarius obligatus sit canere, & dicere singulo die Missam Conventualem, perintersse, & adjuvare Divinis Officiis, cessante tamen impedimento curæ; Et cùm in statutis Ecclesiæ ab ordinario approbatis decernatur Missam Conventualem in Festis Primæ Classis celebrandam esse à dignitatibus, in reliquis Festis, & diebus Dominicis, à Canonicis, & in Festis à Vicario perpetuo, eoque impedito vèl à Sacrista, vel à Sacerdote deputato à chori Præfecto; Modernus Episcopus occasione S. Visitationis inveniens nullam fuisse factam Missæ Conventualis applicationem pro Benefactoribus, decrevit per Dignitates, Canonicos, & Vicarium dictam Missam applicari pro Benefactoribus, & pro illius distributione per solvi Julium unum à Thesaurario Capituli ex redditibus Mensæ Capitularis,

ris, qui super sunt, ordinariis oneribus dimissis; Nec non decrevit juxta Missalis rubricam in quatuor Temporibus, & vigiliis duas celebrari Missas Conventuales, & augeri distributionem quotidianam pro Missa ad rationem vnius solidi tam pro quolibet Canonico, quàm pro quolibet residente, & pecuniam sumendam esse, ex introitibus Mensæ Capitularis, qui supersunt; Quæ decreta cùm exequi renuerint supradicti Canonici; proposita fuerunt sequentia dubia.

I. *An sit onus Capituli Ecclesiæ Cathedralis quotidiana applicatio Missæ Conventualis? in casu &c.*

II. *An dignitates in solemnioribus festivitatibus, Canonici in diebus festivis, & Vicarius perpetuus in feriis teneantur applicare Missam Conventualem pro Benefactoribus ad formam Decreti Reverendissimi Episcopi in casu &c.*

III. *An dignitatibus Canonicis, & Vicario perpetuo debita sit eleemosyna unius julii pro qualibet Missa Conventuali ultra emolumenta Præbendarum, & Vicariæ respectivè? in casu &c.* Et quatenùs affirmativè.

IV. *An dicta eleemosyna pro Missa Conventuali Dignitatibus, Canonicis, & Vicario perpetuo solvenda sit ex redditibus capituli ad formam decreti Reverendissimi Episcopi in casu &c.*

V. *An mandata relaxata contra Capitulum, & Canonicos pro eleemosyna Missarum Conventualium celebratarum per Vicarium perpetuum, & consummata contra Canonicum Laurentium de Rubeis sustineatur, seu potius sit reintegrandus cum refectione damnorum, & interesse, in casu &c.*

VI. *An diebus quatuor Temporum, & Vigiliarum, in quibus ex rubrica Missalis cantari debent duæ Missæ, Canonici debeant canere aliam Missam ad formam dictæ rubricæ ultra solitam Missam Conventualem? in casu &c.* Et quatenùs affirmativè.

VII, *An pro hujusmodi Missa celebranda ad formam dictæ rubricæ augeri debeant distributiones, tam Canonicis, quàm Vicario perpetuo, & aliis Residentibus? in casu &c.* Et quatenùs affirmativè.

VIII. *An dictum augmentum sumi debeat ex redditibus Capituli ad formam Decreti Reverendissimi Episcopi, seu potius sit aliunde providendum per Episcopum? in casu &c.* Et quatenùs affirmativè, quoad secundam partem.

IX. *An Capitulum, seu Canonici teneantur ad celebrationem dictæ Missæ ad formam dictæ rubricæ, donec factum fuerit dictum augmentum in casu &c.*

Quibus Sacræ Congregationi placuit rescribere. Ad I. *Affirmativè*, Ad II. *Affirmativè*. Ad III. *Affirmativè per modum distributionis*. Ad IV. *Affirmativè*. Ad V. *quoad primam partem negativè, quoad secundam ad mentem*. Ad VI. *Affirmativè*. Ad VII. *Affirmativè*. Ad VIII. *Affirmativè quoad primam partem, & negativè, quoad secundam*. Ad XI. *Satis provisum*.

Et ita ego quoque (exceptis tertio, & quarto dubio) sentiebam, studens apud R.P.D. meum Ansideum in hac causa, Et quidem ad primum affirmativè ex rationibus supra expositis num. 6.

Ad secundum *Affirmativè*. Quoniam in assignatione annuor. sc. 100. facta Vicario perpetuo pro ejus congrua ab Episcopo Linato de anno 1605. in executionem bullæ erectionis Cathedralis Clementis VIII. injunctum fuit eidem Vicario onus canendi, & dicendi singulo die Missam Conventualem, & omnia ea facere, & exequi, quæ Curatores d. Ecclesiæ consueverunt. Insuper condita fuerunt, quam plura statuta pro regulanda dictorum Officiorum celebratione confirmata ab Episcopo Linato de anno 1611., publicata Capitulo, Vicario perpetuo, aliisque Beneficiatis in unum congregatis, & ab his acceptata etiam cum juramento, & usque nunc observata, in quibus onus Celebrationis Missæ Conventualis ita legitur distributum, nimirum quod Dignitates in solemnioribus Festivitatibus, Canonici in diebus festivis, Vicarius perpetuus in diebus ferialibus, & eo impedito Sacrista, sin minus alii Presbyteri residentes per Chori Præfectum designandi teneantur celebrare Missam Conventualem. Quæ distributio oneris Celebrationis Missæ Conventualis inter dignitates, Canonicos, & Vicarium per-
23 petuum passim admittitur, dum tale onus inspectis S. Canonibus, & etiam praxi quam plurium Ecclesiarum non est necessario restrictum ad solos Canonicos, sed extendi potest ad omnes Beneficiatos Choro add dictos, *Fagnan. in cap. ut Abbates*

bates de ætat., *& qualit. n.*80., *& seqq.*, & pluries resolvit *eadem Sac. Congregatio apud Crispin. p.*2. §.20. *num.*36., *& seqq. Garz. de benef. p.*3. *cap.*2. *n.*495.

Unde cum vigore hujusmodi statutorum, & consuetudinis hujus Ecclesiæ Dignitates, Canonici, & Vicarius perpetuus dicto ordine distributo teneantur celebrare Missam Conventualem, sequitur quod teneantur etiam illam applicare pro Benefactoribus. Quando enim injungi-
24 tur celebratio Missarum de jure intelligitur cum applicatione, etiam si non fuerit hoc expressum, quia quod de jure inest opus non est ut exprimatur, sed subintelligitur perinde ac si fuerit expressum, nisi expressa fuerit causa, quod non teneatur Sacrificium applicare, *Mantic. de tacit. lib.*1. *tit.*25. *n.*29., *Pignattel. consul.*61. *n.*13. *tom.*3., *Nicol. in stoscul. verb. Missa n.*34. §. *Præterea*, & fuit resolutum *à dicta Sac. Congregatione in Aretina applicationis Sacrificii* 28. *Aprilis* 1629., *&* 8. *Maji* 1677. Non obstante consuetudine in contrarium per centum annos, & ultra, ut fuit resolutum *in Tusculana* 16. *Novembris* 1652. *penès Crispin. Visit. pastoral. p.*2. §.20. *n.*31.

Ad Tertium respondendum dicebam *negativè*. Patet ex supradictis, quòd Dignitates, Canonici, & Vicarius perpetuus vigore statutorum, & consuetudinis hujus Ecclesiæ teneantur non solùm ad celebrationem, sed etiam ad applicationem Missæ Conventualis ordine præmisso; Unde hodiernus Episcopus injungens eis applicationem Missæ Conventualis non imposuit eisdem novum onus, sed onus applicationis Missæ Conventualis, quod ab initio eis erat initum, & ab ipsis per abusum non adimpletum, mandavit adimpleri, ac proinde non sunt ab Episcopo eisdem Dignitatibus, Canonicis, & Vicario perpetuò assignanda nova emolumenta, & nova merces pro applicatione Missæ Conventualis, sed contenti esse debent de emolumentis, quæ sibi ab initio fuerunt constituta. *Rot. decis.*22. *nu.*1. *coram Mantic.*, *& decis.*429. *nu.*3. *coram Ludovis.* etiam si essent tenua. *Fagnan. in cap. ut Abbates num.*82. *& seq. de ætat. & qualit. Monacel. in formul. to.*1. *in append. ad Constit. Sa. me. Innocentii XII. num.* 12. Maximè respectu Vicarii perpetui, cui in erectione Vicariæ, & in statutis Ecclesiæ injunctum fuit onus celebrandi, & consequenter etiam applicandi Missam Conventualem correspectivè non solùm ad emolumentum sibi assignatum scut. 100., sed etiam ad alia emolumenta ab eo tamquam uno de choro etiam in absentia, & impedito ex cura Animarum percipienda.

Ad quartum *Provisum in tertio*; quia cùm ex supradictis non sit solvenda præfata eleemosyna, nec est deducenda ex redditibus Capituli.

Ad quintum *Negativè quoad primam*, *& Affirmativè quoad secundam partem*; Tum quia constat ex supradictis Capitulum, & Canonicos non teneri dare novum emolumentum, & novam mercedem Vicario perpetuo pro applicatione Missæ Conventualis, ad quam tenebatur ex vi dotationis Vicariæ, & ex vi statutorum, & consuetudinis supradictæ cum solis emolumentis ab initio ei assignatis. Tum
25 quia etiam omisso quòd Capitulum ad hoc teneretur, tamen cùm hoc esset debitum Capituli, & non singulorum de Capitulo non poterant dicta mandata consummari contra unum ex dictis Canonicis, sed debebant exequi contra bona ipsius Capituli. *Bart. in l. sicut ff. quod cujusq. universs. nom. Rot. decis.*182. *num.* 2. *& seq. coram Merlin.* Et consequenter Canonicus de Rubeis executatus pro prætenso debito Capituli est reintegrandus de omnibus damnis, & interesse. *Rot. decis.* 220. *num.* 8. *post Posth. de subbast.*

Ad sextum *Affirmativè*. Ita enim disponit Rubrica Missalis tertia in principio. *Crispin. de Visit. Pastor. par.* 2. §. 20. *num.*32. *& seq.*, & fuit resolutum à dicta Sac. Congregatione *in Aretina* 11. *Martii* 1704.

Ad septimum *Affirmativè*. Quoniam hæc secunda Missa in quatuor Temporibus, & Vigiliis à die erectionis Cathedralis usque nunc, & sic per centum, & ultra annos non apparet umquam à Canonicis, & aliis Presbyteris residentibus cantata, ita ut obligatio eam canendi fuit de novo eis imposita ab Episcopo ad formam d. Rubricæ, adeôque justum fuit augere eis distributiones pro dicta Missa; aucto enim labore, augeri debet & præmium, *Rot. dec.*108. *n.*2. *& dec.*163. *n.*1. *cor.*

Merlin. ut sic præfati residentes dulcedine præmii hujus augmenti distributionum libentiùs celebrent dictam Missam, eique assistant; Distributiones enim quotidianæ singulis horis canonicis, adeôque etiam huic secundæ Missæ assignari debent, aliàs de facili chorum, & cultus Dei desereretur. *Garz. de benefic. par. 3. cap. 2. num. 487. & seqq. Barbos. ad Concil. sess. 21. cap. 3. nu. 14. & seq. Card. de Luc. ad Concil. disc. 15. num. 1.*

Ad octavum *Affirmativè* ex fructibus superexcrescentibus, seu superfluis Capituli ad formam decreti, vel majori quantitate juxta proportionem fructuum superexcrescentium; Adsunt enim in hac Cathedrali fructus superflui, & superexcrescentes Capituli provenientes ex legatis, ut testatur Episcopus, & fateri videtur idem Capitulum, adeôque validè poterit Episcopus augmentum distributionum pro hac secunda Missa sumere ex hujusmodi redditibus superfluis. Si enim quando adsunt aliquæ horæ, quæ nullas distributiones habent, aut tenues, possunt eis assignari rationabiles distributiones detrahendo aliquam partem fructuum etiam à præbendis, ut testatur *Barbos. ad Concil. cap. 3. sess. 21. num. 15.* à fortiori poterunt assignari huic Missæ, pro qua nullum fuit assignatum emolumentum, distributiones detrahendæ non à fructibus præbendarum, sed à fructibus superfluis Capituli, de quibus servientes etiam, qui non contulerint, participare possunt, juxta *Text. in cap. unic. de Cleric. non resid. in 6. Rot. dec. 720. n. 4. par. 3. rec.*

Ad nonum: *Satis provisum.*

Ex his igitur omnibus resolutionibus clarè apparet esse firmam, & constantem opinionem Sac. Congregationis Concilii, quòd Canonicis sive Cathedralis, sive Collegiatæ teneantur non solùm ad celebrationem, verùm etiam ad applicationem Missæ Conventalis pro Fundatoribus, seu Benefactoribus. Hinc respon-
26 dendo ad objecta superiùs in contrarium allata, ea nullatenus adversantur; Quoniam, quòd Fundator præfatæ Collegiatæ A injungendo onus Missæ Conventualis Archidiacono, Canonicis, & Beneficiatis usus fuerit termino *cantent*, non verò *celebrent*; quòd redditus Canonicales sint tenues; quòd supradicti Archidiaconus, Canonici, & Beneficiati nunquam applicaverint Missam Conventualem pro Fundatore, sunt reflexiones, quæ eximere non valent Canonicos ab applicatione dictæ Missæ Conventualis; ut non obstantibus his eisdem animadversionibus resolutum fuit ab eadem Sacra Congregatione Concilii *in dicta Camerinen. applicationis Missæ Conventualis* 28. *Junii* 1704., *& in dicta Balneoregien. Missæ Parochialis, & Conventualis* 19. *Augusti* 1713., & antecedenter *in Forosempronien. celebrationis Missarum* 7. *Augusti* 1683. *pag.* 250. *lib.* 33. *Decret.*, *& in Feretrana* 25. *Septembris* 1694. *pag.* 495. *lib.* 44. in quibus demandata fuit dicta applicatio, non obstante consuetudine immemorabili, ac tenuitate præbendarum; ac non obstante, quòd in impositione oneris Missæ Conventualis Fundator usus fuerit termino *cantent*.

Quòd verò Fundator loquendo de Anniversariis voluerit eorum applicationem pro ejus anima; loquendo verò de Missa Conventuali, nec verbum quicquam dixerit de illius applicatione; ex hoc discretivo modo loquendi in casu præsenti argui non potest diversa voluntas ejusdem Fundatoris respectu utriusque one-
27 ris. Siquidem Fundator loquendo de Missa Conventuali, non expressit illius applicationem pro ejus anima; quia cùm onus celebrationis, & applicationis Missæ Conventualis sit de jure annexum Cathedralitati, & Collegialitati, non erat necessarium quod id exprimeret; quod enim de jure inest, opus non est ut exprimatur, sed subintelligitur, proinde ac si fuerit expressum. *Mantic. de tacit. lib. 1. tit. 25. num. 29. Pignattel. consult. 45. n. 24. tom. 3.*

ARGUMENTUM.

Imposito à Fundatore in limine fundationis onere Cappellano, quod celebret quotidie, an teneatur etiam quotidie applicare Missam pro ejus anima?

SUMMARIUM.

1 *Quando à Fundatore injungitur Cappellano onus celebrandi Missam, censetur ei injun-*

injunctum etiam onus illam applicandi. Amplia, ut ibi. Limita, ut n.2.

3 *A diſcretivo modo loquendi Fundatoris arguitur quando ipſe voluerit, & quando non applicationem Miſſæ pro ejus anima.* Amplia, ut num.4.

CASUS XIII.

EXpoſita fuit in Sac. Congregatione Concilii *die* 26. *Martii* 1718. ſequens facti ſeries. Calamellus de Calamellis, poſt fabricatam anno 1348. Cappellam in Cathedrali Eccleſia Ferrarienſi ſub invocatione Sanctorum Joannis Evangeliſtæ, & Antonii Viennenſis, duas in illa fundavit Cappellanias, aliam redditus ſcutorum centum, aliam redditus ſcutorum quinquaginta, cum onere, quod *Cappellani continuè celebrent Miſſas, ita quod diebus ferialibus ſpecialiter pro anima ipſius Calamelli, Patris Matriſque ſuæ fratruum, & ſororum, ſuorum nepotum propinquorum, & benefactorum ſuorum, & Dominæ Catharinæ ejus uxoris, & omnium fidelium defunctorum Miſſas celebrent mortuorum, quòd ſi fuerint negligentes, pro qualibet vice ſolvant denarios ſex per Rmum Epiſcopum convertendos ad dictum uſum*.

In executionem oneris injuncti Cappellani quotidie Miſſas celebrarunt, & celebrant, ſed Miſſas nec applicarunt, nec applicant, niſi illis diebus ferialibus, in quibus in Kalendario dicitur *de ea*, & pro hujus facti ratione, nedum longęvam afferunt obſervantiam, ſed ulterius innituntur viſitationi factæ anno 1689. à clar. mem. Cardinali Cerro Epiſcopo Ferrarienſi, in qua loquendo de applicatione Miſſarum, quæ fieri debebat à Cappellanis poſſidentibus præfatas Cappellanias, ſic ſtatuit *mandavit celebrare quotidie, & cum applicatione Sacrificii diebus ferialibus ad tenorem fundationis*.

Collato Epiſcopatu Ferrarienſi Emo D. Cardinali Ruffo; in Congregatione ab ipſo deputata ſuper viſitatione ſuæ Diœceſis, ſuppoſita fuit examini diſpoſitio ſæpe memorati Calamelli de Calamellis, & exiſtimatum fuit Cappellanos ab eo inſtitutos nullatenus ſatisfacere propriæ obligationi, celebrando quotidie, & applicando tantummodo Miſſam diebus ferialibus, in quibus in Kalendario dicitur *de ea*, ſed teneri ad celebrandum quotidie cum applicatione, itaut ſola differentia inter dies, in quibus fit Officium duplex, & inter dies, in quibus duplex Officium non fit, conſiſtere debeat in hoc, quod in diebus, in quibus non fit Officium duplex, celebrare teneantur Miſſas mortuorum, quas celebrare non debent in diebus Officii duplicis, abſque eo, quòd tamen applicationem omittant ullo die, ſive ſit, ſive non ſit dies Officii duplicis.

Ab hoc Congregationis deputatæ ſenſu, Cappellani ſe gravatos exiſtimantes recurſum habuerunt ad ſupradictam Sac. Congregationem, ubi diſputata fuerunt ſequentia dubia:

I. *An Cappellani inſtituti à Calamello de Calamellis teneantur quocumque die Miſſam applicare pro anima Fundatoris, & ejus propinquorum, & quatenus negativè*.

II. *An teneatur tantummodo applicare Miſſas diebus ferialibus, in quibus in Kalendario dicitur* de ea, *& quatenus negativè*.

III. *In quibus diebus teneantur applicare*.

Studens in hac cauſa apud R.P.D. prælaudatum Lambertinum, meum aperiendo votum ad primum reſpondendum ſentiebam *negativè*; Licèt enim regulariter

1 quando à Fundatore injungitur Cappellanis onus celebrandi Miſſas, cenſeatur etiam eis injunctum onus illas applicandi pro anima ejuſdem Fundatoris; etiamſi non reperiatur explicitè expreſſum, ea ratione, quia Fundator per ejus diſpoſitionem præſumitur ſibi conſuluiſſe, eo meliori modo, quo potuit, *Bonaccin. tom.1. tit. de Sacram. Euchariſt. diſput.4. punct. ultim. §.2. nu.14. fol.94. Gavant. in rubric. Miſſal. p.3. tit.12. n.5. verſ. eadem Sac. Congregatio, à Spiritu Sancto tit. de Miſſæ Sacrific. tract.7. diſput.6. ſection.2. n.245. in fin. Pignattell. conſult.139. n.12. §.Verum, & n.16. to.1. & conſult.61. n.13. tom.3., Monacell. formul. legal.2. tit.13. nu.55. p.2. pag. mihi 59. Mattheucc. offic. Cur. cap.10. §.2. n.63.*. Et pluries reſolutum fuit à Sac. Congregatione Concilii præſertim *in Tinen. applicationis Sacrificii* 18. *Auguſti* 1668. *lib.* 26. *decret. fol.* 61. ubi ſic legitur -- *Ex diſpoſitione Teſtamentaria antiquitus facta à pio Teſtatore reperitur fundata quædam Cappellania cum onere Cappellano pro tempore Sacrum faciendi*

di singulis Dominicis, aliisque Festivis diebus, nulla adjecta declaratione, ad cujus suffragium applicandum esset Sacrificium; Ideò Episcopus Tinen. supplicat per Sacram Congregationem declarari; an hujusmodi Sacrificium applicandum sit pro Anima ipsius Testatoris, an verò ad libitum Cappellani, utì hactenus factum esse comperiit. Die 18. Augusti 1668. Sac. Congregatio Concilii respondit, *applicandum esse Sacrificium pro Anima Testatoris* -- Et cum hoc eodem sensu eadem Sac. Congregatio processit *in Lucana anni 1693. pag. 241. à tergo, & in Collen. ejusdem anni pag. 264. lib. 33. & in alia Collen. anni 1686. lib. 35. & in Vicentina anni 1688. fol. 471. lib. 38. & in Spoletana applicationis, seu reductionis Missarum 1710. fol. 4. à tergo lib. 60.* Tamen
2 hoc limitatur quando ex verbis, aut aliis conjecturis oppositum colligatur. *Pignatell. dicta consult. 139. num. 12. §. Verum tom. 1.* & juxta resolutionem ejusdem Sac. Congregationis *in Aretina applicationis Sacrificii 8. Maji 1677. & in Aretina 28. Aprilis 1629.* ibi -- *nisi in fundatione expressè cautum sit, quòd non teneatur Sacrificium applicare* --

3 In casu præsenti habetur ex verbis fundationis mens Fundatoris fuisse, quod Cappellani celebrent quidem quotidie, non verò, quod quotidie applicent Missas, dum hanc applicationem solùm demandavit diebus ferialibus ibi -- *continuò celebrent Missas, ita quòd diebus ferialibus specialiter pro Anima ipsius Calamelli &c. Missas celebrent mortuorum* -- Ergo in aliis diebus non ferialibus, nimirum diebus Dominicis, & festivis, in quibus applicationem hanc non expressit, illam noluisse dicitur, juxta naturam discretivæ, quæ arguit voluntatis diversitatem inter unum, & alium casum in eis, quæ dependent à sola voluntate disponentis, & aliunde non subintelliguntur, *Card. de Luc. de donat. disc. 8. num. 23. & de fideic. disc. 56. num. 11.* & in similibus terminis discretivæ resolutum fuit à præfata Sac. Congregatione *in Collen. Applicationis Sacrificii anno 1685.*, ubi agendo de quadam dispositione, in qua cautum fuerat, vt Cappellanus pro tempore Missas celebraret omnibus diebus Hebdomadæ, præter unum, cum hoc, quòd tres Missæ qualibet hebd omada celebrarentur de mortuis pro Anima Fundatoris, censuit Cappellanum teneri applicare dumtaxat tres Missas de mortuis, & non alias. Item in alia *Collen. applicationis Sacrificii anno 1689.* tractando de quadam Cappellania instituta cum onere Missam quotidie celebrandi hora determinata, post terminatum scilicet Officium Divinum in Cathedrali, ut Mercatores, & Scholarum discipuli, illi interesse possent, respondit Cappellanum non teneri applicare Sacrificium pro Anima Fundatoris; *& in Taurinen. Applicationis Sacrificii 31. Januar. 1682.*, ubi ex eo quia quidam Testator mandans celebrationem Missæ disposuerit, quòd in Collecta, vel in Memento fieret ejus memoria, & nihil dixerit de applicatione Missæ; Sac. Congregatio proposito dubio -- *An Cappellanus, de quo agitur teneatur applicare Sacrificium pro Anima, vel ad intentionem Fundatoris, vel satis sit, quod illius memoriam habeat in Orationibus, quæ fiunt in Collecta, aut in Memento* -- respondit -- *Non teneri* -- *& in Romana applicationis 8. Febr. 1710.* ubi stante hujusmodi modo discretivo loquendi -- *An Præpositus, & Cappellani Insignis Cappellæ B. Virginis de Clementia in Basilica S. Mariæ Transtiberim teneantur ad applicationem Missarum &c.* -- resolvit -- *Negativè* -- *& in Tricastinen. applicationis Sacrificii Missæ*, in qua quæstio erat de quadam Cappellania fundata cum obligatione celebrandi quotidie quadam hora determinata pro commoditate nonnullarum Monialium, & applicandi qualibet feria secunda non impedita Missam Mortuorum pro anima Fundatoris, respondit *anno 1711.* Missam esse applicandam ad libitum Sacerdotis celebrantis, excepta Missa in feria secunda applicanda pro Anima Fundatoris, uti habetur *pag. 332. & 358. à tergo lib. 61. decret. & in Romana reductionis, & applicationis Missarum 15. Decembris 1714.* ubi disputato dubio -- *An esset die Sabbati Missa applicanda in hypothesi, in qua Fundator demandaverat applicationem aliis hebdomadæ diebus, & applicationem non demandaverat die Sabbati, sed simplicem in illo celebrationem* -- Responsum fuit -- *Negativè*.

4 Concurrente præsertim observantia subsecuta ab Episcopis in Visitationibus approbata, non applicandi quotidie Missas,

ſas, quæ optimè declarat hanc fuiſſe mentem Fundatoris, non gravandi ſcilicet Cappellanos quotidiana applicatione pro ejus Anima. *Lotter. de re benef. lib. 1. q. 29. num. 160.*

Ad ſecundum -- *Negativè*; quia cùm Fundator eſſet laicus, & ſic veriſimiliter ignarus feriarum, & dierum, in quibus in Kalendario fit Officium de Feria, nomine dierum ferialium non præſumitur intellexiſſe de illis tantùm diebus, in quibus in Kalendario dicitur *de ea*; attento præcipuè pingui ſtipendio unicuique ex dictis Cappellanis aſſignato, dum uni aſſignavit annua ſcuta centum, alteri annua ſcuta quinquaginta, aliàs cum ſingulo menſe pauci, aut nulli adſint dies, in quibus ſit Officium *de ea*, nunquam, aut paucis diebus applicarentur Miſſæ.

Ad tertium dicebam; teneri applicare omnibus diebus, quibus celebrari poſſunt Miſſæ Defunctorum; cum nomine dierum ferialium vulgariter veniant illi dies, in quibus celebrari valent Miſſæ Defunctorum, quæ dici poſſunt quocumque die, præterquam in Feſtis duplicibus, & Dominicis.

Sacræ verò Congregationi *in Ferrarien. applicationis Miſſarum dicta die 26. Martii* 1718. non ſine magna Votorum ſciſſura placuit ſupradictis dubiis reſpondere; Ad primum *Affirmativè*, in reliquis *Satis proviſum*.

ARGUMENTUM.

Cappellania ex lege fundationis an, & quando dicatur Sacerdotalis; & an Cappellano laboranti morbo Paralytico, poſſit concedi facultas celebrandi Miſſam, ad quam teneatur; cum aſſiſtentia Sacerdotis?

SUMMARIUM.

1 *Verbum* Sacerdos *in lingua latina prolatum venit ſolùm ille, qui eſt conſtitutus in ordine Presbyterali, ſecus ſi ſit prolatum in lingua Italica, & vulgari.*

2 *Ex ſola lege fundationis quòd Cappellanus celebret Miſſam, an Cappellania ſit Sacerdotalis?* & num. 18.

3 *Cappellaniam eſſe Sacerdotalem, an, & quando probatur ex ſubſecuta obſervantia?* & num. 20.

4 *Cappellaniæ, aut beneficia ſimplicia de jure communi qualitatem Sacerdotelem non requirunt?* & num. 22.

5 *Ad effectum cognoſcendi qualitatem Cappellaniarum voluntas Fnndatoris eſt attendenda.*

6 *Cappellania non dicitur Sacerdotalis ex quacumque expreſſione* Sacerdotis *per Fundatores facta in limine fundationis.*

7 *Verbum* Sacerdos *ſtare poteſt* demonſtrativè, & qualificativè, *& quando his modis ſtare dicatur?* Vide ibi, & nu. 17.

8 *Verbum* Sacerdos *ſi ſtet* demonſtrativè, *Cappellania non eſt Sacerdotalis; ſecus ſi ſtet* qualificativè; & num. 9. *Intelligę ut ibi.*

10 *Cappellania quando dicatur actu, & quando habitu Sacerdotalis?* Vide ibi, & num. 12. uſque ad 16.

11 *Qualitas à Fundatore requiſita ante præſentationem concurrere debet de tempore præſentationis.*

19 *Cappellania ſemper præſumitur ſimplex, & non Sacerdotalis, ſi deſint verba præceptiva celebrandi per ſe ipſum, aut prohibitiva celebrandi per alium?* & num. 23.

21 *Cappellano laboranti continuè morbo Paralytico non eſt concedenda facultas celebrandi Miſſam cùm aſſiſtentia Sacerdotis.*

24 *Ab onere reſidendi in Eccleſia non infertur Cappellaniam eſſe Sacerdotalem.*

25 *Cappellaniam non eſſe Sacerdotalem probatur ex obſervantia.*

27 *Obſervantia pro qualitate Sacerdotali, ex quibus actibus non dicatur.*

18 *Reſervato Jure patronatus pluribus utì univerſis, hoc reſidere dicitur penes ipſam univerſitatem, & non penes quamlibet Perſonam ſingulariter ſumptam.*

29 *Negligentia præſentati inproducendo nominationem Patroni, non præjudicat hujus quaſi poſſeſſioni ex impleta præſentatione quæſitæ.*

30 *Reſervato Jurepatronatus Rectori, & Parochianis duæ voces æquales conſtitutæ dicuntur?* Amplia, ut num. 31.

CASUS XIV.

INſtituit quidam Pius Fundator Cappellaniam in Eccleſia A. juſſitque ad eam nominari Sacerdotem, qui celebrare quotidie

tidie debeat Missam pro ejus Anima; Cappellania hæc retro actis temporibus fuit possessa, & à Sacerdotibus, & à Clericis; Modernus autem Cappellanus laborans morbo paralytico cupit de consensu Patroni illam resignare favore sui Nepotis Clerici; sed dubitans Cappellaniam esse Sacerdotalem, ac proinde illius resignationem fieri non posse favore simplicis Clerici quærit.

Primo: *An hujusmodi Cappellania sit Sacerdotalis. Et quatenus Affirmativè.*

Secundò: *An possit ei concedi facultas celebrandi Missam cum assistentia Sacerdotis.*

Quoad Primum, primo aspectu apparet Cappellaniam, ex dispositione Fundatoris esse Sacerdotalem, hic enim, in limine reservationis Juris patronatus injungendo Patrono nominare Cappellanum, usus est termino *Sacerdotis*, non in idiomate italico, sed in lingua Latina, ibi: *jussitque ad eam nominari Sacerdotem*. Adeôque præsumitur voluisse qualificare Cappellaniam, qualitate Sacerdotali, & eam esse
1 Sacerdotalem; dum nomine *Sacerdotis* in lingua Latina prolato verè, & propriè venit solùm ille, qui est in ordine Presbyterali constitutus; ad differentiam nominis *Sacerdotis* in lingua Vulgari, & Italica prolati, quòd est aptam comprehendere Clericos etiam in Minoribus constitutos, ut animadvertitur per *Card. de Luc. de benef. disc. 61. num. 11., & disc. 96. num. 16., & seq. Rot. decis. 496. num. 8. p. 1., & decis. 216. num. 3. p. 2. rec.*

2 Fortius animadvertendo, quòd ultra vocabulum *Sacerdotis* in lingua Latina idem Fundator adhibuit etiam terminum *celebrare*, voluitque Cappellanum quotidie celebrare Missam pro ejus Anima; celebratio autem expleri non potest per simplicem Clericum, nec huic convenire; sed essentialiter requirit Ordinem Sacerdotalem; ut in terminis similis dispositionis expressè tuetur *Lambertin. de Jurepat. lib. 2. p. 1. q. 7. art. 27. num. 9.*, ibi: *Sequitur ergo, quòd ex sola lege in Fundatione apposita ut præsentandus ibidem celebret Missam, licèt non exprimat, quòd sit Sacerdos, dicitur Cappellania Sacerdotalis. Amostaz. de cauf. piis lib. 3. cap. 5. num. 9. & 10. Barbos. de offic., & potest. Episcopi alleg. 24. num. 37. p. 2. Garz. de benefic. p. 7. cap. 1. nu. 58. Rot. decis. 416. num. 3. p. 1. rec., & decis. 248. num. 1., & decis. 263. num. 2. coram Emerix. Jun. & in Tyburtina Cappellaniæ 16. Martii 1711. §. De quibus autem coram Eminentiss. Priol.*

3 Quod confirmat etiam subsequuta observantia; dum addictam Cappellaniam nominati fuerunt Sacerdotes, quæ observantia videtur concludere, & firmare Cappellaniam esse Sacerdotalem. *Card. de Luc. de benef. disc. 61. num. 13. Rot. decis. 53. num. 11., & seq. coram. Merlin. & decis. 522. num. 16. p. 18. rec.* maximè si fit proxima Fundationi; nimirum si ipsemet fundator, aut Patronus ejus successor, primo nominaverit ad Cappellaniam aliquem actu Sacerdotem; *Lotter. de re benef. lib. 2. q. 47. num. 29. & seq. Rot. decis. 825. num. 22. coram Merlin., & in Melphicten. Beneficii 21. Junii 1712. §. Atque hæc coram R.P.D. Lancetta.*

4 His tamen omnibus post habitis arbitror hujusmodi Cappellaniam non esse Sacerdotalem non solùm ex Generali juridica præsumptione excludente in Cappellaniis, & Beneficiis simplicibus qualitatem Sacerdotalem, cum qua Fundator semper præsumitur, se uniformare voluisse donec contrarium probetur *Card. de Luc. de benef. disc. 16. num. 3. Adden. ad Pamphil. decis. 99. num. 7. Rot. decis. 825. num. 2. coram Merlin., & in Melphicten. Beneficii 26. Junii 1711. §. Occasionem coram Eminentiss. Priolo, & 21. Junii 1712. §. Juris namque coram R. P. D. Lancetta.* Verùm etiam ex ipsamet dispositione
5 Fundatoris; quæ ad effectum cognoscendi qualitatem Cappellaniarum principaliter venit attendenda juxta *Rot. in Gerunden. Beneficii 8. Martii 1697. §. Neciterum coram bon. mem. Muto, & in Rhegien. Juris patronatus 16. Januar. 1708. §. Quod autem coram bon. mem. Molines.*

6 Pro cujus veritatis affecutione presupponendum est, non ex quacumque expressione, & nuncupatione *Sacerdotis* per Fundatores facta in limine fundationis Cappellaniarum hę constitutæ dicuntur in statu Sacerdotali; ut optime animadvertit *Rota in Tridentina Cappellaniæ 5. Aprilis 1715. §. Negocium coram. R.P.D. Cerro.*

7 Sciendum est enim quòd verbum *Sacerdos* stare potest *demonstrativè* nimirum ad designandam solùm qualitatem muneris exercendi, seu ad explicandum onus Missarum,

sarum, & stare potest *qualificativè*, ad qualificandam Personam Cappellani, seu Beneficiati. Dicitur autem stare *demonstrativè* quando desunt verba præceptiva celebrandi per se ipsum, vel prohibitiva nè Missæ per alium celebrari valeant; E contra dicitur stare *qualificativè* quando ad sunt hujusmodi verba præceptiva celebrandi per se ipsum, & non per alium; aut alia similia; juxta Doctrinam, & Theoricam *Lapi alleg.* 35., quàm amplexa est S. Rota in magistrali decisione 825. *num.* 4. *& seqq. coram Merlin.*, *& in Melphicten. Beneficii* 26. *Junii* 1711. §. *cum enim coram Eminentiss. Priolo*, *&* 21. *Junii* 1712. §. *Juris namq. coram R.P.D. Lancetta*; *& in Tridentina Cappellaniæ* 5. *Aprilis* 1715. §. *Negocium coram R. P. D. Cerro*; *& in Cremonen. Beneficii* 4. *Febr.* 1715. §. *Ex instrumento coram eodem*.

8 Si verbum *Sacerdos* in limine fundationis Cappellaniæ stet *demonstrativè*, Cappellania non est sacerdotalis, sed simpliciter Clericalis, & conferri potest simplici Clerico, imò, & puero post decimum quartum annum, qui Missas celebrari facere potest per alium, ut notant *Sanchez consil. moral. lib.* 7. *cap.* 3. *dub.* 48. *num.* 14. *Lap. d. alleg.* 35. *num.* 2. *& alleg.* 117. *nu.* 2. *Gonzal. ad regul.* 8. *Cancell. Gloss.* 5. *nu.* 26. *Amostaz. de caus. piis lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 43. *Lara de anniversar. & Cappell. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 7. *Pignattell. consult.* 2. *nu.* 16. *tom.* 7. *Rot. in Romana Cappellaniæ apud Marchesan. de commission. p.* 1. *tom.* 1. *num.* 1., *& seqq. pag.* 140., *& in d. Cremonen. Beneficii* §. *Ex instrumento hìc impressa*.

9 Si verò stet *qualificativè* Cappellania dicitur Sacerdotalis. *Pignattell. consult.* 2. *num.* 18. *tom.* 7. *Saminiat. controv.* 38. *num.* 35. *Garz. de benef. p.* 7. *cap.* 1. *nu.* 98. cùm hac diferentia, quòd si stet *qualificativè*, seu ad qualificandum Cappellanum de tempore vacationis; aut nominationis, seu Institutionis, Cappellania dicitur Sacerdotalis actu; si vero stet *qualificativè* de tempore prosecutionis, seu posteriori ad nominationem, vel institutionem Cappellania dicitur Sacerdotalis habitu; seu non requirit ad sui possessionem, quòd quis habeat ordinem Sacerdotalem, sed satìs est quòd sit habilis ad illum accipiendum, & tenetur illum recipere, quàm citius potest; temporibus tamen competentibus.

10 Sic si Fundator disponat præsentandum esse ad Beneficium aliquens de Familia A., si contingat illum fieri Sacerdotem, in hoc casu, quia Fundator supposuit Sacerdotium præcedere debere ipsam electionem, seu præsentationem; Beneficium dicitur Sacerdotale actu *Rocc. disput. jur. cap.* 190. *num.* 13. *Rot. coram Emerix Jun. decis.* 263. *num.* 8. *& seqq.*, *& decis.* 148. *num.* 1. *& decis.* 278. *num.* 3., *& decis.* 364. *num.* 1., *& decis.* 871. *nu.* 1. *coram Scraph.*, *& decis.* 216. *num.* 2. *p.* 2. *& decis.* 607. *num.* 15. *p.* 18. *rec.*, *& in Rhegien. Juris patronatus* 16. *Januar.* 1708. §. *Quod autem coram bon. mem. Molines*; adeò ut non potest quis illud obtinere, nisi de tempore, præsentationis sit actu Sacerdos, quia
11 qualitas à Fundatore requisita in Persona præsentanda ante præsentationem, concurrere debet de tempore præsentationis, juxta *Abb. in cap. cùm in cunctis* §. *Inferiora num.* 10., *& seq. de Elect. Vivian. de Jurepat. p.* 2. *lib.* 8. *cap.* 7. *num.* 49., *& alios apud Rot. in Gerunden. Beneficii* 3. *Junii* 1712. §. *Objectum coram R.P.D. Falconerio*. Si à Testatore ita fuerit dispositum -- *Per cio hà ordinato, che se vi sarà qualche Sacerdote della Famiglia A. e sufficiente di Dottrina, che quello sia e debba essere eletto a tal beneficio, e non essendovene de' sufficienti nella detta Famiglia, ha dato la facoltà a i Patroni di poter eleggere uno sufficiente* -- Beneficium dicitur actu Sacerdotale, ut fuit resolutum à Sac. Congregatione Concilii in *Tridentina Benefi-*
13 *cii* 5. *Junii* 1688. Si in Instrumento Fundationis legantur hæc verba -- *Il Cappellano non possa partire, ne lasciare di celebrare le Messe* -- In permissione discedendi -- *Sia obligato lasciare un'altro Sacerdote in vece sua, quale debba celebrare le Messe per lui* -- *Essendovi Preti della casata A. si debba dare à laro, altrimente a i Preti della casa B.* -- Cappellania, est Sacerdotalis actu, juxta resolutionem ejusdem Sacra Congregationis *in Interamnen. Cappella-*
14 *niæ* 3. *Febr.* 1685. Si Beneficium sit fundatum cùm verbis -- *E sse debeat in perpetuum Beneficium Sacerdotale &c. Institui debeat Presbyter idoneus* -- Est actu Sacerdotale, nec ejus est capax ille, qui infra annum promoveri non potest, ut resolvit d. S. Congregatio in *Dubium Beneficii* 8. *Maji* 1677.

Barbos. ad Concil. sess. 25. de reform. cap. 5. num. 9. adden. ad Buratt. decis. 21. nu. 28.

15 Si Fundator disponat -- *che essendoci Sacerdoti della Famiglia A. per linea masculina, in tal caso vuole che succeda nella Cappellania, e non essendoci per detta linea, vuole che succeda per linea feminina col peso suddetto, intendendo che sia Sacerdote, e non altrimente* -- Cappellania dicitur actu Sacerdotalis, ut fuit resolutum à d. Sacra Congregatione in *Nepesina Cappellaniæ* 27. *Maji* 1713. *ad Primum*. Si Testator demandet erectionem Cappellaniæ; & cùm erigat nunc pro tunc, *quando e. g. Tizio sarà arrivato all'età di celebrare il S. Sacrificio*; Cappellania, non est actu, sed habitu Sacerdotalis, ut in responsione, ad Sacerdotem resolvit eadem S. Congregatio Concilii *in Romana Cappellaniæ* 12. *Maji* 1714.

16

17 Præsupposita hujusmodi Doctrina in casu præsenti Verbum *Sacerdos* in limine fundationis Cappellaniæ à præfato Fundatore expressum stat demonstrativè ad designandam solam qualitatem muneris exercendi; & non qualificativè ad qualificandam Personam illud exercere debentem, cùm desint verba præceptiva celebrandi per se ipsum, & prohibitiva celebrandi per alium, aut alia æquipollentia, adeôque Cappellania hæc est simplex, & non Sacerdotalis, juxta auctoritates superiùs relatas §. *Si verbum*; quibus addo *Lotter. de re benef. lib. 2. q. 47. n. 37. Pignattell. consult. 2. num. 16. in fin. tom. 7.*, ibi -- *Quando enim dicitur quòd eligatur Sacerdos, qui Missas celebret, non designatur qualitas pro idoneitate eligendi sed qualitas muneris exercendi, & idcirco non requiritur quòd sit actu, vel potentia Sacerdos* -- *Rot. decis. 825. num. 12. coram Merlin.; & in Melphicten. Beneficii 26. Junii 1711. §. Cùm enim, & §. Hinc coram Eminentiss. Priolo; & 21. Junii 1712. §. Juris coram. R. P. D. Lancetta, & in Tridentina Cappellaniæ. 5. Aprilis 1715. §. Negocium coram R. P. D. Cerro; & Cremonen. Beneficii 4. Febr. 1715. §. Ex instrumento, coram eodem hìc impress.*

18 Nullatenus attento, quòd ultra verbum *Sacerdos* idem Fundator usus fuerit etiam verbo *celebrare*; quia hoc non obstante adhuc Cappellania non est Sacerdotalis, juxta sensum Sac. Congregationis Concilii *in Romana celebrationis* 20. *Novembris* 1674. ubi non obstante, quòd Fundator dixerit -- *che il Cappellano debba dire le Messe* -- Responsum fuit, *quòd Cappellania non sit Sacerdotalis*; Ratio est, quia Fundatores hujusmodi Cappellaniarum non præsumuntur respicere ad aliud, quam ad celebrationem Missarum, & suffragia pro eorum animabus, volentes scilicet opus operatum, & non opus operantis, ut advertit *Pignattell. d. consult. 2. num. 15. Rot. decis. 535. sub num. 27. & seq. par. 19. recent.* Ideoque Cappella-

19 nia semper præsumitur simplex, & non Sacerdotalis, nisi, ut dixi, concurrant verba -- *celebret per se ipsum* -- seu injungatur onus Cappellano celebrandi per se. *Lap. d. alleg. 35. Rot. decis. 747. num. 7. coram Cerro, & decis. 13. num. 12. coram Bichio, & decis. 84. num. 9. coram Priolo*, & juxta resolutiones Sac. Congregationis Concilii *in Mediolanen. Cappellaniæ 23. Febr. 1699., & in Prænestina 28. Julii 1662.* Vel removeatur facultas celebrandi per alium, vel ubi Testator jussit celebrare Missas per Sacerdotem de sua familia si talis reperiatur Sacerdos, sin minus substituat Sacerdotem de alia familia, ut apud *Rocc. disput. jur. d. cap. 190. num. 12. & seq.*, & in aliis casibus apud *Pignattell. d. consult. 2. num. 14.*

20 Nec urget animadversio, quòd ad dictam Cappellaniam pluries præsentati fuerunt Sacerdotes; ex his enim actibus deduci non potest observantia, nec in linea præscriptiva, nec in linea interpretativa; non quidem in linea præscriptiva, quia ad hunc effectum requiritur, quòd semper, & per centenariam præsentati fuerint Sacerdotes ad dictam Cappellaniam cum subsecuto effectu, juxta *Rot. in Baren. Beneficii 1. Decembris 1713. §. Augebatur coram Eminentiss. Scotto.* Et non sufficit, quòd quandoque fuerint præsentati Sacerdotes; quia hoc evenire potuit per accidens, nimirum ex eo, quia præsentati erant Sacerdotes per accidens, qui quidem aspirare possunt ad Cappellaniam Clericalem; vel ex eo, quia ipsi in concursu Clericorum, fuerunt ab Episcopo præelecti per viam gratificationis, ut optimè *Rot. in Melphicten. Beneficii 26. Junii 1711. §. Sed neque coram Eminentissimo Priolo*, immo cùm dicta Cappellania fuerit

rit etiam possessa à Clericis, dicenda est Clericalis, juxta *Rot. in dicta Melphicten. §. Minus*. Nec in linea interpretativa etiam si sit proxima fundationi; quia potest dari casus, quòd prima nominatio Sacerdotis sit tribuenda privilegio consanguinitatis, ex eo quia ad Cappellaniam fuerit primò præsentatus consanguineus, qui per accidens erat Sacerdos; & non sit necessariò referibilis ad prærogativam Sacerdotii, ut bene *Rot. in Tridentina Cappellaniæ 5. Aprilis 1715. §. Quin oppositum coram R.P.D. Cerro*.

21 Descendendo verò ad secundum Dubium censeo respondendum, suppositâ qualitate Sacerdotali præfatæ Cappellaniæ; & quòd dictus Cappellanus teneatur celebrare Missas, non posse huic concedi facultatem celebrandi cum assistentia Sacerdotis; Morbus enim paralyticus, quo laborat idem Cappellanus est frequens, & continuus, & consequenter ei deneganda venit facultas celebrandi Missam cum assistentia Sacerdotis, quæ concedi non solet, nisi quando morbus est rarò contingibilis, & non frequens, juxta *Text. in Can. Illud 7. q. 1.*, ubi dicitur non admitti Sacerdotem adjutorem, quando frequens, & continuus est morbus Celebrantis, & juxta *glos. in Can. Communiter verb. de iis dist. 33.*, & ita novissimè resolutum fuit à Sac. Congregatione Concilii *in Civitatis Castellanæ 21. Maji 1718.* ubi cùm quidam Sacerdos Canonicus Cathedralis Ecclesiæ Civitatis Castellanæ fuerit ab Ordinario suspensus à celebratione Missæ propter morbum paralyticum quo laborabat, supplicavit pro facultate celebrandi Missam cum assistentia Sacerdotis; & proposito dubio -- *An Oratoris precibus sit annuendum*--Responsum fuit-- *Negativè*.

R. P. D. CERRO.

Cremonen, Beneficii.

Lunæ 4. Februarii 1715.

EAdem justificatio litterarum Apostolicarum obtentarum per Abbatem Valentinum Ceriolum utì præsentatum à moderno Præposito Parochialis Ecclesiæ S. Lucæ Cremonæ cum derogatione alterius medietatis vocis Patronorum, quæ *sub die 9. Martii anni præteriti coram R.P.D. meo Lancetta obtinuit*, ut pro illarum exequutione rescriberetur; Promeruit *hodie*, ut delegata mihi à Signatura Justitiæ nova Causæ cognitione cum clausula -- *Alteri, qui ad legitimam* -- Domini censuerint *procedendum esse ad legitimam earumdem litterarum exequutionem*, quæ ex speciali judicii privilegio retardari non debet nisi exceptionibus undique convincentibus, ac inficientibus ipsarum substantiam ex relatis *in Compostellana Parochialis 8. Junii 1696. §. Justificatio coram Reverendissimo Molines Decano*.

Cujus profecto ponderis non sunt illæ, quæ denuò afferebantur ab informantibus pro Jacobo Marengo eo tendentes, ut reportatas litteras Cerioli labefactatas ostenderent duplici vitio obreptionis, & subreptionis, altero scilicet ob reticentiam veri, ex quo impetrans non expresserit Summo Pontifici controversum Beneficium esse Sacerdotale, nec Jacobum compræsentatum esse etiam Compatronum; Et altero ob expressionem falsi, quia exposuit, se fuisse nominatum à medietate Patronorum, quando Præpositus dictæ Ecclesiæ Parochialis, vel non est Patronus, vel de per se constituere non potest Vocum medietatem; Nam sermonem ordiendo à qualitate Sacerdotali, distat longo intervallo, quod ea impressa dici possit in hoc Beneficio, quod tam nitidè Jacobus probare cogebatur, non solum quia sub ista obreptione impugnat litteras obtentas pro Præsentato, sed, & fortius quia in oppositum urget juris regula Cappellaniam simpliciter Clerica-
22 lem præsumens, nisi Fundator contrarium expresserit verbis non aptis recipere alium diversum sensum, quam Sacerdotii actualis juxta plenè relata *Sanchez. consil. moral. lib. 7. cap. 1. dub. 48. num. 14.* cum aliis *per Rota in Melphycten. Beneficii 21. Junii 1712. §. Juris namque & 5. Decembris ejusdem anni §. Et sanè coram R.P.D meo Lancetta*.

23 Et instrumento enim fundationis nil aliud colligitur. quam nominatio Sacerdotis, & Prsebyteri sub certo Missarum onere, quæ sanè ubi non adsint, vel verba præceptiva celebrandi per se ipsum, vel prohibitiva celebrandi per alium continere non valent Beneficium Sacerdota-

le, quia adjecta censetur ad demonstrandum instrumentum, non autem qualificativè ad personam Sacerdotis pro celebratione Missarum, in qua plusquam opus operantis consideratur, opus operatum, ut ex originali doctrina, quæ tribuitur, *Lap. alleg.* 35. fuit semper constans opinio nostri Tribunalis, prout de verbo *Presbyteri* videre est *coram Mantica decis.* 129. *num.* 2. *& coram Merlin. in celebri dec.* 825. *num.* 12., *& in Melevitana Beneficiorum* 16. *Junii* 1710. §. *Neque præmissis coram R. P. D. meo Falconerio*, & de altero *Sacerdotis* legitur firmatum *coram Buratt. decis.* 82. *num.* 2. *& seq. & coram Priolo decis.* 41. *num.* 11., *& coram Emerix jun. decis.* 322. *num.* 2., *& in Ortonen. Beneficii* 20. *Martii* 1708. §. *Parum coram R.P.D. meo Scotto*, *&* 10. *Junii* 1710. §. *final. coram Eminentiss. D. Card. de Polignac*, *& in Melphicten. Beneficii* 26. *Junii* 1711. *coram Eminentiss. D. Card. Priolo*, *&* 21. *Junii*, *&* 5. *Decembris* 1712. *coram R.P.D. meo Lancetta*; Eamdemque sententiam amplexa fuit Sacra Congregatio Concilii, ut refert *Pignattel. consult.* 2. *num.* 6. *& seqq.* quinimo etiamsi Fundator per plures vices verba *Sacerdotis* geminaverit, ut de verbis-- *si debba eleggere un Prete Sacerdote* eadem Sacra Congregatio *in Nepesina Cappellaniæ* 16. *Novembris* 1708. *in responsione ad primum*, & de casu ubi per septem vices dictum fuerat *ab uno Sacerdote de familia, quatenus adsit, sin minus ab aliis Sacerdotibus, qui quidem Sacerdotes sint Cappellani* -- censuit Cappellaniam non esse Sacerdotalem, *in Tyburtina Cappellaniæ* 9. *Decembris* 1690. penès *Monacell. in formular. par.* 2. *tit.* 15. *formul. prima num.* 17.

Quin contraria Fundatoris voluntas suaderi valeat ex facultate specialiter impartita Cappellanis celebrari faciendi Anniversarium, missasque privatas, quoties legitimo impedimento essent detenti: Ultra quod enim dictum arbitrium, celebrari faciendi non fuit semper restrictum ad solum casum impedimenti, dum subsequentibus verbis datum legitur indefinitè ibi -- *celebrare*, *seu celebrare facere*, à qua posteriori parte bene declaratur etiam prima, ubi Fundator facultatem concesserat celebrandi per alium in casum impedimenti juxta regulam, *Text. in l. si seruus* §. *finali*, *& in l. quod filio in princip. ff. de legal.* 1. *Rota coram Emerix jun. dec.* 1229. *n.* 12.; Urget nihilominus responsio data in *præcedenti decisione R.P.D. mei Lancettæ*, quòd scilicet ubi alia non adsint argumenta conjectura ipsa inefficax reputatur, ut Cappellania dicatur Sacerdotalis ex punctuali resolutione S. Congregationis Concilii 29. *Maji* 1699. relata *per Pignat. d. consult.* 2. *n.* 10. *tom.* 7.

24. Nec magis confert Fundatoris præceptum Cappellanis injunctum de residendo in Ecclesia, quia ut bene advertit *decisio antedicta* §. *Minus* ab onere residendi non bene infertur ad onus celebrandi per se ipsum, & residentia volita intelligitur non præcisè, sed causativè, ut præter auctoritates ibi allegatas tenent *Nicol. lucubrat. Canon. lib.* 3. *tit.* 41. *nu.* 18. *vers. sed dubium est, de Marin. resolut. lib.* 2. *c.* 39. *num.* 2. *cum tribus seqq.* Absque eo quòd residentia præcisa erui rite valeret à privatione Cappellaniæ illico comminata; Quoniam ab hujusmodi objecto facilè posset expediri, animadvertendo residentiam in Ecclesia demandatam fuisse dumtaxat in testamento Anghinorii Fundatoris, neutiquam verò in ipsa Cappellaniarum fundatione, cujus unicè lex attendenda est, ut patet ex omnibus etiam statibus antecedentibus, in quibus residentia nec necessaria reputata fuit, nec umquam servata; Et nihilo tamen minus prædictum residendi onus examinando juxta disposita in testamento Fundatoris, nec in illo justa aliqua ratione probari potest, pœnam privationis appositam fuisse oneri residendi; Testator etenim postquam Cappellanis eligendis mandaverat implementum certi Missarum numeri, necnon residentiam in Ecclesia S. Lucæ, jussit deinde per separatam periodum --*si Cappellanus cessaret adimplere ea omnia*, *& singula prædicta privatus esse intelligatur*--quare fit evidens privationem injunctam non fuisse in pœnam non factæ residentiæ, sed ad plectendum Cappellanum deficientem in implemento Missarum, ac Anniversarii, ad quod uti præcedens; ac respiciens Fundatoris favorem referri debet verbum *prædicta* -- per regulam de qua *Barbos. dict.* 395. *num.* 1. *& seq. & Rot. dec.* 153. *nu.* 30. *& dec.* 374. *n.* 24.

num. 24. *par.* 17. *rec.*, & firmat *laudata decisio* §. *Pœna*.

25 At si ista qualitas Sacerdotalis nec ex assistentia juris, nec ex lege fundationis Cappellaniæ sive tacita, sive expressa convinci ullo pacto valebat, penitùs, penitusque excludebatur ex conformi observantia fidissima interprete essentiæ, & naturæ cujuscumque Beneficii, ut testatur *Rota in Melphicten. Beneficii* 26. *Junii* §. *At si adhuc coram Eminentiss. Priolo*, & 21. *Junii* §. *Atque hæc*, & 12. *Decembris* 1712. §. *Cùm itaque coram R.P.D. meo Lancetta*, cum quibus transit *decisio*, quæ revidetur §. *Omnemque*; Siquidem constat ex statu anni 1594. ad hanc Cappellaniam utì vacantem per obitum Julii della Fossa simplicem Clericum præsentatum fuisse Georgium de Caballis; Anno 1621. per resignationem eam obtinuisse Honuphrium Camporeum simplicem Clericum sub expressione-- *de perpetuo simplici Beneficio Ecclesiastico per Clericos sæculares obtineri solito*. Anno 1683. provisum fuisse per vacationem in Curia Franciscum Mariam à Porta; Ac de anno 1698. collatum fuisse à Sede Apostolica Carolo à Porta, quorum uterque erat simplex Clericus; sicuti alteram Cappellaniam erectam ex mandato ejusdem Fundatoris, & sub eadem verborum formula obtentam fuisse anno 1552. à Sede Apostolicc per Joannem Clementem Schizzium simplicem Clericum, anno 1612. ob istius resignationem per Joannem Galeatium Schizzium, ac demum in ultimo statu anni 1695. illam impetrasse Jo: Baptistam Vicecomitem etiam Clericum simplicem, quam adhuc possidet.

26 Et ubi etiam urgentior addi velit observantia, ista nec deficit, optimèque resultat ex statibus pro utraque Cappellania firmatis pro simplici Clerico etiam in contradictorio judicio; Quandoquidem anno 1564. cùm præsentatus fuerit ad Cappellaniam, de qua nunc est controversia, Paulus della Fossa, ac insuper gratiosam subrogationem reportaverit sub ea assertiva, quòd fervore devotionis accensus Clericali militiæ adscribi desideraret, licèt simplex Clericus, Cappellaniam obtinuit in contradictione Alphonsi Paleotti Coopositoris; Ac respectu alterius Cappellaniæ proviso per resignationem de anno 1650. Jo: Baptista Schizzio, non attenta contradictione Vicinorum facta coram Ordinario super illius incapacitate, ducta ab eo, quod esset simplex Clericus, pronunciatum fuit pro validitate resignationis; Et de anno 1660. in eisdem fermè terminis, in quibus hodie versamur in concursu Pauli Rotæ Sacerdotis nominati per Vicinos, Joannes Baptista Ceriolus simplex Clericus à Præposito Ecclesiæ præsentatus promeruit sibi Cappellaniam adjudicari; Quæ quidem sic judicialis observantia omnem præcludit aditum diversimode naturam Beneficii interpretandi, non solùm ob id, quod in specie firmatum fuit in hac met Cappellania, verùm etiam ex eo, quod judicatum reperitur iteratò in altera omnino consimili, cùm ambæ procedant ab uno, eodemque Fundatore, & juspatronatus eadem structura verborum fuerit reservatum, ut dixit *Rota in Recanaten. Beneficii* 20. *Martii* 1702. §. *Quin relevet coram clar. me. Card. Caprara*, & *in Melevitana juris patronatus* 13. *Januar.* 1708. §. *Neque obstat coram bo.me. Omaña.*

27 In cujus quidem observantiæ sic stabilitæ concursu parum attendi promeruit contraria observantia pro qualitate Sacerdotali; Vel enim ista educi contendebatur, ex quo aliquando ad hanc Cappellaniam nominati fuerint Sacerdotes, & hoc nihil influit ad intentum, quia Sacerdotium rectè compatitur cum Clericatu, quod efficit, ut Presbyteri, rectè adspirare queant ad Beneficium simplicitèr Clericale per ea quæ notat *Ciarlin. contr.* 201. *num.* 19., & approbavit, *Rot. coram Mantic. decis.* 129. *num.* 3. *vers. nec ad rem*, & *coram Priolo decis.* 34. *num.* 14. & *coram Merlin. d. decis.* 825. *num.* 23., & *in d. Melphicten. Beneficii* 26. *Junii* 1711. §. *Minus coram Eminentissimo Priolo*, & 11. *Junii* 1712. §. *Nec robur coram R.P.D. meo Lancetta*; Vel resultare prætendebatur ex dispensatione Apostolica obtenta ab aliquibus ex præsentatis, & cùm hoc non evenerit ex eo, quòd nominati fuerint sub conditione præfatam dispensationem reportandi, ista impetrata dicitur ex proprio arbitrio, & ad majorem cautelam, ut respondit *Rota in Andrien. Canonicatus* 7. *Maji* 1706. §. *Quod si coram Reverendissimo Kaunitz Episcopo Labacen.* cum aliis

aliis *in præterita decisione* §. *Quin urgeat*; Vel demùm arguebatur ab enunciativa emissa anno 1617. occasione provisionis sequutæ in personam clar. mem. Card. Camporei; *quod scilicet Beneficium erat Sacerdotale, non tamen personalem residentiam requirebat* -- Et neque ex ea concluditur allegata qualitas Sacerdotalis, quia non emanaverit in præsentatione facta à Patronis, sed in provisione Apostolica sub incerta expressione facta ab eodem Cardinali per clausulam -- *sicut accepimus* -- quæ idcirco provisio ob deficientem informationem tam in Pontifice, quàm in Cardinali de jure est, ut immutare non dicatur verum statum Beneficii, ut docuit *Rot. cor. Dunozett. Senior. decis.* 265. *num.* 4. *& coram Priolo decis.* 252. *num.* 11. *& in rec. decis.* 266. *nu.* 16. *par.* 15. Quando de cætero, ut ex observantia elici rite possit, qualitas Sacerdotalis probandum necessariò esset, quod inter duos Præsentatos unum Clericum, & alterum Sacerdotem, iste institutus fuerit rejecto Clerico, ut requirit *Rot. in Farsen. Canonicatus* 11. *Decembris* 1711. §. *Quidquam coram R. P. D. meo Crispo*, & in sæpius laudata *Melphicten. Beneficii* 21. *Jun.* 1712. *eodem* §. *Nec robur coram R. P. D. meo Lancetta*.

Sublata prima parte obreptionis inni-
28 xæ reticentiæ qualitatis Sacerdotalis, faciliùs evertitur altera desumpta ab eo, quòd Pontifici subticitum fuerit Jacobum Marengum ultra medietatem vocis Patronorum, esse etiam Compatronum, utì natum, & incolam Parochiæ Sancti Lucæ, quibus jus præsentandi fuerat relictum, atque ob id præferendum in assequutione hujus Cappellaniæ; Etenim animadvertebatur Jusparonatus activum reservatum non fuisse illis de Parochia, seu Vicinis *utì singulis*, sed tamquam *unum corpus* constituentibus, in quibus termini Jusparonatus non spectat ad quamlibet personam singulariter sumptam, nec quisque licitè potest sibi utì Patrono prælationem adsciscere, sed residere dicitur penès ipsam Vniversitatem in genere ad hoc ut Patroni censeantur singuli, non utì singuli, sed utì universi, ut bene unum Casum ab altero distinguendo censuere *Lap. allegat.* 78. *num.* 4. *Lambertin. de jurepatr. lib.* 2. *part.* 2. *quæstion.* 2. *artic.* 8. *sub num.* 17. *Vivian. eodem tractat. lib.* 8. *cap.* 2. *num.* 2. *Card. de Luca pariter de jurepatron. disc.* 34. *num.* 12., & testatur *Rota decis.* 82. *num.* 4. *par.* 7. *rec.*

Atque ex his à primo vitio obreptionis ducto à taciturnitate, & prætermissione veri procedendo ad secundum subreptionis promanantis ab expositione falsi optimè subsistit expressio facta in supplicatione Cerioli pro obtinenda derogatione alterius medietatis vocum, quod ipse præsentatus à Præposito dictæ Ecclesiæ habebat pro se vocis medietatem, ut inquit *antecedens decisio* §. *Hujusmodi* non refragante duplici objecto, sub quo scribentes pro Marengo eam redarguere conabantur: Altero scilicet, quòd translata omnimoda animarum Cura hujus Ecclesiæ in Patres strictioris Observantiæ in eos translatum judicari debeat etiam Jus-patronatus in modum, ut non remanserit penes Præpositum sæcularem, & altero quod ubi adhuc apud istum continuaverit nihilominùs memoratus Præpositus sæcularis non constituat de per se medietatem vocis, ex quo versemur in Jurepatronatus relicto Rectori, & Vicinis, quibus propterea cum competat jure Collegii, & Universitatis nullum aliud jus queat Rector sibi asserere nisi utì caput principale vicinorum, ac unà cum illis.

Quandoquidem istiusmodi assumptum
in utraque sui parte collabescit, ad quem effectum satis profectò esset ultimus status hujus Cappellaniæ in persona Joannis Baptistæ Ravasii ultimi possessoris, juxta illum enim palàm fit, quod Præpositus sæcularis, præsentavit seorsim à vicinis pro una voce, & sic pro medietate Juris-
29 patronatus, & quamvis idem Ravasius coram Ordinario non exhibuerit nisi præsentationem de se factam à vicinis, ejus negligentia in producendo etiam nominationem Præpositi nil detraxit quasi possessioni jam ei quæsitæ ex impleta præsentatione juxta *Calderin. cons. ultim. vers. si ergo Rota coram Duran. decis.* 74. *num.* 58., *& coram Ubald. decis.* 79. *num.* 7. *& in recent. decis.* 136. *num.* 38. *part.* 19. Ex qua sanè præsentatione cum innegabile sit, quod idem Præpositus constitutus revera fuerit in quasi possessione præsentandi pro dicta medietate ad *Text. in cap. cum Ecclesia Sutrina de election. Garz. de Benefic.*

fic. part. 5. cap. 5. num. 55. & tradit *Rota coram Priolo decis. 113. num. 19., & in Melevitana juris patronatus 23. Januarii 1708. §. Qualificatissimus coram bon. mem. Omanna*; Emergit exindè plenissima justificatio narrativæ expositæ in Literis Apostolicis, in quibus unicè inspicitur, quod præsentationes fiant à Patronis illis, qui reperiantur in quasi possessione præsentandi, ut ad ornatum *Text. in celebri cap. consultationibus de jurepatr.*, semper respondit nostrum Tribunal, ut videre est *in recent. decis. 73. à num. 17. par. 11.* & plenius *in Ostunen. Beneficii 3. Decembris anni præteriti coram R.P.D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore, & in Papien. Rectoriæ 10. pariter Decembris ejusdem anni §. Utriusque cum seq. coram Me*; Et in specie ad effectum præservandi gratiam ab obreptione *Rot. cor. Cavaler. dec. 540. num. 8. & in recent. dec. 162. n. 31. par. 12. & in Cracovien. Archidiaconatus 12. Februarii 1700. §. Pariformiter coram Rmo dell'Olmo*.

Verùm occurrendo etiam distinctim uni, ac alteri objecti membro, quatenus translatio Curæ in Patres Reformatos minoris observantię fundari velit in concessione eis facta de Ecclesia, domo, ejusque juribus, ruit illico assumptum, quia appellatione dictorum jurium comprehendi non potest jus hoc Parochiale, & translatio interpretari congruè valet, quàm de juribus temporalibus annexis ædificiis materialibus Ecclesiæ, & domus, ut aliàs restrinxit *Rota in Firmana jurisdictionis super reservatis 15. Aprilis 1701. §. Non officiente coram Reverendiss. D. Decano*: Quatenus verò inferri prætendatur à translatione exercitii curæ Animarum penès prædictos Religiosos, argumentum minoris habet relevantiæ non solùm ob ipsam naturam, & essentiam curæ habitualis, ac tituli Præposituræ, quitamquam prorsus distinctus, & separatus à mero exercitio curæ actualis non potest ipsius nomine usurpari, & ob id optimè continuare quibat penès antiquum Præpositum sæcularem, ut in his terminis observavit *Rota in Recineten. Beneficii 10. Martii 1702. §. Hinc inanis coram clar. mem. Card. Caprara*, sed manifestius, quia in ipsa translatione hujus exercitii curæ explicitè cautum fuit de nullo inferendo præjudicio Præposito sæculari, ejusque successoribus in dicta Præpositura quoad titulum præfatæ Ecclesiæ, & quoad fructus, redditus, & proventus, ex qua quidem literali præservatione, nefas esset dubitare, quod sicuti jus præsentandi est in fructu principali Præposituræ, ita antiquo Præposito censeatur reservatum, ut prosequitur *decisio R. P. D. mei Lancettæ §. Ultra quod cum seq.* ubi ulterius adnotatur alterum obstaculum, quod in acquisitione juris hujusmodi præbet eisdem Religiosis eorum altissima paupertas.

Nec major impendendus est labor in submovenda postrema parte reposita in
30 simultanea vocatione Rectoris, & Parochianorum; Huic enim intellectui apertè adversatur litera ipsius fundationis jus præsentandi reservans *Rectori, & Vicinis, seu Parochianis ejusdem Ecclesiæ* -- per quam ideo duæ voces æquales constitutæ dicuntur, quarum altera Rectori, altera verò competat Parochianis, ut ex *punctuali decisione Rotæ coram Crescent. 4. de jurepatr.* luculenter statuitur *in decisione præfata §. Hujusmodi*; Absque eo quod antedicta æqualis divisio in duas voces impediatur à verbis subsequentibus--*vel majori parte eorum*-- Ea enim non qualificant illam vocis partem, quæ in principio relicta fuerat Rectori, sed ultimam reservatam Vicinis, seu Parochianis, cui immediatè cohærent, nè scilicet isti utì singuli præsentationem explerent, prout validè potuissent lege fundationis seclusa, sed collegialiter, & per modum Universitatis nominare compellerentur, ut pluribus adductis probat *dicta decisio §. Absque eo quod cum duob. seqq.* in quibus confutatur *Bursat. cons. 324.* qui denuo in oppositum circumferebatur.

31 Idque mirificè comprobatum fuit ab uniformi observantia, juxta quam anno 1613. Vicini unà cum Religioso Curato præsentantibus Franciscum Scalvum, ac è contra Præposito sæculari seorsim nominante Franciscum Brivium, non aliàs primus ex competitoribus assequi valuit Cappellaniam, quam post obtentam gratiam Apostolicam, sub explicita derogatione medietatis vocum; Ac anno 1660. non curata præsentatione à Vicinis expleta de Paulo Rota Cappellaniæ possessionem ab Exequutore reportavit Jo: Baptista

ptista Ceriolus suffultus sola nominatione Præpositi sæcularis, sub qua gratiam Apostolicam impetraverat pro Præsentato cum derogatione alterius medietatis vocum; prout idem servatum fuit in præcedenti ultimo statu, ut supra fuit animadversum; Quod autem tam certum est in jure, quam quod pro veritate debeat haberi id quod non observatum solùm pluries fuit, sed in contradictorio certamine judicatum etiam reperitur? per ea, quæ tradit *Rota in Mediolanen. Prioratus super qualitate agnatitia* 18. *Junii* 1703. §. *Omnem coram R. P. D. meo Scotto, & in Casertana Beneficii* 13. *Decembris* 1709. §. *Neque coram Reverendissimo Kaunitz*.

Spreta prorsus contraria observantia, quæ minùs juridicè colligebatur exadverso à pluribus actibus rursus repetitis; siquidem status anni 1481. tametsi præseferat Præpositum præsentasse unà cum vicinis, adhuc indicat etiam quod ipse contradistinctè ab istis vocatur Patronus, & simili modo nominaverit Paulum *della Fossa*; Alter anni 1564. non probat interventum Præpositi Sæcularis, sed solius Guardiani Religiosi, quem intervenire consueviſse uti caput, & pro sola directione, de qua sermo habetur in *decisione R.P.D. mei Lancettæ* §. *Aut allegatur*; Alter anni 1698. remansit sinè effectu, quia tunc per vacationem in Curia fuit de Cappellania provisus Joannes Carolus della Porta; & tandem ultimus anni 1703. apprimè retorquetur, quia in eo Præpositus Sæcularis præsentationem peregit pro integra sua medietate seorsim à vicinis, qui unà cum Superiori Religioso collegialiter præsentaverant: Quapropter nemo non agnoscit, quam parum fidendum sit memoratis actibus pro efformanda quasi possessione præsentandi pro qua documenta adeò nitida requiruntur, ut nil penitùs eis objici possit juxta elementarem propositionem, de qua *Rota in dicta Melevitana juris patronatus* 13. *Januarii* 1708. §. *Finali coram bon. mem. Omanna*, cum aliis *in dicta Papien. Rectoriæ* 10. *Decembris anni proximi præteriti* §. *Et in universum coram Me*.

Et ita utraque &c.

ARGUMENTUM.

Requisita à Fundatore in limine fundationis Canonicatus qualitate actualis Sacerdotii respectu exterorum in actu præsentationis; An dicta qualitas censeatur etiam volita respectu consanguineorum, vel potius sufficiat, quòd isti ad effectum obtinendi Canonicatum, promoveri possit infra annum, quando nullus eorum est actu Sacerdos, & an cum Consanguineis sit quoad hoc dispensandum?

SUMMARIUM.

1 *Beneficium respectu extraneorum potest esse actu Sacerdotale, respectu verò eorum de sanguine non actu Sacerdotale*.

2 *Papa in provisionibus Apostolicis solet servare leges appositas in fundatione*, sed limita, ut ibi.

3 *Papa facilius dispensat cum eis, qui sunt proximi ætati requisitæ*. Amplia, ut ibi.

CASVS XV.

SEquens facti series exposita fuit in Sac. Congregatione Concilii. Maria Farrochi de loco Capranicæ sub ultimo ejus Testamento, quod condidit de anno 1647. relicto hærede usufructuario Joanne Stalpello ejus viro, post hujus obitum demandavit, ut ex omnibus suis bonis erigeretur unus Canonicatus in Ecclesia Collegiata Sancti Joannis primodicti loci, ac voluit jusnominandi Canonicum pro tempore spectare ad Capitulum, & Canonicos ejusdem Collegiatæ, ea adjecta lege -- *li quali non possino nominar Canonico, il quale non sia Sacerdote nell' atto, che sarà nominato &c. e caso, che detto Giovanni suo marito in vita sua si contentasse eriggere il detto Canonicato, e l'usufrutto di dd. suoi beni volesse applicarlo al detto Canonico, e rinunciarlo, dice, e dichiara, che sia in suo arbitrio l'ele zione del Canonico per questa prima volta, e possa anche eleggerlo, anchorche*

che non sia Sacerdote. E venendo poi la vacanza di detto Canonicato per morte di detto Canonico così eletto, spetti la nominazione al Capitolo di San Giovanni nel modo, come si è detto di sopra. Dichiara di più, che venendo il caso dell'elezione di detti Canonici, il Capitolo sia tenuto nominare al detto Canonicato Sacerdoti, quando ci siano di casa Scalpelli descendenti però della linea solamente masculina, esclusa la femina di Francesco, e Paolo figli del qu. Cesare Scalpelli, e quando vi fossero Sacerdoti dell' una, e l'altra linea ugualmente meritevoli, rimette in tutto, e per tutto all' arbitrio del medemo Capitolo l'elezzione di chi più gli parerà, e non essendovi di dette linee, similmente vuole, che sia in arbitrio del medemo Capitolo di eleggere chi Sacerdote più gli parerà, e piacerà -- Injuncto tandem onere eidem Canonico celebrandi, seu celebrari faciendi, ac obeundi omnes functiones, quæ peraguntur à reliquis Canonicis dictæ Collegiatæ, atque ulteriùs celebrandi quinque Missas pro anima ipsius Testatricis infra octavam omnium Defunctorum, & in casu legitimi impedimenti in hebdomada subsequenti, vel ad summum per totum mensem Novembris.

Vacavit nuper dictus Canonicatus de Mense Maji prope defluxo per obitum extra Curiam Stephani Porti, ad eumque Capitulum nominavit Petrum Scalpellum Sacerdotem de Familia contemplata, & Canonicum supradictæ Collegiatæ, sed is ætate pressus, & quia non vult Canonicatum, quem possidet dimittere, nominationem prædictam recusavit. Propterea Joseph Scalpellus Clericus vigesimum quartum annum agens, supplicationem porrexit Datariæ pro gratia obtinendi Canonicatus prædicti vacati in Mense Sedi Apostolicæ reservato, ac sibi debiti tanquam Descendenti de Familia de Scalpellis contemplata à Testatrice. Remissa autem d. supplicatione ab Eminentiss. Prodatario ad Sac. Congregationem Concilii, fuit ibi disputatum dubium -- *An sit locus petitæ dispensationi* --

1 Cui affirmativè respondendum sentiebam studens in *una Sutrina Canonicatus apud R. P. D. meum Petra*; Dummodo infra annum promoveri se faciat ad Sacerdotium. Quoniam in primis qualitatem Sacerdotalem in casu præsenti non videtur requiri in actu nominationis, quoad descendentes de Familia de Scalpellis, prout demandatur respectu aliorum exterorum ex eo, quòd Testatrix in designata nominatione dd. descendentium omisit repetere illa verba *nell'atto*, quæ adjecerat in nominatione aliorum, ac ideo videtur sufficere Personæ nominandæ aptitudinem; ut infra annum promoveri possit ad Sacerdotium. Nec est quid, novum, quòd Beneficium respectu extraneorum sit actu Sacerdotale, respectu vero eorum de Sanguine non sit actu Sacerdotale. *Rot. in Gerunden. Jurispatronatus* 4. *Febr.* 1715. §. *Hinc cessat*, & 1. *Julii ejusdem anni* §. *Non obstat coram R.P.D. Lancetta*.

Sed etiam omisso, quòd respectu etiam dictorum descendentium Canonicatus ipse sit actu Sacerdotalis, ad huc ille venit adjudicandus Oratori, & cum hoc est dis-
2 pensandum, quia licèt Papa in Apostolicis Provisionibus soleat servare leges appositas in fundatione, & concedere Beneficia illi Personarum generi, & cùm iisdem qualitatibus à Fundatoribus injunctis. *Rot. in Leodien; seu Aquisgranen* 22. *Junii.* 1703. *coram Rev. D. Molines*, & responsum fuit à *Sac. Congregatione Concilii in Pampilonen. Beneficii de Tafalla* 16. *Martii* 1709. Attamen aliquando solet dispensare, justa aliqua concurrente causa, qualis esset, si nullus alius qualificatus aspiret ad Beneficium, & providendus sit conjunctus Patrono, prout in his terminis docet *Corrad. tradens*. Indultum similis dispensationis, *in præx. benefi. lib.* 4. *cap.* 6. *num.* 12., *& lib.* 2. *cap.* 10. *nu.* 59. *& seqq.* Quæ causæ videntur ad amussim suffragari Oratori, qui licèt non sit de propria familia Fundatricis, tamen est de Familia illius viri à Fundatrice specialiter prædilecta, & contemplata, ac ulterius decorata prærogativa prælationis ad præsentationem passivam; Quis enim dixerit, quòd si Fundatrix prævidisset hunc casum, nollet dispensari cum oratore, qui intrà paucos Menses cum Indulto uti arctatus assequi potest Sacerdotium? cum alioquin verum sit, quod tradunt
3 DD. quod Papa faciliùs dispensat cum similibus providendis proximis ætati requisitæ. *Corrad. in praxi dispensat. lib.* 4. *c.* 1. *num.* 22. Fortiùs verò dum nullus

adest contradictor qualificatus, qui concurrat quemadmodum, Sac. Cong. Concilii in casu fortiori dispensandum censuit cum proviso de Beneficio Sacerdotali in ætate annorum 20. cum clausula, ut adveniente tempore se promoveri faceret ad Sacerdotium, & interim onera adimplerentur, ut in *Parmen. dispensationis* 12. *Aprilis* 1710., ac notabilis est decisio 216. *par.* 2. *recen.*, ubi Papa dispensavit cùm Clerico ad obtinendum Beneficium Presbyterale actu etiam existente contradictore, qui cæteroquin nec quidem habebat eam qualitatem. Cæterum Capitulum, clarum est, non esse legitimum Contradictorem in provisionibus Beneficiorum, dum collatio hujus Canonicatus spectat ad Sedem Apostolicam attenta illius vacatione in Mense Maji reservata, eo quòd agatur de Jurepatronatus Ecclesiastico, utpote spectante ad Capitulum Collegiatæ, unde subjicitur regulæ Mensium 8. *Cancell. Garz. de Benefic. par.* 5. *cap.* 1. *num.* 554. *Gonzal. ad regul.* 8. *Cancell. Gloss.* 18. *num.* 5., & illud interesse habendi Sacerdotem est valde remotum in casu brevi submovendum cùm assumptione Sacerdotii Oratoris. Idcirco tradunt DD. Practici, quòd quando conceditur hujusmodi dispensatio, apponi solet in litteris de Stylo Datariæ clausula, ut interim Canonicatui deserviatur per substitutum ab Ordinario approban. *Amayden. de Styl. Datar. lib.* 1. *cap.* 16. §. 1. *num.* 37., *& seq.*, *Corrad. in prax. dispens. lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 30., *& seq. Rota de execut. litterar. Apostolic. par.* 1. *cap.* 6. *num.* 390.

Tandem non obstat, quòd orator non petierit dispensationem à Papa, sed gratiam dumtaxat; si quidem sufficit, quòd in supplicatione narravit qualitatem actu alis Sacerdotis in Canonicatu; Unde gratiam petendo implicite dispensationem quoque petiisse videtur; Ultra quòd hæc non dicitur propriè dispensatio, sed Indultum, ut inquit *Corrad. in supradicta formula prax. Beneficial. lib.* 4. *cap.* 6. *n.* 12. Et ita resolutum fuit ab eadem S. Congregatione in Sutrina Canonicatus 28. *Novembris* 1711.

ARGUMENTUM.

Mandante Fundatore, quod ad Canonicatum erectum in Ecclesia Collegiata, aut Cathedrali præsentandus sit aliquis in Sacris constitutus, sive Presbyter, qui debeat celebrare, aut celebrari facere Missas, an hujusmodi Canonicatus sit Sacerdotalis; Et quid si qualitas Sacerdotalis fuisset Canonicatui adjecta post ejus erectionem?

SUMMARIUM.

1 *Canonicatus Ecclesiarum, sive Collegiatarum, sive Cathedralium de jure communi non exigunt Ordinem Sacrum, nec Sacerdotalem; quid autem post Concilium Tridentinum?* Uide num. 2.

3 *Canonicatum erectum in Ecclesia Collegiata non esse Sacerdotalem ex quibus arguatur;* Uide ibi, & num. 4.

5 *Canonicatui semel erecto qualitas Sacerdotalis ampliùs apponi non potest.*

6 *Canonicatus erectus in Ecclesia Cathedrali pro uno Presbytero, an sit Sacerdotalis?*

CASUS XVI.

QUidam fundavit in Ecclesia Collegiata Canonicatum A. cum reservatione Jurispatronatus tam activi, quàm passivi favore suorum consanguineorum quos summopere diligebat ea adjecta conditione, quòd consanguineus præsentandus debeat esse in Sacris constitutus, seu Presbyter qui celebrare, aut celebrari facere debeat Missas pro ejus Anima; & casu, quo non adsit Consanguineus ita qualificatus, dedit Patronis liberam facultatem præsentandi etiam extraneum; dummodo iste sit in Sacris constitutus, seu Presbyter; Quæritur an hujusmodi Canonicatus sit Sacerdotalis?

Videtur respondendum affirmativè, tum quia fuit erectus in Collegiata ubi Canonicatus solent esse Presbyterales; tum quia Fundator expresè voluit præsentandum esse Presbyterum eique injunxit

xit onus celebrandi Miſſas, adeôque præſumi videtur requiſiviſſe in præſentando actuale Sacerdotium cum celebratio Miſſarum expleri non poſſit niſi per habentem ordinem Sacerdotalem; ex auctoritatibus ſuperiùs relatis *Caſ. XIV. §. Fortius*.

1 His tamen non obſtantibus contrarium verius de jure cenſeo; Canonicatus namque quarumcumque Eccleſiarum ſive Collegiatarum, ſive Cathedralium de jure communi non exigunt ordinem Sacerdotalem, imò nec ordinem Sacrum juxta *Abb. in cap.2.n.5. de inſtit. Pariſ. conſ.125. lib. 4. Ceccoper. lucubrat. canonic. lib. 3. num.114. Gratian. diſcept. 591. n. 3. Gonzal. ad regul.8. gloſſ.5.num.94. Barboſ.vot. deciſ. 113. num. 2. & ſeqq. lib. 3. Rot. deciſ.421. num.4. par. 1. rec.* quæ juris com-
2 munis diſpoſitio licèt fuerit correcta à Concilio Tridentino *ſeſſ. 24. cap. 12. de reform.* reſpectu Canonicatuum Eccleſiarum Cathedralium, exigendo in eis ordinem Sacerdotalem, vel Sacrum ſaltèm infra annum, intacta tamen remanſit reſpectu Canonicatuum Collegiatarum etiam inſignium; Unde ſequitur quod ad hos aſſequendos non requiratur ordo Sacerdotalis, ſed ſufficiat prima Tonſura, ac ætas quatuordecim annorum inchoata juxta declarationem ſa.me.Gregorii XIII. & reſolutiones S.Congregationis Concilii apud *Fagnan. in cap. cum in cunctis num. 85. de elect. Garz. de benef. par. 7. cap.4. num.34. Gratian.diſcept.482. n.1.9. & 12. & diſcept. 591. num. 3. & ſeqq. Barboſ. dicto vot. dec.113. num.2. & ſeqq. & de poteſt. Epiſcopi alleg. 60. num. 71. & de Canonic. cap.13. num.14. Sperell.dec.76. num. 18. Rot. deciſ. 34. num.34. coram Arguelles,& deciſ.766. num.4. & ſeq.par.18. tom.2. rec.*

Poſita hac juris diſpoſitione, quòd Fundator voluerit ſe cum ea conformare in erigendo hujuſmodi Canonicatum in dicta Eccleſia Collegiata, ſeu quòd voluerit illum non eſſe Sacerdotalem duæ præſertim circumſtantiæ, ſeu animadverſiones ſuadent.

3 Et prima quidem occurrit ea animadverſio; quòd Fundator voluerit præſentandum ad Canonicatum eſſe debere in Sacris conſtitutum, ſeu Presbyterum, ex quo reſultat mentem Fundatoris non fuiſſe neceſſariò exigere in perſona præſentanda qualitatem Sacerdotalem. Sed fuiſſe indifferentem,& poſuiſſe in arbitrio Patronorum præſentare perſonam qualificatam, vel ordine Sacro, vel ordine Sacerdotali, juxta naturam dictionis, *ſeu* quæ dicitur ſtare alternativè ad *Text. in cap. in alternativis 70. de regul. jur. in 6. Andreol. controv.331. num.15. Barboſ.vot. deciſ. 113. num. 10. lib. 3. Rot. deciſ. 247. num.19. par.5. & deciſ.283. nu. 2. par.15. & deciſ.161. num.14. & deciſ.387. num. 3. par. 18. rec. & dec.58. num.9. coram Bich. & deciſ.206. num.21. coram Priolo*.

4 Secunda verò eſt illa circumſtantia, quòd idem Fundator non obligavit Canonicum celebrare per ſe ipſum; Sed dedit ei liberam facultatem celebrandi etiam per alium ibi -- *qui celebrare, aut celebrari facere debeat Miſſas pro ejus Anima* -- ex quo clarè datur intelligi, non eſſe in eo neceſſariam qualitatem Sacerdotalem, nec Canonicatum eſſe Sacerdotalem. *Roſ. de execut. liter. Apoſtolic.par.1. cap.6. num.179. Rot.deciſ.367. num.14. & ſeq. coram Celſo & deciſ.719.num.2.par.2. rec. & in Melphicten. beneficii 26. Junii 1711. §. Cùm enim coram Eminentiſſimo Priolo, & 21. Junii 1712. §. Quin potius coram R. P. D. Lancetta, & in Farſen. Canonicatus 11. Decembris 1711. §. In prædictorum coram R.P.D. Criſpo*. Quod nullam admitteret difficultatem, ſi qualitas Sacerdotalis fuiſſet à Fundatore, aut ab ejus Succeſſore adjecta Canonicatui poſt completam,& perfectam ejus erectionem; tunc enim nullatenus eſſet Sacerdotalis,
5 quia Canonicatui ſemel erecto qualitas Sacerdotalis amplius apponi non poteſt. *Rot. deciſ. 393. num. 8. coram Celſo, & deciſ.78. num.10. par. 9. rec. & in dicta Farſen. Canonicatus §. Ad effectum cor. R.P.D. Criſpo*. Et ita in ſimilibus terminis reſolutum fuit à Sac. Congregatione Concilii in *Syracuſana Canonicatus 21. Auguſti 1706.* ubi cùm quidam Fundator in limine fundationis Canonicatus, ſeu Dignitatis Choriſtæ erectæ in Collegiata Eccleſia S. Georgii in Oppido Modicæ adjecerit conditionem ut *major natu de certis lineis, ſeu familiis, & in ſtatu Clericali, ſeu in Sacris conſtitutus, & capax ad aſcenſionem Canonicatus, & dignitatis Choriſtæ tantùm eligi debeat in infinitum,illeque ſem-*

per præferatur, dubitatum fuit -- *An ad obtinendam dignitatem Choristæ, seu Canonicatum, de quo agitur requiratur ordo sacer, seu qualitas Sacerdotalis, in casu &c.* Cui dubio Sac. Congregatio respondit -- *Negativè*.

Hinc non obstat, quod hujusmodi Canonicatus sit erectus in Ecclesia Collegiata, hæc enim circumstantia non arguit illum esse Sacerdotalem, dum, ut superiùs præmisi, Canonicatus Ecclesiarum Collegiatarum, nec ex dispositione juris communis, nec Concilii Tridentini, exigunt Sacerdotium. Minusque adversatur, quod supradictus Fundator exegerit præsentandum esse Presbyterum, quia in primis non exegit hoc determinatè, sed disjunctivè; vel Presbyterum, vel in Sacris constitutum. Et etiam omisso, quod determinatè expresserit illum esse Presbyterum, adhuc ex hoc argui non potest Canonicatum ex mente Fundatoris esse Sacerdotalem juxta auctoritates superiùs relatas *Cas. XIV. §. Pro cujus*.

6 Immo etiam si fundasset Canonicatum non in simplici Ecclesia Collegiata, sed quod magis est in ipsa Ecclesia Cathedrali, cum expressione *Presbyteri*, seu pro uno *Presbytero*; adhuc Canonicatus non diceretur Sacerdotalis; ut resolutum fuit ab eadem Sac. Congregatione Concilii me studente apud R. P. D. meum Petra *in Pistorien. Canonicatus* 1. *Aprilis* 1713. ubi cum quidam Christophorus de Pannuzzis fundasset Canonicatum in Ecclesia Cathedrali *pro uno Presbytero sæculari futuro ipsius Ecclesiæ Canonico, qui Missas sibi injunctas celebrare, seu celebrari faciat atque apud ipsam majorem Ecclesiam residere teneatur*; Disputatum fuit -- *An Præbenda erecta à Christophoro de Pannuzzis in Ecclesia Cathedrali sit Presbyteralis* -- cui Sacræ Congregationi placuit respondere -- *Negativè* instante Clerico Joanne Baptista Ptolemæo de dicto Canonicatu provisо Nobili Pistoriensi, nepote Eminentissimi Cardinalis Ptolemæi Viri quidem in Historia Ecclesiastica eruditissimi, & in Doctrina Dogmatica optimè versati, in qua dum studio operam dabam in Almo Urbis Collegio ubi idem Eminentissimus erat publicus Lector, fuit meus Præceptor, atque variis Polemicis Dissertationibus me exercuit.

ARGUMENTUM.

Ex eo, quod Fundator exegerit in Persona præsentanda qualitates de jure communi requisitas, exemplificando unam ex his qualitatibus, an, & quando inferatur voluisse constituere Juspatronatus passivum favore habentis dictam qualitatem exemplificatam?

SUMMARIUM.

1 *Factum Fundatoris est attendendum pro declaratione ejus mentis.*

2 *Fundator si exigat in persona præsentanda qualitatem servitii Sacristiæ, Doctrinæ, aut bonorum morum per verba præceptiva dicitur voluisse constituere juspatronatus passivum favere habentium dictam qualitatem secus si hanc qualitatem exigat per verba hortatoria, & merè recordatoria*, & n.7.

3 *Ordinatio juxta Concilium Tridentinum debet esse ad titulum Beneficii Ecclesiastici.*

4 *Cappellania quando dicatur perpetua, & collativa.*

5 *Præsentatus à majori parte Patronorum dicitur verè, & efficaciter præsentatus.*

6 *Qualificatus ad formam fundationis assequi debet Beneficium.*

7 *Juspatronatus passivum pro certo genere personarum quando ad esse dicatur.*

8 *Fundator si injunxerit Patrono onus præsentandi* -- Giovani di buona vita, e che averanno servito la Chiesa -- *ex quibus arguatur noluisse constituere juspatronatus passivum favere inservientium Ecclesiæ*, & num.9. 10. 11. & 12.

13 *Electio minùs digni, & non de gremio Ecclesiæ redargui potest de injustitia, non verò de nullitate.*

CASUS XVII.

EXposita fuit in Sacra Congregatione Concilii sequens testamentaria dispositio Canonici Raynaldi -- *Lascio all' Illmi, e Rmi Signori miei Canonici scudi 6000. in tanti luoghi de' monti per istituirne, & erigere*

gere tre Cappellanie nella SS. Basilica di San Pietro, accioche dalli Cappellani si celebrino in suffragio dell' anima mia &c. qual numero di Messe, che comporterà l'annuo frutto di due mila scudi per ciascheduno. Quali Cappellani voglio, che si nominino, e deputino dalli medesimi Signori Canonici, mà che siino, e ciascheduno sia del numero de Chierici della nostra Sagrestia, li più virtuosi, più morigerati, e più dotti, che pro tempore vi saranno, dichiarando, che istituisco queste Cappellanie meramente per Benefizio della Sagrestia, & acciochè li Chierici di essa si studiino d'essere abili, e dotti per potere poi aspirare, e dette Cappellanie meritare: *E questa prima volta prego l'Illmi, e Rmi Signori Canonici à contentarsi, che io nomini ad una di esse Cappellanie, come nomino il Signor Don Epifanio, quale avevo già nominato in un altro testamento &c. ancorche sia Sacerdote per corrispondere all' affetto, che mi ha sempre mostrato. Ad un altro nomino il Signor Filippo Mancini, & alla terza nomino il Signor Barcari, acciocche possa promoversi al Sacerdozio, quale se in tempo della mia morte haverà ottenuto, li Signori Canonici eligeranno, e nomineranno altro sufficiente, che abbia bisogno di Patrimonio per promoversi* -- Capitulum itaque Vaticanæ Basilicæ, cui jus honorificum eligendi Cappellanos competit. dubitavit num Epiphanio Gizzio, qui post conditum Testamentum, ante verò pii disponentis obitum inter Clericos Beneficiatos cooptatus fuit, propterea que servitutem Sacristiæ penitùs reliquit, adjudicare debeat altera ex Cappellaniis, cùm Testator, ut inquit, prospexisse potiùs videatur commodum inservientium eidem Sacrario, quàm prædilexisse prænominatum Gizzium. Dubitavit etiam idem Capitulum num Cappellaniæ hujusmodi assignari possint Clericis in titulum S. Patrimonii, vel saltèm ea conditione adjuncta, quod statim ac aliunde ipsi fuerint commodè provisi, servitutemque Sacristiæ derelinquerint, fas sit Capitulo alios Clericos actu inservientes præeligere; Hinc propositis dubiis.

Primo. *An una ex Cappellaniis, de quibus agitur sit assignanda D. Epiphanio, licet non sit amplius de gremio Clericorum Sacristiæ Basilicæ Sancti Petri, immo sit Clericus Beneficiatus ejusdem Basilicæ, in casu &c.*

Secundo. *An singulæ Cappellaniæ, de quibus agitur, sint assignandæ Clericis dictæ Sacristiæ in titulum Patrimonii, quo se promoveri possint ad Sacerdotium. & quatenus affirmativè.*

Tertio. *An sint liberè assignandæ, vel potius cum clausula, quod cùm fuerint aliunde provisi, quo commodè vivere possint, & dimittant servitium dictæ Sacristiæ, debeat Capitulum alios Clericos dictæ Sacristiæ nominare, in casu &c.*

1 Ad primum, votum meum aperiendo -- *Affirmativè* -- respondendum sentiebam; Quoniam Canonicus Raynaldus in ejus testamento nominavit ad unam ex Cappellaniis à se fundatis Epiphanium Gizzium non solùm ob servitium præstitum Sacristiæ Basilicæ Sancti Petri spatio 35. annorum, sed etiam ob gratificandum ejus affectum, ut ex particula testamenti ibi -- *Per corrispondere all' affetto, che mi ha sempre mostrato* -- Et quando nominavit præfatum Epiphanium ad dictam Cappellaniam, ille non inserviebat Sacristiæ, sed Choro S. Petri, quod factum attendendum est pro declaratione, mentem Raynaldi Fundatoris non esse, exigere in Epiphanio qualitatem actualis servitii, aut gremialitatis Clericorum Sacristiæ pro obtinenda dicta Cappellania juxta *Rotam in Romana Cappellaniæ coram Pamphil, apud Corrad. in prax. benefic. lib. 2. cap. 10. n. 116. versic. & eo magis, Sanchez. consil. moral. lib. 7. cap. 3. dub. 48. num. 14.*

Nihil obstante, quod Fundator declaraverit se instituere dictas Cappellanias: *meramente per Beneficio della Sagrestia, & accioche i Chierici di essa si studiino di essere abili, e dotti per potere poi aspirare à detta Cappellania, è meritarle*--Quoniam licèt per hanc dispositionem Fundator consti-
2 tuerit jus patronatus passivum favore Clericorum inservientium Sacristiæ Basilicæ S. Petri, quia non processit per verba hortatoria, aut merè recordatoria earum qualitatum, quæ spectandæ sunt pro facienda præsentatione juxta dispositionem juris, quæ hortatur eligi meliores, & in servitio Ecclesiæ existentes, *ut in Canon. Hortamur dist. 81., & in Can. Nullus invitis dist. 61., & in cap. innotuit de elect.*; sed pro-

processit per verba præceptiva, & dispositiva, mandando Canonicis ut præsentent Clericos inservientes dictæ Sacristiæ, ibi. *Quali Cappellani voglio che si nominino, e deputino dalli medemi Signori Canonici, ma che siano, e ciascheduno sia del numero de' Chierici della nostra Sagrestia, li piu virtuosi, piu morigerati, e piu dotti &c.* Quo casu constituere voluisse dicitur juspatronatus passivum favore dictorum Clericorum, juxta *Roc. de Curt. de jurepat. verb. honorificum q.*18. *in fin. Lar. de Anniversf. & Cappell. lib.*2. *cap.*2. *n.*1., *& in terminis resolutum fuit à Sac. Rota in Camerinen. Beneficiatus* 2. *Julii* 1708. *coram bon. mem. Molines* inferiùs impress. Tamen hac lege idem Fundator ligavit Capitulum, ut in posterum præsentaret ad dictas Cappellanias eos, qui haberent dictam qualitatem gremialitatis, non verò se ipsum ligavit, ut dixit *Rota in Ilcien. Beneficii* 2. *Julii* 1706. §. *Quia in ordine coram R.P.D. Kaunitz*.

Ad secundum negativè videtur resolvendum, quia Fundator dedit facultatem Clericis prædictæ Sacristiæ obtinentibus dictas Cappellanias se promovendi ad Sacerdotium, nullatenus exprimendo suam voluntatem esse, ut ordinarentur titulo illarum, tamquam ad titulum Patrimonii: Unde sequitur, quòd ipse se voluerit conformare dispositioni Concilii Tridentini *sess.*21. *de reform. cap.*21., juxta
3 quam ordinatio debet esse ad titulum beneficii Ecclesiastici juxta *Rotam dec.*228. *n.*9. *coram Duran.*, *& dec.*450. *n.*6. *par.*1. *recent.*

Quando enim Fundator disponit, ut ad titulum Cappellaniæ quis ordinari possit, ejus voluntas est, ut fiat Cappellania Ecclesiastica; Et licèt ad hoc requiratur consensus Episcopi, iste tamen non requiritur, ut antecedat, sed sufficit, ut postea præstetur, ut expressè docet, *Amostaz. de cauf. piis lib.*3. *cap.*2. *n.*7., *& seq. Barbos. ad Concil. sess.*21. *de reform. cap.*2. *num.*12.

Ad terminum affirmativè quoad primam, & negativè quoad secundam partem crederem respondendum; Quoniam
3 cùm prædicti Clerici sint cum dictis Cappellaniis ordinandi tamquam ad titulum Beneficii, sequitur, quòd illæ sint perpetuæ; & collativæ, & consequenter liberè assignandæ.

Nullatenus obstante, quòd Fundator in ejus testamento dixerit -- *Alla terza nomino il Signor Barcari, accioche possa promoversi al Sacerdotio, quale se in tempo della mia morte averà ottenuto, li Signori Canonici elegeranno, e nomineranno altro sufficiente* -- Ex hoc enim solùm deduci potest, quòd Fundator de tempore nominationis noluerit Clericum dictæ Sacristiæ habere qualitatem Sacerdotalem, non verò quòd post nominationem, & possessionem dictæ Cappellaniæ, Clericus illam dimittat, si fuerit aliunde provisus, quo commodè vivere possit, & si dimiserit servitium Sacristiæ.

Sacra autem Congregatio respondit -- Ad primum, & ad secundum -- Affirmativè. Ad tertium -- Affirmativè, quoad primam, & negativè quoad secundam partem.

Reverendissimo R.P.D.

MOLINES DECANO

Lunæ 2. *Julii* 1708.

CLarum Pietatis monumentum pro Divini Cultus augmento, & honorificentia Oppidi Apiri suæ Patriæ instituit Joannes Jacobus Baldinus olim in Urbe non obscuri nominis Medicinæ Professor. Fundavit quippe adhuc vivens insignem Collegiatam, duodecim Canonicis compositam illorum singulis præbendam scutorum centum annuorum constabi lita, deinde moriens suum sibi scripsit hæredem ejusdem Collegiatæ Capitulum cùm onere erectionis octo Beneficiatorum, reservato favore ejusdem Capituli jurepatronatus, & præsentandi eosdem Beneficiatos, in quorum electione nonnulla commendavit observanda, & inter alia -- *Che tanto nell'elezione de' Beneficiati, quanto delle Zitelle* (quas pariter dotari mandaverat) *se non elegeranno i buoni, e meritevoli, onero conscientias eorum: Ricordando in oltre, che nell'elezione de' Beneficiati si habbia sempre riguardo à quei Giovani di buona vita, che haveranno servito per qualche tempo la Chiesa*.

Post effectuatam hujuscemodi Beneficiatorum erectionem Capitulum semper cum omni pace in illorum vacationibus devenit ad Successorum electiones, & sinè ulla

ulla quoque controversia obtinens majorem partem Suffragiorum Capitularium ab Ordinario institutionem reportavit. Non ita tamen accidit in ultima vacatione. Nam concurrentibus Julio Cæsare Madagnino, & Joanne Andrea Sparapano, coadunato Capitulo pro explenda electione, Madagninus habuit septem favorabilia Suffragia, & sex contraria. Sparapanus vero sex favorabilia, & septem contraria. Majori Suffragiorum numero suffultus Madagninus sibi blandiebatur absque ullo discrimine Institutionem ab Ordinario consequuturum. Sed vana ejus spes remansit, nam prætendente Sparapano Capitulum contra expressum Baldini Fundatoris præceptum, illum uti Sacerdotem servitio Ecclesiæ à pluribus annis addictum postposuisse Madagnino Adolescenti Studiis grammaticalibus adhuc incumbenti, Ordinarius, spreta electione Capitulari, Sparapano institutionem concessit. A cujus Judicio interposita per Madagninum appellatione, mihique delegata disceptandum hodie proposui dubium: *An, & cui sit danda Institutio in casu.* Eamque dandam esse Madagnino Domini responderunt.

Ea ratione, quia cùm coadunato infra legitima tempora Capitulo, major illius pars nominaverit Madagninum, & minor elegerit Sparapanum, explorati Juris est, Institutionem deberi Madagnino habenti nominationem completam, & non Sparapano eadem carenti. 5 In hisce enim electionibus Patronalibus obtinens majorem partem Vocalium dicitur verè, & efficaciter nominatus, & electus, habensque minorem censetur excluſus, *Cap. Quoniam de jurepatr.*, *Clement. plures eodem tit.*, *Lambert. de jurepatr. lib. 2. par. 3. quæst. 4. art. 1. num. 1. Vivian. eodem. tract. lib. 12. cap. 8. num. 1.*, *Rota coram Celsi. decis. 85. num. 1.*, *& decis. 280. num. 1. part. 7. Recent.*, *& in Abellina jurispatronatus 18. Junii 1696. §. Siquidem coram Me, & in Melevitana Jurispatron. 5. Junii 1697. §. Cùm enim, pariter coram Me.*

Nequaquam officiente, quòd Fundator præceperit Canonicis, vt in electionibus eos specialiter respicerent, & considerarent, qui aliquo tempore præstiterint servitium Ecclesiæ Collegiatæ; Proindeque cùm ejusmodi qualificatione præditus esset Sparapanus, eaque destitutus reperiretur Madagninus, non isti, sed illi debita erat institutio, quamtumuis minora eligentium reportasset Suffragia, imò etiamsi prorsus nullum obtinuisset, ex famigerata juris propositione, quòd qualificatus in 6 documento fundationis utpote præelectus à Fundatore assequi debeat Beneficium, etiam sinè Patroni nominatione petita, & denegata, seu aliis non qualificatis concessa, ex collectis per *Card. de Luc. de jurepatronatus disc. 18. num. 3.*, *& disc. 50. eodem num.*, *Roc. disput. jur. Select. disput. 190. num. 21.*, *& 23.*, *Rota coram Bich. decis. 189. num. 10. & decis. 264. num. 8.*, *& in Recent. dec. 251. num. fin. par. 10.*, *& decis. 372. num. 10. par. 17.*

Quandoquidem pensatis verbis fundationis qualificantibus Clericos inservientes Ecclesiæ supra recitatis, iisque interpretatis juxta probabiliorem sensum Fundatoris, convenire Suffragia Dominorum, mentem illius nequaquam fuisse ordinandi juspatronatus passivum ad illorum favorem, sed eosdem specialiter commendandi Electoribus, sinè tamen præcisa, & obligatoria necessitate ipsosmet semper nominandi. Et in omni casu concludebant, quòd ubi revera adesset præfatum juspatronatus passivum favore addictorum servitio Ecclesiæ, adhuc Institutio debeatur Madagnino Requisitum istud etiam habenti, una cùm nominatione Capituli in exclusionem Sparapani, hujusmodi nominatione carentis.

7 Priorem assumpti partem in eo fundadabant Domini, quòd juspatronatus passivum favore certi generis Personarum, tunc demum regulariter censetur, & dicitur reservatum, quoties Fundator vel per se ipsum de tempore fundationis Beneficii pro tempore vacationum certas, ac designatas personas eligit, & nominat, vel quoties per verba dispositiva, & præceptiva mandat Patronis, ut illas eligant, seu præsentent, ex firmatis per *Rocchum de jurepatr. verbo honorificum quæst. 18. in fin.*, *Hojad. de Incompatib. benef. cap. 23. num. 132.*, *& cap. 24. num. 107.*, *Perez de lara de Anivers. & Cappell. lib. 2. cap. 2. num. 1.*, *Azor. Instit. Moral. 2. par. lib. 6. cap. 4. quæst. 25.*, *Garz. de Benefic. par. 7. cap. 15. num. 1. cum seqq. Lotter. de re benef. lib. 2. quæst. 8. num. 109.*, *Pax Jord.*

Lucu-

Lucubrat. tom. 2. lib. 10. tit. 26. num. 1. cum seqq.

8 Nullo ex recitatis modis usus est Baldinus Fundator, quia nec de tempore fundationis Beneficiatorum præelegit inservientes Ecclesiæ, nec minùs præceptivo, & obligatorio jussu mandavit Canonicis Patronis, ut illos semper, & indispensabiliter eligerent, eis tribuendo jus dicendi de nullitate electionis extra ipsos factæ. Sed primitus gravavit conscientiam eligentium; *Se non eleggeranno li buoni e meritevoli*, & consecutivè per modum recordationis insinuavit, ut habere deberent respectum juvenum optimæ vitæ aliquo tempore Ecclesiæ inservientium, ibi -- *Ricordando in oltre che nell'elezione delli Beneficiati si habbia sempre riguardo di darli à quelli Giovani di buona vita, che haveranno servito per qualche tempo la Chiesa &c.* Quæ sanè loquendi formula inspecto sensu obvio non important præceptum positivum non eligendi alios, qui non haberent requisitum Servitii Ecclesiæ, sed optimam, & Canonicam præseferunt insinuationem, & monitionem, ut Capitulum in electionibus oculos, mentemque converteret ad Personas probas, & meritis Ecclesiasticis decoratas, illoque signanter servitii Ecclesiæ, absque tamen præcisa obligatione non nominandi alios dignos, meritos dicto servitio carentes. Quam sanè intelligentiam ex pluribus Domini desumpsere, & primo ex quo præcipuum requisitum à Fundatore volitum in Beneficiatis fuit probitas morum, & merita, ibi -- *Se non eleggeranno i buoni, e meritevoli gravo eorum conscientiam*, cùm autem quis possit esse multipliciter emeritus ad obtinenda Beneficia etiam sinè illo requisito servitii Ecclesiæ, dicendum est, quòd dum principaliter Fundator requisivit merita in genere, illud speciale servitii Ecclesiæ consequutivè adjectum non posuerit per modum præcepti, sed per modum commendationis, & consilii cæteris paribus. Aliàs in concursu Theologi e.g. vel Canonistæ, qui Ecclesiæ non inservierit cùm simplici Clerico vulgarissimæ scientiæ, sed Ecclesiæ emancipato juxta mentem Fundatoris, iste, & non ille in electione præferendus esset, quòd affirmari nequit, quia Fundator per modum regulæ voluit, ut Beneficiati essent emeriti, inter autem meritaad obtinenda Beneficia primum locum obtinet doctrina, & rerum Ecclesiasticarum scientia, *cap. cum in cunctis de elect., cap. grave nimis de præbend. Cleric. par. 1. de ætat., & qualit. Concil. Trid. sess. 24. de reform. cap. 18., Paris. de resignat. lib. 4. quæst. 4. num. 2.* cùm aliis plena manu congestis per *Garz. de benef. quæst. 7. cap. 7. per. tot.*

9 Secundò quia non dixit Fundator, quòd Canonici debeant omnino eligere Ecclesiæ servitio emancipatos sub pœna nullitatis electionis, si non eligerent, sed jussit, ut de illis habendus esset respectus, ibi, *riguardo*, quòd verbum juxta sensum proprium, & grammaticale non importat obligationem, sed commendationem; Nec in subjecta materia juxta juris dispositionem aliter interpetrandum est, quia licèt in jure Canonico Electores eligere graventur illos de gremio Ecclesiæ, ut in *Can. nullus invitis dist. 61.*, ibi -- *Ut quilibet habeat fructuum suæ militiæ in Ecclesia, in qua suam transegit ætatem*, & magna fuerit inter veteres Canonistas quæstio, majore parte Capituli eligente unum de aliena Ecclesia, minore alterum de eadem vtra electio prævalere debeat; *Gloss. tamen magistralis in cap. cùm inter 21. de elect.* relatis juribus Canonicis pro utraque opinione militantibus sequitur illam, quòd electio de estraneo facta à majori parte prævalere debeat, quia in nullo Textu Canonico imponitur pœna nullitatis electionis factæ de extraneo, post habito gremiali Ecclesiæ; Proindeque jura statuentia prælationem eorum de Ecclesia potius id statuere videntur ex ratione magnæ honestatis, & convenientiæ, quàm necessitatis actum contrarium inficientis, ibi -- *Tamen dixit* (& melius ut mihi videtur) *quòd electio facta à majori parte Capituli prævalet undecumque, sivè de sua Ecclesia eligat, sivè de alia, dummodo aliud Canonicum non obsistat* -- Et infra, *quid respondebis illi cap. 16. dist. nullus &c. dicas quòd verum est, quòd ita deberet fieri, & honestum esset, & de jure est. Si tamen major pars aliter facit, valet, quia in hoc renunciavit juri suo.* Idque ipsum tradit alia optima *Gloss. in cap. ne pro defectu 41. de elect.*, ibi -- *Dico, quòd primò debet inquirere* (ideſt Metropolitanus ad quam devoluta fuerat electio) *personas Ecclesiæ vacan-*

vacantis, & eligere de gremio ipſius Eccleſiæ, & illud debuit fieri per illa jura 16.diſt. Can. nullus &c. ſed ſi hoc non fecerit, nihilominus valebit electio, nam multa fieri non debent, facta tamen manent &c.,& nuſquam invenies; quòd propter hoc caſſetur electio, & tenent communiter relati per *Garz. de Benefic. lib. 7. cap. 9. num. 6. & 7.*, & requiſitum illud ſervitii Eccleſiæ tunc demum eſt ſemper conſiderandum modo ſpeciali, & quodammodo obligatorio, quoties eligentium Vota ſcinderentur in duas partes æquales, tunc enim cæteris paribus, qui eſt de gremio Eccleſiæ præferendus eſt extraneo, *Garz. loco citat. ſub num. 8. Rot. deciſ. 413. num. 1. par. 1. diverſ., Lara de Anniver., & Cappell.lib.2. cap. 3. num. 19.*

10 Tertiò, ac fortiùs, quia ſæpedictus Fundator; Canonicis tranſgredientibus ejus optimas inſinuationes, & Canonica Conſilia non impoſuit pœnam nullitatis actus electionis, ſed gravavit eorum conſcientias; Unde fit, quòd ad ſummum Canonici poſthabitis Inſervientibus Eccleſiæ reddere debent rationem in foro pœnitentiario, non autem in foro externo; Prout in ſpecie habetur, quòd licèt juxta ſtrictam Sacrorum Canonum Cenſuram Electores Eccleſiaſtici in Beneficiis etiam ſimplicibus Curam Animarum non habentibus nequeant præſentare dignum omiſſo notabiliter digniori *Cap.2. de Offic. Cuſtod.*, ibi -- *Ut adhoc opus tale ordinentur, quales meliores, & ſanctiores eſſe viderit cap. conſtitutis de appellat.*, ibi -- *Sub animæ periculum Canonicos adjuravit, ut ſecundùm Deum, & juxta conſcientiam ſuam unum eligerent, quem Eccleſiæ magis utilem, & idoneum reputarent, cap. vnico, ut Eccleſiaſtic. benefic. ſinè diminut.* conferant, ibi -- *Debuiſti Eccleſiaſticum Officium, & Beneficium in perſona magis idonea diſpenſare*, & tradunt communiter Summiſtæ, & Theologi poſt *S. Thomam. 2. quæſt. 63. articul. 1., & 2. quæſt. 185. articul. 3., & quodlibet 4. articul. 15., & quodlibet 6. articul.9.Sanchez conſil.lib.2.cap.1.dubit.2. num. 16., Azzor.Inſtit. moral.part. 2.lib.6. cap.15.num.6.Caſtropal. oper.moral.Tom.2. tract. 13. diſput. 2.punct. 11. §. 2., Mend. Stater opin. diſſert.13. quæſt.17. num.261.*, & ex noſtris *Barboſ. de Paroch. cap.2.n.98. & in cap. cùm nobis 19. de elect. num. 3., Garz. de benefic. par. 7. cap. 16. num. 2. cum ſeqq.*

11 Conveniunt tamen æquè Theologi,& Canoniſtæ, quòd electio facta de digno omiſſo digniori ſuſtinetur, & non retractatur, ſed eligentes omittentes digniorem ſinè debita cauſa peccant contra Juſtitiam diſtributivam *S. Thomas in d. 2. 2. quæſt.63. artic. ad tertium*,& cæteri Theologi, & Canoniſtæ ſupra citati, quibus additur *Dec. conſil. 129. num. 2.*, ubi probat Abbatem contrarium ſentientem, *Fagnan. in cap.cùm dilectus num.18.,& 19. de conſuetud.,& in cap. cùm autem num.29. & 30. de Jurepatr., Rota deciſ. 65. num.8. par. 1. Rec.*

12 Quarto demum, quia quando Fundator voluit inſtituere Juſpatronatus paſſivum favore certarum perſonarum uſus eſt verbis imperativis, & præceptivis directis Capitulo adhoc, ut illos omnino eligant, & cæteris præferant, ibi -- *Per l'affetto, che ho portato al ſopradetto Don Tomaſſo, e per gl'Oblighi,che ho à lui,& al Signor Guidobaldo ſuo fralello, ordino, e voglio, che ogni volta, che in caſa ſua, e ſuoi deſcendenti in perpetuo vi ſia qualche perſona atta, a poter godere uno di queſti Beneficiati venendo la vacanza, e domandandolo il Capitolo, che averà la nominazione, gli lo debba dar ſempre,e lo debba preferire ad ogn'altro* -- Si ergo ubi Fundator voluit inſtituere juſpatronatus paſſivum, ſcivit illud ordinare, & ordinavit verbis præceptivis, & obligatoriis,ibi: *Glelo debba dar ſempre*, ubi qualificando eligendos in genere, & inſervientes Eccleſiæ uſus non eſt hac formula præceptiva, & neceſſitativa, ſed altera reſpectus, ſeu reflexionis, & conſiderationis gravando tantùm eligentium conſcientias, certè non voluit ad illorum favorem inſtituere juſpatronatus paſſivum tribuens Jus dictæ Eccleſiæ inſervientibus ad rem, ſeu Beneficium, ſed facere intellexit peculiarem commendationem, & inſinuationem Canonicam regulandam ad formam Juris communis, cùm quo præſumitur Fundatores ſe conformare voluiſſe *Lotter. de re benefic. lib. 2. quæſt. 27. num. 33. Rota in Aprutina Beneficii 19.Junii 1715. §. Nam quamuis coram R.P.D. meo Scotto*.

Ex quibus manet dilucidè probata prima pars assumpti, quòd Sparapanus sub obtentu dicti jusPatronatus passivi nequit à controversa Institutione, repellere Madagninum à majori parte Capituli electum, sed in omni casu ubi ex suppositione dictum jusPatronatus adesset, visa fuit justificata secunda pars assumpti, quòd Madagninus non careat requisito servitii Ecclesiæ, cùm de tempore quo traxit moram in Patrio Oppido, jugiter intenderit in Auditorium Sacrosanctum Sacrificii Missæ celebrantium, & frequenter etiam cotta indutus in Majoribus, & Solemnioribus Missis Thuribulum gestaverit, aliaque similia expleverit Ecclesiastica ministeria suæ ætati accommodata, ut ex attestatione plurium Canonicorum. Parum officiente, quòd ministeria præstita per Sparapanum sint majora, & longioris temporis, quia Fundator consideravit servitia, quæ præstari poterant à Juvenibus, nec quidem diuturna, sed pro aliquo tempore, ibi -- *Si habbi sempre riguardo di darli à quelli Giovani di buona vita, che haveranno servito per qualche tempo la Chiesa* -- Unde mens Fundatoris satis adimpleta, dicitur mediante electione Adolescentis pro aliquo tempore Ecclesiam inservientis, quamvis posthabitus fuisset Sacerdos majoris, & diuturnioris servitij requisitum ostendens, & in omni casu licèt melius, & honestius fuisset eligere habentem prærogativam majoris, quam minoris servitii; Tamen non ideo facta electio ejus, qui minùs servierit, irritari debet optimo argumento ducto à supradictis
13 propositionibus, quòd electio minùs digni, & de non gremio Ecclesiæ redargui potest de injustitia purganda in foro conscientiæ, non verò in foro fori mediante actus nullitate; Quamuis cæteroquin in casu præsenti Canonici per actum publicum declaraverint, quòd in electione Madagnini impleverint voluntatem Testatoris, citra quòd ullum in conscientia senserint offendiculum, id quod de Jure præsumitur juxta famigeratum principium, de de quo latè *Barbos. tract. varii axiom. 36. num. 4. cùm seq.*, *& in Valentina Beneficii 7. Junii 1694. §. Addebatur versicul. & demum, coram R.P.D. meo Priolo.*

Et ita utraque &c.

ARGUMENTUM.

Exigente Fundatore in Præsentando ad Beneficium gradus Magisterii in S. Theologia, aut Doctoratus in decretis, aut Licentiaturæ in approbata vniversitate, an possit præsentari ad Beneficium ille, qui habet solùm gradum Baccalaureatus, aut gradum Magisterii obtentum à Collegio Doctorum?

SUMMARIUM.

2 *Gradus Baccalaureatus non sufficit ad effectum assequendi, aut retinendi Beneficium, exigente Fundatore in Persona præsentanda qualitates Doctoratus Magisterii, aut Licentiaturæ in aliqua approbata universitate?* Et num. 4.

2 *Nec ad dictum effectum sufficit Gradus Magisterii, à Collegio Doctorum Mediolani obtentus?* & num. 5.

3 *Sed requiruntur prædictæ qualitates in præsentando de tempore præsentationis.*

6 *Urgentibus magna utilitate, aut necessitate Ecclesiæ, Beneficium debitum Doctori, aut Magistro &c. ex dispensatione Apostolica conferri potest non Doctori; neque Magistro.*

7 *Cappellania debita certo generi Personarum, an, & quando conferri possit non qualificato.*

CASUS XVIII.

IN limine fundationis Beneficii apposuit quidam Fundator de consensu Ordinarii conditionem, quòd præsentandus ad illud debeat esse Magister in S. Theologia, aut Doctor in decretis, aut Licentiatus in in aliqua approbata vniversitate, addito insuper ei onere celebrandi, aut celebrare faciendi Missam Quotidianam pro ejus Anima; Obtinuit ex præsentatione Patroni hoc Beneficium, quidam Clericus, qui erat insignitus tantummodo gradibus Baccalaureatus, in publica universitate; & Magisterii à Collegio Doctorum Mediolani obtenti; Quæro, an hujusmodi Gradus suffragari possit ad effectum retinendi dictum Beneficium.

1 Cui

1 Cui quæstioni breviter respondeo *Negativè*. Etenim Fundator in persona præsentanda expressè requisivit qualitates Magisterii in Theologia, aut Doctoratus in decretis, aut Licentiaturæ in aliqua approbata Universitate; nulla penitùs facta mentione gradus Baccalaurei, unde hujusmodi gradus suffragari eidem personæ minimè potest, nec ad effectum acquirendi, nec retinendi dictum beneficium, cùm sit totaliter diversus à præfatis gradibus ab eodem Fundatore desideratis.

2 Minusque suffragari potest ad eumdem effectum alter gradus Magisterii à supradicto Clerico obtenti à Collegio Doctorum Mediolani; quoniam promoti in hoc Collegio non gaudent qualitatibus, & privilegiis, quibus gaudent promoti in publica Universitate; non obstante Privilegio Pii IV. eidem Collegio concesso; urget enim in contrarium Constitutio S. Pii V. *la 60. incipien. Quamvis Bullar. nov. tom.* 2. revocatoria omnium Privilegiorum Officialibus, & aliis quibuscumque concessorum creandi Doctores, Licentiatos, & Magistros. Sed ad effectum
3 acquirendi, aut retinendi præfatum beneficium omnino requiritur gradus Magisterii in S. Theologia, aut Doctoratus in Decretis, aut Licentiaturæ in aliqua approbata Universitate; & quidem actu de tempore præsentationis, & non sufficit quod adsit in habitu ad actum reducendus infra tempus legitimam, seu post præsentationem, ad *Text. in cap. si eo tempore de rescript. in 6. Barbos. de potest. Episcopi alleg.* 72. *num.* 104. *Rot. decis.* 23. *num.* 14. *coram Priolo, & decis.* 680. *num.* 4. *coram Buratto*; & in similibus terminis Magisterii, Licentiaturæ Doctoratus ex lege Fundationis requisiti, eadem *Rot. in Augustana Canonicatus* 25. *Januar.* 1709. §. *Minime cum seq. coram R. P. D. Aldrovando.*

4 Et ita quoad gradum Baccalaureatus resolutum fuit à S. Congregatione Concilii, me studente apud R.P.D. meum Petra in *Ulixbonen. Gradus* 30. *Martii* 1715. ubi cum in limine fundationis insignis Collegiatæ *S. Thomæ Apostoli* ex benignitate Sanctissimi Domini Nostri feliciter regnantis in Cappella Regia Ulixbonensi erectæ, ab Ordinarii jurisdictione exemptæ, ac Regis Patronatui suppositæ; fuerit ab eodem Summo Pontifice demandatum, quòd *in ea Decanatus, qui principalis, & prima Dignitas pro Decano, qui actu in Sacra Theologia Magister, aut in decretis Doctor, vel Licentiatus in publica, & approbata Universitate existat, seu infra annum à die suæ institutionis gradum Magisterii in Theologia, aut Doctoratus, vel licentiatus in decretis in publica, & approbata Universitate hujusmodi suscipere omnino teneatur* -- Et cùm hujusmodi Decanatum obtinuerit ex Regia nominatione Joseph Emanuel ex Comitibus de Atalaja gradu Baccalaurei in Universitate Colimbrienſi tantummodo insignitus; dubitatum fuit -- *An gradus Baccalaurei, de quo agitur, suffragetur Joseph Emanuel ad retinendum Decanatum Collegiatæ S. Thomæ in casu &c.* -- cui Sac. Congregatio respondit -- *Negativè, sed consulendum Sanctissimo pro gratia relaxationis decreti.*

5 Et quoad gradum Magisterii resolutum fuit, me studente apud R.P.D. meum Ansidæum *in Novarien. Doctoratus* 8. *Augusti* 1716. ubi cum quidem Joannes Antonius Pastorius fuisset à S. Sede provisus de Canonicatu cum Præbenda Theologali in Collegiata S. Juliani Oppidi Guadiani, ea præscripta lege; *Ut infra annum proximum gradum Magisterii in Theologia in aliqua approbata Universitate Studii generalis suscipere teneatur*; Et cùm Capitulum dicto Pastorio distributiones denegaverit, eo quia gradum Magisterii non à publica aliqua Universitate, sed à Collegio Doctorum Mediolani obtinuerat; disputatum fuit -- *An gradus Magisterii obtentus à Collegio Mediolani suffragetur in casu &c.* Et Sac. Congregatio respondit -- *Negativè* -- utì etiam antecedenter ab eadem resolutum fuit *in Mediolanen. instante Collegio Doctorum die* 12. *Decembris* 1654. *& in Comen.* 15. *Septembris* 1674. ibi -- *Sac. hæc Congregatio visis Privilegiis, & aliis juribus exhibitis post maturam discussionem censuit promotos in dicto Collegio non gaudere qualitatibus, & privilegiis, quibus gaudent promoti in publica Universitate, de quibus loquitur Sac. Concilium ad præscriptum resolutionis Sac. Congregationis* --

6 Cæterùm urgente utilitate, aut aliqua gravi necessitate, ex. gr. si non adesset ullus, qui vellet insiguiri qualitate Docto-

rali, Magisterii, aut Licentiaturæ, attenta tenuitate reddituum, & multiplicitate onerum beneficii; Nè hoc remaneret vacans posset ex dispensatione Apostolica conferri personæ dd. gradibus à Fundatore requisitis non insignitæ; juxta resolutionem ejusdem Sac. Congregationis *in Pientina Lauræ Doctoralis 16. Maji 1716.* superiùs relat. *Part. I. Can. V. Cas. XVI. num. 5.* Sicutì Cappellania actu Sacerdotalis de Jurepatronatus; & habens annexum onus Missarum si non compareat, nec inveniatur ullus Sacerdos, qui velit illam acceptare, potest conferri simplici Clerico de consensu Patroni, qui teneatur Missas celebrari facere, ea ratione, quia quoties qualificatus non comparet, nec petit beneficium sibi debitum, videtur juri suo renunciare, & Summus Pontifex non tenetur illum quærere; juxta resolutionem ejusdem S. Congregationis *in Ariminen. Cappellaniæ 28. Junii 1704.* & docent *Corrad. in prax. benef. lib. 2. cap. 12. à num. 59. ad 62. Gonzal. ad regul. 8. gloss. 56. num. 88. & seq. Rot. in Dertusen. Beneficii 29. Aprilis 1701. §. Licèt coram R. P. D. Lancetta, & in Valentina Beneficii 16. Januar. 1704. §. Quamvis coram eodem, & in Barchinonen. Beneficii 13. Januar. 1710. §. Replicationi cor. R.P.D. Aldrovando.*

7

ARGUMENTUM.

Sacerdos gravatus oneribus Missarum non potest recipere nova onera, nisi utriusque intrà modicum tempus possit satisfacere.

SUMMARIUM.

1 *Cappellani gravati aliis oneribus Missarum non possunt recipere nova onera, & novas eleemosynas pro Missis manualibus, nisi possint utrisque oneribus intrà modicum tempus satisfacere.*

CASUS XIX.

CAppellani Ecclesiæ A. non obstantibus innumeris oneribus Missarum per ipsos satisfaciendarum, receperunt innumeras eleemosynas Missarum manualium, quas pia devotio Populi obtulit cuidam miraculosæ Imagini Beatæ Virginis; Sed quia his magnis oneribus Missarum per ipsos satisfieri minimè poterat intrà modicum tempus, proinde supplicarunt in Sac. Congregatione Concilii pro concessione Brevis Apostolici investiendi in tot bonis stabilibus dictas eleemosynas, ad effectum celebrandi singulis annis in perpetuum tot Missas, quot capient fructus retrahendi ex investimento dictorum bonorum.

Quæritur. An hujusmodi Privilegium, seu Breve Apostolicum sit eis concedendum?

1 Respondendum sentiebam -- *Negativè*, quia Cappellani prædicti gravati aliis oneribus Missarum, non poterant recipere nova onera, & novas eleemosynas pro Missis manualibus, nisi poterant utriusque oneribus intrà modicum tempus, scilicet intrà mensem, aut 50., aut 60. dies satisfacere, & nisi fecerint protestationem, se non posse satisfacere tot Missis, qua protestatione non obstante, adhuc offerentes voluerint, quòd ipsi Cappellani reciperent dictas eleemosynas, juxta decretum Urbani VIII. de *Miss. celebr.*, quod ita se habet -- *Eleemosynas verò manuales, & quotidianas pro Missis celebrandis, ita demùm iidem accipere possint, si oneribus antea impositis, ita satisfecerint, ut nova quoque onera suscipere valeant; alioquin omnino abstineant ab hujusmodi eleemosynis etiam sponte oblatis in futurum recipiendis, & capsulas auferant ab Ecclesiis cum inscriptione illa*, ELEEMOSYNA PRO MISSIS -- Et juxta resolutionem Sac. Congregationis Concilii apud *Dian. tract. 1. de celebrat. Miss. resolut. 48. num. 2.*

Unde Episcopus in hoc Casu debet celebrari facere à dictis Cappellanis in Ecclesia A. tot Missas, quot celebrari ab eis possunt; Cæteras verò Missas celebrari facere debet in aliis Ecclesiis, usque ad complementum numeri Missarum correspondentis eleemosynis.

Et ita fuit resolutum à Sacra Congregatione Concilii *in una Florentina Missarum 20. Februarii 1712. & 5. Martii ejusdem anni.*

ARGUMENTUM.

Imposito onere Missarum à Fundatore in limine fundationis Cappel-

pellaniæ, & diminutis redditibus pro earum celebratione assignatis, an, & quando earumdem reductio concedenda sit?

SUMMARIUM.

1 *Legatum concipi potest* taxativè, *vel* demonstrativè, *& quando dicatur taxativè, aut demonstrativè conceptum.*
2 *Reductio Missarum conceditur, quando legatum est taxativè conceptum*; Sed limita, ut num. 5. usque ad 8.
3 *Reductio Missarum quommodo sit facienda?*
4 *In reducendis diversis oneribus potius reducenda sunt alia onera; quam onus Missarum.*
9 *Reductio Missarum non conceditur, quando Legatum est demonstrativè conceptum.*

CASUS XX.

INjungentibus Fundatoribus Cappellaniarum in limine fundationis Cappellanis onera Missarum, sæpius contingit, quòd fructus assignati ab eisdem Fundatoribus non correspondeant præfatis oneribus Missarum, itaut Cappellani cogantur recurrere ad Sacram Congregationem Concilii pro reductione eorumdem onerum. Unde quærendum hìc duxi, an, & quando concedenda sit hujusmodi reductio?

1 Pro cujus resolutione sciendum est, quòd Legatum Missarum concipi potest *taxativè* nimirum, quando Fundator incipit à quantitate, seu legat determinatam quantitatem rei, seu pecuniæ, & deinde injungit onus Missarum. *Et demonstrativè* scilicèt quando Testator incipit ab onere, & deindè legat, seu assignat quantitatem rei.

2 Quando legatum Missarum est taxativè conceptum, tunc conceditur reductio Missarum juxta *Menoch. cons.* 1162. *nu.* 17. §. *Secundus est casus. Gratian. discept.* 988. *num.* 17. *& seqq. Rota coram Merlin. decis.* 55. *num.* 6. & resolvit Sacra Congregatio Concilii *in Camerinen. reductionis Missarum die* 24. *Julii* 1677. *in Brixien. sub die* 1. *Decembris* 1685. *Pistorien. sub die* 28. *Septembris* 1686. *in Romana celebrationis Missarum* 31. *Martii* 1696., *& Romana legati* 1679. 7. *Octobris Firmana reductionis Missarum* 24. *Augusti* 1686. *& in Romana reductionis onerum* 16. *Maji* 1699.

3 Reductio autem Missarum est facienda ad ratam fructuum bonorum assignatorum juxta resolutionem ejusdem Sacræ Congregationis in *Comen. Reductionis Missarum* 26. *Aprilis* 1698.

Si autem contingat Cappellaniam esse gravatam diversis oneribus ex. gr. Missarum, & Chori, & esse locum eorumdem reductioni ob diminutionem reddituum;

4 Regula generalis est, quod in reducendis dd. oneribus potiùs reducendum sit onus Chori, quàm Missarum ea ratione, quia plus suffragii capit Anima defuncti ex celebratione Missarum, quàm ex recitatione in Choro Divini Officii, vel Beatæ Virginis, aut Defunctorum. *Fagnan. in cap. ex parte de Constit. num.* 34. *Monacell. formul. legal.* 19. *tit.* 10. *par.* 1. *num.* 25. *& seq. pag.* 219. Hæc tamen regula limitationem recipit in casu contrariæ mentis Testatoris; in hoc enim casu reductio oneris Missarum, & Chori facienda est proportionabiliter, & pro rata, quia ut inquit *Passerinus de statu Hominum tom. II. quæst.* 187. *art.* 4. *num.* 1101. Dei honor, & Ecclesiæ Cultus, & hominis justi utilitas plurium requirit exercitia virtutum, & bonorum operum; & ita me studente apud R. P. D. meum Ansidæum resolutum fuit ab eadem Sac. Congregatione in *Bracharen. reductionis onerum* 11. *Septembris* 1717. ubi cum notabiliter diminuti fuissent redditus nonnullarum Cappellaniarum indistinctè à Fundatore assignati pro oneribus Missarum, & Chori; Cappellani supplicarunt pro reductione utriusque oneris pro rata; Unde proposito dubio -- *An, & quomodo sit locus reductioni Missarum, & Chori, seu potiùs reducendum, vel debendum sit tantum onus Chori in casu &c.* Responsum fuit -- *Esse locum reductioni utriusque oneris juxta modum propositum ab Archiepiscopo* --

5 Sed tamen in aliquibus casibus etiamsi legatum sit conceptum *taxativè* non conceditur reductio Missarum.

Primò. Si Testator legaverit redditus consistentes in locis Montium pro celebratione Missarum obligando hæredem ad supplendum in casu inexigibilitatis, tunc sequuta diminutione reddituum, non con-

conceditur reductio Missarum, ut resolvit Sacra Congregatio Concilii in *Romana reductionis Missarum 7. Septembris 1697.*

6 Secundò. Nec hujusmodi reductio Missarum est facienda, si Testator obligaverit totam hæreditatem pro illarum celebratione, & hæredes dederint aliquam proprietatem loco Pio, cujus fructus deinde diminuantur, ut resolvit eadem Sacra Congregatio in *Neapolitana sub die 21. Maji 1678. & in Romana 3. Februarii 1685. & in Lucana 15. Decembris 1685. & in Interamnen. 18. Maji 1686.*

7 Tertiò. Nec est concedenda reductio Missarum, si Testator injunxerit hæredi assignare redditum annuum, & ipse assignavit Prædia, quæ postea deteriorata remanserunt, quia cum legatum sit factum in annuo redditu remanet semper gravata hæreditas, ut resolvit eadem Sacra Congregatio *in dicta Romana die 3. Februarii 1685. & in Lucana reductionis Missarum 15. Decembris ejusdem anni.*

8 Quartò. Nec reductio Missarum est concedenda, si redditus sint diminuti ex eo, quòd hæres, qui tenebatur solvere annuam summam, assignaverit loco illius prædium præter voluntatem Testatoris, quia non poterat hæres obligationem sui auctoris novare per affrancationem, & certi Prædii suppositionem, loco generalis hypothecæ, cum numquam liceat hæredi præjudicare facto sui Auctoris, & specialiter in materia Missarum, in qua latissima interpretatio adhibetur adversùs hæredes. *Carol. Anton. de Luc. in observat. ad decis. de Franch. 236. num. 4. Olea decis. tit. 14. quæst. 5. num. 20.* & resolvit Sacra Congregatio Concilii in *Neapolitana Missarum 21. Maji 1678.*

9 Quando verò Legatum est demonstrativè conceptum, seu incipit ab onere, tunc diminutis redditibus reductio Missarum non conceditur, sed hæredes tenentur ad supplementum *Tondut. quæst. Benefic. to. 2. par. 3. quæst. 162. num. 5. Pasqualin. de Sacrific. tom. 2. quæst. 1023.* & sæpissimè fuit resolutum à Sac. Congregatione Concilii in *Cavallicen. Missarum 27. Martii 1677. in Lucen. reductionis Missarum 28. Augusti 1683. & in Novarien. reductionis Missarum 29. Julii 1690. & in Luoana reductionis Missarum 11. Januarii 1684. & in Cremen. reductionis Missarum 17. Augusti 1697.* & novissimè me studente apud R. P. D. meum Lambertinum *in Faraonen. Reductionis Missarum 7. Maji 1718.* ubi cùm fuerit injunctum à quodam Fundatore duobus Cappellanis, ut celebrarent duas Missas quotidianas in Ecclesia Fratrum Capuccinorum S. Antonii loci de Laule, jussit ad hunc effectum suo hæredi, ut ex fructibus hæreditariis solverentur unicuique Cappellano scuta 25. monetæ Romanæ pro qualibet; Sed quia tractu temporis aucta fuit eleemosyna Missarum; itaut inveniri non potuerint Sacerdotes, qui pro tenui eleemosyna relicta onus assumere voluerint celebrationem Missarum supplices preces porrectæ fuerunt pro reductione duarum Cappellaniarum ad unam tantùm Cappellaniam, & Missam quotidianam unde proposito dubio -- *An sit locus reductioni Missarum cum duobus Cappellanis ad manualem, seu potius unioni Cappellaniarum ad unam tantum quotidianam, in casu &c.* -- responsum fuit -- *Negativè* -- quia hujusmodi legatum ab EE. PP. recognitum fuit demonstrativè, & non taxativè conceptum.

ARGUMENTUM.

Quando onus est injunctum legatario *taxativè* ad fructus rei legatæ diminutis fructibus conceditur reductio oneris.

SUMMARIUM.

1 *Reductio oneris conceditur, quando legatum est taxativè conceptum, secus quando est demonstrativè conceptum.*

CASUS XXI.

QUidam reliquit Ecclesiæ A scuta 6000. in forma legati, adjuncto dictæ Ecclesiæ onere præstandi summam scutorum 100. Præposito, & scutorum 50. quatuor Canonicis pro unoquoque taxativè ex fructibus dd. scutorum 6000., sed quia dicti fructus hìc, & nunc inveniuntur diminuti, & insufficientes ad præstandas dictas summas, Ecclesia legataria supplicavit pro reductione dictarum summarum ad tatam fructuum.

Quæritur, an sit concedenda hujusmodi reductio?

Re-

1 Reſpondeo affirmativè. Quia onus præſtandi dictas ſummas fuit injunctum Eccleſiæ legatariæ taxativè ad fructus ſcutorum 6000., & fructus non ſunt diminuti ex culpa Eccleſiæ legatariæ.

Quando enim onus adjicitur Eccleſiæ legatariæ ſolvendi aliquam annuam præſtationem *taxativè* ex fructibus rei legatæ, & fructus non diminuantur ex culpa Eccleſiæ, ipſa Eccleſia non tenetur ad majorem annuam ſummam, quam important fructus ipſorum bonorum: Quidquid ſecus eſſet, ſi Teſtator injunxiſſet onus adimplendi aliquod opus *indiſtinctè* relinquendo aliquod capitale, *Gratian. diſcept. forenſ. cap.916. num.14., & ſeqq., Pignattell. tom.6. conſult.69. num.3., Rot. dec.165. par.9., & dec.55. coram Merlin.* In primo caſu onus reducitur ad fructus præſentes ex ea ratione, quia legatum primo loco expreſſum cenſetur habere clauſulam, ut teneatur Legatarius ex fructibus onus adimplere, ſicque ad ratam eorum reductio ſemper dari debet.

Et ita ſentiebam in una *Senen. reductionis fructuum Canonicatuum* 20. *Februarii* 1712., ſed Eminentiſſimi PP. definiverunt *negativè*, ex eo, quòd exiſtimarunt diminutionem dictorum fructuum rei legatæ eſſe imputabilem Eccleſiæ legatariæ.

ARGUMENTUM.

An, & quando obligatio Anteceſſorum non liget ſucceſſores, ad effectum eis denegandi reductionem Miſſarum?

SUMMARIUM.

1 *Conceſſa reductione, miſſæ ſunt reducendæ ad numerum correſpondentem diminutioni capitalium.*

2 *Obligatio Anteceſſorum an, & quando liget ſucceſſores ad effectum ei denegandi reductionem Miſſarum?*

3 *Tranſactio perſonalis, ut fiat realis requiritur Beneplacitum Apoſtolicum.*

CASUS XXII.

TItius reliquit fructus ad ſummam ſcutorum 28. variorum cenſuum Archipresbytero, & Sacerdotibus Terræ A. cum onere celebrandi Miſſam pro anima ſua quolibet die, & Archipresbyter, & Sacerdotes acceptarunt dictum legatum, & fecerunt obligationem adimplendi dictum onus Miſſarum pro ſe, & ſuis ſucceſſoribus: Viventibus ſupradictis Archipresbytero, & Sacerdotibus hujuſmodi onus fuit adimpletum, ſed ſucceſſores, cùm fructus dicti legati ſint diminuti non propria culpa, petunt reductionem Miſſarum ad ratam correſpondentem fructus. Unde quæritur an, & quomodo concedenda ſit hujuſmodi reductio?

Reſpondeo eſſe concedendam reductionem Miſſarum, & ad manualem quia
1 hujuſmodi legatum non eſt demonſtrativè, ſed taxativè conceptum, & conſtat de diminutione reddituum: Quapropter Miſſæ ſunt reducendæ ad numerum correſpondentem diminutioni capitalium, *Paſqualig. qu.1078. n.2.*, ſicut enim animæ ſuffragiis non debet defraudari, ita neque congruo ſtipendio celebranti, *Alfonſ. de Lara de anniverſ., & Cappell. lib.1. cap.16. n.6.*

2 Nec obſtat, quòd Presbyteri anteceſſores ſe obligarunt pro ſe, & ſuis ſucceſſoribus adimplendi dictum onus Miſſarum, quia hujuſmodi obligatio non potuit afficere ſucceſſores inter ſe diffidentes, & quos nulla Collegialitatis, aut Communionis ſpecies conſtipavit, utì deſtituti ſignis ad illam requiſitis, de quibus loquitur, *Mantic. dec.208., & R.P.D. Petra in ſuis comment. ſect.3. num.19.*, Et conſequenter unuſquiſque illorum eſt ſuæ voluntatis Dominus, ac proinde non tenetur ad relevationem promiſſionis facti anteceſſorum qualiſcumque fuerit, *Rot. dec.494. n.13. par.18. tom.2. recent. Et obligatio facta inter Eccleſiaſticas perſonas non ligat ſucceſſores, Tuſch. lit.F. concluſion. 350. num.5., Ancharan. conſil.34. num.11.*

Et licèt admittatur extenſio dictæ obligationis ad ſucceſſores, adhuc illa eſt
3 inefficax ex defectu Beneplaciti Apoſtolici, cujus interventus requiritur ad hoc, ut tranſactio perſonalis fiat realis ex *cap. veniens de tranſact. ubi gloſſ. in verb. confirmatum, Rot. dec.270. n.3. par.4. tom.2. & R.P.D. Petra conſtitution.6. Honorii III. n.106.*

Et ita fuit reſolutum à Sac. Congregatio-

tione *in Alatrina reductionis Missarum* 20. *Februarii* 1712.

ARGUMENTUM.

Reductio Missarum facta ab Episcopo in limine fundationis Cappellaniæ sustinetur, & hæredes facta dotatione in quantitate expressa per Testatorem ad nihil amplius tenentur, si ea tractu temporis minuatur, quoad fructus.

SUMMARIUM.

1 *Episcopus an, & quando habeat facultatem reducendi onera Missarum ad minorem numerum?* & n.2.

3 *Fundatio Missarum ubi est jam facta, & acceptata dicitur jus quæsitum Ecclesiæ, quod tollere nequeunt Episcopi.*

4 *Quando legatum stat demonstrativè, tunc diminutis fructibus assignatis pro ejus adimplemento, hæres tenetur aliunde adimplere, secus si legatum stet taxativè.*

5 *Dote Beneficii legitimè assignata ab hærede in quantitate per Fundatorem expressa, hæres ad nihil amplius tenetur, si ea tractu temporis minuatur.*

6 *Taxativa favore piæ causæ, an, & quando resolvenda sit in demonstrativam.*

CASUS XXIII.

Titius in suo ultimo testamento ordinavit hæredibus suis fundari Cappellaniam cum assignatione dotis scutorum 1000. extrahendæ ab hæreditate, vel in denariis, vel in bonis stabilibus, & cum reservatione juris patronatus activi favore eorumdem, itaut fructus dictorum scutorum 1000. essent Cappellani, cum onere celebrandi in perpetuum Missam quotidianam.

Hinc pro adimplemento hujusmodi dispositionis, institerunt hæredes coram Episcopo pro fundatione dictæ Cappellaniæ, qui eis concessit licentiam, sed quia consideravit, quod fructus dictorum scutorum non erant sufficientes pro eleemosyna Missæ quotidianæ, reduxit Missas ad minorem numerum; Quo casu.

Quæritur. An hujusmodi reductio Missarum fieri poterat ab Episcopo: Et an hæredes in casu, quo fructus dotis assignatæ juxta mentem Testatoris minuantur, teneantur supplere hujusmodi defectum, & deterioramentum?

1 In ordine ad primum affirmativè de jure respondendum censeo; Quoniam de jure communi, & ex Concilio Tridentino competit Episcopis facultas reducendi onera Missarum ad minorem numerum, juxta, *Antonell. de Regimin. Eccles. lib.*1. *cap.*14. *n.*7., *Barbos. de potest Episcopi alleg.* 29. *n.*1., *& seqq.*, *Corrad. in prax benefic. lib.*2. *cap.*11. *num.*1., *& seqq. Navar. in manual. cap.*25. *n.*138. *in fine.*

2 Et licèt constitutio Urbani VIII. de *reduction. Missar.* prohibeat Episcopis fieri reductionem Missarum, tamen ipsa loquitur, quando fundatio Cappellaniæ cum onere Missarum est facta, & acceptata juxta *Barbos. de offic. Episcopi alleg.*29. *n.*5. *& in collect. ad Concil. sess.*25. *de reform. cap.*4. *n.*10., non autem quando nondum est facta, nec acceptata, sed est facienda, ut hìc, tunc enim in limine fundationis fieri potest ab Episcopo reductio Missarum, ut distinguendo firmat *Tondut. qu. benef. par.*3. *cap.*162. *n.*3. *Diana oper. moral. tom.*2. *tract.*1. *resol.*12. *n.*2. *resol.*13., *& resol.*14. *nu.*3., *Passerin. de stat. Homin. tom.*2. *qu.*187. *art.*3. *n.*1050. *versic. Ex quo colligendum.*

3 Et ratio distinctionis est, quia ubi fundatio Missarum est jam facta, & acceptata dicitur jus quæsitum Ecclesiæ, seu Cappellæ, quod tollere nequeunt Episcopi ex prohibitione præallegatæ constitutionis, secus autem ubi res est in fieri, & antequam fundatio deducatur adesse numerus Missarum ab Episcopo taxatur, & minoratur. In his enim terminis nondum Ecclesiæ jus est quæsitum, & consequenter adhuc earum constitutio pœnalis non extenditur tanquam ad diversum, & diversa ratione munitum, ut in specie distinguendo inter jus quæsitum, & quærendum, quod licèt primo casu requiratur Apostolicus assensus, non tamen in secundo, *Turricell. de rebus Ecclesiast. non alien. cap.*15. *nu.*93., *Rot. dec.* 233. *n.*6., *& 7., & decis.*284. *n.*8., *& 9. par.*3. *lib.*3. *divers.*, *& coram Puteo decis.*207. *num.*1. *lib.*2.

In

4 In ordine ad ſecundum quæſitum pro parte negativa declinandum exiſtimo ; Quoniam non fuit injunctum hæredibus onus celebrare faciendi tot Miſſas cum aſſignatione ſtipendii, aut certi fundi pro dote, tunc enim etiamſi fundus non adſit vel deficiat, vel deterioretur, ſemper hæres tenetur aliunde adimplere onus, quia in hoc caſu quantitas pecuniæ relictæ dicitur ſtare demonſtrativè juxta doctrinam, *Fælin. in cap. ſuper litteris de reſcript.*, *& aliorum ſuperiùs relat. Caſ. XX.* Sed onus celebrandi Miſſas fuit injunctum Cappellano, & hæredibus ſolùm fuit injunctum onus aſſignandi dotem ſcutorum 1000. extrahendam ab hæreditate, quo caſu dos data pro fundatione Cappellaniæ dicitur ſtare taxativè, itaut ſi tractu temporis ipſa minuatur circa fructus, non exinde hæres tenetur ad ſupplementum, juxta *Roſ. conſult. 61. n. 9. Surd. de alimen. qu. 26. tit. 4. n. 1.*, *& ſeqq. Noguer. q. ſingul. diſput. 2. de Miſſis, & Cappell. qu. 4. §. 2. per tot.*, *Rota coram Merlin. dec. 55. per totam*, & firmavit Sacra Congregatio Concilii, *in Romana celebrationis Miſſarum 31. Martii 1695. apud Bertacchin. in vot. deciſ. 106. n. 1.*, *& ſeq. uſque ad numerum 5.*

5 Et eſt concluſio indubitata, quod ubi agitur de dotatione, hæc hanc qualitatem habet, ut legitimè ab initio facta in quantitate per fundatorem expreſſa, hæres ad nihil amplius teneatur, ſi ea tractu temporis minuatur, ſed detrimentum cædit Eccleſiæ, *Lotter. de re benefic. lib. 2. qu. 15. n. 12.*, *Ghuſman. de evict. quæſt. 30. n. 73.*, *Monet. de commut. ult. volunt. cap. 6. num. 193.*, *Paſqualig. de Sacrific. Miſs. qu. 1026. n. 3.*, *& 4. Rot. dec. 230. num. 5. par. 1.*, *& dec. 56. n. 19. par. 2. diverſ.*, *& dec. 521. n. 2. par. 2. rec.*, *& coram Pœnia dec. 616. n. 9.*, *& coram Cerr. dec. 333. n. 9.* ibi -- *Eſtque de natura dotationis ut legitimè ab initio facta, & ſufficiente, Patronus ad nihil amplius teneatur ſi tractu temporis minuatur, ſed detrimentum cedit Eccleſiæ.*

6 Abſque eo, quod ulla vis fieri poſſit animadverſio illa nimirum, quòd verſemur in terminis piæ cauſæ, inter cujus privilegia enumeratur, quod taxativa reſolvenda ſit in demonſtrativam, quia licèt id docuerit, *Roman. in ſuo ſingulari conſil. 43.*, quem ſequuti ſunt, *Tiraquell. de privileg. cauſæ piæ privileg. 63. in fin.*, *Simon. de prætis De interpret. ultim. volunt. lib. 4. impreſs. ultim. dub. 3. n. 10.*, *Tondut. qu. benef. cap. 90. n. 2. tom. 2.*, *Manſ. conſult. 17. num. 49.*, *Rot. dec. 147. n. 9. par. 17. recent.*, verior nihilominus, receptiorque ſententia eſt, quòd in terminis etiam piæ cauſæ taxativa locum obtineat, nec quod adſit hoc piæ cauſæ privilegium, quod taxativa reſolvatur in demonſtrativam, utì materia funditus examinata concludunt, *Caſtill. controv. lib. 4. cap. 54. n. 20.*, *& ſeqq.*, *Rovit. dec. 57. nu. 9.*, *& ſeqq.*, *Rot. conſult. 6.* num. 4., *& ſeqq.*, & contraria ad ſummum procedere poſſent in dubio, non autem quando prout hic taxativa eſt clara, & aperta, *Marant. reſponſ. 15. n. 80.*, *& ſeq. par. 4. Card. de Luc. de legat. diſc. 14. n. 2.*, *Rot. dec. 117. n. 11. par. 17. rec.*

ARGUMENTUM.

An, & quando Beneficiatus teneatur ad omnia onera Beneficii non obſtante ultimo ſtatu in contrarium?

SUMMARIUM.

1 *Oneribus impoſitis in limine fundationis derogari non poteſt.*

2 *Ultimus ſtatus etiam cum immemorabili non attenditur, quando adeſt clara lex fundationis aliter diſponens.*

3 *Reductio ſuſtineri non poteſt, niſi concurrente tenuitate reddituum.*

CASUS XXIV.

FUndator Beneficii A. de anno 1402: in limine fundationis impoſuit Beneficiato onus celebrandi Miſſas Dominicis ſolemnibus, & aliis diebus feſtivis, & Miſſas tres in tribus diebus cujuslibet hebdomadæ; onus intereſſendi Divinis officiis, & onus celebrandi Miſſam ſolemnem in feſtivitate Sancti Silveſtri, & unius anniverſarii quolibet anno cum Miſſa ſolemni pro anima fundatoris, & aſſignavit pro dote dicti Beneficii caſamentum cum domo, & ædificio, & ſeptem petia terræ conſtituentia unum prædium, cujus fructus hodie aſcendunt ad ſcuta 65. mone-

tæ Romanæ circiter Beneficiatus obtulit annuatim Missas dumtaxat 36. quemadmodum ejus Prædecessores ab immemorabili tempore persolverunt, sibi ulterius persuadens jam dicti Beneficii onera moderata fuisse in generali reductione, quam olim impartitus fuit Nicolaus V. Unde quæritur, ad quot Missas teneatur Beneficiatus?

1 Respondeo teneri quoad Missas ad formam fundationis quia hujusmodi oneribus impositis in limine fundationis derogari non potest juxta dispositionem Concilii *cap.4. sess.25 de reform.*

Non obstat ultimus status Beneficii cum immemorabili, scilicet, quòd Beneficiatus solùm celebret ab immemorabili
2 Missas 36. quia ultimus status etiam cum immemorabili non attenditur, quando adest clara lex fundationis aliter disponens, *Rot. dec.737. n.6. par.2. rec.,& decis.229. n.3. par.1. rec.*

Hæc reductio dd. onerum ad Missas 36.; quæ præsumitur facta de anno 1452. vigore cujusdam Indulti Apostolici Nicolai V. sustineri posse videtur, quia hujusmodi Indultum concedit facultatem Ordinario reducendi onera Beneficiorum, attentis tenuitate, & qualitate dictorum Beneficiorum. Unde cùm fructus dicti Beneficii ascendat ad scuta 65., & sic cum ejus redditus non sint adeò tenues, non poterat Ordinarius reducere prædicta onera ad solum onus Missarum 36. cùm
3 reductio sustineri non possit; nisi concurrente tenuitate reddituum, itaut non facilè inveniatur, qui pro eis velit dictas Missas celebrare, *Barbos. ad Concil. Trident. sess.24. de reformat. cap.4. Amostaz. de caus. piis lib.2 cap.12. n.1., & seqq.*

Et ita fuit resolutum *in Mutien onerum Missarum 25. Junii 1712.*

ARGUMENTUM.

An reductio onerum à Fundatore impositorum facta ab eo, qui excessit limites commissionis reductionis sustineatur?

SUMMARIUM.

1 *Reductio onerum facta ab eo, qui excessit limites commissionis reductionis non sustinetur, etiamsi in commissione legantur verba --* Pro suo arbitrio -- Et n.2.

CASUS XXV.

SUppliciter exponente Archiconfraternitate Beatæ Mariæ Suffragii, se imparem omnino esse quindecim Missarum oneribus explendis tum ob diminutos eorum capitalium fructus, tum quoque, quod nullis potiebatur redditibus, quos erogare possit pro sacris peragendis, atque Ecclesiæ sartis tectis conservandis jam sub die 9. Aprilis 1707. Sacra Congregatio benignè commisit clar. mem. Cardinali Capraræ tunc Protectori, ut præfata omnia Missarum onera juxta proportionatam quantitatem reddituum &c. dempto priùs obulo pro qualibet Missa in causam Sacrorum utensilium erogando, quatenus Ecclesia non habeat redditus ad hunc effectum assignatos, ad rationem eleemosynæ manualis pro suo arbitrio, & prudentia reducat; Verùm enim verò prælaudatus Cardinalis Protector sibi collato utens arbitrio, in reductione, quam executus fuit nedum obulum pro qualibet Missa deduci jussit. Verùm quidem alias necessarias impensas ultra utensilia, Sacristiæ scilicet, Clericorum inservientium Missis, Exactoris, & Ratiocinatoris, aliaque, ut inquit, ad formam decreti septimi Sacræ Congregationis Concilii, de celebratione Missarum, de jure deducenda. Hinc Promotor Fiscalis Visitationis Apostolicæ autumans Eminentissimum eumdem Protectorem in commemorata detractione excessisse, disputata fuerunt sequentia dubia.

Primo. *An, & quomodo reductio Missarum peracta à clar. mem. Cardinali Caprara sustineatur, & quatenus negativè.*

Secundo. *An sit locus sanationi, vel potiùs sit concedenda nova reductio.*

1 Ad primum respondendum sentiebam hujusmodi reductionem Missarum sustineri, quoad deductionem obuli in qualibet Missa pro sacris utensilibus, non verò quoad deductionem aliarum expensarum, scilicet pro Sacristia, Clericis Missis inservientibus, Exactore, & Ratiocinatore. Quoniam Sacra Congregatio 9. Aprilis 1707. commisit Cardinali Capraræ bon. mem. tunc Protectori Archiconfraternitatis Beatæ Mariæ Suffragii, reductionem quo-

quorumdam onerum, cum ſola deductione obuli pro qualibet Miſſa, in cauſam SS. Utenſilium erogandi his verbis -- *Ut præfata omnia Miſſarum onera juxta proportionatam quantitatem reddituum (dempto priùs obulo pro qualibet Miſſa in Cauſam Sacrorum Utenſilium erogando, quatenùs Eccleſia non habeat redditus ad hunc effectum aſſignatos) ad rationem eleemoſinæ manualis pro ſuo arbitrio, & prudentia reducat* -- Unde præfatus Cardinalis deducendo alias expenſas præter dictum obulum exceſſit limites commiſſionis, quia revera id non continebatur in litteris commiſſionis, ideoque quidquid per ipſum geſtum eſt, præter, vel contra formam commiſſionis dicitur ipſo jure nullum, juxta *Text. in cap. cum dilecta de reſcript. ibique Gloſ. in verb. juris ordinem, Abbas n.4., Barboſ. n.4.*

Et cùm præfatum reſcriptum exprimat ſolùm deductionem obuli pro Sac. Utenſilibus, ad ipſam tantùm reſtringitur, & ampliari non potuit à prædicto Cardinali ad deductionem aliarum expenſarum, ut bene notant, *Barboſ. in dicto cap. cum dilecta de reſcript. n.6.*

2 Non obſtant illa verba reſcripti ibi -- *Pro ſuo arbitrio* -- quia hujuſmodi arbitrium cadit ſolum ſupra reductione Miſſarum, juxta proportionatam redditum quantitatem, ut nempe idem Protector cognoſcere, ac ſtabilire poſſet quanta, & quæ nam redditum quantitas cuilibet oneri quot annis verè correſponde at non autem ſupra ipſa expenſarum deductione, ut apparet ex tenore, & forma, ejuſdem reſcripti, ubi non dicitur; *Pro arbitrio ſuo deducat expenſas* -- Sed *pro arbitrio ſuo, & prudentia reducat* -- Qui tenor, ſeu forma reſcripti ſervari debet à Delegato. *Rota deciſ. 39. num. 1. par. 1. recen.*

Ad ſecundum. Proviſum in primo.

Sacra autem Congregatio Concilii in *Romana reductionis Miſſarum 3. Decembris* 1712. Ad primum reſpondit -- *Negativè* -- Ad ſecundum -- *Audiatur Eminentiſſimus modernus Protector.*

ARGUMENTUM.

An ſit locus reductioni Miſſarum à Fundatore in limine fundationis Cappellano impoſitarum, quando injunctum fuit hæredi onus ſubrogandi alium fundum tutum, & ſufficientem pro illarum celebratione?

SUMMARIUM.

1 *Teſtatore aſſignante pro dote Cappellaniæ fundum, non* demonſtrativè, *ſed* taxativè, *eſt locus reductioni Miſſarum.*

2 *Dictio* Et *conjungit, & concurſum copulatorum requirit.*

CASVS XXVI.

SUpremo urgente fato Joannes Baptiſta Maffazonus in ultimis tabulis exaratis de anno 1704. hæredibus, ut aſſeritur, ex aſſe nominatis ejus filiabus beneficium, ſeu Cappellaniam erigi juſſit ſub invocatione Sancti Joannis Baptiſtæ, pro cujus Beneficii dote idem ipſe pius Teſtator præſtituit quamdam ruſticam domum cum ſuis pertinentiis certis finibus deſignatis, cum onere Cappellano injuncto Miſſarum quinque hebdomadalium, quarum una celebraretur prima albente diei feſtivi luce, exindeque hæc ulteriùs a ddidit -- *In oltre diſpone, e vuole, che ove detta Caſina, e Beni non ſiano ſufficienti per la celebratione di dette cinque Meſſe Ebdomadarie nel modo, come ſopra, e che l'infraſcritto Signor Guaita ſuo Genero elegeſſe d'appropriarſi detta Caſina, e Beni, in tale caſo dichiara, che il medeſimo poſſi ciò fare, con ciò però, che il medeſimo ſurroghi altro fondo ſicuro, e ſufficiente per la celebrazione di dette Meſſe, e ſue diſpenſe &c.* -- Poſt quam ſanè Guaita Teſtatoris Gener optioni ſibi collatæ plenimodè renunciavit, modernus Cappellanus Joſeph Antonius Verbellius impar ſe agnoſcens, jam dictis ſubeundis oneribus ob tenuitatem redditum, vix pertingentium ſumma ſcut. 28. cum alterius dimidio, ex quibus detractis laicalibus oneribus, & ſumptibus procul dubio neceſſariis pro reſtaurationibus libera dum-

taxat remanere asseruntur annua sc. 16.50. Hinc quæritur an sit locus reductioni.

1 Affirmativè respondebam Quoniam Testator assignavit pro dote Cappellaniæ fundum non de monstrativè, sed taxativè, incipiendo ab assignatione dotis, quo casu est locus reductioni Missarum. Sacra Congregatio *in Romana Legati* 7. *Octobris* 1679. in responsione ad secundum *Tondut. quæst. benef. tom.* 2. *par.* 3. *cap.* 162. *num.* 5.

Non obstat, quòd Testator injunxerit Guaitæ onus subrogandi alium fundum tutum, & sufficientem pro celebratione dictarum Missarum; Quoniam hujusmodi onus fuit injunctum eidem Guaitæ, concurrentibus copulativè duabus circumstantiis, nempe insufficientia redditu fundi assignati, & appropriatio ejusdem fundi ibi -- *In oltre dispone, e vuole, che ove detta Basina, e Beni non siano sufficienti per la celebrazione di dette Messe Ebdomadarie &c. e che l'infrascritto Signor Guaita suo Genero eleggesse d'appropriarsi detta Casina, e beni, in tal caso dichiara, che il medesimo possi ciò fare, con ciò però, che il medesimo surroghi altro fondo sicuro, e sufficiente per la celebratione di dette Messe.* Unde licèt concurrat prima circumstantia, nempè insufficientia redditu, tamen cùm præfatus Guaita renunciaverit juri sibi à Testatore collato, sequitur, quòd non teneatur subrogare alium fundum tutum, &
2 sufficientem, dum dictio *Et* conjungit, & concursum copulatorum requirit *Barbos. de diction. diction.* 110. *num.* 6. *prope finem Rota decis.* 167. *num.* 11. *par.* 5. *recen.* Eò magìs quia idem Guaita non est hæres, nec ullum hæreditatis commodum sentit.

Sacra verò Congregatio in Vercellen. reductionis Missarum 17. Junii 1713. respondit -- *Dilata, & citentur hæredes.*

ARGUMENTUM.

A' quibus debeatur supplementum annui redditus pro Sac. Supellectilibus, cæterorumque utensilium consumptione in celebrandis Missis à Testatore in limine fundationis Cappellaniæ volitis.

SUMMARIUM.

1 *Constitutio quòd onus subministrandi expensas pro Sac. Utensilium consumptione, pertineat ad Cappellanos est servanda.* Amplia, ut n. 2.

3 *Legatum quando dicatur stare taxativè?*

4 *Regula, quòd legatum pium sortiatur potiùs indolem demonstrationis, quàm taxationis, quando procedat?*

5 *Annui redditus pro Sacrorum Utensilium consumptione, in qua summa supplendi sint à Cappellanis?*

CASUS XXVII.

CHristophorus Magnus in ejus ultimo, sub quo decessit testamento rogato de anno 1706. ordinavit, ut post ejus obitum quinque erigerentur Cappellaniæ laicales sub perpetuo suo familiari Jurepatronatus, binæ scilicet in Ecclesia Societatis SS. Crucifixi Oppidi Civitatis Novæ, alia in Ecclesia Monialium Sancti Joannis, & reliquæ duæ in Ecclesia Sacrorum Stigmatum ejusdem Oppidi, injuncto onere earum singulis Cappellanis ad nutum amovibilibus quotidie Sacrum peragendi pro suffragio animæ suæ, & suorum. Pro dote earumdem Cappellaniarum reliquit Testator 75. loca montium non vacabilium, ex quorum fructibus voluit attribui unicuique ex dictis Cappellanis annua scuta 45. ordinavit insuper, ut ponerentur in multiplico sex alia loca Montis Sancti Petri, ad effectum, ut ex eo multiplico supplerentur fructus supradictorum locorum Montium primo assignatorum in casu eorum extractionis, seu extinctionis, quemadmodum in casu diminutionis dicti multiplici jussit, ut ad ejus ratam diminuerentur redditus dd. Cappellaniarum. Denique legavit idem Testator prænominatis Ecclesiis alia loca quinque, & sextum unum Montis S. Petri tertiæ Erectionis, ut eorum fructus erogarentur in consumptione utensilium, quibus opus est Cappellanis pro celebratione dictarum Missarum, videlicet loca tria, & tertium unum Ecclesiæ Sacrorum Stigmatum, locum unum, & 33. centes. Ecclesiæ Societatis, ac dimidium loci unius Ecclesiæ Monialium.

Sequuta erectione dictarum Cappellania-

niarum agnoscentes Officiales primodictæ Societates, ac Syndici præfati Monasterii Monialium, fructus locorum Montium ipsis assignatorum pro consumptione utensilium memoratorum neutiquam sufficientes esse ferendo sumptui, qui in eo Oppido requiritur pro hujusmodi consumptione, ac renuente Aloysio Magno, hærede Testatoris eum supplere, recursum habuerunt ad Sacram Congregationem Concilii pro declaratione. Requisitus ex tunc clar. mem. Cardinalis Cincius Archiepiscopus informare, transmisit in ejus relatione exaratam Constitutionem Synodalem sub *tit. de celebrat. Miss.* hujus tenoris -- *Habeant tamen præcisam quantitatem solvendam à Beneficiatis pro Sacræ suppellectilis, cæterorumque utensilium consumptione, si ea sibi sumministrare faciunt à Rectoribus Ecclesiarum, in quibus habeant onus celebrandi, nempè scutum unum pro qualibet annua Officiatura, quæ constat uno Sacro singulis hebdomadis, & plus, minusque ad eamdem rationem, si numero plures, vel minores sint Missæ celebrandæ.* Adeout juxta hanc legem pro qualibet Missa quotidiana requirantur pro utensilibus scuta septem; Verùm subjunxit idem Cardinalis Relator hujusmodi Constitutionem Synodalem inibi communiter non observari, sed consuetudinem esse in ea Diœcesi solvendi pro utensilibus unius officiaturæ constantis unam Missam singulis hebdomadis, obulos dumtaxat quinquaginta, itaut pro qualibet Missa quotidiana, computentur utensilia in annuis scutis tribus cum dimidio; adeòque attanta utraque lege, assignamentum à Testatore relictum semper sit insufficiens, credidit nihilominus idemmet Cardinalis Relator in præsenti casu non esse habendam rationem consuetudinis sibi vindicantis, ubi nullum est assignatum capitale pro utensilibus, sed onus reperitur penès ipsos Beneficiatos, seu aliter obligatos ad celebrationem Missarum. At ubi prout hìc est assignatum capitale, & onus exigendi est penès ipsa loca Pia non sinè aliqua impensa, & periculo extractionum, censuit non esse recedendum à præscripta taxatione Synodali, disputatum proinde fuit sequens dubium -- *An debeatur supplementum annui redditus pro Sacræ Supellectilis, cæterorumque utensilium consumptione.* Cui Sacra Congregatio in *Firmana Sacrarum supellectilium* 14. *Novembris* 1711. respondit -- *Affirmativè* -- Reproposita autem hujusmodi Causa 8. Julii 1713. super dubio. *An quibus debeatur supplementum annui redditus pro Sacræ suppellectilis, cæterarumque utensilium consumptione, & in qua summa in casu &c.* -- Deberi à Cappellanis, & nullatenus teneri Joannem Aloysium Magnum hæredem Fundatoris Cappellaniarum respon-
1 dendum sentiebam. Etenim vigore Constitutionis Synodalis in Diœcesi Firmana vigentis disponitur, quod onus subministrandi expensas pro Sacræ supellectilis, cæterorumque utensilium consumptione pertineat ad Cappellanos Missas celebrantes, quando Sacra suppellex à Ministris Ecclesiarum præstatur ibi -- *Habeant tamen præcisam quantitatem solvendam à beneficiatis pro Sacræ supellectilis, cæterorumque utensilium consumptione, si ea sibi subministrare faciant à Rectorihus Ecclesiarum, in quibus habent onus celebrandi* -- quæ constitutio servanda est in tota Diœcesi, utpote obligatoria. *Rota coram Zarat. decis. 74. num. 20. & coram Emerix decis. 740. num. 2.*

2 Multoque magìs quia Cappellani consequuntur annua scuta 45. cum lucro scut. 20. circiter ultra consuetam eleemosynam; Unde inspecto emolumento adeò notabili, omnis æquitas postulat, ut sentiant modicum gravamen expensarum pro consumptione Sacræ supellectilis, quemadmodum ratione pinguis eleemosynæ eadem Sacra Congregatio in Causa *Nucerina Paganorum die 2. Maji* 1705. respondit -- *Taxam Sacræ Supellectilis solvendam esse à Cappellanis* --

3 Nullatenus verò ad hujusmodi onus expensarum pro consumptione Sacrorum utensilium, tenetur hæres Fundatoris, quia iste faciendo hujusmodi Legatum locorum Montium, de quo agitur incepit ab illorum traditione, ac deinde processit ad executionem, destinando scilicet opus, in quod illorum fructus erogari debeant, & sub unica verborum structura assignationem locorum Montium, & executionem legati concipiendo ibi -- *Per ragione di Legato &c. lascia luoghi cinque, & un sesto, con condizione, che li frutti di detti luoghi respettivamente debbano servire per con-*

consumo degl' Utensili -- Quæ omnia demonstrant legatum stare taxativè, ut probant *Bertacchin. vot. decis.* 106. *num.* 2. *Rovit. decis.* 57. *num.* 11. *Rot. coram Merlin. decis.* 55. *num.* 1. *&* 2., *& dec.* 530. *nu.* 16. *par.* 10. *recen.* Ac proindè favore hæredis Fundatoris militat regula eximens hæredem ab onere supplendi, quoties Fundus, & Bona pro annui legati Pii satisfactione relicta, quæ sufficientem redditum non subministrent, in dispositione Testatoris stant taxativè, non verò demonstrativè, ut post *Castrens. cons.* 338. *n.* 3. *lib.* 1. firmant *Monet. de commut. ultim. volunt. cap.* 6. *num.* 176. *Perez de Lara de Anniversar. & Cappell. lib.* 1. *cap.* 15. *num.* 120. *Bordon. de legat. cap.* 10. *num.* 53. *Monacell. in Formular. For. Eccles. tom.* 1. *form.* 19. *tit.* 10. *num.* 22. *&* 24.

4 Nec officit regula, quòd legatum Pium uti latam recipiens interpretationem fortiatur potiùs indolem demonstrationis, quam taxationis; Ideoque si fundus relictus à Testatore in redditu non sufficiat pro implemento operis demandati, hæres teneatur supplere ex aliis bonis; Nam regula ista procedit in dubio, secus autem quando clara est voluntas Testatoris nil aliud relinquendi, isto enim casu fundus taxativè semper stare censetur. *Bertacchin. dicto voto* 106. *num.* 4. *Rot. dec.* 117. *n.* 11. *par.* 17., *& decis.* 530. *num.* 18. *par.* 16. *recent.*

5 In qua autem summa supplendi sint à Cappellanis annui redditus pro SS. Utensilium consumptione standum est consuetudini Diœcesis Firmanæ, quæ præscribit solutionem bonon. 50. pro qualibet annua officiatura, quæ consuetudo omninò attendenda est; unde dicerem, quòd favore Ecclesiæ Sanctissimi Crucifixi addendus esset locus unus reddens alia scuta tria præter assignata à Fundatore quolibet anno, favore autem Ecclesiæ Sancti Joannis Baptistæ duæ tertiæ partes addendæ essent alterius loci constituentes majorem fructum annuum in scutis duobus, supplendo in totum locum unum cum duabus tertiis partibus alterius loci.

Sacra verò Congregatio Concilii dicta die 8. Julii 1713. respondit -- *Dilata, & proponatur cum jisdem scripturis in Firmana Sacrarum Suppellectilium.*

ARGUMENTUM.

An possit imponi census super bonis à Fundatore pro Cappellaniis, ad effectum dicta bona restaurandis, suspensa interim Cappellaniarum erectione, donec ex pensionibus restauratorum bonorum, census extinguatur.

SUMMARIUM.

1 *Potest imponi census super bonis relictis à Fundatore pro Cappellaniis ad effectum dicta bona restaurandi, suspensa interim Cappellaniarum erectione, donec ex pensionibus restauratorum bonorum, census extinguatur?*

CASUS XXVIII.

Titius in suo Testamento hæredes instituit Canonicos, & Capitulum Ecclesiæ A. cum onere quotidie recitandi horas Canonicas in Choro, & Anniversarium die sui obitus perpetuò celebrandi, omnesque hæreditatis redditus erogandi in quotidianas distributiones solùm Choro intereſſentibus dandas; Deinde voluit, quòd pensiones Domus suæ habitationis distribuerentur æqualiter tot Cappellanis, quot juxta eos à Canonicis eligi possent.

Cùm autem hujusmodi domus reperta sit in statu ruinoso, & expensa restaurationis ascenderet ad scut. 600. hinc Canonici supplicarunt pro facultate imponendi ad hunc effectum censum in sorte ejusdem summæ, suspensa interim Cappellanorum electione, donec ex pensionibus restauratæ domus census extinguatur. Unde.

Quæritur; An, & quomodo Oratorum precibus sit annuendum?

1 Respondeo esse annuendum pro concessione dictæ facultatis juxta modum; quia concurrit necessitas reædificandi dictam domum, & utilitas, quæ retraheretur, & reædificaretur, quibus concurrentibus concedi solet dicta facultas.

Quòd autem hujusmodi census extinguendus sit ex pensionibus dictæ domus, & interim suspendenda sit electio Cappellanorum usque ad extinctionem dicti cen-

cenſus, videtur annuendum; Quia onus erigendi dictas Cappellanias fuit taxativè impoſitum ſuper redditibus domus, nam Teſtator ſub unica, eademque oratione ſignificavit quid, & unde erigi deberet ibi -- *Intendo, e voglio, che li Signori Canonici debbano inſtituire quattro Cappellanie, e quelle dare à quattro Sacerdoti ò più, ò meno, ſecondo ſarà l'Entrata, e parerà alla loro prudenza* -- juxta diſtinctionem inter unam, & duplicem orationem, de qua *Bald. conſ.* 151. *num.* 1. *lib.* 5. *Rot. deciſ.* 488. *num.* 7. *& deciſ.* 530. *num.* 16. *par.* 19. *tom.* 2. Ac proinde ſicuti ſpectabit ad Cappellanias commodum,& augumentum penſionum, quòd ex reædificatione domus proveniet, ita par eſt, ut ipſas tangat etiam damnum,& diminutio, quod eſt adeò verùm, ut ſi domus ob ejus vetuſtatem collabeſceret, aut alio quocumque modo penſiones domus deficerent ſinè culpa Canonicorum, nec etiam onus ſuper ea impoſitum valeret amplius ſubſiſtere ad *Text. in l. quidam teſtam. in princip. ff. de legat.* 1. *Torr. var. quæſt. to.* 1. *de Legat. tit.* 4. *quæſt.* 2. *num.* 19. *Rota deciſ.* 106. *num.* 9. *&* 10. *par.* 14. *recen.*

Non obſtat, quòd Capitulum adiverit hæreditatem Titii ſinè beneficio legis, & Inventarii, & conſequenter tenetur de proprio perſolvere dicta onera Cappellaniarum, quia hoc procedit de Creditoribus hæreditariis ob cauſam oneroſam, ſecus de legatariis hæreditariis, tunc enim Eccleſia, aut alius locus Pius hæres ob ommiſſionem jnventarii non tenetur de proprio, & ultra Vires hæreditarias perſolvere legatum Pium. *Rota coram Coccin. deciſ.* 1462. *num.* 17. *& deciſ.* 493. *num.* 28. *&* 29. *par.* 4. *tom.* 2. *rec.*

Et ita fuit reſolutum à Sacra Congregatione 9. Aprilis 1712. in una *Bononien. facultatis alienandi.*

CANON XXVIII.

CLEMENS III.

NObis fuit. Et infra: Inquiſitioni tuæ tale damus reſponſum, quòd ſi quis Eccleſiam cum aſſenſu Diœceſani conſtruxit, ex eo Juſpatronatus acquirit. Cæterum in Conventuali Eccleſia non Electioni Prælati faciendæ, ſed jam factæ honeſtiùs Patroni poſtulatur aſſenſus, niſi aliter de ſua juriſdictione obtineat, ut partes ſuas interponere debeat Electioni tractandæ; Secus tamen eſt in Cappella, in qua unus Presbyter à Patrono eligitur, & pro inſtitutione habenda loci Epiſcopo præſentatur. Pro fundatione quoque Eccleſiæ honor Proceſſionis Fundatori ſervatur, & ſi ad inopiam vergat, ab Eccleſia illi modeſtè ſuccurritur, ſicut in Sacris Canonibus eſt inſtitutum.

COMMENTARIUM.

EX hoc Canone, qui in Decretalibus legitur in ordine il 25. ſequentes deducuntur concluſiones.

Prima -- AD HOC, UT ACQUIRATUR JUSPATRONATUS, EX CONSTRUCTIONE, DOTATIONE, AUT FUNDATIONE ECCLESIÆ, REQUIRITUR CONSENSUS EPISCOPI. Secunda

Secunda -- Patronus in Ecclesiis Conventualibus non habet jus præsentandi Prælatum, sed solum habet jus consentiendi Electioni Prælati jam factæ secus in aliis Ecclesijs simplicibus et am parochialibus.

Tertia -- Patronus ex constructione, et fundatione Ecclesiæ acquirit honorem Processionis, et jus alimentorum, ita *Glos.*, *hìc Innocent.*, *Abb.*, *Anan.*, *Butr.*, *Fagnan.*, *Barbos.*, *Gonzal.*, *hìc Lambertin.*, *de jurepatronat. lib.*1. *par.*1. *qu.*2. *art.*10., *& qu.*11. *art.*2. 3., *& 4.*, *Archidiac. super sexto Decretal. in cap. si Laicus de jurepat.*, *Salgad.*, *Labyrint. Credit. to.*4. *art.*3. *de Libert. Beneficiorum n.*18., *Barbos. de offic.*, *& potest. Episcopi p.*3. *allegat.*70. *n.*20., *Vivian. de jurepatr. par.*1. *lib.*2. *cap.*1. *n.*7., *Amostaz. de caus. piis lib.*1. *cap.*5. *num.*33., *Tamburin. de jure Abbat. disput.*9. *qu.*21. *n.*2. *Card. de Luc. de jurepatronat. disc.*55. *n.*4., *Rota*
1 *dec.*265. *n.* 5., *& 6. cor. Cavaler.*, *& in Mediolanen. Archipresbyteratus* 27. *Januarii* 1710. §. *Verba cor. R.P.D. Falconerio.*

Clemens III. complectitur in hoc *Canone* quidquid separatim statuitur *in Canonibus piæ mentis*, *quicumque*, *filis*, *& decernimus*, quos superiùs in *prima Parte* exposui, & solùm ulteriùs requirit consensum Episcopi jam antecedenter requisitum à Concilio Aureliano Can. *Nemo Ecclesiam de Consecrat. dist.*1. in fundatione, constructione, & dotatione Ecclesiarum ibi -- *Nemo Ecclesiam ædificet*, *antequam Episcopus Civitatis veniat*, *& ibidem Crucem figat publicè atrium designet*, *& antè præfiniat*, *qui ædificare vult*, *quæ ad luminaria*, *ad custodiam*, *& ad stipendia custodum sufficiant*, *& ostensa donatione sic domum ædificet*, *& postquam consecrata fuerit*, *& atrium ejusdem Ecclesiæ Sancta Aqua conspergat* -- Qui quidem consensus sufficit etiam pro reservatione Jurispatronatus absque alio distincto consensu *Amostaz. de caus. piis lib.*5. *cap.*5. *n.*42. *Rot. decis.*336. *n.*4. *cor. Cavaler.* Licèt contrarium doceatur à *Lambertin. lib.*1. *par.*1. *quæst.*21. *art.*3. *num.*5., Cujus tamen Doctrina, quoad hoc communiter à Doctoribus hodie non est recepta.

2 Ratio autem primæ conclusionis est, quia Episcopus debet cognoscere locum fundationis Ecclesiæ, sufficientiam dotis, & qualitatem personæ Ecclesiarum construentis, & quia consensus Ordinarii, sive Episcopi est causa efficiens Jurispatronatus omnino requisita ad formam, & perfectionem illius, cùm tale Juspatronatus spiritualitati annexum in hominum commercio esse non posset, nisi mediante consensu, & auctoritate Domini qualis est Ecclesia, pro qua supplet Ordinarius, qui tenetur recognoscere personam novi Patroni, & prout Ecclesiæ suæ proficuum esse existimat, approbandam; ideoque ad hoc, ut Juspatronatus de non esse ad esse deducatur, indispensabiliter intervenire debet hujusmodi consensus, ut docent *Lambertin. de jurepat. lib.*1. *par.*1. *qu.*2 *art.*5. *n.*1., *& seqq.*, *Rocch. de Curt. eod. tract. verb. pro eo*, *quod n.*1., *& 7.*, *Abb. cons.*59. *num.*3., *Calderin. de jurepat. cons.*20., *Roc. dec.*223. *n.*7. *par.*1. *divers.*, *& in Asten. Prioratus super pertinentia* 20. *Martii* 1709. §. *Quamvis coram R.P.D. Aldrovando*, *& in Lucana Beneficii* 26. *Junii* 1709. §. *Insuper coram R.P.D. Falconerio*, *& in Senogallien. Canonicatus de Luchis* 23. *Junii* 1710. §. *Minime coram R.P.D. Aldrovando*, *& in Tridentina Cappellaniæ* 2. *Martii* 1714. §. *Certi coram R.P.D. Falconerio.*

ARGUMENTUM.

Accedente Episcopo ad Ecclesiam Cathedralem, aut Collegiatam de Jurepatronatus laicali, an liceat Patrono, eum associare ad sinistram, & uni ex Canonicis ad dexteram, tam in ingressu, quàm in egressu ab Ecclesia, seu potiùs talis incessus, tam ad sinistram, quàm ad dexteram spectet privativè ad solos Canonicos?

SUMMARIUM.

1 *Juris conditio semper in infinitum decurrit*, *& novas quotidie deproperat edere formas.*

2 *Laici in associatione Episcopi*, *sivè sint Magistratus*, *sive alii viri nobiles præire debent immediatè ante Episcopum.*

3 *Dictio* aliis *comprehendit etiam alios non expressos*, *imò diversos.*

Ca-

4 *Canonici, & Epiſcopus faciunt unum corpus.*

5 *Monſtruoſum eſt inter Caput, & membra in eodem corpore aliquid extraneum commiſceri.*

6 *Patronus poteſt aſſociare Epiſcopum non indutum Mitra, & Pontificalibus accedentem ad Eccleſiam, tam in ingreſſu, quam egreſſu, ad ſiniſtram, & unus ex Canonicis ad ad dexteram*, & quare? Vide n.7.. Amplia ut n.8. *Secus Procurator Vicarius, cui miniſter Patroni*, & n.10. *Aut quando Epiſcopus eſt indutus Mitra, & Pontificalibus*, & n.11.

9 *Jus aſſociandi Epiſcopum ad ſiniſtram competere poteſt ex conſuetudine Magiſtratui licèt ſeculari.*

CASUS I.

LIcèt quoad *tertiam Concluſionem* ſuperiùs in *Prima Parte* dictum fuerit, adeò quod videbantur ſufficere, jam ibi dicta
1 nihilominus quia miſera juris conditio ſemper in infinitum decurrit, & novas quotidiè deproperat edere formas; ut dicit Imperator *in l. 2. Cod. de vete. jur. enu.* oportet novis, & emergentibus caſibus novas etiam accommodare deciſiones. Caſus igitur eſt ſequens.

Cùm accederet Epiſcopus ad Eccleſiam Cathedralem A de Jurepatronatus laicali, Patronus quando ibi reperiebatur ſemper ſolebat aſſociare Epiſcopum ad ſiniſtram & unus ex Canonicis ad dexteram, tam in ingreſſu, quàm in egreſſu ab Eccleſia. Nuper Canonici ejuſdem Cathedralis inſurgentes contra Patronum ptætendunt eum excludere ab hujuſmodi aſſociatione, & hanc ad ipſos ſolos, nam ad dexteram, quàm ad ſiniſtram privativè ſpectare. Quæro proinde in hoc caſu, an liceat Patrono laico aſſociare Epiſcopum venientem ad Eccleſiam Cathedralem Patronalem ad ſiniſtram, & uni ex Canonicis ad dexteram, tam in ingreſſu, quàm in egreſſu ab Eccleſia, vel potiùs talis inceſſus tam ad ſiniſtram, quàm ad dexteram ſpectet privativè ad ſolos Canonicos?

In hac quæſtione reſpondendum videtur non licere Patrono Laico aſſociare Epiſcopum accedentem ad Eccleſiam Cathedralem patronalem ad ſiniſtram; Sed aſſociatio tam ad dexteram, quàm ad ſiniſtram ſpectare ad ſolos Canonicos pri-
2 vativè; Clara eſt enim diſpoſitio cæremonialis *lib. 1. cap. 15.* diſponentis, perſonas laicas, ſive ſint Magiſtratus, ſivè alii, viri nobiles, & illuſtris debere præire immediatè ante Epiſcopum, ibi -- *Præibunt familiares Epiſcopi, etſi adierit Magiſtratus, aut alii nobiles, & illuſtres viri immediatè ante Epiſcopum* -- Unde Patrono laico non convenit aſſociare Epiſcopum ad ſiniſtram; ſed debet præire, & talis aſſociatio tam ad dexteram quàm ad ſiniſtram competere debet ſolis Canonicis; In nihilo obſtante, quòd cæremoniale non loquatur de Patrono; ſufficit enim quòd dixerit *aut alii nobiles, & illuſtres viri*, ad
3 effectum comprehendendi etiam Patronos, juxta Dictionem *Alii*, cujus natura eſt continere in ſe quamdam generalitatem, & comprehendere etiam alios non expreſſos, imò diverſos ab expreſſis, ut docet *Socin. conſ. 300. ſub. num. 2. verſ. tertio principaliter. Natt. conſ. 546. n. 2. & ſeq. Barboſ. de Dictionib. Dict. 26. num 15.*

4 Ratio autem videtur eſſe quia Canonici, & Epiſcopus faciunt unum corpus, cujus caput eſt idem Epiſcopus, & Canonici membra. *Cap. novit 4. de his, quæ fiunt*
5 *à Prælat. ſine conſenſu capitul.* Monſtruoſum autem eſſet inter caput, & membra in eodem corpore aliquid extraneum commiſceri, ſcilicet Patronum laicum, qui cùm Canonicis uniretur ad aſſociandum Epiſcopum accedentem ad Eccleſiam patronalem, dum nullus extraneus nec ordine legali, nec naturali inter caput, & membra inſeri poteſt, & conſequenter Patronus laicus aſſociare non poteſt etiam ad ſiniſtram, Epiſcopum, & ſecum Canonicis commiſceri; ſed præire debet immediatè ante Epiſcopum. *Gratian. diſcept. 111. num. 3. Card. de Luc. de Præem. diſc. 18. num. 2.*

6 Hæc omnia ingerere videntur dubitationem pro excluſione Patroni laici ab hujuſmodi aſſociatione Epiſcopi, etiam ad ſiniſtram ſed re maturè perpenſa cenſeo in hoc caſu poſſe Patronum aſſociare Epiſcopum venientem ad Eccleſiam patronalem ad ſiniſtram, & unum ex Canonicis ad dextram tam in ingreſſu, quàm in egreſſu, quando Patronus reperitur præſens in Eccleſia, non verò hujuſmodi aſſociationem tam ad dexteram, quàm ad

siniſtram ſpectare privativè ad ſolos Canonicos; Quoniam aſſociare Epiſcopum aſt siniſtram accedentem ad Eccleſiam patronatam non indutum Mitra, & Pontificalibus, eſt honor, & actus merè Urbanitatis extrà functionem Eccleſiaſticam, non læſivus præaminentiæ debitæ Capitulo nec inconveniens laico, quando hic ſe ponit ad siniſtram cedendo Canonicis dexteram; ad *Tex. in cap. ſolitæ de Maj. & obed. ibiq. Abb. num. 6. Pignattell. conſult. 36. num. 8. & ſeqq. tom. 4. Rot. in. Caſſanen. jurium Parochialium, ſeu præeminentiarium 6. Junii* 1707. §. *ſiquidem coram bon. mem. Cafarello*. Unde Patrono laico competere poteſt hujuſmodi honor, & jus aſſociandi ad siniſtram Epiſcopum accedentem ad Eccleſiam patronat m non indutum Mitra & Pontificalibus, juxta diſpoſitionem hujus Canonis *Nobis*; & *Can.* 1. & 11. *de quibus prima parte*. Laici enim in obſequiis voluntariis redundantibus in honorem Eccleſiæ, & Eccleſiaſticorum ſunt omni dulcedine invitandi, & jam cum aliqua relatione rigoris juris, ut alliciantur ad perſeverandum in propoſito Eccleſiæ, & Eccleſiaſticis favorabili, ut magis creſcat, & honoretur dignitas Epiſcoporum. *Valeron. de tranſact. tit. 3. q. 6. num.* 45., ibi -- *ut ſunt præcedentiæ, & præcedentiæ Patrono competentes in Eccleſia patronata ſedendi in honorabiliori loco, & ambulandi prope Prælatum in Proceſſionibus* --

7 Ratio autem videtur eſſe quia Eccleſia Cathedralis patronata duplicem figuram gerit unam Eccleſiæ Cathedralis, quæ repræſentatur per Canonicos, & alteram Patronatæ quæ repræſentatur per Patronum, ita ut, *ut Patronata* poterit exercere hunc actum Urbanitatis aſſociandi ad siniſtram proprium ſponſum ad eam accedentem per Patronum; ſicuti ut *Eccleſia Cathedralis* poteſt & debet exercere eumdem actum Urbanitatis ad dexteram per Canonicos juxta *Caſtald. in prax. Cæremon. lib.* 1. *ſeſſ.* 8. *cap.* 1. *Panimoll. deciſ.* 1. *annot.* 11. *num.* 3.

8 Eoque magis Patronus laicus poterit aſſociare ad siniſtram Epiſcopum venientem ad Eccleſiam patronatam tam in ingreſſu, quàm in egreſſu unà cum uno ex Canonicis, & ſic medium ducere per Eccleſiam ſi ipſe fuit ſolitus ità ſemper aſſociandi Epiſcopum, quando reperiebatur in Eccleſia; dum omnibus notum eſt in hac materia præcedentiæ, ubi legis diſpoſitio ceſſat, totum deſumi ex conſuetudine, quæ pro lege reputatur, & qui habet conſuetudinem habere dicitur juris aſſiſtentiam; ut expreſsè docet *Rot. deciſ.* 817. *n.* 3. *coram Pœnia*, & 781. *n.* 6. *p.* 18., & *in Pampilonen. Præeminentiarum* 3. *Febr.* 1700. §. *fortius vero*, & 7. *Martii* 1701. §. *iterum coram dell'Olmo*.

9 Quod comprobatur paritate Magiſtratus; ſi enim unus ex Magiſtratu ſemper aſſociavit ad siniſtram Epiſcopum venientem ad Eccleſiam, & unus ex Canonicis ad dexteram, hujuſmodi conſuetudo eſt ſervanda, & Magiſtratui licèt Seculari, competere debet hujuſmodi jus aſſociandi juxta reſolutionem Sac. Congregationis Rituum in Æſina 3. *Auguſti* 1612. *relat. à Barboſ. in Summ. Apoſtol. deciſ. collect.* 228. *num.* 11., & *à Panimoll. deciſ.* 1. *annot.* 11. *num.* 19., & *ſeqq.* Ergo etiam, & à fortiori Patrono licèt laico & habenti pro ſe conſuetudinem aſſociandi Epiſcopum ad siniſtram; poterit eum ſic aſſociare.

10 Cæterùm ſi Epiſcopus accederet ad Eccleſiam Cathedralem Patronalem, & non reperiretur ibi Patronus; ſed adeſſet hujus Procurator, Vicarius, aut Miniſter, in tali caſu jus aſſociandi Epiſcopum tam ad dexteram, quàm ad siniſtram ſpectaret ad ſolos Canonicos, & non ad Procuratorem, aut Miniſtrum Patrono, quia, Procuratori, aut Miniſtro Patroni non debetut honor debitus Patrono, nec ille debet habere omnia honorifica tractamenta, quæ ipſi Patrono præſenti competerent. *Card. de Luc. de præm. diſc.* 44. *num.* 7. *in fin.*

11 Non obſtat cæremoniale Romanum *dicto cap.* 15. Quoniam diſtinguendum eſt inter actum SS. Functionum, & actum merè Urbanitatis extra Sacras functiones; cæremoniale Romanum, & ratio in contrarium deducta procedit in actu SS. Functionum, & quando Epiſcopus eſt indutus Mitra, & Pontificalibus, tunc enim Epiſcopus aſſociari debet à ſolis Canonicis, & monſtruoſum eſſet laicos, & alios extraneos commiſceri inter Canonicos, & Epiſcopum; non verò procedit in actu meræ Urbanitatis, & voluntario aſſociandi Epiſcopum ad siniſtram, quando accedit ad Eccleſiam Patronalem.

ARGU-

ARGUMENTUM.

Conſenſus Epiſcopi requiſitus ad effectum acquirendi Juriſpatronatus Beneficii, quando intervenire debeat ex quibus tacitè inducatur, & an Epiſcopus compelli poſſit ad conſentiendum; & an præſtari valeat per inferiorem.

SUMMARIUM.

1 *Epiſcopus ſi ſit Fundator beneficii non poteſt auctorizare illius erectionem cum reſervatione juriſpatronatus.*

2 *Conſenſus Ordinari requiritur non ſolùm ad acquirendum Juſpatronatus activum, verum etiam paſſivum.*

3 *Conſenſus Ordinarii quando intervenire debeat?*

4 *Epiſcopus pro præſtatione hujuſmodi conſenſus, non poteſt tamquam ex debito aliquod munus exigere à Fundatore.*

5 *An hujuſmodi conſenſus tacitè inducatur ex admiſſione præſentationum, & ex inſtitutionibus.*

6 *Epiſcopus compelli poteſt ad conſentiendum, ſi abſque legitima cauſa nolit conſentire.*

7 *Prælatus inferior habens juriſdictionem quaſi Epiſcopalem poteſt præſtare hujuſmodi conſenſum.*

8 *Vicarius Generalis Epiſcopi poteſt conſentire reſervationi juriſpatronatus, ſi habeat ſpeciale mandatum Epiſcopi,*

9 *Capitulum ſede vacante, poteſt præſtare dictum conſenſum.*

CASUS II.

CErtum eſt juxta *primam Concluſionem*, quòd ad acquirendum Juſpatronatus requiratur conſenſus Epiſcopi illius loci, in quo fundatur, conſtruitur, & dotatur Eccleſia, & illius Epiſcopi, qui non ſit
1 Fundator Beneficii, etenim ſi ſit Fundator Beneficii, & de propriis bonis illud erigat cum reſervatione Juriſpatronatus pro ſe, & ſua familia, non poteſt auctorizare hanc erectionem, quia partes Judicis, & Fundatoris in examinando illarum juſtitiam ſuſtinere non valet. *Rot. deciſ. 22. num. 9. poſt Monacell. formul. legal. tom. 2.*
2 Et quidem hujuſmodi conſenſus requiritur non ſolùm ad acquirendum Juſpatronatus activum, verùm etiam paſſivum *Rot. in Vaden. Canonicatus 30. Junii 1704. §. Secus coram bon. mem. Reverendiſſimo Molines.*

Unde quæritur in hoc Caſu; Primò -- *Quando hujuſmodi conſenſus intervenire debeat?*

Secundò -- *An tacitè inducatur ex admiſſione præſentationum, ſeu ex inſtitutionibus factis per Epiſcopum.*

Tertiò -- *An Epiſcopus compelli poſſit ad conſentiendum.*

Quartò -- *An præſtari poſſit per inferiorem?*

3 Quoad primum cenſeo conſenſum Ordinarii intervenire debere, vel in actu conſtructionis, fundationis, & dotationis Eccleſiæ, vel ex poſt, & tunc quando intervenit, acquiritur Juſpatronatus. *Barboſ. in hoc Can. XXVIII. num. 2. Gonzal. num. 2. Roch. de Curt. de jurepat. verb. pro eo num. 2. Lambertin. eodem tract. lib. 1. par. 1. qu. 2. art. 12. Garz. de benef. par. 5. cap. 9. num. 72. Rot. deciſ. 727. num. 8. coram Ubaldo, & in Euden. Cappellæ 23. Januar. 1705. §. Neque obſtat coram Eminentiſſimo Scotto.*

4 Epiſcopus autem pro præſtatione conſenſus in reſervatione juriſpatronatus, & in fundatione Eccleſiarum, & beneficiorum non poteſt tamquam ex debito aliquod munus exigere à Fundatore, juxta Textum expreſſum *in Can. placuit 1. qu. 2.* ibi -- *Placuit ut quoties ab aliquo Fidelium ad Conſecrandas Eccleſias Epiſcopi invitantur, non quaſi ex debito munus aliquod à Fundatore requirunt, ſed ſi ipſe quidem aliquid ex ſuo voto obtulerit, non reſpuant: Si verò aut paupertas illum, aut neceſſitas retinet, nihil exigatur ab illo. Hoc tamen unuſquiſque Epiſcoporum meminerit, ut non prius dedicet Eccleſiam, niſi antea dotem Baſilicæ, & obſequium ipſius per donationem chartulæ confirmatum accipiat; Nam non levis culpa eſt iſta temeritas, ſi ſinè luminariis, vel ſinè ſubſtantiali ſuſtentatione eorum, qui ibidem ſerviturí ſunt, tanquam domus privata, conſecretur Eccleſia* --

5 Quoad ſecundum; Hujuſmodi conſenſum requiſitum ad acquiſitionem juriſpatronatus tacitè induci ex admiſſione præſentationum, & ex inſtitutionibus factis per Epiſcopum ſimpliciter, & indiſtinctè

docent *Card. de Luc. de jurepat. disc.* 55. *num.*10. *Adden. ad Buratt. decis.* 1. *nu.* 26. *Rot. in Aquen. juris patronatus* 7. *Novembris* 1601. *coram Cardinali Lancellotto impress. apud Marchesan. de commiss. par.* 1. *pag.*454. contrarium tamen tuetur *Salgad. labyrint. Credit. tom.* 4. *de libert. Benefic. & Capell. recup. art.* 13. inter cætera motus ea ratione, quia non obstantibus præsentationibus, & institutionibus factis potest Episcopus quandocumque agere de libertate beneficii; Si autem ex admissione præsentationum, & ex institutionibus tacitè induceretur supradictus consensus; non posse Episcopus, de hac libertate amplius agere; igitur ex illis tacitè non inducitur dictus consensus. Nec acquiritur proprietas juris patronatus, quamvis acquiratur quasi possessio præsentandi; concludit tamen præfatos Doctores esse intelligendos quando admissionem præsentationum præcessit plena causæ cognitio super ipsa juris patronatus existentia.

6 In ordine ad tertium, indubitata est Doctorum opinio, quòd Episcopus compelli possit ad consentiendum si sinè justa causa nolit consentire tum per Archiepiscopum, tum per Pontificem, *Abb. cons.*59. *num.* 3. *Lambertin. de jurepat. lib.*1. *par.*1. *quæst.* 2. *art.* 16. *& seq. Amostaz. de Caus. piis lib.*5. *cap.*5. *n.*39.

7 Denique ad quartum respondeo; quòd Abbas, & quilibet alius Prælatus inferior potest præstare hujusmodi consensum, & vigore illius acquirere Juspatronatus in Ecclesia, dummodò habeat Jurisdictionem Episcopalem, seu Diœcesanam. *Abb. cons.*59. *num.*3. §. *Tertio principaliter, Lambertin. de jurepat. lib.*1. *par.* 1. *q.*2. *art.*14. *Garz. de benef. par.*5. *cap.*9. *num.*71. *Amostaz. de caus. piis lib.*5. *cap.*5. *num.*38. *Tamburin. de Iur. Abbat. disp.*9. *quæst.*21. *nu.*3. *Rot. decis.* 85. *par.*2. *divers.*

8 Vicarius Generalis Episcopi potest præstare huiusmodi consensum, dummodo habeat ab Episcopo speciale mandatum, secus si habeat solùm generale mandatum, quia præstare hujusmodi consensum est de majoribus, quæ non transeunt cum generali mandato, *Calderin. de offic. Vicar. cons.*3. *Garz. de benef. par.* 5. *cap.* 9. *num.* 75. *Vivian. de jurepat. par.* 1. *lib.*2. *cap.*1. *nu.*10. *Gratian. discept.*303. *num.*12. *Amostaz. de caus. piis lib.*5. *cap.*5. *num.*36. *Card. de Luc. de jurepat. disc.* 55. *num.* 5. At si Vicarius absque dicto speciali mandato erigeret beneficium cum reservatione Juris patronatus; talis erectio, & reservatio sustineretur, si Episcopus eam approbaret, & ratificaret. *Rot. decis.* 865. *num.* 3. *&* 4. *coram Ubald.*

9 Capitulum sede vacante potest præstare hujusmodi consensum, quia succedit Episcopo in jurisdictionalibus. *Calderin. cons.*3. *de jurepat. Garz. ubi supra num.* 79. *Vivian. ubi supra num.*15.

ARGUMENTUM.

Consensus Episcopi an requiratur in fundatione, constructione, aut dotatione Cappellaniarum merè laicalium, necnon Hospitalis, aut Collegii ad effectum acquirendi in eis Juspatronatus, seu jus præsentandi?

SUMMARIUM.

1 *Dignitates in Cathedralibus an, & quando possint admittere, & acceptare fundationes Missarum, & Anniversariorum absque consensu Capituli*; & num.5.

2 *Fundatio Cappellaniæ merè laicalis, seu legati Missarum adimplendi per Regularem in Ecclesia Sæculari absque hujus Rectoris consensu est nulla.*

3 *Ad effectum acquirendi Juspatronatus, seu jus nominandi in Cappellaniis, Hospitali, aut Collegio merè laicalibus non requiritur consensus Episcopi.*

4 *In erectione Cappellæ, aut Oratorii an sint servanda solemnia præscripta in* Can. Nullus, & Can. Nemo de consecrat. dist.1. *ad effectum, ut ibi celebrari possint Missæ?*

CASUS III.

ORdinavit quidam pius Testator in ejus postremis tabulis celebrationem Missæ quotidianæ, seu Cappellaniam merè laicalem cum onere Missarum in quadam Cappella erecta prope Ecclesiam Cathedralem de hujus dominio cum solo consensu Præpositi ejusdem Cathedralis, dissentiente irrationabiliter tamen Capitulo

lo, reſervavitque jus nominandi Cappellanum favore ſuorum Conſanguineorum irrequiſito penitùs Epiſcopo; Quæritur an fundatio hujuſmodi Cappellaniæ merè laicalis cum reſervatione juris nominandi abſque conſenſu Epiſcopi facta ſuſtineatur.

Reſpondendum videtur negativè, non ſolùm quia hæc fundatio Cappellaniæ, & reſervatio juris nominandi Cappellanum fuit facta à Teſtatore abſque conſenſu Epiſcopi vigore hujus *Canonis* omninò requiſito; verùm etiam quia ipſa Cappellania merè laicalis, ſeu legatum Miſſarum adimpleri non poteſt in præfata Cappella quoniam hæc erecta fuit abſque ſolemnitatibus requiſitis, & præſcriptis *in Can. nullus, & Can. nemo de conſecrat. diſtinct.* 1. Et etiam quia fundatio ejuſdem Cappellaniæ, ſeu legati Miſſarum fuit acceptata, & admiſſa à ſolo Præpoſito abſque conſenſu Capituli; adeôque ipſa eſt nul-
1 la, quia cùm ſupradicta Cappella ſit de dominio Cathedralis, ſeu Capituli, ad hoc ſpectat admiſſio fundationum Miſſarum, Anniverſariorum, & exercitium omnium, & quorumcumque actuum reſpicientium Eccleſiæ regimen, & gubernium, & non poterat Præpoſitus abſque copulativo aſſenſu, & permiſſione ipſius Capituli ad actum acceptationis devenire, ad *Text. in cap. relatum de teſtam., & cap. cum omnes de conſtit. & in cap. novit & cap. quanto de his quæ fiunt à Prælat. ſinè conſenſu Capituli, Pignattell. conſult. 49. nu. 2. tom. 6. & conſult. 86. num. 3. tom. 9. Tondut. quæſt. benef. tom. 1. cap. 1. num. 9.* & alii quos refert, & ſequitur *Rot. in Gerunden. fundationum 24. Januar. 1701. §. Fundamentalis coram R.P.D. Lancetta.*

2 Eodem modo, quo eſſet nulla fundatio Cappellaniæ merè laicalis, ſeu legati Miſſarum adimplendi per Cappellanum Regularem in Eccleſia Sæculari abſque hujus Rectoris conſenſu, cùm ad effectum, ut Regularibus licitum ſit in Eccleſia Sæculari celebrare, requiratur conſenſus Rectoris, prout è converſo opus ſit ſæcularibus licentia ſuperioris, ut valeant in Eccleſia Regularium celebrare. *Calderin. conſ. 28. de regul. Barboſ. in ſumm. Apoſtolic. deciſ. 474. num. 14. & deciſ. 634. nu. 8. Amoſtaz. de cauſ. piis lib. 5. cap. 3. ſub n. 46.* & expreſsè *Rot. in Majoricen. fundationis 24. Novembris 1704. §. Quidquid coram R.P.D. Omanna.*

3 His tamen minimè attentis cenſeo fundationem præfatæ Cappellaniæ, & reſervationem juris nominandi Cappellanum favore Conſanguineorum Teſtatoris abſque conſenſu Ordinarii factam ſuſtineri: ſiquidem licèt hujuſmodi conſenſus requiratur pro validitate reſervationis Juriſpatronatus Eccleſiarum, aut Beneficiorum Eccleſiaſticorum, tamen non requiritur in reſervatione Juriſpatronatus Cappellaniarum mere laicalium, aut Hoſpitalis, aut Collegii laicalis; Sed Fundatores fundare, & reſervare poſſunt jus nominandi Cappellanum ad Cappellaniam merè laicalem, aut Puellas ad dotes, aut Miniſtros in Hoſpitali laicali, aut Rectorem adoleſcentes, & Juvenes in Collegio pariter laicali, irrequiſito penitùs Epiſcopo; quia præſens *Canon* loquitur ſolùm de Eccleſiis, & beneficiis Eccleſiaſticis; nec extendi debet ad ſimiles Cappellanias, Hoſpitalia, & Collegia merè laicalia; cùm in his ceſſet illius ratio in *Commentario* ſuperiùs relata, ut docent *Lambertin. de jurepat. lib. 1. par. 1. quæſt. 11. art. 11. & 14. Card. de Luc. eodem tract. diſc. 55. num. 7. Pignattell. conſult. 139. num. 2. tom. 10. Adden. ad Buratt. deciſ. 1. num. 22.*

4 Non obſtat, quòd in erectione Cappellæ, ubi demandata fuit fundatio dictæ Cappellaniæ, ſeu celebratio Miſſarum non fuerint ſervata ſolemnia præſcripta in *Can. Nullus, & in Can. Nemo* ubi ſupra, quia requiſita per dictos Canones ſpectant ad formalitatem conſecrationis Eccleſiæ; quæ non eſt neceſſaria pro celebratione Miſſæ in his parvis Cappellis, & Oratoriis, quæ ſatis eſt, quòd ſint Divino Cultui dicata, & Epiſcopi auctoritate conſuetis Eccleſiæ precibus, & per ſolam Aquæ Sacræ aſperſionem benedicta juxta *Azor. inſtit. moral. lib. 10. cap. 26. §. 14. Barboſ. de jur. Eccleſ. univerſ. lib. 2. cap. 2. num. 28. Paſqualig. de Sacrific. quæſt. 511. nu. 1.* & ſimili objecto his præciſis terminis reſpondet *Rot. in Tuden. Cappellæ 23. Januar. 1705. §. Baſis coram Eminentiſſimo Scotto.*

5 Minuſque adverſatur, quòd fundatio ejuſdem Cappellaniæ fuerit admiſſa, & acceptata à ſolo Præpoſito diſſentiente Capitulo; quia cùm diſſenſus iſte Capi-

tuli

tuli fuerit irrationabilis, & cùm agatur de fundatione Cappellaniæ, per quam absque ullo præjudicio Mensæ Capitularis, augetur Divinus Cultus, Animarumque solatium licitum erat Præposito, & cujus alteri Dignitati Cathedralis illum admittere, & acceptare, ut ad limitationem *Textus in cap. cum accessissent de constit.* tradunt *Felin. in dicto cap. num. 16. in fin. Abb. in cap. cum olim nu. 6. ibique Imol. num. 4. Butr. num. 8. de consuetud.* & resolutum fuit à Sac. Congregatione Concilii in *Sabinen. Archidiaconatus 2. Junii 1696.* quam resolutionem refert, & sequitur *Rot. in Gerunden. fundationum 24. Januar. 1701. §. Non attenta, & §. Quoniam coram R.P.D. Lancetta.*

ARGUMENTUM.

Consensus Ordinarii requisitus in erectione Beneficii in Ecclesia Titulari cum reservatione Juris-patronatus, an sit præstandus per Cardinalem Titularem, vel potiùs per Cardinalem Vicarium Urbis?

SUMMARIUM.

1 *Cardinalis Vicarius Urbis habet plenariam jurisdictionem Episcopalem in Diœcesi Romana.*

2 *Juspræstandi consensum in reservatione juris-patronatus, necnon jus instituendi, & conferendi beneficia, an spectare possit alteri, qui non habeat jurisdictionem Episcopalem cum Territorio separato?* & nu. 20.

3 *Cardinalis Urbis Vicarius habet jus cognoscendi causas subditorum titulis Cardinalium.*

4 *Refertur resolutio Gregorii XIII. Quomodo autem procedat?* Vide n. 24.

5 *In uno corpore monstruosum est esse plura capita.*

6 *Juspræstandi consensum in reservatione juris-patronatus, nec non instituendi, & conferendi beneficia erecta in Ecclesiis titularibus spectat ad Cardinales Titulares cumulativè, cum Emo Vicario Urbis,* & nu. 8.

8 *Cardinalis in eorum Titulis habent jurisdictionem Episcopalem.*

9 *Jurisdictio concessa alicui absolutè, & simpliciter intelligitur concessa accumulativè, & non privativè ad Episcopum.*

10 *Visitatio, & excommunicatio possunt esse apud plures in solidum.*

11 *Actus jurisdictionales Episcopales competere possunt alteri accumulativè cum Episcopo.*

12 *Jus instituendi, & conferendi beneficia in eadem Diœcesi competere potest alteri cumulative cum Episcopo.*

13 *Refertur constitutio Sixti V. incipien.* Religiosa *la 55.*

14 *Referuntur verba diplomatis titulorum S.R.E. Cardinalium.*

15 *Ei, cui commissum est regimen., merum, & mixtum Imperium tributum esse censetur.*

16 *Verbum* plenariè *omnem jurisdictionem comprehendit.*

17 *Juspræstandi consensum in reservatione juris-patronatus, necnon instituendi, & conferendi beneficia est quid annexum jurisdictioni Episcopali.*

18 *Cardinalibus competunt plures actus jurisdictionales, & præeminentiales in Ecclesiis titularibus.*

19 *Cardinalibus quare competere debet jus præstandi consensum in reservatione juris-patronatus, necnon jus instituendi, & conferendi beneficia in Ecclesiis Titularibus.*

21 *Ad hoc, ut quis ex non usu, & ex usu alterius dicatur excluſus à juribus Episcopalibus, quid requiritur?*

22 *Cardinales, ubi agitur de auferendo jus eis concessum intuitu Cardinalitiæ dignitatis numquam comprehenduntur sub quacumquæ generali dispositione, nisi de eis fiat specialis mentio.*

23 *Jura præstandi consensum in reservatione juris-patronatus, necnon instituendi, & conferendi beneficia non fuerunt concessa Episcopis à Concilio Tridentino.*

25 *Non est monstruosum in una, eademque Diœcesi dare apud unam personam jurisdictionem universalem in tota Diœcesi, & apud aliam personam jurisdictionem particularem in certis Ecclesiis Diœcesis.*

CASUS IV.

FUndante Titio beneficium in Ecclesia Titulari A cum reservatione Juris-patronatus

natus favore ſui, ſuorumque deſcendentium, quæritur quis debeat præſtare conſenſum in hujuſmodi erectione, & reſervatione juriſpatronatus, Cardinalis Vicarius Urbis nè, aut potius Cardinalis Titularis? & ad quem ex iſtis ſpectet inſtitutio, & collatio ejuſdem Beneficii?

Quæſtionem iſtam ſatis celebrem, & ualde agitatam D. meus Advocatus Pitonius ſimpliciter,& indiſtinctè reſolvendam exiſtimat favore Emi Cardinalis Vicarii Urbis ſequentibus ſuffultus fundamentis.

Quia jus præſtandi conſenſum in reſervatione Juriſpatronatus, & jus inſtituendi, ſpectat ad juriſdictionem Epiſcopalem, ſolus autem Cardinalis Vicarius Urbis habet plenariam juriſdictionem in omnes Eccleſias, Clerum, & Populum Romanæ Diœceſis, juxta *Text. in cap. ſua nobis de Offic. Vicarii, ubi Barboſ. ſub nu.2. & juxta conſtitutiones I. Pauli II. 28. Julii 2., & 36. Pauli III. bullar. nov. tom.1.* Unde ad ipſum ſolum ſpectare debet jus præſtandi conſenſum in reſervatione juriſpatronatus, & inſtituendi, & conferendi nova beneficia in Eccleſiiis Titularibus, cùm iſti actus competere non poſſint niſi Epiſcopo, aut alteri, qui habeat juriſdictionem Epiſcopalem cum Territorio ſeparato. *Lambertin. de jurepatr. par.1. lib.1. art.5. qu.2. num.2. Concil. Tridentin. ſeſſ.4. cap.12. de reform., Lotter. de re benef. lib.1. qu.5. n.40., & lib.2. qu.7. nu.2. Monacell. in formul. for. Eccleſ. p.1. tit.2. formul.1. n.2., Rot. dec.316. n.29. par.10.* Itaut, qui prætendit habere juriſdictionem Epiſcopalem in Urbe, oſtendere debet ſe habere juriſdictionem ſimul cum Territorio ſeparato,cùm abſque hujuſmodi ſeparatione Territorii non ſit dubilis abſoluta juriſdictio in Diœceſi alterius, *Card. de Luc. de juriſdiction. diſc.1. Rota deciſ.70. num.29. part.13., & deciſ.340. par.15.*

Quod comprobat etiam paritate nam Cardinalis Urbis Vicarius habet jus cognoſcendi cauſas ſubditorum Titulis Cardinalium,non obſtante, quòd iſti habeant jus Epiſcopale, *Joan. Andr. in cap. ſua nobis de offic. Vicar. n.11., Butr. num.17. Zabarell. n.3., Bellamer. num.8. Panorm. nu.5.* Neque iſti unquam habuerunt Tribunal. contentioſæ juriſdictionis, *Cherubin. in compend. bullar. ad conſtit.1. Pauli II. ſchol.1. Mandoſ. in regul.7. Cancell. qu.2. n.7.* Ergo etiam habebit jus reſervandi juſpatronatus in erectione beneficiorum in Eccleſiis Titularibus, necnon jus inſtituendi ad illa.

Et licet Cardinales Titulares ante publicationem Sac. Concilii Tridentini exercerent actus juriſdictionales in Eccleſiis Titularibus, tamen nunc poſt publicationem illos amiſerunt, nec eorum juriſdictio in dictis Eccleſiis eſt amplius in uſu, ſed conſuetudo, & praxis eſt in contrarium, ut teſtatur, *Card. de Luc. in relat. rom. Curiæ diſc.13. num.13., & diſc.34. num.17. de juriſdict., & in Miſcell. Eccleſ. diſc.1. num.24.* Quod demonſtrare contendit primo ex eo quia Concilium Tridentinum omnes actus juriſdictionales, nempe jus approbandi Confeſſarios, jus dandi licentiam concionandi, jus deputandi Oeconomos in Parochialibus, & concurſum faciendi,jus diſpenſandi ſuper irregularitatibus, jus cognoſcendi cauſas matrimoniales, criminales, & civiles juſviſitandi, jus inſtituendi, jus examinandi præſentatos, jus uniendi beneficia, recognoſcendi beneficia de jurepatronatus, jus faciendi commutationes ultimarum voluntatum, & decernendi monitoria adrevelandum res deperditas,ſeu ſubtractas decrevit ſpectare ad ſolos Epiſcopos, derogando privilegiis, conſuetudinibus etiam immemorabilibus, ut in *ſeſſ.23. cap.15. de reform.,& cap.5. ſeſſ.24. & cap.18. ſeſſ.24., & cap.6.,& 20. ſeſſ.24. & cap.12. ſeſſ.14., & cap.13. ſeſſ.7., & cap.18. ſeſſ.24.,& cap.9. ſeſſ.25.,& cap.15. ſeſſ.24., & cap.9. ſeſſ.25., & cap.6. ſeſſ.22. & cap.3, ſeſſ.25. de reform.*

Secundò,quia Gregorius XIII. reſolvit Cardinales Titulares non poſſe amplius in ſuis Eccleſiis habere illas facultates, quæ per Concilium Tridentinum fuerunt tributæ Epiſcopis in ſuis Diœceſibus, quam reſolutionem refert, *Nicol. in Floſcul. in verb. Cardinalis ſub n.13.* ibi -- *De Cardinalibus, qui habent titulos Eccleſiarum Urbis cum dubitatum eſſet, an poſſent in ſuis Eccleſiis titularibus, & in eorum ſubditis uti illis facultatibus, quæ à Concilio Tridentino ſunt Epiſcopis in ſuis Civitatibus, & Diœceſibus, & ſpecialiter illis, quæ com-*

comprehenduntur in decreto C. liceat 6. sess.24. discusso articulo, Gregorius XIII. dixit se nolle ea, quæ Episcopis concessa sunt à Concil. Tridentino competere Cardinalibus in suis Titulis, quia licèt habeant quasi Episcopalem jurisdictionem, non tamen ibi sunt vere, & propriè Episcopi -- & testantur, *Fagnan. in cap. his quæ de majorit. & obed. n.16., & in cap. ne pro dilatione n.42. de pœnit., & remiss. Pignattell. consul.117. n.141. tom.10.* Unde cùm jura præstandi consensum in reservatione Jurispatronatus, instituendi, & conferendi tributa sint à Concilio Episcopis in suis Diœcesibus, sequitur juxta mentem Gregorii XIII. non posse amplius ea competere Cardinalibus in suis Titulis.

Tertiò denique id ipsum probat ex absurdo, nam si Cardinales in Ecclesiis Titularibus haberent jurisdictionem Episcopalem, ibique exercerent actus jurisdictionales, sequeretur, quòd in hac Diœcesi Romana plenariè subjecta Eminentissimo Vicario Urbis essent tot capita quot essent Ecclesiæ Titulares, quod est omnino
5 absurdum, dum in uno corpore, seu in una Diœcesi monstruosum est esse plura capita, *Hostien. in cap. cum contingat nu.1. de foro competen., & in cap. quanto nu.13. de offic. Ordin., Gratian. discept.212. n.16. & 17., Rota decis. 324. num. 11. part.1. recent.*

His tamen non obstantibus perspectis, & attentis dispositione juris, Doctorum auctoritate, Constitutione Sixti V. verbis diplomatis Titulorum, nec non ratione, censeo jus præstandi consensum, in re-
6 servatione jurispatronatus necnon jus instituendi, & conferendi beneficia erecta in Ecclesiis Titularibus spectare ad Cardinales Titulares, non privativè, sed accumulativè cum Eminentissimo Vicario Urbis, itaut inter Eminentissimos Titulares, & Eminentissimum Urbis Vicarium sit locus præventioni.

7 Et quidem attentis dispositione juris communis, ac doctorum auctoritate habemus *Textum expressum in cap. his, quæ de major., & obed.* ubi statuitur Cardinales in eorum Titulis habere jurisdictionem Episcopalem, & facultatem excommunicandi, absolvendi, suspendendi, interdicendi, corrigendi Clericos, & Presbyteros eis subditos, qui ipsis præstare debent obedientiam, reverentiam, & honorificentiam.

Quem Textum sequuntur, Abbas n.1. ibi -- *Cardinales habent in Titulo suo, & in Ecclesiis subjectis Titulo jurisdictionem Episcopalem, unde habent correctionem, & potestatem fulminandi censuram Ecclesiasticam.*

Anania nu.1. ibi -- *Cardinales etiam non Episcopi habent jurisdictionem Episcopalem in Ecclesiis, & Cappellis sibi subjectis.*

Imola num.5. ibi -- *Cardinalis etiam non Episcopus in Ecclesiis sibi subjectis habet Episcopalem jurisdictionem.*

Bellemera num.2. ibi -- *Secundo nota, quod Cardinales in Titulis suis jurisdictionem quasi Episcopalem habere videntur.*

Felinus n.1. ibi -- *Cardinales habent in Titulis, in Ecclesiis sibi subjectis jurisdictionem Episcopalem.*

Baldus num.1. ibi -- *Cardinales in omnibus Ecclesiis subjectis Titulo Cardinalatus habent jurisdictionem Episcopalem, ea tamen, quæ sunt ordinis Episcopalis non habent nisi ipsi Cardinales sint Episcopi.*

Fagnan. num.15. ibi -- *Cardinales habere in suo Titulo, & in Ecclesiis Titulo subjectis Episcopalem jurisdictionem.*

Gonzal. ibi -- *Presbyteros Cardinales habere in suis Titulis, sive Ecclesiis omnem jurisdictionem.*

Barbosa num.2. ibi -- *Cardinales habere iurisdictionem Episcopalem in Ecclesiis, quarum sunt titulares.*

Probus ad Monach. in cap. unico de major., & obed. in 6. num.3. ibi -- *Tituli Cardinalium comparantur Ecclesiis Episcopalibus quia habent jurisdictionem quasi Episcopalem, quam non habent Tituli inferioris citra Episcopos.*

Passerinus in dicto cap. unic. num.12. ibi -- *Quamvis alios Cardinales in suis Titulis habeant jurisdictionem quasi Episcopalem.*

Imola in Clementina. Nè Romani de electione num.23. ibi -- *Quarto quæro an Cardinales in Ecclesiis suis habeantur loco Episcoporum dic si sunt Episcopi habentur loco Episcoporum quoad jurisdictionalia, & quoad Episcopalia, vel quoad jurisdictionalia tantum.*

Tuschus concluf.99. lit. C. to.1. n.48. ibi -- *Cardinales jurisdictionem Episcopalem*

lem

lem habent in ſuis Titulis, & in Eccleſiis ſibi ſubjectis, ideo poſſunt excommunicare, & omnia alia facere, quæ ſunt juriſdictionis Epiſcopalis.

Carol. Anton. de Luc., ad Gratian. diſcept, 298. nu. 23. §. Nihilominus ibi -- *Unde ſtatuenda eſt tanquam certiſſima concluſio, quod S. R. E. Cardinales in Eccleſia ſuorum titulorum dictionem Epiſcopalem habent.*

Rota in Romana juris tumulandi 20. Februarii 1702. coram Emo Priolo §. Hujus ibi -- *Hujus tam antiquæ, quàm noviſſimæ aſſignationis cauſa ex communi doctorum ſententia firmatum remanſit, quod Cardinales in ſuis Eccleſiis titularibus habent juriſdictionem Epiſcopalem* -- Et §. Et utriſque ibi -- *Et utriſque reſpondet obſervantia, & juriſdictio, quam exercent Cardinales in ſuis Eccleſiis. Iſti enim elevant Baldachinum, incedunt cum Rocchetto diſcooperto, viſitant, obedientiam exigunt, benedictionem diſpenſant etiam ipſimet Cardinales Diaconi ex decreto S. Congregationis formiter diſputato articulo &c. conferunt beneficia &c., & cum omnino corriſpondeant illis, quæ per Epiſcopos explicantur ut in cap. conquerente de offic. Ordin. nullum dubium remanet quin juriſdictio, quam habent Cardinales in ſuis Eccleſiis titularibus, non minus ex qualitate perſonarum, quam ex amplitudine verborum, & intentione Summi Pontificis comparari debeant cum juriſdictione Epiſcoporum in eorum Cathedralibus.*

9 Si igitur ex diſpoſitione juris, & tot doctorum teſtimonio Cardinales Titulares habent juriſdictionem Epiſcopalem in eorum Titulis exiſtentibus intrà Diœceſim Romanam, cujus caput eſt Eminentiſſimus Vicarius ſequitur, quod in eiſdem Titulis habeant juſpræſtandi conſenſum in reſervatione juriſpatronatus necnon jus inſtituendi, & conferendi beneficia in eis erecta tamquam ſpectans, & quid annexum juriſdictioni Epiſcopali, non quidem excluſivè, & privativè ad Emum Vicarium, ſed accumulativè, itaut ſit inter ipſos locus præventioni, quia Honorius III. *in præcitato capitulo His quæ de majorit., & obed.*, ut ibi teſtantur ſupradicti doctores conceſſit Cardinalibus in eorum Titulis juriſdictionem Epiſcopalem abſolutè, & ſimplicitèr abſque taxativa ſolis, & *non aliis*; conceſſa alicui juriſdictione Epiſcopali intrà Diœceſim alicujus Epiſcopi abſolutè, & ſimpliciter abſque ulla taxativa; intelligitur ei conceſſa juriſdictio accumulativè, & non privativè ad Epiſcopum, ut firmat *Felin. in cap. auditis de præſcript. n. 9., & in cap. paſtoralis n. 2. de offic. Ordin.*

Nec eſt in jure novum quòd Juriſdictio Epiſcopalis poſſit eſſe in eadem Civitate, aut Diœceſi penès plures accumulativè ita ut ſit inter ipſos locus præventioni; 10 nam viſitatio, & excommunicatio poſſunt eſſe apud plures in ſolidum, non ſolùm per concurſum alternativum, ſed etiam ſimultaneè, juxta *Text. in cap. 1. de offic. ordin. c. 2 de offic. Archidiac. Alexan. de Nevo in cap. Auditis de præſcript. num. 21. Card. de Luc. de juriſdict. diſc. 4. num. 4. Rot. in Burgen juriſdictionis, ſeu viſitationis 3. Julii 1713. §. conſtabilito coram bon. mem. Barbadico, & in Conſtantien. juriſdictionis ſuper bono jure 13. Aprilis 1714. §. quamvis coram Eminentiſs. Scotto.* Inſuper ſi tam Epiſcopus, quàm alius Prælatus in eadem Diœceſi ſpatio 40. annorum exerceant actus juriſdictionales Epiſco- 11 pales, illi actus competunt Prælato cumulativè cum Epiſcopo juxta *Text. in cap. Auditis de Præſcript.* ibique Doctores omnes, Ergo etiam jus præſtandi conſenſum in reſervatione juris patronatus nec non jus inſtituendi, & conferendi beneficia competere poterit Cardinalibus Titularibus in eorum Titulis cumulativè cùm 12 Eminentiſs. Vicario, ut in terminis juris inſtituendi, & conferendi beneficia, poſſe hoc competere in eadem Diœceſi, aut Civitate Prælato cumulativè cùm Epiſcopo teſtantur. *Baldus conſ. 439. num. 12.* ibi -- *Si Plebanus in ſuo Plebanatu præſcripſit Inſtitutionem, Epiſcopus nullo modo ſe intromittere debet, quòd eſt verum ſi habuit poſſeſſionem per excluſionem Epiſcopi &c. Licet Plebanus habeant pro ſe conſuetudinem non tamen Epiſcopus eſt factus exul à jure communi, & ille, cui præſentabunt Patroni, inſtituet, quia cumulata eſt poteſtas, non abſorta -- Fagnan. in cap. Auditis de præſcript. num. 6.* Et quòd compatibilis ſit concurſus plurium Prælatorum, ſeu Superiorum Eccleſiaſticorum in eodem loco, vel diverſis reſpectibus, vel per comulativam. probat *Card. de Luc. de juriſdict. diſc. 1. n 27.*

Perspectis autem verbis constitutionis Sixti V. nec non diplomatis titulorum clarè desumitur Cardinales in eorum titulis habere jus præstandi consensum in reservatione jurispatronatus, & jus instituendi, & conferendi beneficia in eis erecta.

13 Sixtus V. in ejus Constitutione la 55. incipiente *Religiosa*, ut legitur in Bullario *tom.* 2. ita disponit -- *Religiosa Sanctorum Pontificum præcessorum nostrorum providentia institutum olim fuit &c. ut S.R.E. Presbyteris certæ in Urbe Roma Ecclesiæ titulo appellatæ*. Quasi quædam cujusque propriæ Diœceses; *Diaconis verò Urbis Regiones ad Christianæ Religionis propagationem, & conservationem assignaretur. Quæ quidem S. Institutio plurium sæculorum continuata serie, ac pro temporum varietate susceptis incrementis ad nostram usque ætatem servata ita viget, ut præter sex Episcopos Cardinales, qui certis Cathedralibus Ecclesiis urbi finitimis præsunt; singulis Presbyteris, & Diaconis Cardinalibus propriæ in urbe Ecclesiæ, tituli videlicet & Diaconiæ cùm suis Clero, & Populo*, ac quasi Episcopali jurisdictione in spiritualibus, & temporalibus *regendæ, & administrandæ committantur* -- Et §. 12. ejusdem Constitutionis ita legitur -- *Sic igitur ipsi Cardinales, quibus hujusmodi Ecclesiarum regimen, cura, & administratio pro tempore commissa erunt, eas in Spiritualibus, & temporalibus sollicitè, fideliter, & prudenter regant & gubernent, ac juxta constitutionem bon. mem. Leonis Papæ X. prædecessoris nostri in Concilio Lateranensi novissimè celebrato etiam frequenter visitent circa cultum Divinum invigilent, mores, ac vitam Cleri, & Populi eis subjecti diligenter explorent, eosque ad rectè, & honestè vivendum paterno moneant affectu, bonorum, ac temporalium reddituum curam gerat &c.* --

14 Verba diplomatis Titulorum ita se habent -- *Tibi pro tuo Cardinalatus titulo concedimus, & assignamus &c. Teq; illi in Presbyterum Cardinalem præficimus, curam, & regimen, & administrationem ipsius Ecclesiæ tibi in Spiritualibus, & temporalibus plenariè committendo, ita quòd liceat tibi regiminis, & administrationis ejusdem Ecclesiæ, ac membrorum, jurium, & pertinentiarium hujusmodi possessionem sive quasi per te, vel per alium sive alios propria auctoritate libere apprehendere, & de illorum fructibus, redditibus, & proventibus, & emolumentis universis disponere, & ordinare &c. Quo circa circumspectioni tuæ per Apostolica scripta mandamus quatenus curam & administrationem prædictas sic exercere studeas solicitè fideliter, & prudenter, quòd dicta Ecclesia Gubernatori provido, & fructuoso administratori gaudeat se commissam, Teq; valeas exinde apud nos non immerito commendari* --

Igitur si Cardinales vigore Sixtinæ Constitutionis, nec non diplomatis titulorum habent regimen, curam, & administrationem tam in Spiritualibus, quàm temporalibus in Ecclesiis Titularibus tamquam quasi quibusdam cujuscumque propriis Diœcesibus, & sic hæ eisdem Cardinalibus plenariæ sunt commissæ, manifestè sequitur ipsos in dd. Ecclesiis habere
15 jurisdictionem Episcopalem, dum ei, cui commissum est regimen; merum & mixtum imperium tributum esse censetur. *Text. in l. unic. in princ. castren. cons.* 187. *n.* 2, *vol.* 1. Et verbum *plenariè* omnem jurisdi-
16 ctionem comprehendit juxta *Innocen. in cap. Præterea super verb. plenariè de offic. delegat. Castren. cons.* 187. *num.* 1. *vol.* 2. Et consequenter ad ipsos in eisdem Ecclesiis spectare jus præstandi consensum in reservatione jurispatronatus, & jus instituendi, & conferendi beneficia in eis
17 erecta, cùm utrumque jus sit pars præcipua jurisdictionis Episcopalis, & quid spectans, & ei annexum juxta *Text. in cap. Conquerente de offic. ordin. ibiq. Abbat. num.* 2. *Fagnan. num.* 18. *Barbos. num.* 1., & à contrario sensu sic disponit Textus *in cap. cùm & plentare* §. *in Ecclesiis ibiq. Glos. verb pleno jure de privileg.*, ibi -- *Sed à contrario videtur quòd si utroq. jure pertineat ad illos*, (ideſt quoad Spiritualia, & temporalia, & ibi explicat) *Institutio, & destitutio quoad Spiritualia, & temporalia ad ipsos pertinet* --

18 Et ita etiam ex eo quòd Cardinales habeant jurisdictionem Episcopalem in eorum Titulis arguunt Doctores eis competere in dictis Ecclesiis non solùm Institutionem, & destitutionem, ut asserunt Monach. *in cap. unic. de major. & obed. in* 6. *num.* 3., ibi -- *Institutionem, & destitutionem in Ecclesiis titularibus spectare ad Cardinales, quia habent in Titulis suis quasi*

quaſi jus Epiſcopale, quòd alias non haberent, cùm de jure communi inſtitutio, & deſtitutio ad Epiſcopos ſpectet -- Felin. in cap. his quæ de majoritate, & obed. num. 1., ibi -- *In ipſis Inſtitutio, & deſtitutio ſpectata ad Cardinales, ſed in aliis ſpectat ad Epiſcopum -- Fagnan. in cap. Querelam de elect.*, ibi -- *A Cardinali S. Suſanna, cui eadem Eccleſia tamquam Capella ſuo titulo in Spiritualibus eſt ſubjecta, Canonico fuerat inſtitutus* -- Sed etiam arguunt eis competere in eiſdem Eccleſiis alios actus juriſdictionales, & præeminentiales nempè viſitationem, poteſtatem excommunicandi abſolvendi, ſuſpendendi, interdicendi, corrigendi Clericos, & Presbyteros ſibi ſubditos, qui ei præſtare debent obedientiam reverentiam, & honorificentiam; jus admittendi reſignationes beneficiorum, & conferendi primam tonſuram, & minores ordines ſuis ſubditis, & familiaribus, nec non utendi Inſigniis Pontificalibus, & ſolemnem Benedictionem impartiendi more Epiſcoporum licèt Epiſcopi non ſint. *Felin. in cap. his quæ de ma. & obed. num. 1. ibiq. Fagnan. n. 20. 24. & 25. Barboſ. num. 3. Hoſtin. in cap. 1. de ſupplen. neglig. Prælat. Tuſc. concluſ. jur. 99. num. 50. litt. c. tom. 1. Lotter. de re benef. lib. 1. q. 8. num. 50.*

19 Ratio autem quare conſenſus præſtandus in erectione Beneficii cùm reſervatione juriſpatronatus, nec non jus inſtituendi, & conferendi Beneficia in Eccleſiis Titularibus erecta ſpectare debet ad Eminentiſs. Cardinales Titulares, non verò privativè ad Eminentiſs. Urbis Vicarium eſt tum quia, cùm ut ex ſupradictis probavimus, cura, & regimen Titulorum plenariè tam in Spiritualibus quàm temporalibus ſpectet ad Cardinales Titulares, congruum, & rationabile eſt ad ipſos ſpectare examinare locum erectionis Beneficiorum, eorum dotem, nec non videre, & bene, diſcernere, an ſit congruum & expediens, quòd in Eccleſia titulari, fundans beneficium ſit Patronus *Rocc. de Curt. de jurepat. verb. pro eo, quòd de Diœceſani conſenſu num. 7. Lambertin. de jurepat. lib. 1. p. 1. quæſt. 2. artic. 5. n. 1. prope finem, & artic. 10. num. 1.* Tum etiam quia ut ſic magis Cardinales alliciantur ad reſidendum, dum ſi abſcedant à Curia prærogativam hanc juris inſtituendi, & conferendi Beneficia, quam diù abſentia duraverit amittunt, & Papæ ſunt reſervata omnia Beneficia, officia, quæ alias ad eorum collationem ſpectarent, ſive ratione ſeptem Epiſcopatuum, ſive ratione ſuarum Eccleſiarum, & Titulorum, in quibus conſtat eos habere jus quaſi Epiſcopale; Juxta regulam 8. *Cancellariæ Lotter. de re Benef. lib. 2. quæſt. 2. num. 8., & quæſt. 35. num. 11.*

Non obſtant ex adverſo ſuperiùs deducta; Verum quidem eſt Eminentiſs. Urbis Vicarium habere plenariam juriſdictionem in omnes Eccleſias, Clerum, & Populum Romanæ Diœceſis, ſed non exinde ſequitur ad ipſum ſolùm, & non ad Eminentiſs. Cardinales ſpectare juſpræſtandi conſenſum in reſervatione juriſpatronatus, & jus inſtituendi, & conferendi beneficia in Eccleſiis Titularibus
20 erecta; dum ad exercenda hujuſmodi jura; non requiritur plenaria juriſdictio Epiſcopalis cùm territorio ſeparato; ſed ſufficit habere juriſdictionem Epiſcopalem; quæ ſola requiritur ex diſpoſitione *Canonis*, in illis verbis; *ſi qui Eccleſiam cùm aſſenſu Diœceſani conſtruxit*; ſub cujus nomine in hac materia venit quilibet habens poteſtatem Epiſcopalem. *Vivian. de jurepat. p. 1. lib. 2. c. 1. num. 19. Lambertin. eod. tract. lib. 1. p. 1. q. 2. art. 14. n. 1.*, ibi -- *Poſſe intervenire conſenſum alterius Prælati dummodo habeat Epiſcopalem poteſtatem, & ſic Diœceſanam &c. ille enim Diœceſanus dicitur -- Abb. conſil. 59. num. 1. verſ.* Tertio principaliter conſidero, ibi -- *Quoniam nec ex conſtructione, nec ex dotatione quis acquirit juſpatronatus, niſi hoc faciat de conſenſu Diœceſani, ideſt Epiſcopi, vel habentis jus Epiſcopale in loco -- Lotter. de re benef. lib. 1. q. 5. num. 48. & 52.*, ibi -- *Hæc autem quaſi Epiſcopalis juriſdictio procul dubio ſufficit ad illam dedicationem temporalium pro beneficio Eccleſiaſtico* & dixi ſuperiùs *Caſ. 11. num. 7.*

Quòd autem Eminentiſs. Urbis Vicarius habeat jus cognoſcendi cauſas ſubditorum Titulis Cardinalium; hoc non probat eum hujuſmodi jus habere in Eccleſiis titularibus privativè ad Eminentiſs. Cardinales; cùm ratione cumulativæ poſſit d. jus competere utriſque; ſed etiam omiſſo, quòd competat privativè Emo Vicario, non exinde tamen argui poteſt,

quòd sicuti hujusmodi jus cognoscendi causas subditorum Titulis Cardinalium spectat privativè ad illum ; ita etiam jus reservandi juspatronatus in erectio-Beneficiorum in Ecclesiis titularibus , nec non jus instituendi ad illa spectare debebit privativè ad eundem Eminentiss. Vicarium ; quoniam stat bene simul Pontificem tamquam Pontificem non autem tamquam Ordinarium Urbis ad tollendas confusiones ita statuisse in isto casu , non indè tamen inferri potest in reliquis sublatam esse plenariam jurisdictionem aliàs Cardinalibus competentem in eorum titulis ; nam etiam ipsorum met Ordinariorum jurisdictionem per Apostolicas Constitutiones in aliquibus casibus limitatam esse videmus , & tamen ea in reliquis firma remanet . *Card. de Luc. de jurisdict. disc. 34. num. 18.*, & bene *Rot.in d. Roman. juris tumulandi 20. Febr. 1712. coram Eminentiss. Priolo §.de actibus*, ibi -- *Nam si quoad non nullos actus ita voluit Summus Pontifex pro meliori regimine , & ad evitandam tantam jurisdictionum scissuram, & varietatem in una , eademque Civitate &c. non bene infertur quòd exinde Ecclesiæ titulares dici amplius non debeant veluti particulares Diœceses , & quòd Cardinales non habeant jura Episcopalia neque gaudeant illis privilegiis quibus utuntur Episcopi in suis Cathedralibus &c. Et posset responderi, quòd etiam in Episcopis videmus diminutam illorum jurisdictionem ex Privilegiis à Summis Pontificibus concessis Regularibus , Monasteriis , & similibus , & nihilominus Episcopi gaudent cæteris omnibus honoribus , & prærogativis* --

Nec officit dicere,quòd non sit amplius in usu jurisdictio Episcopalis Cardinalium in Ecclesiis Titularibus , dum Eminentiss. Vicarius exercet in illis actus jurisdictionales, præstet consensum in reservatione jurispatronatus, quandoque instituit , & confert beneficia ; ex hoc enim licèt probari possit non esse amplius in usu jurisdictionem Episcopalem Cardinalium in Ecclesiis Titularibus privativam adEminentiss. Vicarium , non autem probari potest non esse amplius in usu jurisdictionem cumulativam , cùm illo ; Sicuti enim si quis intrà Diœcesim Episcopi utatur juribus Episcopalibus,& Episcopus illis non utatur non sequitur , per hoc , quòd Episcopus dicatur exclusus , & non possit etiam ipse amplius uti eisdem actibus ad terminos *Text. in cap. Auditis de præscript.* Ita ex eo , quòd Eminentiss. Vicarius utatur in EcclesiisTitularibus actis jurisdictionalibus , quibus quandoque non utuntur , nec exercent Eminentiss. Cardinales Titulares ; non per hoc proinde isti dici debent excluſi , & quòd non possint si velint
21 uti eisdem actibus jurisdictionalibus. Ratio est , quia ad hoc ut quis ex non usu,& ex usu alterius dicatur exclusus à juribus Episcopalibus , requiritur tale factum ex parte utentis , & possidentis , per quod sit verisimile ipsum utentem habuisse animum possidendi sub ista qualitate alium excludendi , & per quod sit verisimile alium non utentem scientem , & patientem possessionem suæ jurisdictionis animo amisisse , vel quia existimat se repulsum , aut posse repelli *Bellemer.in cap. Auditis de Præscript. n.32. Bald.cons.439.n.11.tom.3.*

Probare contenditur ex adverso supra in §. *Et licèt* post Publicationem Concilii Tridentini Cardinales Titulares amisisse Iurisdictionem Episcopalem in Ecclesiis Titularibus , & hoc duplici medio ;Primo ex eo quia Concilium Tridentinum omnes actu jurisdictiones decrevit spectare ad solos Episcopos derogando Privilegiis , consuetudinibus etiam immemorabilibus *Secundo* ex eo quia Gregorius XIII. resolvit se nolle ea , quæ Episcopis concessa sunt à Concilio Tridentino , competere Cardinalibus in suis Titulis .

Quod attinet ad primum , hoc mihi videtur omnino inefficax ad probandum Cardinales post publicationem Tridentini amisisse in eorum Titulis jurisdictionem Episcopalem ; nam in primis non subsistit quòd Concilium Tridentinum in locis supra citatis §. *& licèt* decreverit juspræstandi consensum in reservatione jurispatronatus , nec non jus instituendi , & conferendi beneficia spectare ad solos Episcopos , ut legenti patet , sed etiam omisso , quòd ita decreverit ; tamen non per hoc intelligitur voluisse comprehendere Cardinales , et eis auferre præfata jura eis concessa intuitu Cardinalitiæ Dignitatis ; transferendo hæc ad solos Episcopos , quia notum est in jure quòd licèt ubi dispositio est concepta per verba universalia , & illius ratio est proportionabilis

bilis ad Cardinales, ii subea comprehndantur juxta *Felin. in cap. ad aures num.* 11. *de*
22 *rescript.* tamen si agatur de auferendo à Cardinalibus jus eis concessum intuitu Cardinalitiæ Dignitatis nunquam comprehnduntur sub quacumque generali dispositione, vel etiam particulari ut cumque generaliter concepta nisi de eis fiat specialis mentio *Roman. cons.* 498. *num.* 6. *& seqq. Tusch. conclus. jur.* 100. *num.* 27. *litt. c. Lotter. de re benef. lib.* 1. *q.* 8. *n.* 85. *cùm seqq.*

Quod verò attinet ad resolutionem Gregorii XIII. non video quomodo ex illa inferri possit Cardinales non amplius habere jus prestandi consensum, in reservatione juris patronatus, nec jus instituendi, & conferendi beneficia in Ecclesiis Titularibus, nam Gregorius XIII. noluit competere Cardinalibus in suis Titulis solùm ea, quæ sunt concessa Episcopis à
23 Concilio Tridentino; Jura autem præstandi consensum in reservatione juris patronatus, nec non instituendi, & conferendi beneficia, non fuerunt concessa Episcopis à Concilio Tridentino, dum ante Concilium jam habebant & poterant ea exercere juxta *Text. in cap. conquerente de offic. ordin.*, ita ut eadem facultas præstandi consensum in reservatione juris patronatus, & instituendi, & conferendi beneficia Episcopis per Concilium attributa, non est nova jurisdictionis concessio sed antiquæ confirmatio, vel excitatio juxta distinctionem desumptam ex *Cap. licèt in corrigendis de offic. ordin. Rot. in Firmana jurisdictionis super modo visitandi* 20. *Martii* 1702. §. *& quamuis coram Reverendiss. Molines Decano*; Unde ex illa resolutione inferri non potest Cardinalibus non competere præfata jura in suis Titulis, immo deducitur ea competere; & sic potius dicta resolutio retorquetur, nam si Summus Pontifex nolùit competere, Cardinalibus in suis Titulis eaque sunt concessa Episcopis à Concilio Tridentino; Ergo ea, quæ non sunt concessa Episcopis ab eodem Concilio voluit Cardinalibus competere; sed prædicta jura non fuerunt Episcopis concessa à Concilio, dum ante illud iam Episcopi possidebant; Ergo voluit ea Cardinalibus competere in eorum Titulis, ut arguit *Fagnan. in cap. his, quæ de ma. & obed. num.* 17.

24 Procedit igitur præfata resolutio quoad ea, quæ competunt Episcopis respectu Regularium, qui cùm ante Concilium Apostolicis Privilegiis à patria Episcoporum jurisdictione essent emancipati, ut superius notavi *Can. XIV., & XV. Cas. VIII. num.* 3. idem Concilium eamdem jurisdictionem in aliquibus casibus & plura jura in eosdem Regulares restituit, & Episcopis concessit; scilicet concessit jus visitandi jure delegato Monasteria in iis, quæ attinent ad conservationem, & restitutionem clausuræ. *Cap.* 5. *de Regul. & monial. sess.* 25. jus visitandi Ecclesias, & Personas Regulares quoad ea, quæ concernunt curam Animarum, & administrationem Sacramentorum. *Cap.* 12. *sess.* 25. *de regul.* Jus vocandi Regulares exemptos ad publicas Processiones *Cap.* 12. *sess.* 25. *de reform.* Jus prohibendi Regularibus imprimi, seu imprimere facere libros de rebus Sacris sinè approbatione ordinarii *sess.* 4. in decreto de usu, & editione SS. librorum; Jus compellendi exemptos ad lectionem S. Scripturæ in eorum Monasteriis *Cap.* 1. *sess.* 5. *de reform.* Jus concedendi licentiam Regularibus, prædicandi in Ecclesiis sæcularibus. *Cap.* 2. *sess.* 5. *de reform.* Jus visitandi puniendi, & corrigendi exemptos degentes extra Monasterium. *Cap.* 3. *sess.* 6. *de reform.* Jus visitandi & corrigendi Monasteria, in quibus non viget Regularis observantia. *Cap.* 8. *sess.* 21, Jus examinandi Regulares ad hoc ut ordinari possint. *Cap.* 12. *sess.* 23. Jus approbandi Regulares pro audiendis Confessionibus Sæcularium. *Cap.* 15. *sess.* 23. Unde hæc jura concessa Episcopis a Concilio Tridentino voluit Gregorius XIII. competere Cardinalibus Titularibus Ecclesiarum Regularium, non verò ea, quæ per Concilium non fuerunt Episcopis concessa, ut etiam fuit definitum à Congregatione particulari 5. *Augusti* 1668., ibi -- *Regulares S. Mariæ in Via esse subditos Titulari in concernentibus cultum Ecclesiæ* -- ut refert *Card. de Luc. de jurisd. disc.* 34. *n.* 26. Sicuti etiam Innocentius XII. per ejus Constitutionem la 108. in ejus Bullario parvo noluit prædicta jura competere Cardinalibus in Ecclesiis Titularibus Regularium, sed dumtaxat competere voluit facultatem, seu jurisdictionem in iis, quæ servitium m Ecclesiæ, seu loci pii circa tamen discipli-

sciplinam Ecclesiasticam concernunt. Et in his terminis asserit procedere dictam resolutionem *Pignattell. consult.* 117. *n.* 142. *tom.* 10.

Denique insubsistens est, in subjecta materia, absurdum plurium capitum in eodem corpore, si Cardinales in eorum Titulis haberent jurisdictionem Episcopalem, & possent in eis exercere jura præstandi consensum in Reservatione juris patronatus, nec non instituendi, & conferendi beneficia; Quoniam distinguendum est inter jurisdictionem Episcopalem omnimodam, universalem privativam; & jurisdictionem Episcopalem semiplenam, particularem, seu cumulativam; Licèt monstruosum esset in una, & eadem Diœcesi, in una, eademque Ecclesia jurisdictionem Episcopalem universalem, plenariam, & privativam esse penès plures in solidum, quia tunc darentur duo ca-
25 pita in uno corpore; tamen non est monstruosum in una, eademque Diœcesi dare apud unam Personam jurisdictionem universalem, & plenariam in tota Diœcesi, & apud aliam Personam jurisdictionem particularem sive privativam, sive cumulativam in certis Ecclesiis Diœcesis; quia jurisdictio potest esse penès plures per modum Communionis, exercenda tamen per præventionem, & tunc solùm habens jurisdictionem universalem esset caput in universa Diœcesi, alius verò habens jurisdictionem particularem cumulativam, sive privativam consideratur tamquam membrum cui concessæ sunt aliquæ operationes jurisdictionis, in quibus ab ipso capite impediri non valet; Cùm autem solùs Eminentiss. Vicarius habeat jurisdictionem universalem, & omnimodam in Diœcesi Romana, non est monstruosum, quòd Eminentiss. Cardinales habeant jurisdictionem particularem, seu jus præstandi consensum in reservatione jurispatronatus, nec non jus instituendi, & conferendi beneficia in locis ejusdem Romanæ Diœcesis, nempe in eorum Titulis, & quidem cumulative cum Emo Vicario, ita ut sit inter ipsos locus prævention, ut docet *Rot. in nullius, seu Fulden. jurisdictionis* 27. *Aprilis* 1705. §. *siquidem coram Reverendiss. Molines Decano, &* 1. *Junii* 1708. §. *ast quicquid coram R.P.D. Ansaldo.*

ARGUMENTUM.

Ad effectum acquirendi Juspatronatus in limine fundationis, constructionis, aut dotationis Ecclesiæ, sive beneficii an requiratur expressa ejusdem Jurispatronatus reservatio?

SUMMARIUM.

1 *Fundator in Ecclesiis inferioribus, seu in Canonicatibus, Præbendis, & Beneficiis simplicibus erectis in Ecclesia Cathedrali, aut Collegiata acquirit juspatronatus, etiam si expressè illud non sibi reservet in limine fundationis, dummodo illud non remittat.*

2 *Remissio jurispatronatus argui non potest ex simplici tolerantia Fundatoris, quòd Ecclesia pro prima vice libere provideatur ab ordinario; secus ex longeva tolerantia?* & num. 3.

4 *Omnes Ecclesiæ præsumuntur Patronales, sed revera omnes tales non sunt.*

5 *Fundator in Cappellis, Altaribus, Cappellaniis, & Beneficiis simplicibus, erectis in Ecclesia Conventuali, seu Regulari acquirit juspatronatus, absque expressa illius reservatione.*

6 *In Ecclesiis Cathedralibus, Collegiatis, & Conventualibus, ex earum fundatione, constructione, aut dotatione acquiritur juspatronatus quoad effectus honoris, & oneris, non verò quoad effectum juris præsentandi in eis primas dignitates.*

7 *Ad affectum acquirendi in his jus præsentandi primas dignitates, requiritur illius expressa reservatio, de consensu, & beneplacito Apostolico*; Et quare? Vide num. 8.

CASUS V.

ÆDificavit, & dotavit de propriis bonis, ac de consensu legitimi Superioris quidam pius fundator Ecclesiam, & in limine hujus fundationis juspatronatus nominatim sibi non reservavit; Quæritur an ex sola fundatione, constructione, aut dotatione Ecclesiæ fundator acquisierit in ea juspatronatus, vel potius opus fuit speciali illius juris reservatione?

Dicen-

Dicendum videtur non acquiſiviſſe juſpatronatus, quia cùm hoc expreſſè illud in limine fundationis ſibi non reſervaverit præſumitur illud remiſiſſe, & voluiſſe Eccleſiam eſſe liberam; aliàs ſi ex ſola conſtructione, fundatione, aut dotatione Eccleſiæ acquireretur juſpatronatus, omnes Eccleſiæ eſſent Patronales, quòd eſt falſum, cùm plures ſint Eccleſiæ quæ nullos omnino Patronos agnoſcunt.

1 At pro clara hujus dubii reſolutione procedendum eſt cùm diſtinctione; Aut loquimur de Eccleſiis ſimplicibus, & inferioribus, vel de Canonicatibus Præbendis, aut beneficiis ſimplicibus in Eccleſia Cathedrali, aut Collegiata erectis, & in his juſpatronatus acquiritur ex eorum fundatione, conſtructione, aut dotatione, & non requiritur, quòd illud Fundator ſibi expreſsè reſervet in limine fundationis; quia præſens *Canon* non requirit hujuſmodi reſervationem, ſed ſolùm dicit -- *Quod ſi quis Eccleſiam cum aſſenſu Diœceſani conſtruxit, ex eo juſpatronatus acquirit* -- Unde ſi fundator juſpatronatus expreſſè non remiſerit, illud acquirit, etiam ſi in limine Fundationis, illud expreſſè ſibi non reſervaverit, juxta Textum *in cap. Significavit, de Teſtib. & atteſt.*, ibi -- *Significavit nobis Presbyter Sancti N. Sabin: Diœceſis quòd Fundatores ejuſdem Eccleſiæ liberam eam eſſe volentes, fundationis tempore ſe in ea nihil juris retinere dixerunt; Unde timens ne proceſſu temporis, probationis copia valeat deperire, provideri ſuper hoc idem presbyter poſtulavit. Quocirca mandamus, quatenus Teſtes ideoneos quos ipſe ſuper hoc duxerit producendos, examines deligenter, & eorum dicta in publica redigi facias munumenta, denunciando Fundatoribus antedictis, vel eorum hæredibus, ut receptioni Teſtium, ſi velint, interſint, & ſuper denunciatione ſic facta, confici facias publicum inſtrumentum* -- ibique *Abb. num* 1. *Felin. num.* 2. *Barboſ. num.* 3. *& in hoc can. nobis num.* 4. *ibiq. Fagnan. Lambertin. de jurepat. lib.* 1. *p.* 1. *q.* 2. *art.* 4. *n.* 1. *Barboſ. vot. deciſ.* 76. *num.* 85. *lib.* 3. *Card. de Luc. de jurepat. diſc.* 55. *num.* 3. *Pariſ. conſ.* 35. *num.* 26. *Rot. deciſ.* 421. *num.* 2. *p.* 2. *rec.*, *& deciſ.* 265. *num.* 4. *coram Cavaler.*

2 Quæ remiſſio argui non poteſt ex ſimplici tolerantia Fundatoris, quòd Eccleſia pro prima vice liberè provideatur ab Ordinario, cùm hujuſmodi tolerantia ſolùm concludat remiſſionem, & renunciationem juris præſentandi pro illa tantummodo vice, non autem in perpetuum, tum ex regula quòd actus particularis trahi non poteſt in conſequentiam univerſalem, maxime in materia ſtricta renunciationis, & remiſſionis proprii juris, ut probat Textus *in L. Item quæritur §. qui impleto ff. de Locat.*; tum etiam, quia non implicat beneficium juriſpatronatus poſſe liberè conferri ab ordinario, & collationem ſuſtineri, Patrono volente, & non reclamante juxta *Felin. in cap. cùm Bertoldus de ſent. & re judicat. num.* 13., & alias auctoritates ſuperiùs allatas *Part. I. Con.* 3 *V. Caſ. XXI. num.* 1. Et ſolùm argui poteſt quòd fundator remiſerit juſpatronatus ex longæva tolerantia, quando ſcilicet effluxit multum tempus à die conſtructionis, in quo pluries fuit libere ordinata Eccleſia abſque eo, quòd fuerit facta aliqua præſentatio, & ſic quando Eccleſia præſcripſit libertatem *Abb. conſ.* 106. *lib.* 2. *Piton. diſcept. Eccleſ.* 3. *num.* 77.

4 Poſita autem hac ſententia omnes Eccleſiæ præſumuntur quidem Patronales, cùm iſſæ non naſcantur, ſed fiant; non vero; quòd revera omnes tales ſint, quia quam plures ſunt Eccleſiæ; reſpectu quarum Fundatoris non utendo, juſpatronatus amiſerunt, & quamplures ſunt, reſpectu quarum juripatronatus ſtatim in ipſa fundatione renuntiarunt; uti eſt caſus ſupradicti Textus *Significavit*.

5 Aut loquimur de Cappellis, Altaribus, Cappellaniis, vel Beneficiis ſimplicibus erectis in Eccleſia Conventuali ſeu Regulari, & in his quoque acquiritur juſpatronatus ex fundatione, conſtructione, dotatione, abſque expreſſa illius reſervatione, dummodo hoc fiat de conſenſu Epiſcopi, & Regularium *Lambertin. de jurepat. lib.* 1. *p.* 1. *q.* 11. *art.* 7. *num.* 4. *Pariſ. conſ.* 35. *Barboſ. in hoc canone n.* 3. *Tamburin. de jur. Abbat. diſput.* 7. *quæſit.* 5. *num.* 15. *tom.* 1. *Rot. deciſ.* 265. *coram. Cavaler.*, *& deciſ.* 865. *num.* 9. *& ſeq. coram Ubaldo*.

6 Aut loquimur de ipſiſmet Eccleſiis Cathedralibus, Collegiatis, & Conventualibus; & in his acquiritur juſpatronatus quoad effectus oneris, & honoris, ſeu quoad

ad præeminentias,& jus honorificum,non verò quoad effectum præsentandi primas dignitates,ut docent communiter Doctores in hoc *Canone*, & tradunt *Lambertin. de jurepatr. lib. 1. p. 1. q. 11. art. 2. 3. & 4. Rocc. de Curt. eod. tract. verb. in Ecclesia num. 1. & seq. Tamburin. de jure Abbat. disput. 7. quæsit. 5. num. 16. tom. 1. Alexander. cons. 74. num. 5. lib. 4. Piton. discept. Eccles. 4. Rot. coram Cavaler. decis. 265. num. 6. & seq. & decis. 321. n. 6. p. 5. tom. 1. rec., & decis. 1799. num. 12. & seq. coram Coccin.* Sed ad effectum acquirendi in eis,jus præsentandi primas Dignitates requiritur quòd fundator sibi illud expresse reservet in limine fundationis, de consensu, & Beneplacito Apostolico juxta *Gloss. in hoc canone verb. nisi aliter ibiq. Butr. num. 25. Abb. num. 9. Fagnan. num. 14. Barbos. num. 3. Gonzal. num. 5. Lambertin., & Rocch. de Curt., ubi supra Vivian. de jurepat. lib. 2. cap. 1. sub. num. 13. Tamburin. de jure Abbat. disput. 7. quæsit. 5. num. 2. tom. 1. Amostaz. de causis piis lib. 5. cap. 5. num. 79. Piton. d. discept. Eccles. 4. num. 73. Rot. decis. 53. num. 1. p. 1. & decis 421. num. 2. p. 2. rec.* Ratio est quia cùm hujusmodi primæ dignitates, immediatè provideantur per Sedem Apostolicam; vel per electionem Capitulorum, fundator, nisi in limine fundationis, hoc sibi reservaverit de consensu Apostolico; in eis se intromittere non potest dum Fundatori, sivè Patrono vigore fundationis, constructionis, aut dotationis non competit electio, sed solùm præsentatio, vel jus electioni Prælati, jam factæ consentiendi, juxta secundam Conclusionem in *Commentario* deductam, cui consonat alter Textus in *Cap. Sacrosancta de Elect.*, ibi -- *Sacrosancta Romana Ecclesia, & infra: Sana proposuisti in nostra præsentia, quòd super ordinatione Prioris Monasterii Sancti Pancratii ad Cluniacen. Ecclesiam pertinentis cùm Comite de Varenna Patrono ipsius quidem prædecessor tuus de consensu capituli sui compositionem quamdam inivit juri contrariam, & Ecclesia ipsi damnosam; videlicet, ut in optione sit ipsius comitis, assumere ad Prioratum dicti Monasterii (Cluniacen., & de charitate, Prioribus dumtaxat exceptis) unum de duobus melioribus totius Cluniacen. ordinis, quos Abbas duxerit nominandos, & infra: Attendentes itaque quòd jus eligendi in Collegiata Ecclesia non cadit in laicum, & ideò id esset pernitiosum exemplo, & redundaret in dispendium Ecclesiæ libertatis, volumus ut dictum prioratum liberè possis (non obstante compositione ipsa) sicuti alios Prioratus tibi subditos ordinare: Denunciando ordinationem factam patrono, ut suum si voluerit honestum impertiatur assensum -- Gloss. in cap. Abbatem 18. q. 2. ibiq. Bellemer. num. 1.*

7

8

ARGUMENTUM.

Ædificato, ac dotato Monasterio Monialium propriis bonis, & expensis Communitatis pro Puellis Nobilibus Civitatis, an Noniales possint recusare admittere in Educandas Puellas Mobiles, ejusdem Puellas Nobiles exteras?

SUMMARIUM.

1 *Nulla Puella admitti debet in Monasterio pro Educanda, nisi de consensu Monialium?* Intellige ut num. 15.

2 *Iste consensus debet esse liber, & præstitus saltem à majori parte Monialium.*

3 *Nemo domi suæ exteram recipere tenetur invitus.*

4 *Recipere hanc, vel illam Educandam pendent ex libero arbitrio, & placito Monialium.*

5 *Constitutio de aggregandis habentibus certas qualitates per verba præceptiva --* Recipiatur, & admittatur -- *quomodo intelligatur?* vide ibi.

6 *In Admissione Educandarum proceditur per scrutinium.*

7 *Ab surdum est admittere Puellas ad convivendum cum Monialibus contra harum voluntatem.*

8 *Jus patronatus acquiritur ei ex cujus bonis Monasterium fundatum fuit non autem illi, qui fuit Auctor fundationis.*

9 *Moniales in Monasterio à Nobilibus Civitatis propriis sumptibus ædificato pro Puellis Nobilibus tenentur has admittere in Educandas; in concursu exterarum; etsi illas recusarent; recusatio esset irrationabilis, & non sustineretur?* Amplia ut num. 11.

10 *Ex*

10 *Ex dotatione, aut constructione Monasterii pro Puellis Nobilibus, istæ acquirunt jus passivæ receptionis in eo?* Amplia ut num. 12.

13 *Jus passivæ receptionis in Educandas quòd fuerit tacitè reservatum in limine fundationis Monasterii pro Puellis Nobilibus, ex quibus arguatur.*

14 *In casibus diversis attendi non debent Leges, Decisiones, & Resolutiones in Littera, seu simpliciter.*

16 *Consensus sinè justa causa denegatus suppleri debet per Superiorem.*

17 *Verbum ad* Libitum, *seu ad* Placitum *in Litteris prò Educandis dari solitis appositum, quid importet, quando agitur de Monasterio fundato pro Nobilibus?* Vide ibi.

18 *Refertur resolutio Sac. Congregationis in* Salernitana Educationis Nobilis Puellæ.

CASUS VI.

CAsum hìc propono in Sac. Congregatione Episcoporum, & Regularium ventilatum *in Salernitana Educationis Nobilis Puellæ, Eminentiss., & Reverendiss. Domino Card. Grimaldo bon. mem. Ponente.* qui ita se habet.

Ex octo Monasteriis antiquitus ædificatis, atque dotatis piis largitionibus nobilium civium, Populique Salerni; Sixtus V. fel. record. per ejus Constitutionem motu proprio emologatam usque de anno 1589. ad tria reduci demandavit, nimirum illa S. Sophiæ, Sanctæ Mariæ Monialium, & S. Michaelis univit, & incorporavit Monasterio S. Georgei; alia S. Mariæ Pietatis, & S. Mariæ Magdalenæ redigi præscripsit in unum ex tribus vacuis per Apostolicos Visitatores designandum, Reliqua S. Laurentii, & S. Spiritus ad aliud unum pariter reduci præcepit; Et ne præeminentia, ac prærogativa Nobilium ipsius Civitatis cùm Popularibus confusa evaderet, prò Nobilibus memorata Monasteria S. Georgi, & S. Mariæ Pietatis designavit; Pro Civibus verò, & Popularibus destinavit, illud erigendum cùm antedictis geminis Monasterii S. Spiritus, & S. Laurentii, ex post denominatum S. Michaelis Archangeli de Populo, & dum eidem Pontifici innotuerat quòd præfata Monasteria S. Georgei, & S. Mariæ Pietatis erant addicta pro Nobilibus Familiis, non dum usus fuit illa prærogativa denominandi Monasterium Nobilium, sed præcipuè ordinavit per verbum imperativum receptionem Puellarum Educandarum Nobilium, ibi -- *Sed ibi tantummodo recipiantur Puellæ Virgines Nobilium ibi Professionem emissuræ* --

Cumque post prælaudatam Reformationem, & reductionem istorum Monasteriorum S. Mariæ Pietatis pro Nobilibus, & S. Michaelis Archangeli pro Populo, præ eorum inopia, & egestate nec construi, nec perfici valuerant, propterea nobilis Civitas Salerni pia munificentia subire curavit onus integralis ædificationis, & conservationis, usque ad creationem debiti ducat. 30. *mil.*, & usque ad solutionem ducat. 300. factam Reverendiss. Archiepiscopo Surrentino utì visitatori Apostolico, præter alias ingentes pecuniarum Summas erogatas in executionem Ordinum Proregis Neapolis.

Et in evincentem comprobationem tot beneficiorum adeò profusa manu elargitorum, peculiariter erga præfatum Monasterium S. Mariæ Pietatis, cœtus Nobilium semper prælexit Deputatos assistentes pro eorum negotiis pro tractandis, & constabiliendis, ac pro eorum indigentiis in universum; illis attributa honorificentia associandi Archiepiscopum visitantem, ita ut Moniales ipsæ sinè eorum consilio, & assensu exteras Educandas admittere non valuerant, & ad exercendam aliquam gratitudinis demonstrationem, occasione renovationis Abbatissarum consueverunt istæ dulcia eisdem Deputatis distribuere.

Quamvis à primordio ista Monasteria reperiantur constructa ad instantiam Nobilium, successivè super ædificata eorum gravissimis sumptibus, & si destinata comprobentur pro recipiendis Puellis Nobilibus, quamquam semper in illis fuerint receptæ Puellæ ipsorum Nobilium, quodque neque ullo unquam tempore innuatur casus quòd fuerint rejectæ ab admissione in Educationem; & licèt in hac religiosa observantia vivant Moniales Monasteriorum S. Georgei, & S. Mariæ Magdalenæ pariformiter Nobilium, & pro Nobilibus destinatorum, nihilominus nonnullæ Moniales sæpedicti Monasterii

S. Mariæ Pietatis absorbentes præ earum potentia reliquas Sanctimoniales in concursu aliarum Puellarum Nobilium exterarum excluserunt Nobilem Puellam Joannam pervetustæ, ac Nobilis familiæ Mazza in Sedilibus Nobilitatis dictæ Civitatis antiquitus, & per quamplura sæcula adscriptæ; Archiepiscopus autem prævidens quæ absurda, quæ in convenientia, quæ inimicitiæ ex hac exclusione submovente totum cœtum Nobilium, exoriri valuissent, personaliter se contulit ad dictum Monasterium, ubi advocatis Monialibus reluctantibus, eisdem suadere curavit ea omnia, quæ justitiæ, quæ rationi, quæ æquitati, quæ prudentiæ, quæ gratitudini, quæ ipsi Nobilitati congruebant; sed tandem responsum præbuerunt -- *Che loro erano libere, e volevano nel loro Monastero, chi loro piaceva* -- Quo publicato responso tota Civitas commota est, omnesque Nobiles congregati recursum habuerunt ad Archiepiscopum, ut jura, quæ ipsis præ tot, tantisque eorum meritis confoventur pandere dignaretur Sac. Congregationi Episcoporum, & Regularium, àqua non dum Progenitores Nobilis Puellæ ejectæ, verùm etiam totus cœtus Nobilium humiliter declarari expostulavit Exclusionem, seu recusationem præfatæ Nobilis Puellæ ab admissione in Educandam non sustineri.

Dominus meus Advocatus Pitonius tuendo jura dd. Monialium stabat pro validitate hujusmodi exclusionis, motus inter cætera ex illo principio quòd nemo in Domum alienam intrare potest invito
1 Domino, & sic nulla Puella admitti valet pro Educanda in aliquo Monasterio, nisi ita velint Moniales sub quarum educatione stare, & cùm quibus vivere debet, ne alias introducendo Puellam non bene visam detur campus ponendi in Virginibus Deo dicatis Zizaniam, & turbationem Monasticæ, & Religiosæ quietis, in qua famulari debent Altissimo, ut ait *Textus in Anth. apud quos oporteat causas dicere Monachos*; & hinc propterea inolevit Sac. Congregationis Episcoporum, & Regularium invariabilis stilus, ut in illis Monasteriis, in quibus permissa est receptio Educandarum, numquam licentia concedatur, nisi conditionaliter, dummodo accedat consensus Monialium capitulariter datus, quemadmodum sancitum extitit in Decreto generali Sac. Congregationis Concilii 31. *Augusti* 1575., ibi -- *Si tamen &c. scriptam licentiam impetraverint, atque Abbatissæ, & reliquarum Monialium consensus accesserit* -- sicuti legitur in eodem Decreto per extensum relato *Apud Bonaccin. oper. moral. tom.* 1. *tit. de clausur. q.* 4. *punct.* 4. *num.* 15. *& seqq. Joan. Bapt. Piton. in Constit. & decis. pro Episc. & Abbat. num.* 82.; & communiter tradiderunt *Donat. in prax. quæst. regul. tom.* 4. *tract.* 5. *q.* 32. *num.* 7. *Tamburin. de jur. Abbatiss. disp.* 1. *quæst.* 1. *n.* 6. *Ricc. in prax. p.* 4. *resol.* 205. *num.* 1. *Barbos. ad Concil. sess.* 25. *cap.* 5. *de Regul. n.* 95., *& de jur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 44. *num.* 51., *&* 54., *& de potest. Episcopi alleg.* 102. *num.* 63. *Monacell. in formul. for. Eccles.*
2 *p.* 1. *tit.* 11. *num.* 4.; qui consensus debet esse præstitus saltem à majori parte Monialium, & debet esse liber, seu dependens ab earum arbitrio, ut resolvit Sac. Congregatio 14. *Martii* 1652. *apud Nicol. in Flosc. in verb. Educande num.* 10.

Et ita semper intelligitur consensus, ut nempe sit in mero arbitrio illum dare de-
3 bentis dare, vel denegare, cùm nemo Domi suæ exterum recipere teneatur invitus, & stat pro ratione placitum, & volutas, ut ait *Bartol. in l. dotem ff. solut. matrim. Rocc. disput. jur. cap.* 15. *num.* 10., cùm iste non sit actus justitiæ, sed voluntatis, & placiti Monialium, qui regulatur secundùm propriam conscientiam, & proprii genii libertatem, ut in subjecta materia tradunt *Pasqualig. ad Lauret. Monacell. in formul. for. Eccles. tom.* 1. *tit.* 11. *formul.* 11. *num.* 13. *Tondut. quæst. benef. p.* 1. *cap.* 24. *num.* 2. *& seqq. Rodriguez quæst. regul. tom.* 3. *q.* 9. *art.* 2. *Rot. coram Emerix. jun. decis.* 296. *num.* 14., *& decis.* 388. *num.* 9., *& seqq. p.* 16., *& decis.* 95. *num.* 7., *& seqq. p.* 17. *rec.*

In idem coincidere dicebat idem Dominus Advocatus ipsam legem fundationis Monasterii, quòd licèt enuncietur restauratum, & aplicatum pro clausura Nobilium Puellarum Virginum, attamen respectu Puellarum pro educatione recipiendarum ita dictum fuit -- *concedentes etiam eisdem Abbatissæ, & Monialibus in Monasteriis sic erectis facultatem recipiendi Puellas pro educatione* -- quæ verba cùm

sint

ſint merè facultativa, & in arbitrio Monialium ponentia receptionem Educandarum, eo magis comprobant generalem regulam in omnibus Monaſteriis, rece-
4 ptam quòd recipere, vel non recipere hanc, vel illam Educandam pendet ex libero arbitrio, & placito Monialium. *Mantic. de tacit. lib. 13. cap. 15. n. 63. Card. de Luc. de ſervit. diſc. 13. num. 2. Rot. coram Cerr. deciſ. 336. num. 10. Rocc. diſput. jur. cap. 177. num. 46.*, *& in Aprutina Beneficii 19. Junii 1705. §. minus relevat coram Eminentiſs. Scotto*; *& in Aſten. Prioratus ſuper inſtitutione 15. Januar. 1708. §. Abſque eo, quòd coram R. P. D. Lancetta.*

Non obſtare ſubjungebat, quòd Monaſterium, de quo agitur, ſit deſtinatum pro Puellis Nobilibus, hoc enim ſolùm probat honorificientiam Monaſterii, juxta quam recipere non poſſet in præjudicium Nobilium Puellas ignobiles, non autem probat quòd omnes, & quaſcumque Puellas Mobiles coactivè recipere teneatur, neque dependeat receptio ab illarum, arbitrio, electione, & conſenſu, ut habemus in terminis fortioribus Collegii Doctorum Philoſophiæ, & medicinæ haben-
5 tis Conſtitutionem de aggregandis habentibus certas qualitates per verba præceptiva -- *Recipiatur*, *& admittatur* -- quòd adhuc Conſtitutio intelligatur prohibitivè de non recipiendis aliis, quam qualificatis, non autem præceptivè cogendi collegiales, ut quoſcumque recipiant præſcriptas qualitates habentes, juxta *Rot. deciſ. 180. num. 24.*, *& ſeqq. p. 9. & deciſ. 388. num. 9. & ſeqq. p. 16. & deciſ. 95. num. 7. & ſeqq. p. 17. & deciſ. 296. num. 15.*, *& ſeqq. coram Emerix Jun.*

Ea ratione quòd ubi admiſſio, & receptio facienda venit per ſcrutinium, tunc data dicitur plena libertas vocali-
6 bus ſuffragandi pro, & contra, ſicut volunt, alias non eſſet ſcrutinium, pro ut in admiſſione Educandarum per ſcrutinium proceditur, ex auctoritatibus ſupra relatis, & juxta Conſtitutionem Urbani VIII. de qua *Donat. in prax. regul. Tom. 4. tract. 5. quæſt. 21. num. 1. in. fin. Rot. dicta deciſ. 180. num. 24.*, *& 39. p. 9. & deciſ. 388. num. 10. p. 16.*, *& deciſ. 95. num. 10. p. 17. & deciſ. 296. num. 15. coram Emerix Jun.*,
7 ſuffragante etiam naturali ratione quòd abſurdum foret admittere Puellas ad convivendum cùm Monialibus contra harum voluntatem, contra *Tex. in l. qui admittitur ff. pro ſocio*, & advertit *Tondut. quæſt. benef. p. 1. cap. 24. num. 3. Miranda in tract. de Monial. q. 8. art. 1. Roderic. quæſt. regul. tom. 3. q. 9. art. 2. Card. de Luc. de Canon. diſc. 21. num. 17.*, *& reſolvit Sac. Congregatio apud Monacell. in formul. tom. 1. tit. 11. formul. 11. num. 13.*

8 Et ſolùm poſſe addebat forſan hanc prætentionem aliquod fomentum habere in caſu quo Nobilitas Salerni, ſeu Familiæ Nobiles fundaſſent, & dotaſſent de propriis bonis Monaſteria, cùm lege ibi recipiendi earum Filias, & conſanguineas ad formam juriſpatronatus paſſivi, quòd in præſenti aſſerebat non verificari, cùm Monaſterium fuerit fundatum, & dotatum de bonis liberis; nihil obſtante, quòd ad inſtantiam Nobilium fundatio reſtaurata fuerit, ut præciſis terminis firmavit *Panormitan. conſ. 57. n. 5. lib. 1. Spad. conſ. 33. n. 2. lib. 2. Rot. coram Coccin. deciſ. 1613. num. 12. & in Placentina juriſpatronatus 23. Martii 1703. §. Tum demum coram b. mem. Molines*, ibi -- *Juſpatronatus, quod acquiritur ei, ex cujus bonis res proceſſit, non autem illi, qui fuit auctor fundationis* -- *& 10. Martii 1704. §. pro ut non urgent coram eodem*, *& in Parmen. Beneficii 1. Martii 1700. §. Neque obſtare coram Eminentiſs. Scotto.*

9 His tamen non obſtantibus Ego mei Patrui nomine appoſito; ſcribens in hac cauſa, ad defenſam Nobilis Puellæ Mazza, ac totius cœtus Nobilium Salerni dicebam excluſionem, ſeu Recuſationem præfatæ Nobilis Puellæ ab admiſſione in Educandam eſſe irrationabilem, & non ſuſtineri; Quando quidem non peragitur de nuda, & ſimplici admiſſione Puellæ Educandæ, cujuſque ſit generis, nec de Monaſterio, nulla obligatione adſtricto recipiendi potius unam, quam alteram puellam Nobilem; ſed verſamur in Monaſterio S. Mariæ Pietatis à Nobilibus Civitatis Salerni fundato, ab iſtis ſuperædificato, & conſtructo pro recipiendis, & admittendis eorum Puellis, & ubi ipſemet prælaudatus Sixtus V. hiſce commilitantibus meritis demandavit quòd ibi -- *tantummodo recipiantur Puellæ Virgines Nobilium* -- Unde Moniales ejuſdem Monaſterii tenebantur admittere in Educan-

dam Nobilem Puellam Mazza, ad exclusionem aliarum Puellarum Nobilium exterarum, non solùm, quia justum, & æquum est, quòd Nobilitas Salernitana, quæ hujusmodi graves expensas & onera sustinuit, & sustinet pro præfato Monasterio, sentiat hoc commodum, ut ab eo recipiantur ejus Puellæ Nobiles, & hæ utpote originariæ, & benemeritæ præferantur exteris, cùm omnis juridica æquitas exigat, quòd cæteris paribus potius veniat admittenda Puella, ex cujus Avorum, & Proavorum bonis fundatum est Monasterium, quam pænitùs extranea, & originaria potius, & magis qualificata, quàm non originaria, juxta *Gloss. in Can. Neminem dist.* 70. *Rot. in Alatrina jurispatronatus* 15. *Junii* 1705. §. *Non obstante*, & 7. *Decembris ejusdem anni coram Eminentiss. Scotto*; & alias auctoritates supe-
10 rius relatas *Can. IX. X. XI. Cas. VII.* Verum etiam quia Puellæ Nobiles Salernitanæ vigore constructionis, & ædificationis ejusdem Monasterii, ab earum Majoribus factæ acquisitum habent jus passivæ receptionis in eodem Monasterio, juxta dispositionem hujus *Canonis*, & ad *Text. in can. Filiis, vel Nepotibus, & can. Piæ mentis* 16. *q.* 7. *Lambertin. de jurepat. lib.* 3. *q.* 1. *num.* 10., & *lib.* 1. *p.* 1. *art.* 2. *q.* 7. *Lotter. de re benef. lib.* 2. *q.* 4. *Rot. decis.* 615. *num.* 2. *p.* 1. *rec.*

11 Eoque potentius in casu nostro ubi antiquata irrepsit consuetudo per gemina sæcula observata, & nunquam interrupta semper admittendi Puellas Nobilium absque aliqua interruptione, & absque eo, quòd prædictæ Moniales allegare valeant unicum exemplum, quòd nec ab ipsis, neque ab antiquis Monialibus fuerit Puella Nobilium Salerni repropata, quæ bis centenaria, & ultra possessio nemo non videt quantum conferat ad concludendum Puellas Nobiles Salernitanas habere jus, ut admittantur, & recipiantur in hoc Monasterio ad exclusionem exterarum juxta *Bald. in l.* 1. *num.* 3. *in fin. ff. famil. Ercisc. Mascard. de probat. consult.* 540. *num.* 23. *& alios quos, refert Rot. in Calaritana Cappellæ* 14. *Junii.* 1713. §. *Et sane coram R.P.D. Lancetta.*

12 Absque eo, quòd in minimo perturbet animadversio a præfato Domino Advocato superius §. *Et solum* excitata, nimirum, quòd Nobilitas Salerni in limine constructionis, & dotationis ipsius Monasterii non sibi reservaverit expressè hujusmodi jus favore propriarum Puellarum, quodque propterea pia elargitione, pro acquirenda benemerita processerint ad dotationem, constructionem, & ædificationem, ut innuunt *Card. de Luc. de jurepat. disc.* 57. *num.* 5. *Lotter. de re benef. lib.* 2. *q.* 7. *num.* 7., *& quæst.* 3. *num.* 20., *& seq.*

Quoniam cùm ipsa Nobilitas in primis devenerit ad hanc constructionem, & ædificationem erogatione ingentis pecuniarum summæ in executionem Bullæ Sixti V. præcipientis quòd in eodem Monasterio tantummodo recipiantur Puellæ Nobilium, & sic ad hunc finem ut in eo reciperentur propriæ Filiæ Nobiles, hinc licet non expressè sibi reservaverit hujusmodi jus passivæ receptionis, hoc tamen pro ejus acquisitione non requiritur; sufficit enim quòd ipsa Nobilitas istud jus non remiserit, seu tacite illud reservaverit juxta *Lambertin. de jurepat. lib.* 1. *p.* 1. *q.* 2. *art.* 4. *num.* 1. *Rot. decis.* 42. *num.* 2. *p.* 2. *rec.*, & alias auctoritates in Superiori *Casu V. num.* 1. relatas.

13 Quòd autem præfata Nobilitas tacite reservaverit jus istud passivæ receptionis in dicto Monasterio pro Puellis Nobilibus clare desumitur ex subsecuto effectu, dum, ut dixi, per gemina sæcula, & ultra semper in eo admissæ fuerunt Puellæ nobiles Salernitanæ, & Moniales in tanto temporis cursu numquam ausæ sunt illas excludere, & præ earum effrænata voluntate admittere potius extraneas; Quæ bis centenaria possessio clare convincit præfatum jus passivæ receptionis non fuisse à Nobilitate remissum, sed tacite reservatum favore propriarum Puellarum juxta auctoritates superius relatas §. *Eoque potentius*. Hocque idem jus passivæ receptionis comprobant denominationes, & innumeræ enunciativæ, quibus exprimitur, & denominatur Monasterium esse Nobilium juxta *Rot. decis.* 211. *n.* 1. *in fin. p.* 1. *& decis.* 360. *num.* 3. *& seq. p.* 2. *& decis.* 172. *num.* 3. *& decis.* 661. *num.* 1. *& seq. p.* 3. *rec.*

Admittimus, & cuilibet, in materiis Ecclesiasticis versato notissimum est; quòd nemo in domum alienam intrare potest invi-

invito domino ; quod in recipiendis Puellis in Monaſteriis cauſa Educationis inter cæteras conditiones illa potiſſimum expoſcitur quòd intercedat conſenſus Monialium , & quod admiſſio , ſeu repulſatio Puellarum in Educationem ſint repoſitæ libero Arbitrio Monialium ex communi Canoniſtarum ſententia , ex præſcripto ſacrorum Canonum , Apoſtolicarum conſtitutionum , ac reſolutionum S. Congregationis Epiſcoporum , & regularium recenſit. per *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcopi p. 3. alleg. 102. num. 63.* , *& ad Concil. ſeſſ. 25. de Regul. & Monial. cap. 5.* 14 *num. 96.* At quia ut plurimum in cauſis , quæ exagitantur, recurrunt caſus diverſi, diverſis præmuniti circumſtantiis , ideo monemur attendi non debere Leges, Deciſiones, & reſolutiones in littera , & ſimpliciter in caſu diverſo, in quo diverſæ recurrunt circumſtantiæ juxta monitum *Card. de. Luc. de Paroch. diſc. 1. num. 27. §. final. & diſc. 12. ſub num. 12.*

15 Hinc licet hæ , & ſimiles propoſitiones veræ ſint , vel in caſu quo Monaſterium præ ejus in digentiis ſubſtentare nequeat Educandas , vel ubi peragatur de admiſſione plurium Puellarum Nobilium Salerni, in quo caſu poſſunt potius unam, quam alteram recipere , non tamen procedit, ubi Monaſterium non reperitur depauperatum , ubi ſubvenitur aſſueta annua præſtatione ducat. 40. pro alimentis , & ubi non concurrunt aliæ Puellæ Nobiles Salernitanæ, ſed ſolùm Nobilis Puella Mazza expoſtulata Nobilitate prædita, & præ ejus innocenti ætate annorum ſeptem deſtituta prorſus omni imaginabili exceptione perſonali , & ubi ipſum Monaſterium fuit à primordio ejus fundationis deſtinatum , ædificatum , & conſtructum impenſis Civitatis Salerni pro recipiendis educandis de ejus cœtu Nobilium ; in hiſce quippe terminis dari non valet arbitrium effrænatum cùm gravi præjudicio alterius & ſemper intelligitur commiſſum arbitrio à boni viri *Rot. deciſ. 118. num. 3.* , *& 31. p. 17. rec.* , *& 18. tom. 2. deciſ. 431. n. 26. & deciſ. 557. num. 2.* vel ſaltem aliquo modo regulari debet à jure , ut erudite de more diſtinguit R. P. D. meus Petra in ejus *Comment. tom. 1. ad conſtit. Urbani II. fol. 337. à num. 39. ad 40.* ; ubi in terminis effræn ati arbitrii Epiſcopi denegandi ordinationem non arctatis , tuetur illis competere , niſi appellationem, ſaltem recurſum ad Sacram Congregationem , quæ adſtringit Epiſcopos ad minus per extra judicialem informationem cauſam denegatæ ordinationis referre , ut plures recenſendo reſolutiones, & ſignanter illam famigeratam in *Rehemen. 21. Aprilis 1668.* , proſequitur idem R. P. D. Petra , ubi ſupra *ſub. num. 44. 46. & 48.*

Indicent igitur Moniales cauſam ejectionis prædictæ Nobilis Puellæ , quòd fortaſſe non ſit Nobilitate prædicta? Illam uſque adhuc controvertere auſæ non ſunt; quòd Locus pro Educandis deſtinatus non vacet ? & non credimus , quia ſunt optime conſciæ quòd ex ſeptem locis præfinitis duo vacant , & quinque repleti reperiuntur , pro ut non ſunt immemores quòd loco acceptandi dictam Nobilem Patritiam, admiſerunt potius aliam exte- 16 ram ; cùm igitur ſinè juſta cauſa conſenſus fuerit denegatus , propterea ſuperior ſinè eadem Sac. Congregatio Epiſcoporum illum ſupplere debet juxta monitum *Abbat. in cap. cùm dilectus de jurepat. Card. in Clement. unic. de rerum permutat. q. 40.* cùm reliquis congeſtis per *Card. de Luc. de jurepat. diſc. 1. num. 9. Rot. deciſ. 520. num. 4. coram Gregor.* etiam compellendo Moniales præfati Monaſterii ad admittendum non quidem in concurſu plurium Puellarum Nobilium Salerni potiùs unam, quam aliam ſed in concurſu haram , & plurium Puellarum Nobilium diverſæ originis potiùs Puellam Nobilem Salernitanam , quam exteram . *Abbaſ. conſ. 59. num. 3. Lambertin. de jurepat. lib. 1. q. 2. art.* , *& 17.* Alias ſi eſſet poſitum , in libro arbitrio Monialium excludere Nobilem Salernitanam in concurſu Puellæ exteræ duo ſequerentur in convenientia ; Primum quòd Puellæ Salernitanæ , ſeu illarum Parentes gravarentur duplicatis impenſis mittendi proprias Filias ad Monaſteria , extra earum Patriam ; Secundum vero quòd adeò celebre breve Sixtinum, eorum favore emanatum remaneret prorſus fruſtraneum , quia illius executio ſuper admiſſione , vel ejectione Nobilium penderet à voluntate Monialium, quæ quantum volubiles ſint, experientiæ notum eſt ut advertit *Card. de Albic. de Inconſtan. in judic. in præfat. num. 39.*

17 De-

17 Denique non adversantur assuetæ literæ ejusdem Sac. Congregationis Episcoporum, & Regularium committentis receptionem Puellarum Educandarum ad placitum Monialium; Quoniam cùm versemur non in simplici Monasterio pollente libera, & affrænata facultate recipiendi Puellas, quas voluerit, sed bene quidem in Monasterio, dotato, & constructo impensis Nobilium, & pro Puellis Nobilibus, ac Patritiis peculiariter destinato, in isto casu verbum *ad Libitum*, seu *ad Placitum* importat arbitrium boni viri regulandum à sua causa justa, & rationabili, ut plerique firmant graves Doctores, inter quos *Abbas in cap. cùm veniſſent num. 5. de conſtit. Alex. conſ. 214. num. 3. lib. 6. Corneu. conſ. 173. num. 5. volum. 3. Barboſ. clauſul. 3. num. 8. clauſ. 6. num. 3. Gratian. cap. 755. num. 5.* & in terminis ubi sit data facultas liberè nominandi, seu eligendi, quemquis sibi placuerit, quòd debeat se regulare justa, & rationabili causa, ita ut electio, & nominatio de inhabili sustineri minimè possit, secluso, & reprobato habili, & idoneo, optimè tuetur idem *Gratian. cap. 758. num. 23. & ſeqq.*

18 Et ita obtinui ab eadem Sac. Congregatione Episcoporum, & regularium, quæ *die 18. Decembris 1716.* non obstantibus rationibus per Dominum meum Advocatum Pitonium superiùs in contrarium expositis definivit -- *Recuſationem Puellæ Mazza fuiſſe irrationabilem, & ad mentem* -- quæ fuit -- *ut ſcribatur Archiepiſcopo, ut Puellæ Nobiles Salernitanæ habentes requiſita præferantur exteris.*

CANON XXIX.

INNOCENTIUS III. Rothomagen. Archiepiſcopo.

PEr nostras postulasti literas edoceri utrum Clericus aliquis ad vacantem Ecclesiam, in qua jus obtinet patronatus, se ipsum, si idoneus est valeat præsentare. Cum igitur nullus se ingerere debeat Ecclesiasticæ prælationis officiis; Inquisitioni tuæ taliter respondemus, quod nullus se possit ad Personatum alicujus Ecclesiæ præsentare, quantumcumque idoneus sit, & quibuscumque studiis meritis adjuvetur.

COMMENTARIUM.

EX hoc Canone, qui in Decretalibus legitur in ordine il 26. sequens deducitur conclusio.

PATRONUS NON POTEST SE IPSUM PRÆSENTARE AD BENEFICIUM, SEU ECCLESIAM VACANTEM.

Ratio hujus conclusionis est, quia nemo debet se ingerere officio Ecclesiasticæ Prælatio-
1 nis, & quia Patronus cum debeat præsentare idoneum, si se ipsum præsentaret, se ipsum laudaret, ac proinde tamquam ambitiosus esset repellendus à Beneficio; Et quia debet
2 dari distinctio inter Præsentantem, & Præsentatum. Ita *Innocent. Abbas, Anania, Butr., Barboſa, Gonzal. hìc, Lambertin. de jurepat. lib. 2. par. 1. quæſt. 8. art. 1. num. 5. Vivian. eodem tractat. par. 2. lib. 6. c. 9. num. 1. Ventrigl. in prax. de jurepat. annot. 1. §. 3. num. 66. Pignattell. conſult. 54. num. 29. tom. 10. Rubeu. de teſtam. cap. 76. num. 235. & 253. Bellett. diſquiſit. Cleric. par. 1. de bonis Cleric. §. 11. num. 23. Acciolin. reſol. 58. num. 69. Card. de Luc. de jurepat. diſc. 31. num. 5. Rot. deciſ. 599. num. 11. par. 4. tom. 3. & deciſ. 430. n. 38. par. 9. tom. 2. rec.*

3 Hoc idem probatur etiam ex *Textu in cap. cum ad noſtram de inſtit.* ubi statuitur, quod

is,

is, ad quem spectat collatio Dignitatum se ipsum instituere non possit ibi -- *Cum ad nostram, & infra: Illud autem nolumus vos ignorare, quod postquam M. fuit Abbas effectus custodiam de jure non potuit obtinere, quia cum ratione Abbatiæ ad ipsum pertineat donatio tam custodiæ, quàm aliarum Dignitatum, ac etiam Præbendarum in Ecclesia Patrinen. custodiam ipsam recipere non potuit à se ipso, cùm inter dantem, & recipientem debeat esse distinctio personalis.*

Quoad hanc conclusionem sequentes proponuntur Casus.

ARGUMENTUM.

Patronus an possit nominare se ipsum ad Cappellaniam merè laicalem?

SUMMARIUM.

1 *Patronus potest consentire collationi Beneficii sibi factæ ab Episcopo, & præsentationi sibi factæ ab aliis Compatronis non verò se ipsum ad illud præsentare.* Limita, ut num. 4.

2 *Procurator constitutus à Patrono non potest hunc præsentare.*

3 *Patronus potest se ipsum nominare ad Cappellaniam merè laicalem.*

4 *Patronus, cui competat juspatronatus passivum si sit unicus potest se ipsum præsentare ad beneficium Ecclesiasticum.*

CASUS I.

Iussit quidam Testator erigi de propriis bonis Cappellaniam merè laicalem injuncto onere Cappellano celebrandi, aut celebrari faciendi nonnullas Missas in certo Altari, ac reservato jure nominandi Cappellanum favore suorum hæredum; Defuncto ultimo Cappellano; Heres ejusdem Testatoris nominavit se ipsum ad dictam Cappellaniam. Quæritur an hujusmodi nominatio sustineatur?

1 Cui quæstioni negativè respondendum videtur; Licèt enim Patronus possit consentire collationi beneficii, aut Cappellaniæ sibi factæ ab Episcopo, ac etiam consentire præsentationi sibi factæ ab aliis compatronis, qui consensus auget numerum præsentantium ea ratione quia consentiendo dictæ collationi, aut præsentationi non facit contra præsentem Canonem, dum hujusmodi collatio, aut præsentatio non haberet originem ab ipso Patrono, nec ipse in hoc Casu diceretur se ingerere Ecclesiasticæ Prælationis Officio, ut docent *Abb. num. 3. Eutr. Gonzal. num. 2. hic Lambertin. de jurepat. lib. 2. par. 1. quæst. 7. & 8. art. 4. Ventrigl. in prax. de jurepat. annot. 1. §. 3. num. 67. Vivian. eodem tract. lib. 6. cap. 9. num. 16. Bellett. disquisit. Cleric. par. 1. de bonis Cleric. §. 11. num. 26. Actolin. resol. 58. num. 71.* Tamen non potest se nominare, & præsentare ad Beneficium, seu Cappellaniam, juxta expressam dispositionem hujus *Canonis*;

2 Immò nec Procurator ab eo constitutus potest illum præsentare, quia sic Patronus diceretur præsentare se ipsum, ita dictante illo principio, qui per alium facit, per se ipsum facere videtur. *Lambertin. de jurepat. lib. 2. par. 1. qu. 8. art. 9. Barbos. hic nu. 3. Vivian. eodem tract. lib. 6. cap. 9. num. 17. Caren. resol. 10. n. 8.*

3 At hoc non obstante contrarium verius de jure procedit; non agitur enim de Cappellania Ecclesiastica, & erecta auctoritate Episcopi, sed agitur de Cappellania merè laicali; seu legatò Missarum; unde poterit Patronus se ipsum ad illam nominare, imò sibi eam conferre, absque ulla ambitionis notâ, cùm nihil sit, quod hoc prohibeat, dum *Canon* iste loquens de beneficiis Ecclesiasticis; extendi non debet ad hujusmodi Cappellanias merè laicales. *Rot. in Senogallien. Cappellaniæ 16. Aprilis 1696. §. Etenim coram bo. mem. Molines*, & resolutum fuit à Sac. Congregatione Concilii *in Auximana Cappellaniarum 16. Decembris 1702.* ubi propositis dubiis. Primò -- *An dictæ Cappellaniæ reputari debeant ad instar hæreditatis merè prophanæ, sintque ita laicales, ut ad illas nominari possint etiam laici, Mulieres, & Pueri* -- Secundò -- *An successores dd. hæredum, & habentes facultatem nominandi Cappellanos possint nominare se ipsos* -- responsum fuit ad primum -- *Affirmativè quoad primam partem, & Negativè quoad secundam* -- Ad secundum -- *Affirmativè* --

Ea verò superius in contrarium allata militant in Beneficiis, seu Cappellaniis

4 Ecclesiasticis; & quidem militant in his Cappellaniis, respectu quarum Patronus habeat

habeat solùm jusPatronatus activum, etenim si Patronus respectu illarum habeat etiam jusPatronatus passivum, & sit unicus poterit ad illas seipsum validè præsentare; quia præsentatio hæc non diceretur haberi originem à se ipso, sed ab ipso met Fundatore, qui eum ad illas vocavit. *Mans. consultat.* 109. *num.* 15. *tom.* 2.

ARGUMENTUM.

An Patronus possit præsentare se ipsum per viam precum ad Beneficium Ecclesiasticum?

SUMMARIUM.

1 *An præsentare se ipsum per viam precum sit simoniacum*, & num. 3.

2 *Patronus potest præsentare se ipsum per viam precum; imò & ejus Procurator potest illum ita præsentare.*

CASUS II.

QUæro in hoc Casu an Patronus præsentare possit se ipsum per viam precum ad Beneficium Ecclesiasticum.

1 Videtur dicendum, quò non possit Patronus per viam precum præsentare se ipsum ad Beneficium Ecclesiasticum, seu supplicare Episcopum ut sibi conferat beneficium; hoc enim esset committere simoniam, & conferre aliquid spirituale pro temporali, nimirum beneficium intuitu precum, quod dici non potest, ut innuere videtur *Glossa in cap. tuam de ætat. & qualit. verb. nullum prorsus* ibi -- *Non enim preces carnales debet respicere qui est Ordinator, sed tantùm merita, & providentiam ordinandi; & ideo nota quòd cùm quis eligitur, vel ordinatur, aut suis precibus intervenientibus, aut alienis; Si suis, dicunt quidam, & Hugo cum eis, quod quantumcumque sit idoneus simonia committitur* --

2 Verum hoc non obstante censeo Patronum, qui vellet suum de Jurepatronatus adipisci Beneficium, posse procedere per viam deprecationis, & supplicationis factæ Episcopo ut sibi conferat Beneficium. *Abb. num.* 2. *Gonzal. num.* 2. *Barbos. num.* 5. *hìc Lambertin. de jurepat. lib.* 2. *par.* 1. *quæst.* 8. *art.* 3. *Rot. decis.* 20. *nu.* 3. *coram Celso, & decis.* 363. *num.* 10. *par.* 9. *& decis.* 141. *num.* 5. *par.* 14. *rec. Tondut. quæst. benef. par.* 2. *cap.* 4. §. 9. *n.* 29. *tom.* 1. *Rot. in Derthonen. Beneficii S. Catharinæ* 2. *Aprilis* 1708. §. *Juspatronatus coram Polignac. & in Majoricen. Beneficii* 1. *Febr.* 1709. §. *Nullimodè adversante cor. R. P. D. Falconerio, & in Granaten. Cappellaniæ* 27. *Novembris* 1713. §. *Ea vivissima cor. eodem*, imò & ejus Procurator potest præsentare Patronum per viam precum, ut fuit resolutum à Sac. Congregatione Concilii *in Faventina præsentationis* 10. *Junii* 1679. quo casu potest Ordinarius illum gratificando admittere; sed tamen ad id non tenetur ex debito. *Rot. dec.* 430. *n.* 40. *par.* 9. *tom.* 2. *rec.*

3 Nec ex hoc committitur ulla simonia, quia non præsumitur Episcopus in conferendo beneficium Patrono supplicanti pro se ipso se movere ex ejus precibus, sed potius se movere ob uniformandum se præsumptæ menti fundatoris, qui sicuti præ aliis ipsum Patronum prædilexit in reservatione jurispatronatus activi, ita justum, & congruum est, quod Episcopus gratificet eumdem Patronum, illumque aliis præferat in collatione beneficii, quando ipse Patronus non explet formalem præsentationem favore alterius, sed supplicat pro se ipso, juxta superiùs firmata *Can. IX. X. XI. Cas. VIII. n.* 8.

CANON XXX.

INNOCENTIUS III.

Archidiacono, & Cancellario Altissiodoren.

CVm dilectus filius. Et infrà: Cùm Hostiensis Episcopus tunc Apostolicæ Sedis Legatus Archidiacono Carnoten. mandaverit, in Ecclesiam, quam in Archidiaconatu suo, primò vacare contingeret, donationi suæ servaret, inhibens nè alicui conferret eamdem, de qua G. Clerico dispoſuerat providere, & Ecclesia de Berovilla ibi vacasset, idem Archidiaconus contra mandatum ejusdem Legati, ad ipsam G. Subdiaconum præsentavit, cujus facto ab eodem Legato cassato, ipse præfato G. concessit Ecclesiam sic vacantem &c. Et infra: Vacante verò quadam Præbenda in Ecclesia Sancti Martini Carnoten. Diœcesf. Episcopus dictam Ecclesiam ad præsentationem Archidiaconi H. Clerico, Præbendam verò præfato G assignari curavit, unde ipse H. supplicabat eamdem sibi Ecclesiam confirmari, utpote quia ad præsentationem Archidiaconi veri Patroni se dicebat adeptum &c. Et infra: Nos igitur attendentes, quod etsi præfatus Archidiaconus memoratum G. tanquam Laicus, ad illam Ecclesiam præsentasset, quia tamen per Diœcesanum Episcopum admissus non fuit, sed dictus H. ab eodem Archidiacono præsentatus, à Diœcesano Episcopo institutus, juxta Statutum Alexandri Papæ, non primus, sed secundus jus est assecutus in Ecclesia memorata, etsi Archidiaconus præfatum G. tanquam Clericus præsentavit; Quoniam in eo, quod tanquam Clericus faciebat, suberat jurisdictioni Legati; Unde postquam idem Legatus donationem illius Ecclesiæ sibi decreverat reservandam, ad eam tamquam Clericus non potuit quempiam præsentare, præsentationem ipsius minùs canonicè factam decernimus irritam, & ea non obtenta, concessionem ejusdem Ecclesiæ factam prænominato H. pronunciamus canonicam extitisse, adjudicantes eidem præfatam

Ecclesiam, cum fructibus medio tempore perceptis ex ea plenè, & pacificè possidendam, prædicto G. super hoc perpetuum silentium imponendo.

COMMENTARIUM.

EX hoc Canone, qui in Decretalibus legitur in ordine il 28. sequentem deduco conclusionem.

LEGATUS A LATERE POTEST SIBI RESERVARE, ET LIBERE CONFERRE BENEFICIA DE JUREPATRONATUS ECCLESIASTICO, INVITO, ET IRREQUISITO PATRONO, SECUS BENEFICIA DE JUREPATRONATUS LAICALI. *Gloss.*, *Innocent.*, *Abb.*, *Anan. num.* 8. *Butr.*, *Barbos. num.* 4., *Gonzal. hìc Lambertin. de jurepat. lib.* 2. *par.* 3. *quæst.* 8. *art.* 1., & 2., *Rocc. de Curt. eodem tract. in verb. honorificum num.* 4. *Federic. de senis cons.* 65. *Socin. Fallen. Regul. jur. regul.* 356. §. *Secundo*.

1 Legatus dicitur à *legando*, aut *legendo* quasi priùs lectus, & electus, ut publicum negocium peregre, & auctoritate publica agat, & pertractet.

2 Legatorum autem Sedis Apostolicæ tria sunt genera; alii enim dicuntur Legati à latere, eo quia à latere Pontificis mittuntur, ut ait *Leo Pontifex epist.* 14. *ad Faustum in illis verbis -- Cùm propter Causam Fidei, quam Eutyches perturbare tentavit, de latere in eum mitterem, qui defensioni veritatis assisteret* -- Alii sunt Legati *Nati* ita appellati, quia cum ipsa Dignitate, quam obtinent, ipso jure legatorum officium nanciscuntur. Alii sunt Legati *Missi*, illi videlicet, qui cum sint à latere Pontificis, neque nascuntur legati, tamen in aliquam Provinciam mittuntur ob eorum industriam, & rerum peritiam;

3 Inter alias differentias, quæ dantur inter Legatum à Latere, & alios legatos, hæc assignatur à Doctoribus, quæ facit ad Casum præsentem; nimirum quod Legatus à latere conferre possit Beneficia vacantia in sua Provincia, etiamsi præsentatio ad Patronum Clericum spectet juxta supradictam conclusionem; Legati verò missi, vel nati nullam habent jure legationis facultatem conferendi beneficia juxta *Text. in cap.* 1. *de offic. legat. in* 6. & *cap. si à Sede* 31. *de præb. in* 6.

4 Ratio autem supradictæ conclusionis est, quia Legatus à latere cùm gerat vices Romani Pontificis in Provinciis sibi designatis cum amplitudine potestatis, quam alii legati non habent, ideò sicut Romanus Pontifex potest conferre quæcumque Beneficia etiam de Jurepatronatus Ecclesiastico; ita & Legatus à latere ratione legationis sibi commissæ poterit conferre Beneficia vacantia etiam de Jurepatronatus in sua Provincia.

Quoad hanc conclusionem sequens examinatur Casus.

ARGUMENTUM.

Legatus à Latere, quæ Beneficia jurispatronatus possit, & quæ non possit sibi reservare, & liberè conferre.

SUMMARIUM.

1 *Legatus à latere hodie non potest sibi reservare, & liberè conferre beneficia vacatura de jurepatronatus Ecclesiastico pro certa persona, secus in genere.*

2 *Nec potest sibi reservare, & liberè conferre beneficia jurispatronatus laicorum*; Limita ut ibi.

3 *Nec Beneficia jurispatronatus mixti.*

CASUS UNICUS.

NE quicquam, quantum fieri potest, intactum relinquamus; ad materiam hujus *Canonis* videndum est in hoc Casu, quæ Beneficia jurispatronatus possit Legatus à Latere, & quæ non possit sibi reservare, & liberè conferre; remittendo de cætero Lectorem ad *Sextam Partem* hujus Operis ubi plures examinantur Casus concernentes hujusmodi Beneficiorum reservationes.

1 Legatus igitur à Latere antiquitus poterat reservare beneficia vacatura in sua Provincia de jurepatronatus Ecclesiastico etiam pro certa persona; *Abb. Butr. n.* 16. *Anan. num.* 3. & 4. *Barbos. num.* 2. *hìc Lambertin. de jurepat. lib.* 2. *par.* 3. *qu.* 8. *art.* 1. *num.* 2.

nam. 2. Hodiè tamen hujuſmodi reſervationes pro certa perſona fieri non poſſunt per Legatum à Latere juxta diſpoſitionem Tridentini *ſeſſ.* 24. *de reform. cap.* 19. licèt fieri poſſint in genere.

2 Non poteſt tamen idem Legatus reſervare, & liberè conferre Beneficia juriſpatronatus laicalis niſi iſtud competat Laico ex Privilegio, aut ex præſcriptione. Etenim ſi ei competat ex privilegio, & præſcriptione, & non ex fundatione, conſtructione, aut dotatione, poteſt ipſi juripatronatus Laicorum derogare. *Gravett. conſ.* 63. *num.* 6. *par.* 1. *Lambertin. de jurepat. lib.* 2. *par.* 3. *quæſt.* 8. *art.* 3. *Alexand. conſ.* 74. *tom.* 4. *Federic. de ſen. conſ.* 65.

3 Minuſque valet ſibi reſervare, & liberè conferre Beneficia de jurepatronatus mixto, quia juſpatronatus mixtum reputatur merè laicale. *Barboſ. hìc num.* 4. *Gemin. ſuper* 6. *decretal. cap. unic. de jurepat.* §. *Verum num.* 10. *Lotter. de re benef. lib.* 2. *q.* 10. *n.* 72. *& ſeqq.*

CANON XXXI.

INNOCENTIUS III.

Aurien. Epiſcopo.

POſtulaſti per Sedem Apoſtolicam edoceri, ut cùm Rectores Parochialium Eccleſiarum quoſdam præſentent ad ſuarum Eccleſiarum titulos ordinandos, utrum electio talium ad ipſos Rectores pertineat, vel etiam ad Patronos, & ſi in his Patronorum non eſt requirendus aſſenſus, utrum jus illis ſalvum maneat eligendi, ut cùm ipſas Eccleſias vacare contigerit, intitulatis hujuſmodi non ſint alii præferendi? Ad quod breviter reſpondemus, quod per intitulationem hujuſmodi, nullum Patronis præjudicium generatur, quin poſſint alios ad illas Eccleſias cùm vacaverint præſentare: niſi de Patronorum proceſſiſſet aſſenſu.

COMMENTARIUM.

EX hoc Canone, qui in Decretalibus legitur in ordine il 30. ſequentes deducuntur concluſiones.

Prima -- RECTOR ECCLESIÆ PAROCHIALIS POTEST ELIGERE PRO EJUS SERVITIO, ET PRÆSENTARE CLERICOS ORDINANDOS AD TITULUM SUÆ ECCLESIÆ, ETIAM SINE CONSENSU, ET INVITO PATRONO, QUI ORDINATI, ET INTITULATI IN EA ECCLESIA AD PRÆSENTATIONEM RECTORIS, NON HABENT ULLUM JUS IN ILLA PRÆTER JUS ALIMENTORUM.

Secunda -- PATRONUS SI NON CONSENTIT HUJUSMODI INTITULATIONI FACTÆ AD PRÆSENTATIONEM RECTORIS IN ORDINE AD HABENDA ALIMENTA IN CASU INOPIÆ, PRÆFERTUR INTITULATIS, ET ORDINATIS, ET POTSQUAM VACAVERIT ECCLESIA POTEST REMOVERE INTITULATOS, ET PRÆSENTARE AD ILLUM QUEMCUMQUE VOLUERIT. SI VERO CONSENTIT DICTÆ INTITULATIONI, ET ORDINATIONI IN CASU INOPIÆ NON PRÆFERTUR INTITULATIS, NEC POSTQUAM VACAVERIT ECCLESIA, POTEST ILLOS REMOVERE, ET TENETUR DE HONESTATE ILLOS PRÆSENTARE. Ità *Gloſſ.*, *Innoc.*, *Abb.*, *Anan.*, *Butr.*, *Barboſ.*, *Gonzal. hìc Lambertin. de jurepat. lib.* 3. *quæſt.* 5. *art.* 6., *&* 7. *Covarr. practic. quæſt. lib. unic. cap.* 36. *num.* 10. *Gonzal. ad regul.* 8. *Cancell. gloſſ.* 5. §. 3. *num.* 38. *verſic. ſimiliter. Rot. in*

Puteolana jurisdictionis 3. Julii 1705. §. Respectu, & §. Minimè coram R. P. D. Lancetta, & consonat alter *Textus in Can. Illud 7. quæst. 1.* ubi demandatur Rectorem Ecclesiæ habere aliquem adjutorem secum, qui Divina Officia, & cæpta Sacramenta expleat, si eidem Rectori aliqua necessitas ingruerit ibi -- *Illud Divini oraculi monentis singuli præcaventes, quod scribitur (væ soli qui cùm ceciderit, non habet sublevamen) summopere verendum nobis est, & cavendum nè horis illis, atque temporibus, quibus Domino psallitur, vel Sacrificatur, unicuique Divinis singulariter Officiis insistenti pernicioſa passio, vel corporis quælibet invaletudo occurrat, quæ aut corpus subitò subrui faciat, aut mentem alienatione, vel terrore confundat. Pro hujusmodi ergo casibus præcaventes, necessarium duximus instituere, ut ubi temporis, vel loci, sive cleri copia suffragatur, habeat quisquis illic canens Deo, atque sacrificans post se vicinis solaminis adjutorem, ut si aliquo casu ille, qui officia impleturus accedit, turbatus fuerit, vel ad tertiam elisus à tergo semper habeat, qui ejus vicem exequatur intrepidus* --

Ratio autem principalis conclusionis desumitur ex Textu *in cap. Proposuit de filiis Presbyteror.* quia nimirum Rector Ecclesiæ Parochialis nequit Missarum solemnia, & alia Divina Officia celebrare sinè alicujus Clerici, & Ministri adjutorio; qui eum adjuvet in extendis Divinis ibi -- *Proposuit nobis R. Lator præsentium, quod cum ad Ecclesiam de Saleb à Domino fundi fuerit præsentatus, tu curam Animarum noluisti sibi committere pro eo, quod esset filius Sacerdotis; Cæterum quia indignum est, ut ipse postquam est in Subdiaconum ordinatus, omninò debeat Ecclesiastici beneficii provisione carere; mandamus quatenus aliquem honestum Presbyterum cum assensu ejusdem Clerici invenire studeas, qui Ecclesiæ serviat supradictæ &c. Non enim solus Presbyter Missarum solemnia, vel alia Divina Officia potest sinè Ministri suffragio celebrare* -- Et ideo Rector potest assumere Coadjutorem secum, seu præsentare Clericum ordinandum ad titulum suæ Ecclesiæ; pro hujus servitio; Quæ quidem præsentatio nullatenus est præjudicialis Patrono, si iste non consentit hujusmodi intitulationi factæ ad præsentationem Rectoris, quia est præsentatio ad ordinem, & ad intitulationem, seu ut Clericus ordinetur ad titulum suæ Ecclesiæ, vel ut in subsidium, ut cum eo Divinum Officium celebret, & ministeria Religionis impendat, non verò est præsentatio ad institutionem, quæ fit jurepatronatus, seu ut Clericus instituatur in Ecclesia, ut innuit *Franciscus de Roye in Prolegomena ad tit. de jurepat. cap. 20. in fin. & in Comment. ad hunc Canonem §. In cap. nostro.* Adeout Patronus non obstante hac præsentatione Clerici ordinandi facta per Rectorem; hoc defuncto non tenetur dictum Clericum intitulatum præsentare ad Ecclesiam vacantem, sed potest illum removere, & quemcumque voluerit ad illam præsentare; secus si consentiat intitulationi, tunc enim fit ei præjudicium, quia postea tenetur de honestate illum præsentare. *Gloss. hìc verb. utrum electio.*

Quoad has conclusiones examinantur infrascripti Casus:

ARGUMENTUM.

Electio Sacristæ, Clerici inservientis Missis, ac deputatio Cappellani in Coadjutorem in Ecclesia Parochiali Patronali, casu quo Parochus nequeat per se ipsum adimplere onera Parochiæ, ad quem spectet, & an Patronus condemnari possit ad assignandum eidem Coadjutori congruam?

SUMMARIUM.

1 *Episcopus fundatam habet intentionem occurrendi necessitatibus Ecclesiarum propriæ Diœcesis.* Intellige ut num. 5.

2 *Electio Sacristæ, Clerici inservientis Missis, ac deputatio Coadjutoris, seu Vicarii temporanei in propria Parochia spectat ad Parochum.*

3 *Parochus potest sibi deputare Coadjutorem in cura Animarum non solùm sinè licentia Episcopi, sed etiam sinè consensu Patroni.*

4 *Episcopus habet jus cogendi Parochum ad assumendum sibi coadjutorem in casu, quo ipse nequeat per se adimplere onera Parochiæ*, & num. 11.

6 *Refertur resolutio Sac. Congregationis Concilii*

cilii in Triventina deputationis Coadjutoris.

7 *Coadjutor, seu Vicarius temporaneus nequit impedire Parochum nè exerceat functiones Parochiales in Parochia, nec potest lucrari emolumenta Parochialia.* Intellige ut ibi.

8 *Parochus tenetur assignare congruam Coadjutori ex fructibus Parochiæ si sint sufficientes aliàs tenentur Parochiani;* & num. 13.

9 *Patronus si percipiat decimas Parochiæ condemnari potest ad hujusmodi assignationem congruæ, aliàs secùs.*

10 *Quando sit locus restitutioni in integrum adversùs rem judicatam?* Vide ibi.

12 *Episcopus cogere potest Patronum, qui percipit decimas Parochiæ ad eligendum alterum Cappellanum pro celebrando Missam in Aurora, si adsit necessitas, ac ad assignandam ei congruam,* & num. 14.

14 *Dissensus Parochi non attenditur urgente necessitate constituendi Coadjutorem, seu Vicarium temporaneum.*

CASUS I.

PRæ multitudine populi Parocus Ecclesiæ Parochialis A. cum præsto esse nequiret omnium Parochianorum spiritualibus necessitatibus cum notabili eorum incommodo, & animarum dispendio; Episcopus tempus quatuor dierum præstitit Parocho, ut præsentaret unum Sacerdotem Coadjutorem in animarum cura, qui confirmationem ab ipso expeteret; Quoniam verò idem Parochus neglexit nominationem facere juxta tempus præfinitum, Episcopus deputavit in dicta Ecclesia Parochiali in Coadjutorem Sacerdotem A, qui teneatur in Divinis inservire atque Rectorem in administratione Sacramentorum coadjuvare: Cùm autem ab hac deputatione Coadjutoris facta ab Episcopo reclamet præfatus Parochus; hinc quæritur -- *An deputatio Coadjutoris Parocho sustineatur?* --

1 Videtur dicendum ipsam sustineri; Episcopus namque fundatam habet in jure intentionem occurrendi necessitatibus Ecclesiarum existentium intrà limites propriæ Diœcesis, ibique deputandi Ministros, ad *Text. in cap. omnes Basilicæ 16. quæst. 7. cap. conquerente de offic. judic. ordin. Rot. decis. 334. num. 4. par. 13. rec. & in Valven., & Sulmonen. jurisdictionis super manutentione 10. Decembris 1714. §. Quam coram R. P. D. Falconerio.* Unde perspectis numero Animarum, quantitate reddituum Parochialium, ac insufficientia ipsiusmet solius Parochi dictæ Ecclesiæ Parochialis, validè potuit ipsi Parocho deputare Coadjutorem; qui eum adjuvaret in Cura Animarum; maximè cùm ad hanc deputationem devenerit assignato prius termino eidem Parocho ad nominandum sibi Coadjutorem; & hoc per ipsum intrà dictum terminum non nominato.

2 At hoc non obstante censeo respondendum præfatam deputationem Coadjutoris, seu Vicarii temporalis factam ab Episcopo non sustineri; Siquidem jus deputandi ministros in Ecclesia Parochiali Patronali pro ejus servitio de jure spectat ad hujus Rectorem, qui habere dicitur totale ejusdem Ecclesiæ regimen, & gubernium; adeout Parochus in propria Ecclesia Parochiali non solùm potest eligere, & deputare Sacristam, & Clericum Missis inservientem; verùm etiam sibi assumere Sacerdotem in Vicarium, seu Coadjutorem temporaneum; qui eum coadjuvet,

3 & administret in Cura animarum; & quidem non solùm sinè licentia Episcopi juxta resolutionem Sac. Congregationis Concilii *in Pragen. jurisdictionis 14. Januar. 1708. ad decimum;* Sed etiam absque consensu Patroni, juxta dispositionem hujus *Canonis;* & docent *Covarr. practicar. quæst. lib. unic. cap. 36. num. 10. Valeron. de transact. tit. 3. qu. 6. num. 32.* & plenè probat *Barbos. vot. decis. 56. num. 56.*

4 Igitur Episcopus poterat quidem cogere dictum Parochum sibi nominare aliquem Sacerdotem in Coadjutorem; non verò talem Coadjutorem ei deputare; cùm Episcopus vigore Concilii Tridentini *cap. 4. sess. 21. de reformat.* habeat solùm hujusmodi jus cogendi Parochos ad sibi adjungendos tot Sacerdotes, quot sufficiant pro Sacramentorum administratione; non verò jus deputandi eis Coadjutorem, ibi: *Episcopi etiam tamquam Apostolicæ Sedis delegati in omnibus Ecclesiis Parochialibus, vel Baptismalibus, in quibus Populus ita numerosus sit, ut unus Rector non possit sufficere Ecclesiasticis Sacramentis ministrandis, & Cultui Divino peragendo, cogant Rectores,*

res, vel alios ad quos pertinet, sibi tot Sacerdotes ad hoc munus adjungere, quot sufficiant ad Sacramenta exhibenda, & Cultum Divinum celebrandum.

5 Nullatenus adversante, quod Episcopus habeat juris assistentiam occurrendi necessitatibus Ecclesiarum intrà propriam Diœcesim existentium, ibique Ministros deputandi, quia hoc procedit quoad concessionem, visitationem, quoad facultatem examinandi, & approbandi Sacerdotem in Coadjutorem à Parocho nominatum, eique licentiam concedendi, ad hoc ut Ecclesiæ inservire valeat, Ministros, quæ corrigendi; vel procedit in Ecclesiis pleno jure subjectis Episcopo, ejusque Mensæ unitis, sive carentibus Rectore, aut alio legitimo Administratore; Secus in præsenti, ubi Ecclesia Parochialis, suum Rectorem habet, ut ferè his eisdem verbis simili objecto respondet *Sac. Rota in Puteolana jurisdictionis 3. Julii 1705. §. Minimè cum seq. coram R.P.D. Lancetta.*

6 Et ita in simili Casu resolutum fuit à Sacra Congregatione Concilii *in Triventina Deputationis Coadjutoris 11. Januar. 1716.* ubi cùm Episcopus, elapso termino Parocho Ecclesiæ Parochialis S. Angeli Terræ Frosoloni, assignato ad nominandum Coadjutorem hunc eidem Parocho deputaverit quæsitum fuit -- *An deputatio Coadjutoris Rectori Ecclesiæ Parochialis S. Angeli Terræ Frusoloni sustineatur* -- cui Sac. Congregatio respondit -- *Negativè, & Ordinarius provideat ad formam Concilii.*

7 Deputatio igitur Coadjutoris, & aliorum Ministrorum spectat, ut dixi, ad ipsum Rectorem, qui tamen Coadjutor, seu Vicarius temporaneus nequit Parochum impedire, nè exerceat functiones Parochiales pro suo arbitrio in Ecclesia, nec potest lucrari emolumenta funerum Baptismorum, & matrimoniorum, quæ sunt jura Parochialia, & solita dari Parocho, nisi adsit in contrarium observantia juxta resolutionem Sac. Congregationis Concilii *in Ueliterna servitii, seu Parochialis 17. Junii 1702. in responsione ad secundum, & tertium.*

8 Et eidem Coadjutori tenetur Parochus assignare congruam ex fructibus Parochiæ si sint sufficientes, aliàs tenerentur Parochiani eam subministrare juxta Sac. Concilium Tridentinum *cap. 4. sess. 21. & cap. 13. sess. 24. de reform. Rot. decis. 204.*

9 *nu. 5. & seq. par. 17. rec.* Nec ad hanc congruam assignandam condemnari posset Patronus; nisi in casu, quo ipse aliquo legitimo titulo perciperet decimas Parochiæ; ut resolvit Sac. Rota *in Pampilonen. Missæ in Aurora 26. Junii 1716. coram R. P. D. Althann. hìc impressa.*

R. P. D. ALTHANN
Pampilonen. Missæ in Aurora.
Veneris 26. Junii 1716.

AGnoscentes Incolæ Loci de Narvarte, sexaginta circiter compositi domibus, plerisque inter se dissitis etiam per spatium medietatis Leucæ, ob non existentiam alterius Ecclesiæ, quàm Parochialis, quod in diebus festivis omnes accedere nequirent ad illam unicam Missam, quam vocant *Popularem*, per Parochum celebrari solitam, nè Pastores, cæterique Parochiani Urbani Sacrum audire omitterent, ob impossibilitatem, & periculum relinquendi omnes simul, eodemque tempore, proprias domos, & Armenta, operæ pretium duxerunt instare coram Ordinario Pampilonen., ut in adiutorium Divini Cultus destinaret aliquem Cappellanum, qui in diebus de præcepto festivis tantùm alteram celebraret Missam in Aurora, ad hoc, ut unà simul consultum esset Cultui Divino, & propriis incumbentiis, aliisque Domesticis necessitatibus, & voti compotes effecti remanserunt; Nam idem Ordinarius, audita depositione 26. Testium super expositis ab Universitate ejusdem Loci inductorum, & recognoscens etiam ex depositione aliorum Testium ex parte Parochi examinatorum super redditibus certis ejusdem Parochialis, quòd isti non ascenderent, nisi ad ducatos triginta, sententiam definitivam protulit, in qua condemnavit Joannem de Vicunna & Zozaya tunc Patronum, ejusque in Patronatu Successores ad extradendos ex suis decimis annuos ducatos viginti pro d. Cappellano desuper celebraturo in aurora, reservato tamen eidem Patrono jure illum nominandi, confirmatam subinde in gradu appellationis per Patronum, & Parochum interpositæ in Curia Metropolitana Burgen., & licèt ab hujusmodi posteriori sententia appellaverint, attamen, cùm intrà biennium non transporta-

ve-

verint acta, eadem ſententia tranſitum fecit in rem judicatam, qua de re conſultis hodie per me Dominis, *An conſtet de cauſis reſtitutionis in integrum*, negativum prodiit reſponſum.

10 Stetit decidendi ratio in eo, quod agebatur de re judicata de ſui natura rem claram, & manifeſtam faciente, adversùs quam, niſi doceatur de earumdem ſententiarum injuſtitia, ex qua deſumi valeat læſio, haud quaquam locus eſſe videtur extraordinario remedio reſtitutionis in integrum, ut monet *Innocen. in cap. ex literis de reſtit. in integr.*, ibique *Butr. in fine verſic. quandoque petitur, & Abb. verſic. dubium, Bald. in leg. fin. C. ſi minor.*, *ſeu major.*, & *Rot. deciſ.* 207. *num.* 2. *par.* 17. *deciſ.* 194. *num.* 1. & 2. *par.* 19. *rec.*, *in Romana donationis* 21. *Junii* 1706. §. *Siquidem coram Eminentiſſimo Scotto*, *in Firmana Commendæ* 23. *Martii proximè præteriti* §. *Perſpicua coram Me*, & *in Hiſpalen. Decimarum* 23. *Martii proximè præteriti* §. *Nulla quippè*, *pariter coram Me*. Maximè, quando, prout in caſu, acceſſit etiam ejuſdem Succeſſoris in Patronatu declaratio, ſe non opponendi prædictæ inſtantiæ ab incolis factæ, quinimo illi conſentiendi, ut in illorum *Summar. num.* 5. cum tunc petens reſtitutionem in integrum majori onere gravetur, injuſtitiam rei judicatæ claram undique probandi, adeout nullo colore defendi queat, ut tradunt *Bart. in l.* 1. *num.* 5. & 9. *Cod. ſi adverſ. rem judic. Gallerat. de renunc. lib.* 2. *cap.* 5. *nu.* 7. & *ſeq.* & *Rot. deciſ.* 626. *num.* 11. *par.* 18. *deciſ.* 414. *num.* 14. *par.* 19. *rec. in Romana ornatus* 6. *Junii* 1708. §. *Præterea coram bon. mem. Omanna*, & *in Neapolitana ampliationis Eccleſiæ*, & *Sacriſtiæ* 15. *Maji proximè præteriti* §. *Reſtitutioni in integrum coram R. P. D. meo Criſpo*.

In præſenti autem caſu tantum abeſt, quod de hujuſmodi injuſtitia doceri valeat, ut potius è converſo ejuſdem Rei Judicatæ Juſtitia undique perſpicua effulgeat ex ipſa diſpoſitione *Sac. Concilii Tridentini cap.* 4 *de ref. ſeſſ.* 21. In eo enim non
11 ſolùm demandatur, quod Epiſcopi cogere debeant Rectores Parochiarum, vel alios, ad quos pertinet, ſibi tot Sacerdotes adjungere, quot ſufficiant ad Sacramenta exhibenda, & *Cultum Divinum celebrandum*, ſed etiam præcipitur, ſi Parochiani ob diſtantiam, ſeu difficultatem, ſive magnum incommodum ad percipienda Sacramenta, & Divina Officia audienda accedere nequeant, Parochias dividi, novaſque pro eiſdem Parochianis diſtanſtantibus conſtrui, cui ultimæ parti etiam conſonat diſpoſitio *Text. in cap. ad audientiam de Eccleſ. ædifican.*, & de utraque teſtatur *Fagnan. in eodem cap. ad audientiam num.* 16. & *pluribus ſequen.* & *n.* 24.

Ab hujuſmodi profectò clara diſpoſitione in neceſſarium conſequens emergit, quod concurrentibus in hypotheſi omnibus illis cauſis ibi expreſſis, utpote concludenter probatis per tot Teſtes, ſi erat in facultate Epiſcopi devenire ad novæ Parochiæ erectionem intrà illius limites, etiam invito Rectore ejuſdem Eccleſiæ Matricis, ut præter d. diſpoſitionem Conciliarem, tenet *Gloſſ. in dicto cap. ad audientiam de Eccleſ. ædific.* ibique *Innocen.* & *Hoſtienſ. ambo in princ. in verbo ſine magna difficultate*, & *Fagnan. num.* 16. & *plurib. ſequen.* & ſignanter *ſub num.* 20. *verſ. ideoque*, & dixit *Rota in deciſ.* 239. *num.* 3. & *deciſ.* 484. *num.* 1. *par.* 1. *rec.* & *dec.* 375. *num.* 3. *coram Emerix jun.* Quanto fortius
12 valuit, mitius agendo, condemnare, & cogere Patronum; ejuſque Succeſſores pro tempore ad eligendum alterum Cappellanum pro celebrando Miſſam in Aurora, ad eorum libitum nominandum, eique per Patronos pro tempore ad extradendos dd. annuos ducatos 20., cùm in hoc nil aliud feciſſe dicatur, niſi uti remedio à diſpoſitione Conciliari *in dicto cap.* 4. *in princ.* ſibi impartito, cogendi ſcilicet Rectorem, ut ſibi Sacerdotem adjungat ad Sacramenta exhibenda, & Cultum Divinum, atque Sacrum celebrandum tempore, quo Parochiani illud audire valeant, prout in puncto probat idem *Fagnan. in dicto cap. ad audientiam de Eccleſ. ædifican. num.* 20. *verſ. ideoque* 24., & 25. & in his expreſſis terminis celebrationis Miſſæ in Aurora adeſt reſolutio Sac. Congregationis Epiſcoporum, & Regularium edita 18. Februarii 1592. relat. per *Nicol. in Floſcul. verb. Miſſa n.* 31.

Quin aliquod gravamen deſumi valeat, ex quo fuerit condemnatus Patronus ad ſubminiſtrandam prædictam tenuem congruam ducatorum 20. eidem Cappellano; nam ſi Parochus ex fructibus certis, juxta de-

depositionem Testium, non percipit nisi ducatos 30., qui ex decimis sibi solvuntur ab eodem Patrono, cogi utique minimè potuit idem Parochus ad d. subministrationem ex aliis emolumentis sibi eventualiter obvenientibus ex spontaneis Parochianorum oblationibus, cum hæ, tamquam incertæ, subjici nequeant d. oneri certo, quando alias neque sunt imputabiles in principalem congruam ipsi Parocho debitam, ut dixit *Rot. decis.* 429. *nu.* 8. *coram Greg. & decis.* 420. *num.* 2. *par.* 1. *rec.*

13 & Parochiani non tenentur, nisi in subsidium, quatenus scilicet satìs non forent decimæ, cæterique fructus certi ad Parochialem spectantes, juxta sancita per *Sac. Concil. Trident. sess.* 21. *d. cap.* 4. *& sess.* 24. *cap.* 13. *de ref.* & respondit *Rot. in dec.* 204. *num.* 5. *& seq. par.* 17. *rec.* Evidens exinde redditur, quod omni cum justitia idem Patronus, ejusque successores fuerunt condemnati ad eamdem subministrationem faciendam Cappellano à se ipsis nominando, quia sicut Patroni percipiunt cunctas decimas hujus Parochiæ, ut deponunt Testes ab utraque parte examinati, ita ex illis solvi debet dicta subministratio, ut in specie tradit *Fagnan. in cap. cum contingat de decim. num.* 44. *& seqq.* cùm eisdem decimis insitum sit onus, etiam de jure Divino, sustentandi Ministros Parochialis Ecclesiæ, juxta *Can. omnes Decimæ* 17. *quæst.* 7. *cap. cum tua de decim. Rot. cor. Gregor. dicta decis.* 429. *ubi Adden. num.* 4. *in rec. decis.* 392. *per tot. & signanter num.* 6. *par.* 13. & in puncto, quòd Patronus Ecclesiæ ex immemorabili consuetudine, & Apostolico Privilegio decimas percipiens teneatur ad hujusmodi congruæ assignationem probat *Tondut. de Pens. cap.* 8. *nu.* 5. *&* 8. & respondit *Rot. decis.* 5. *par.* 2. *divers. decis.* 420. *num.* 7. *& sequen. par.* 1. *rec. decis.* 84. *in princ. coram Millino decis.* 839. *num.* 3. *coram Seraphin. & decis.* 361. *num.* 9. *coram Benincas.*

14 Multoque minus obsistere visa fuit oppositio Parochi, ejusque denegatus consensus; quoniam urgente, ut hìc, necessitate constituendi Cappellanum in adimplementum celebrationis Cultus Divini ejus dissensus, & oppositio non attenditur, cùm tunc agatur pro impleto suæ obligationis, juxta d. literalem dispositionem *Sac. Concil. Tridentin. d. cap.* 4. relat. in his terminis per *Fagnan. in d. cap. cum contingat de decim. cap.* 42. *& seq.* eoque fortius, quando, prout in casu, juxta Canonistarum opinionem, de qua *Fagnan. in d. cap. ad audientiam de Eccles. ædifican. sub n.* 20. *vers. ideoque*, idem Parochus nullam habet causam contradicendi; tum quia præjudicium allegatum quoad diminutionem oblationum, quæ ipsi Parocho fieri solent in celebratione Missæ Popularis, ex quo etiam admissa aliqua illarum diminutione, adhuc Parochus remaneret congruè provisus, cum de præsenti, comprehensis illis ducatis 30. subministratis à Patrono, percipiat annuos duc. 350., juxta depositionem Testium ejusdem Universitatis, vel saltèm ducatos 200. juxta Testes ab ipso Parocho inductos, & ulteriùs, si non adessent prædictæ decimæ à Patrono possessæ, stante hujusmodi necessitate, valeret etiam Ordinarius illis assignare ratam dictarum obventionum, absque consensu Rectoris juxta opinionem *Fagnan. in dicto cap. cum contingat de decim. sub d. num.* 42. *& seq.* Tum etiam quia favor, & agumentum Cultus Divini similia præjudicia non curat, sed longè antecellit, ut inquit *Text. in cap. ad audientiam de Eccles. ædific. Rot. coram Seraphin. decis.* 847. *num.* 3. *& in rec. decis.* 258. *num.* 23. *par.* 7. *& dec.* 165. *n.* 17. *par.* 16. & cæteris adductis in supradicta *Neapolitana ampliationis Ecclesiæ, & Sacristiæ* 15. *Maji proximè præteriti* §. *Absque eo, quod cor. R.P.D. meo Crispo.*

Et ita unica &c.

ARGUMENTUM.

Canonico seni, aut infirmo possidenti Canonicatum de Jurepatronatus, an dari possit Coadjutor cum futura successione absque consensu Patroni?

SUMMARIUM.

1 *Summus Pontifex ex Causis præscriptis à Sac. Concilio Tridentino dare solet Canonico infirmo, aut seni Coadjutorem cum futura successione.*

2 *Summus Pontifex concedere non solet Coadjutorem cum futura successione Canonico infirmo, aut seni absque consensu Patronorum.*

Rot.

3 Rot. decis. 162. par. 12. rec. *non firmat in deputationibus Coadjutorum cum futura successione non requiri consensum Patronorum laicorum.*

4 *Coadjutor vivente Coadjuto debet habere ultimum locum tam in choro, quàm in aliis functionibus Ecclesiasticis.*

5 *Potest interesse choro, & Divinis Officiis, etiam quando Canonicus Coadjutus interest.*

6 *Non potest ad Officia Capitularia validè eligi, nec illa exercere.* Limita ut ibi.

7 *Canonicus Coadjutor potest per seipsum explere functiones Ecclesiasticas, & eo impedito, aut nolente, jus eas explendi non devolvitur ad Canonicum in turno succedentem; sed spectat ad Coadjutorem.*

CASUS II.

GRavi infirmitate, ac ferè decrepita senectute laborans quidam Canonicus Cathedralis A, qui possidet Canonicatum de jurepatronatus Laicorum: supplicavit, ac obtinuit sibi dari à Dataria Apostolica Coadjutorem cum futura successione, nulla facta mentione, quod Canonicatus erat de jurepatronatus laicali; Quæritur in hoc casu, an literæ Apostolicæ Coadjutoriæ sint exequendæ?

1 Affirmativè respondendum videtur: Summus namque Pontifex concurrentibus causis expressis, & præscriptis à Sac. Concilio Tridentino *cap. 7. sess. 25. de reform.* nimirum urgente necessitate, & evidenti utilitate dare potest, & solet Canonico infirmo, aut seni Coadjutorem cum futura successione, nè fraudetur debitis servitiis Ecclesia, quæ habet à Coadjutore illas operas, quas Coadjutus non potest præstare ob senectutem, vel infirmitatem, aut aliam inhabilitatem. *Fagnan. in cap. Nulla de concess. præben. num. 84. Gavant. in Enchirid. sive Manual. Episc. verb. Coadjutor num. 5. Ventrigl. in prax. tom. 2. annot. 13. §. unic. num. 17. Gratian. discept. 805. num. 31. §. unic. num. 39.*

Non obstat, quod Canonicatus sit de jurepatronatus Laicorum, & quod hoc non fuerit expressum Summo Pontifici. Hæc namque animadversio retardare non valet executionem supradictarum literarum Coadjutoriæ; Quoniam videtur id non esse exprimendum, dum videtur non esse necessarius consensus Patronorum, non solùm in datione Coadjutoris merè temporalis, ut in *superiori Casu* firmatum fuit; sed nec in datione Coadjutoris perpetui cum futura successione; siquidem cùm possit Coadjutor decedere ante Coadjutum, & de tempore gratiæ non sit aperta vacatio ad favorem Patronorum, nullum eis fit præjudicium, ut loquitur *Rota decis. 162. n. 47. par. 12. rec.*

2 Hoc tamen non obstante, censeo præfatas literas Apostolicas Coadjutoriæ non esse exequendas, & esse subreptitias; Etenim si Papa sciviſſet Canonicatum hunc esse jurispatronatus laicalis, gratiam Coadjutoriæ cum futura successione non concessisset, aut difficiliùs; cùm non intendat per suas gratias unquam præjudicare laicis, nè isti retrahantur à fundatione, constructione, aut dotatione Ecclesiarum, & consequenter non intendat dare hujusmodi Coadjutorias perpetuas absque consensu Patronorum laicorum, ad hunc effectum omninò requisito, nisi expressè eorum jurispatronatus deroget, ut docent *Lambertin. de jurepatron. lib. 2. par. 1. q. 6. art. 20. num. 4.* ibi -- *Unde si de hujusmodi Coadjutoribus, & futuris successoribus loquimur, & Papa illos concedit, & derogat expressè Patronis laicis, quod facere non potest &c. aliàs si non derogaret expressè, dicerem non intelligi eis præjudicatum; unde moriente idem Rectore, Patroni laici poterunt præsentare, non ita dicerem de Patronis Ecclesiasticis, cùm illis possit Papa præjudicare -- Vivian. eodem tract. par. 2. lib. 5. cap. 5. num. 151.* ibi -- *Et si detur Coadjutor cum futura successione Rectori Ecclesiæ Patronatæ requiritur consensus Patroni, nisi ei sit expressè derogatum -- Gonzal. super regul. 8. Cancell. glos. 5. §. 9. num. 18.*

3 Hinc non adversatur *dicta decis. 162. par. 12. rec. ubi supra*, ibi enim Sac. Rota non firmavit, quod in deputationibus Coadjutorum cum futura successione non requiratur consensus Patronorum laicorum; sed solùm asseritur, quod Domini de hoc non leviter dubitarunt, eo sub motivo, quod cùm possit Coadjutor decedere ante Coadjutum nullum Patronis fit præjudicium; sed hoc motivum dubitandi mihi videtur inefficax, cùm potius sit verisimilis præmorientia Coadjuti senis,

nis, ac graviter infirmi, quàm Coadjutoris sani, & juvenis.

4 Et hìc nota, quod Coadjutor vivente Coadjuto debet habere ultimum locum tam in choro, quàm in aliis functionibus Ecclesiasticis, juxta sensum Sac. Congregationis Concilii *in Narnien. 5. Maii 1646. Lib. Decret. 18. pag. 90. ad tertium*, quod

5 possit interesse choro, & Divinis Officiis, etiam quando Canonicus Coadjutus interest, secus verò Capitulo, aut actibus Capitularibus; eadem Sac. Congregatio *in dicta Narnien. ubi supra, & in Bergomen. residentiæ 5. Junii 1655. Lib. Decret. 19. pag. 470. ter.* Quod non possit ad Officia

6 Capitularia validè eligi, nec illa exercere, nisi aliter in literis Apostolicis Coadjutoriæ sit provisum *in Pisauren. 4. Julii 1654. Lib. Decr. 19. pag. 362.* Quod Canonicus Coadjutus possit per seipsum explere

7 functiones Ecclesiasticas, non obstante, quod habeat Coadjutorem; & eo impedito, aut nolente potest illas peragere Coadjutor; non verò quod jus eas explendi devolvatur ad Canonicum in turno succedentem; ut novissimè resolutum fuit à Sac. Congregatione Concilii *in Florentina Præeminentiarum 9. Aprilis 1718.* me studente apud R.P.D. Lambertinum meritissimum ejusdem Sac. Congregationis Secretarium, ubi cùm Canonici Collegiatæ Ecclesiæ S. Laurentii prætenderent Coadjutum per seipsum explere non posse functiones nuncupatas de Hebdomada, & Turno; nec eo impedito, aut nolente, eas peragi debere à Coadjutore, sed à Canonicis proximè succedentibus, fuerunt disputata sequentia dubia, nimirum Primò: *An Canonicus Coadjutus possit per seipsum explere functiones nuncupatas de Hebdomada, & Turno in casu &c.* Secundò: *An eo impedito, vel nolente possit dictas functiones peragere Coadjutor, seu potius jus eas explendi devolvatur ad Canonicum in Turno succedentem in casu &c.* Quibus responsum fuit: Ad primum *Affirmativè*: Ad secundum *Affirmativè quoad primam, & negativè quoad secundam partem*. Et hæc pro hac *Secunda Parte* hujus Operis dicta sufficiant ad majorem Dei, Deiparæque Virginis gloriam.

FINIS.


FARGNA
DE IVRE
PATRONAT.
TOM. I.
Th
396a